Parnas: Poetic

Universidad de Deusto
Biblioteca

30429

Bibliotheca
Facult. Philosophi
Prov. Cast. Or
ent. S. I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PETRI TATARETI PARISIENSIS,

SVBTILIVM OMNIVM FACILE PRINCIPIS,

In triplicem Aristotelis Philosophiam;

Physicam, Metaphysicam, & Ethicam, castigatissimæ lucubrationes.

Post longas vigilias, post diutinos labores, ac sumptus eò rem hac noua nostra editione deduxisse arbitramur, præuia Fratris Ioannis Balainij Andrii Franciscani Conuentualis ope: vt nihil, quod vel ad integritatem, vel ad decorem pertineat deesse videatur.

Cum Indice copiosissimo.

VENETIIS, Apud hæredes Melchioris Sessæ. M D LXXI.

INDEX REARVM MEMORABILIVM.

A

B æterno, & perpetuò differunt 132.d
Abstinẽtia an posit differri in casu extremæ necessitatis 367.d
Accidens non dicitur ens, nisi quia entis, quomodo 3.b
Accidens absolutum cur negauerunt Philosophi posse esse sine subiecto 22.b
Accidens an posit esse principium actiuum generandi, vel corrũpendi substantiã, 206.g
Accidens dupliciter 327.g
Accidentia an sint composita ex materia, & forma 32.b
Accidentia diuersa an arguant diuersas specie cãs 228.c
Accidentia an magnam partẽ conferant ad cognoscendum quod quid est 252.f
Actio quotuplex 64.a
Actio, & passio quomodo sunt vnus motus; & in quo sunt subiectiuè ibid.c
Actio, & factio an differant. 392.b
Actus duplex 309.b
Actus entitatiuus, & actus formalis quid 37.g
Actus humani liberi non regũntur à cœlo 221.c
Actus omnis an sit circa singularia 309.b
Actus, vt moraliter dicatur bonus, quid requirit 355.h
Actus potentiarum, & habitus circa singularia, vel circa vniuersalia sunt 394.h
Actus difficilior, an melior. 377.f
Aeris media regio vnde frigida 222.c
Aer ascendens an ascendat violenter 184.h
Aeternitas quid, & cuius est mẽsura 93.b
Aeuum quæ mensura ibid.d
Affabilitas an sit virtus 374.f
Agens duplex 42.e
Agens aliquando cur fortius agit in distans, quam in non distans 124.c
Agens, & patiens, an debeant cõicare in materia 201.a
Agens in agendo an repatiatur ibidem,b
Agens, & patiens idem esse non inconuenit 270.a
Agens quomodo nobilius passio 281.b
Agere in aliud tripliciter 93.h
Albedo an posit esse sine quantitate 20.g
Alterans, & alteratio duplex. 163.d,296.e
Alteratio per se an sit ad qualitates primæ speciei, & ad formas 124.g
Amicitia quotuplex, & an sit virtus moralis 336.a,b
Angelus quomodo est in loco 79.h
Angelus quo mouetur 118.f, 119.a,h,154.e
Angelus an alteretur 120.h
Angelus si creatus fuisset ab æ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

æternum an post medij horæ potuisset aliquid operari 135.c
Anima quid 256.f,& inde
Anima dupliciter 250.g
Anima quomodo differt à cæteris formis Ibid.h
Anima quomodo mouet. 119.h 154.e
Anima an alteretur 120.h
Anima an possit informare non quantum 251.a
Anima quomodo est de numero difficillimorum 252.d
Anima an possit distinctè cognosci à nobis 252.h
Anima omnis an dicat esse substantia 256.c
Anima separata quare non sentit 258.b
Anima sensitiua, & vegetatiua an extendatur ad extensionẽ corporis;& an habeant idem esse cum esse totius. Ibid. c,d 254.d
Anima an sit tota in toto, & tota in qualibet parte totius. Ibid.f
Anima humana an sit immortalis 282.f
Anima an habeat rationes proprias, quibus non communicet corpori 254.b
Anima separata an intelligat quiditates sibi notas ante separationem an sine possit de nouo,vel præteritorũ recordari 287.f
Animæ cõsideratio an pertineat ad philosophũ naturalẽ 250.f
Animalia an moueãt seipsa 140.c
Animalia an possint habere notitiam complexam. 276.b
Animalia cæca cur melius impinguantur. 297.a
Animalis motus qualis 140.g
Animalis pars an sit animal. 259.b
Animalis definitio quomodo intelligenda ibid.
Animastica scientia an dignior & nobilior cæteris naturalis philosophiæ partib⁹ 250.d.252.b
Animasticorum librorum subiectum quod 251.b
Ante omnẽ motum est motus;& motus est ante omnẽ motum differunt 119.d
Appetibile dupliciter 252.a
Appetibile propter se tantũ an perfectius appetibilis propter se,& propter aliud 337.a
Appetitus triplex 38.h.338.f
Appetitus sensitiuus, & appetitus intellectiuus cur dicuntur cognoscitiui 351.b
Apprehẽsio veritatis rerum an possibilis 316.b
Aqua vt fluat, & refluat; quid requiritur 233.b
Aqua propriè frigida est ibid.f 234.g
Aquarum quæ melior 233.g.h
Aquæ fontalis an naturaliter ascendant ad orificium montis 328.f
Aquæ fluuiorum, & fontium quando maiores 229.a
Aquis fontalibus vnde variæ qualitates 233.c
Ars dupliciter 312.g
Ars,& virtus an sint circa difficilia 347.c
Ars, prudentia & scientia quomodo differunt 396.b
Artes an dicantur esse virtutes 393.c
Asina prægnans si fuisset producta ab æterno an potuisset generare in instanti æternitatis 135.b
Assensus veritatis rerum cũ certitudine an possibilis 316.c
Astra omnia an habeant lumen a sole 177.h

Astra quomodo calefaciãt hæc inferiora 179.a
Astra omnia an sint eiusdẽ speties 181.b
Astrologia quomodo est scientia media 50.d
Auctio viuentis duplex 194.f
Augeri aliquid an verum, 194.c
Augmẽtabilis an quælibet pars augeatur 193.d,h
Augmentatiua an sit potentia 263.h
Augmẽtatio quomodo fit. 264.a
Aues cur non mingunt. 297.c

B

Baculus in aqua vnde appareat fractus 246.g
Basiliscus quomodo oculis inficit hominem 273.d
Bona corporis quatruplicia. 334.e
Bona corporis,cum reliquis bonis exterioribus an requirantur ad fœlicitatem 339.c
Bona propria an possit quis ad libitum dimittere 369.b
Bonitas & malitia quomodo opponuntur 356.b
Bonitas & malitia quomodo attribuuntur habitui 347.g
Bonum multiplex. 251.h.332.b
Bonum simpliciter dupliciter. 330.h
Bonum an omnia appetant. 332.b
Bonum an contrarietur bono. 338.f

C

Cæci à natiuitate an sapientiores surdis à natiuitate 294.b
Calefacta cur magis fetent, quã infrigidata 296.g
Caliditas ignis,& caliditas aeris an eiusdem speciei specialissimæ 205.d
Cardinales virtutes quæ, & cur ita dictæ 358.b,f
Carnes cur citius putrescunt in æstate, quam in hieme 297.a
Carthusiensium superstitio. 367.g
Casitas quid, quotuplex, & aliæ de ea considerationes. 366.g
Casus quid 57.f
Casus & fortuna an sint causæ agentes 58.a
Casus & fortuna in quibus fiunt 59.a
Causa quotuplex 8.d,48.g.49.a d,50.f,316.h
Causa exemplaris, quæ causa. 49.g
Causa quomodo causat 50.a
Causa finalis an detur 51.e
Causa in actu,& effectus in actu an simul sint, & non sint. Ibid.h
Causa,prima an magis influat in effectum,quam secunda 52.b
Causa prima quicquid potest cũ causa secunda, potest se sola; quomodo 40.a
Causa naturalis,indeterminata, & libera quo differunt. 350.d
Causæ plures quomodo concurrunt ad eundem effectũ 49.g
Causæ ad causatum an necessaria connexio 50.a
Causæ an coincidant adinuicem Ibid.b
Causæ essentialiter ordinatæ an abeunt in infinitum 316.h
Causarum circulus an detur. 52.b
Cœli an differant specie 157.h
Cœlum an sit eos physicum. 32.b,154.d
Cœlum an possit generare cœlum ex igne: & in se ignem

Universidad de Deusto
Biblioteca

connertere 32.d
Cœlum an incorruptibile eodē modo, quo elementa ibid.e
Cœlum quo motu mouetur. 154.d
Cœlum extra an sit aliquid. 162.b
Cœlum an moueatur cum fatigatione; & an in eo realiter reperiantur sex differentiæ positionum 170.d
Cœlum ex mente Aristotelis an sit formaliter animatum 171. g,257.e
Cœlum quo agit in hæc inferiora 172.b,221.a
Cœlum si non moueretur, an esset generatio rerum ibid.c
Cœlum aliud post cœlum stellatum an detur ibid.
Cœlum an sit sphericæ figuræ. 173.c
Chamotes quid 372.d
Chimera differt à Petro: an cō cedenda 30.d
Circa triplicem habitudinē dicere potest 39.c
Circuli ecentrici, concentrici, & epicicli, an dentur 172.g
Circulus in causis an detur. 52.b
Clementia an differat à mansuetudine 373.f
Cognitio duplex 315.h,316.e
Cognitio perfecta an requirat omnes causas 8.b
Cognitio vna perfectior altera dupliciter 10.d
Cognitum an sit realiter in cognoscente 253.e
Color quid, quotupliciter, & vt videat, quid exigit 295.c,f,g
Colores medij an componātur ex extremis 296.a
Colobom quid, & eius cōditiones 327.c
Cometa quotuplex, vnde, & quæ portenta indicit 223.d,g
Commensurabilia omnia, an eadem mensura mensurentur 383.b
Communia an omnia sint de iure naturæ. 390.a
Commutabilia an sint mensurāda numismate. 384.c
Commutabilia quomodo apprehenda. 287.g
Commutatio duplex. 380.f,& inde.
Comparatio quid, eius cōditiones &c. 127.b & inde
Comparatiua dupliciter exponuntur. 24.d
Complexio quotuplex. 214.a 309.a
Conceptus connotatiuus quid, 316.f
Conclusio quomodo dicitur ne cessaria. 5.e
Concupiscentia quotuplex, & quādo ea continget peccare 364.a
Concupiscibilis vbi sita. 287.d
Condensatio an sit possibilis. 88.a
Confusum apprehendere, & cō fuse apprehendere, differūt. 10.f, sic distinctū, & distincte
Constantia & pertinatia quomodo differunt. 353.a
Consiliabile, & eligibile differunt. 356.h
Contactus duplex. 123.d
Continentia quintuplex. 13.h
Continui an sint infinitæ partes 60.d,113.g
Continuum potest diuidi in omnem suam partem, an concedenda 71.e
Continuum an sit diuisibile in semper diuisibilia 109.f
Continuum an componatur ex indiuisibilibus 112.e
Contradictoria an admittant medium 322.g
Contraria multipliciter 325.g
Contraria duplicia 41.d
Contraria an simul esse possint in eodem subiecto 265.e
Contrarietas dupliciter 29.h
Contrarietas pœnes quid attenditur 265.f
Contrarietas vera, & formalis in quibus 214.g
Contrarietati motuum quid requiritur 157.d
Cōtrarium quomodo fit ex contrario 30.g,h
Contrarium an causet contrarium 200.a
Contrariorum si vnum est in rerum natura, & reliquum, quo modo 172.b
Corpora duo esse simul in eodē loco, an implicet 85.d
Corpa simplicia vniuersi quot 156. a
Corpora cœlestia quo agunt in hæc inferiora 221.a,& inde
Corpora diaphana an sint colorata 247.f
Corporeitatis forma an detur in homine 259.d
Corpus vnum & idem an simul in diuersis locis esse possit. 86.f
Corpus oē an moueatur 141.c
Corpus simplex an vno tantum motu moueatur 154.a
Corpus, quod nunq̄ moueatur localiter, an detur ibid.g
Corpus vnū an simul pluribus motibus moueri possit, 155.c
Corpus aliud præter cœlum, & quatuor elementa, an detur 157.c
Corpus vt luceat, quid requirit 178.b
Corpus vnū grauius alio in aere. an eodem grauius in aqua 184.a
Corpus vnum & idem an possit informari pluribus animabus 265.d
Corpus esse terminatum triplici ter 195.c
Corrumpi aliquid, dupliciter dicitur 309.h
Corruptio duplex 93.f
Corruptio in naturalib⁹ an hat resolutio vsq; ad materiam primam 191.d
Corruptibile an necessario corrumpatur 162.f
Corruptum an possit redire idē numero 215.e
Creabile, & generabile differūt 163.e
Creatio, & generatio quomodo differunt 31.d
Creatio non oportet, quòd sit instantanea.
Creatum esse, & fuisse ab æterno an implicet 134.d

D

Dei scientia an possit augeri, vel minui 135.g
Delectationes multorū an cōtrarientur sibi inuicem 338.d
Deum necessario agere ad extra, dupliciter 16.h
Deus an possit creare motum 66.d
Deus an possit facere aliquod corpus sensibile actu infinitum 72.a
Deus an necessario agat ad extra 133.c
Deus quomodo immediatè pōt aliquid causare 145.h
Deus an cognouerit ab æterno existentiam possibilitū 253.f
Diaphana corpora an sint colorata 247.f
Diaphanéitas quid 295.e
Digestio multiplex 265.a
Difficultas cognoscendi res,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnde 311.b
Dimensiones in terminatæ, an ponendæ in materia prima. 38.d
Dicholia quid 375.a
Disposicio duplex 98.h
Distantia dupliciter. 162. c, 165.h
Distantia maxima, à qua visu posset videri an detur 271.d
Distinctè cognosci dupliciter. 10.a
Distingui aliqua adinuicem dupliciter 20.b
Distributio duplex 380.f,381.b & inde
Distributiua, & commutatiua iustitia quid 379.b
Diuersum multipliciter 325.h, 327.d
Diuisibile dupliciter 110.a
Diuisibilitas duplex 19.f
Domini hominis hominum tres 385.d
Dormittes an possint exercere operationes vigilantiũ. 305.f
Dormitio duplex 304.d

E

Ebrius an possit peccare mortaliter 354.g
Effectus quomodo dependent à causa 51.g
Effectus vnius & eiusdem an possint esse plures causæ. 50.f
Electio quomodo differt à voluntione 356.d
Electio cuius est finis, an eorum, quæ sunt ad finem. 356.c
Elementa quomodo manent in misto 197.f.213.c
Elementa quomodo dicuntur corpora simplicia 201.g
Elementa nullius odoris sunt, saporis, lucis, aut coloris 204.a,c
Elementa à quo conseruantur in propriis locis 205.c
Elementa an sint pura 207.f
Elementa, si essent infinita; an infinitæ essent contrarietates. Vel an quodlibet haberet infinitas qualitates. 212. c, 213.a
Elementa an sint generabilia, & corruptibilia 232.a
Elemento ex vno quando generatur aliud; an remaneat aliquod accidens absolutum. 212.c
Elementorum formæ substantiales an intendantur 100.c
Elementum quomodo dicitur prædominari mixtis 156.d
Elementum graue simpliciter, vel leue simpliciter, vel graue & leue in respectu an detur 183.e
Elementum in proprio loco an habeat grauitatem 185.a
Elementum quodlibet an determinet sibi vnam qualitatem in summo 206.b
Elementum vnum an immediate possit transmutari in aliud 211.a
Elementum tertium ex duobus elementis an possit generari 212.a
Eligibile propter aliud dupliciter 337.b
Eligibile dupliciter 346.b
Eligibile quomodo diuiditur. 346.b
Ens multiplex. 63. e, 214.f, 257.a
Ens, & res synonimè se habent 2.h
Ens quomodo diuiditur 3.a
Ens an sit obiectum adæquatum nostri intellectus 286.h

Ens inquantum ens an sit subiectum in Metaphysica 312.a
Ens, & vnum an dicant eandem naturam. 322.b,323.b
Ens per accidens quid, quotupliciter, & an de eo sit scientia 329.b,h
Entia naturalia an sint determinata ad maximum, & minimum 23.b,27.e
Entia naturalia multiplicia. 24.c
Entia naturalia an habeãt principium actiuum suæ generationis, & corrup. 43.b
Entis passiones, duplices, & an ordinata inter se 312.d
Epistia an sit virtus &c. 388.g
Esse duplex 323.e
Esse in loco quotupliciter. 20.d
Esse sub modo quantitatiuo, & non quantitatiuo quid. 22.e
Esse in actu, & esse in potentia dupliciter 37.g,h
Esse cognitum quid. 253.h
Esse realiter an distinguatur ab essentia, & existentia. 323.d
Esse, quando prædicatur de aliquo, quam entitatem dicit. 35.d
Eubulia quid 395.d
Euidentia duplex 316.d
Eutrapelia quid 376.b
Ex, multipliciter. 30. g, h, 342.a,b
Ex nihilo nihil fit, an verum. 26,f
Ex albo fit musicum per accidens, quomodo 31.e
Exhalatio, & vapor an sint corpora 222.b
Ex forma, & materia fit magis vnum per se quam ex subiecto, & accidente quare 257.b
Expergefactio duplex 304.d
Experientia dupliciter. 312.f
Extensio an distinguatur realiter à substantia, & quantitate 15.b
Extrema quomodo opponuntur 348.f
Extremum an demonstretur per extremum 312.f
Extra cœlum an sit aliquid. 162.b
Ex alio multipliciter 327.a

F

Fœlicitas dupliciter 335. b, 337.g
Fœlicitas an sit quid sufficientissimum ibid.f
Fœlicitas an consistat in bonis exterioribus, in honoribus, in voluptatibus, in operatione, in virtute, in bono separato 333.g & inde
Fœlicitas an sit de numero honorabilium, & laudabilium 339.e
Fœlicitati an requiratur vsus virtutis 339.a
Falsum multipliciter 327.f
Fatuitas quid, quomodo, & vnde 370.g
Fatum quid 58.d
Figura duplex 48.g
Figura quæ entitas, & an distinguatur à re figurata. ibid.
Finalis causa an detur, & quomodo causat 51.c,e
Finis quid, & quotuplex. ibid. d,337.b,346.e
Finitum per ablationem finiti an tandem consumetur. 26.f
Firmitas veritatis, & firmitas assensus quid 316.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fontes, & fluuij quomodo generantur, & quales eorum aquæ 234.c
Forma quotuplex. 30.e,194.b
Forma quomodo est magis natura, quam materia 44.b
Forma mixti, & forma elementi quæ nobilior 198.e
Formæ intensibilis an sit dare primum intensum 125.c
Fortis iunginatio transmutat corpora, an verum 278.a
Fortitudo an sit virtus, quotupliciter, circa quæ, & aliæ quam plures de ea considerationes 357.c, & inde per longum processum.
Fortuna an det, qd, quotuplex, & quotupliciter. 56.e, & inde.
Fortuna, & casus an sint causæ agentes 58.e
Fulgor oculorum an sit in oculis 294.e
Fluxus, vel motus distinctus à subiecto, & ab alterabilis an detur 64.e

G

Galaxia ex qua natura &. 223.h
Generabile & corruptibile, dupliciter 38.g
Generabile, & creabile differunt 161.e
Generabile, & corruptibile, ingenerabile, & incorruptibile an sint idem 164.a
Generari an possit aliquid, & solú durare per instans. 147.d
Generare sibi simile, an sit opus naturalissimum in viuentibus 264.b
Generatio quotuplex & quotupliciter. 43. b, 44. h, 100.h, f, 190.h
Generatio, & creatio quomodo differunt 31.d
Generatio quomodo potest dici mutatio realis 35.d
Generatio est mutatio huius totius in hoc totú, quomõ. 40.e
Genertio an sit mutatio successiua 100.b
Generatio quomodo dicitur naturalis 107.e
Generatio quomodo fit. 274.b
Generatio an sit alteratio. 191.g
Generatio vnius est corruptio alterius, quomodo ibid.d
Generatio simpliciter an detur 190.f
Generationibus an abitur in infinitum 216.b
Generationis terminus duplex 190.h
Generatiua an sit potẽtia. 263.h
Genita, & corrupta duplicia 192.e
Genita ex putredine, & genita ex semine an eiusdem spetici 265.b
Genito, & in corrupto an maneat aliqua forma substantialis, vel accidentalis 152.g
Genitum & corruptum duplex Ibid.
Genus multiplex 327.b
Gnome quid 395.f
Grando quomodo, & vbi generatur, & eius accidentia 226.h 227.h
Graue multiplex 138.f
Grauia, & leuia an moueantur localiter ex seipsis 138.d
Grauia æqualiter & inæqualiter secundum speciẽ quid. 184.h
Grauia simpliciter, & in respectu qd, & quotupliciter. 183.g
Grauia & leuia à quo mouentur 185.h
Grauia an appetant descendere, & leuia ascendere per lineas breuissimas 186.f
Grauia quotupliciter ascendunt 228.g

Grauitas & leuitas quid dicuntur, formæ substantiales, an qualitates motiuæ 185.d
Grauitas terræ, & grauitas aq̃ an sint eiusdẽ rationis. 208.b
Gustus an sit sensus necessarius animali 286.f

H

Habere multipliciter 326.h
Habitus multipliciter 326.g
Habit⁹ scientific⁹ quotuplex 4.g
Habitus alicuius duplex finis. 361. b
Halo quomodo, & quando generatur 247.a
Halo apparens circa candelas, vbi est 248,b
Hiatus, & voragines an appareant nocte serena 223.b
Hoc sit hoc, an vera de subiecto 36.c
Hominis duplex finis 346.e
Hominis quælibet pars, an sit homo 259.b
Hominum tria genera 333.c
Hominum quintuplex status 345.f
Homo maximus an detur. 24.f
Homo, qui nunc generatur; an sit mutatus localiter 66.b
Homo vltra animam intellectiuam an habeat etiam sensitiuam 260.d
Honestum multipliciter 346.b
Honorabile, & honestum idem 251.h
Humida duplicia 232.h
Humiditas, & siccitas quomodo dicuntur qualitates passiuæ 204.b
Humidum an sit subiectum odoris 296.b

I

Iactantia quid 375.f
Idem numero tripliciter 18.d
Idem inquantum idem semper natum est facere idem, quomodo 216.a, 240.c
Ignis maximus an detur. 25.b
Ignis quomodo augmentabilis in infinitum Ibid.d
Ignis in concauo orbis lunæ an corruptibiles 309.d
Ignorare quid dupliciter. 353.d
Ignoranter facere, & peccare propter ignorantiã differunt 353.h
Illiberalitas quid, & an peior prodigalitate 369.d
Immediatè qualem propositionem facit 311.b
Immediatum dupliciter 110.h
Impetus duplex 146.g
Impressio tripliciter 220.e
Impressiões meteoricas quomodo possumus persuaderi esse in cœlo 222.a
Impressiones ignitæ naturaliter an violenter generant ibid.g
Impossibile est idem simul esse & nõ esse, an sit primum principium firmissimum, & euidentissimum 323.g
Indiuisibile an possit moueri, vel alterari 119.g, & inde
Indiuisibile additum indiuisibili nõ facit maius 110.d
Indigentia humanæ naturæ an sit mensura commutabilium 383.g
Infantes cur melius dormiunt viris 305,d
Infinitum inquantum infinitum an ignotum 25.h
Infinitum dupliciter ibid. 59.h
Infinitum in actu an detur. 59.f
Infinitum quis terminus 70.h
Infinitæ partes sunt in continuo quomodo Ibid.
Influentia quid, & quomodo differt à lumine 221.a.b
In hac parte horæ deus, potest creare

Universidad de Deusto
Biblioteca

creare vnum lapidē &c. 71.h
Iniustificans an iniustus 386.d
Iniuste facere quis sibimet an possit 390.d
Iniustum facere an peius quam iniustum pati 390.f
Incensibilitas, an sit vitium. 364.f
Instans quæ mensura 93.e
Instans an possit corrūpi 95.g
Instrumētū multipliciter 123.a
Intellectio duplex 286.a
Intellectio prima an fuit a casu 58.b
Intellectio à quo causatur 280.b,281.b
Intellectui cui res sunt difficiles cognitu 252.d
Intellectus abstrahit ab hoc, & nunc, quomodo 253.d
Intellectus possibilis an sit pura potentia 279.h
Intellectus,& obiectum quomodo integrant vnum principium totale 280.d
Intellectus quo intelligit ibid.h
Intellectus agens, & intellectus possibilis an distinguantur. ibid.
Intellectus an debeat esse denudatus ab eo, quod intelligit. 282.d
Intellectus obiectum, an sit etiā obiectum voluntatis. 285.h
Intellectus obiectū quod 287.b
Intellectus an se se intelligat. 286.d
Intellectus noster pro statu isto an possit cognoscere substantias abstractas. 315.h
Intelligere quæ operatio.259.h
Intelligibile finitam intelligibili finito repugnat. 25.h
Intell gens aliquid an determinet voluntatem ad illud 58.c
Intelligentem an oporteat phātasiari. 282.c
Intuitiua cognitio an requirat omnes causas. 8.f
In vnoquoque genere est vna prima contrarietas, quomodo 29.h
Inuoluntarium, & non voluntarium,differunt. 353.c
Inuoluntarium, an sit triste. 354.c
Ira,vel irascibilitas quid. 375.e & inde.
Iracundè facta an sint delectabilia 354.c
Irascibilis vbi sita 287.d
Iris, qualis, quotuplex, & vbi 247.d,& inde.
Ironia quid 375.f
Iudex an debeat iudicare secundum allegata, cum aliter de facto sibi constat 387.h
Index corruptus,& pars corrūpens vter eorum magis peccat 388.d
Iustitia quid, quotuplex, an sit virtus,& plures eius considerationes 376.e,& inde
Ius naturale an detur 385.c
Ius positiuum an differat à iure dominatiuo, paterno, & vxorio 384.g
Iustum multiplex 385.g
Iustum,lex,iustitia, & iustificatio differunt 377.d
Iustū & æquale contra pallum an idem 382.e

L

Laus quid, & quomodo differt ab honore 339.f,g
Leue simpliciter, & in respectu quid 183.g,& inde
Leuitas aeris,& leuitas ignis an eiusdem rationis 268.b
Liberalitas quid, an virtus, & aliē de ea cōsiderationes 367.f
Liberi omnes an æqualiter sumus iure naturali 389.h
Linea triplex 245.f

Lineæ

Lineæ an sint ponenda indiuisibilia 111.g
Locus quotuplex,& quotupliciter 77.f,78.b,h
Locus quæ entitas, & in quo subiectiuè 77.d
Locus an æqualis locato 78.a
Locus an terminus corporis cōtinentis? ibid.e
Localis motus quid 154.f
Lotio capitis, & pedum quomodo prosit memoriæ 299.f
Lucrum an stet cum iustitia. 380.d
Ludorum defectus, & excessus 375.h
Lumen quid 245.f
Lumen ad lucem videmus in aere 247.e
Lumen an requiratur ad videndum 270.f
Lumen quomodo differt à luce ibidem,g
Lumen quomodo causat calorē in his inferioribus 170.c
Luna quomodo recipit lumen à sole 178.c
Luna an dominetur humidis. 232.h
Lux,& opacitas quomodo differunt 295.d
Lux in his inferioribus an consequatur mixtionem qualitatum primarum cōtrariarum. 204.c

M

Macula apparens in luna, quid 179.d
Magnanimitas quid, circa quæ, an virtus moralis &c. 371.c
Magnes quomodo attrahit ferrum 124.a
Magnificentia quid,quotupliciter,an virtus,& aliæ de ea cōsiderationes 370.a
Magnitudinis an infinitæ partes eiusdem proportionis. 113.g
Malum quid 71.e
Malum quotupliciter,& quotuplex 332.f,345.d,359.c
Mansuetudo an sit virtus 373.c & inde.
Mare multiplex 233.a
Mare existens in proprio loco, an debeat fluere, & refluere 231.b,332.d
Mare,& aqua an idem ibid.h
Mare an sit generabile, & corruptibile, & ex quo ibid.
Mare vnde sensum 234.a
Mater quomodo concurrit ad generationem 280.e
Materia dupliciter 2.b
Materia secluſa quantitate, an sit in loco 20.d
Materia,& priuatio an sint vnū numero & an differant specie 16.b
Materia deformis an sit entitas actualis 37.d
Materia an solum cognoscibilis per analogiam ad formam. 38.c
Materia an generabilis, & corruptibilis ibid.g
Materia an appetat formā propter priuationem ibid.h
Materia an possit esse sine forma 39.d,40.b
Materia an subiectum vniuersique, & an realiter distinguatur à sua potentia 40.f
Materia & forma quō dicuntur relatiuè 50.e
Materiæ duplex potentia 41.a
Maximum triplex, & quomodo datur in natura 24.d,e
Maximum,& omnia comparatiua, & superlatiua duplici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter exponuntur 24.d
Medicus per se sanat,& non per se ædificat 38.f
Medium quotuplex 322.g
Medium quomodo componitur ex extremis 198.d
Medium rei,& medium quò ad nos quid 347.f.348.b
Melissus,quomodo probabat tm vnum esse 14.c
Memoria quid,cui, & quorum, & quotupliciter 298.g,& inde
Memoria quomodo fit 301.a
Memoria intellectiua, & sensitiua an ponenda. 399.h.300.d
Memorantur, benè qui, & quæ cõferũt memorationi. 299.d & inde.
Mensura quotuplex 92.g
Menstruosi mulier quomodo maculat speculum 273.d
Meret ne quis magis, si pro alijs orat, sicut pro se solo. 377.h
Metaphysica, quæ scientia. 315.e
Metaphysici an sit considerare quiditates rerum 313.d
Meteorologicorum an sit scientia 219.h
Meteorologica cur dicunt mixtam imperfecta 210.f
Minimum an detur 27.e
Miseria qnomodo opponitur felicitati 335.f
Mixtio,& mixtum quid, & quotupliciter 198.g
Mixtum existens circa mediũ, vel terrã an componatur ex quatuor elementis 213.b
Mixtũ an possit esse simpliciter, & perfectè temperatum in qualitatibus 213.h
Mixtum an moueatur ad motum elementi prædominantis 156.d
Mobile multiplex 85.c,154.e
Mobile an prius pertranseat spatium æquale vel minus,quam maius 118.g
Mobile pluribus motibus simplicibus an detur 155.b
Mœcans propter lucrum, quomodo dicendus 380.a
Monstra in quibus fiunt, & à quibus causis 60.b
Monstra an dicant perfectionem 158.e
Montes in terris quomodo causantur 229.b
Moralis scientia an possit iuuenibus 332.h
Moralis virtus vnde dicta 391.d
Mors quotuplex 308.g
Motor primus de cuius confideratione est 132.f
Motor primus an vnus, in partibilis, infinitus, &c. 144.g, 146.b,147.a
Motiua potentia secundum locum duplex 287.f
Motus quid 63.f,65.h.114.e
Motus multiplex 21.c,41.g,43.b
Motus quotupliciter 192.c
Motus, vel fluxus, distinctus à subiecto, & ab alterabili, an detur 64.e
Motus si ignoretur, an necesse sit ignorare naturam 62.f
Motus localis an distinguatur à mobili, & à loco 65.b
Motus est, an concedenda. ibid.f
Motus successiuus in vacuo, an detur 85.b
Motus ad quæ prædicamenta est 98.c
Motus termini duplices 99.a
Motus vnitati an necessario requiratur vnicus tẽporis. 102.e 105.b
Motus differunt specie, ergo & termini,an valeat 105.g
Motus omnis an regularis, vel irregularis 106.b
Motus differentes specie, vel genere an possint cõtinuari adinuicem ibid.d
Motus an contrarietur motui, & quies quieti 107.a
Motus reflexus quis,& quomodo mobile in eo quiescit. 107.f
Motus an componatur ex indiuisibilibus 110.e
Motus an contineat indiuisibilia 111.d
Motus,an implicet, quod fiat in instanti 117.d
Motus successio vnde 118.c
Motus omnis an omni motui comparabilis 126.h
Motus velocitas, vel tarditas pœnes quid attenditur 128.h
Motus animalis an naturalis. 140.g
Motus simplex cur dicitur. 154.h
Motus, vt sint contrarij, quid requiritur 157.d
Motus naturalis an velotior in fine,quam in principio 174.e
Motus an calefaciat hæc inferiora 221.h
Motus animalis principiũ adæquatum quod 287.d
Mouens duplex 123.a,g
Mouens in mouendo mouetur, quomodo 63.g
Mouens an sit simul cum moto 122.f
Mouens per se quomodo diuidatur in partem per se mouentem,& per se motam 139.h
Mouentibus & motis an sit processus in infinitum 123.g
Mouere quid 122.h
Moueri deorsum triplex 139.f
Moueri à se multipliciter 140.d
Moueri localiter dupliciter 21.d 79.e
Moueri localiter vnde dicitur 79.d
Moueri per accidens dupliciter 98.e,105.d
Moueri per se, & primo differunt 98.f
Moueri,vt possit aliquid, quid requiritur 99.g
Mulieres cur imberbes 297.a
Multitudo actu infinita an detur 73.d
Multiplicitas duplex 322.c
Mundus tripliciter 158.a
Mundus an sit æternus 131.h, 163.e
Mundus an sit perfectus 157.h
Mundus quomodo vnus 158.e
Mundus an possit esse plures 161.d
Mundum inferiorem,an necesse sit esse contiguum lationibus superioribus, vt ab eis gubernetur 220.g
Musica quomodo est scientia media 50.d
Mutatio substantialis quotuplex 30.f
Mutatio quotupliciter 110.b
Mutatum esse in motu an detur 119.b

N

Natura multipliciter 43.e
Natura quomodo est determinata ad vnum 44.a
Natura quale principium ibi.c
Natura intendens monstrum, an producat monstrum 59.e
Natura est,non est per se nota. 63.d,43.h
Naturæ duplex processus in generando 44.h
Naturali philosopho an contingat considerare de omnibus rebus 5.c
Naturalis scientiæ duplex processus 7.d

Naturalis quomodo procedit à notioribus nobis, ad notiora naturæ 7.f
Naturalis res quotupliciter 31.g
Necessaria, & perpetua an habeant causam sui esse. 132.h 325.f
Necessitas indispositionibus vnde 59.c
Negares prima principia à quo sunt redarguendi 13.h
Negatio duplex 30.c
Negatio & priuatio in genere idem 34.c
Nigredo an sit priuatio albedinis 295.h
Nimis accidentia 227.g
Nocendi gradus 386.f
Nocumentum inferre, & iniusti ficare an idem ibid.g
Non ens an possit esse principium 31.h
Nota nobis & naturæ an eadem 7.g
Notitia multiplex 8.d,g,10.h
Notitia ex notitia an fieri possit 21.g
Notitia omnis an sit bona habenti 251.d
Notitiæ actuali habendæ an requiratur species intelligibilis 181. f
Non voluntarium, & inuoluntarium differunt 353.c
Numerus maximus an detur. 25.c
Numisma hominum policiq ne cessirum 384.d
Nutrimentum, quando conuertitur in substantiam aliti, an generetur de nouo aliqua forma 194.b
Nutrimentum cuius est obiectum 264.f
Nutritio dupliciter 194.h
Nutritio quomodo fit 263.h
Nutritioni quæ, & quot requiruntur 264.g
Nutritiua an sit potentia animę 263.h

O

Obiectum esse in se præsens, vel in sua specie quid 280.d
Obiectum cum intellectu quomodo integrat vnum principium ibid.
Obiectum cur non dicitur intelligere sicut intellectus ibi h
Obiectum creatum, & increatũ quomodo differunt 287.a
Obiectum naturale dupliciter ibidem, b
Obiectum intellectus nostri, quod ibidem
Obliuio quotupliciter, & cui requiritur 300.h
Oculi luminosi quomodo vident 246.f
Odores an conferant capiti. 256.b
Omne per se diuisibile habet partem extra partem &c. quomodo soluitur 20.b
Omne, quod fit, fit ex aliquo tanquam ex subiecto, quomodo 31.c
Omne, quod mouetur, partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem quomodo 118.a, 120.a
Omne, quod mouetur, ab alio mouetur, an verum 124.d
Omne generabile generabitur, an concedenda 164.d
Omne, & totum quomodo differunt 327.b
Omnes partes continui sunt infinitæ, an concedenda 71.a
Opacitas, & lux quomodo differunt 295.d
Operatio immanens dupliciter alicui conuenit 258.a
Operationes potentiarum cum dicuntur actiones 64.b
Operationes diuersæ an arguant diuersitatem causarũ 228.c
Operationes communes animæ, & corpori dupliciter. 293.h
Operationes duplex scire habens 312.h
Operationes præcedentes, & sequentes virtutem an eiusdem speciei 342.g
Operationes virtuosæ tripliciter 343.a
Operationes violenter metu, ui &c. an sint inuolũtariæ 352.b
Operationis bonæ circunstantiæ 255.f
Oratio, in qua ponitur terminus absolutus, quomodo exponitur 63.a
Orbicularc, & sphericum differunt 273.h
Ordo cõcipiendi an prior ordine cõcipiendi distincte. 11.c
Organa sensuum quę 295.a, &c.
Opposita multiplicia 325.g

P

Parmenides qua ratione probabat tantum esse vnum. 14.e
Pars dupliciter agit 183.h
Pars multipliciter 327.a
Pars secundum formam, & secundum materiã quid. 194.d
Partes motus non sunt, est falsa 66.a
Paruorum naturalium speculatio an necessaria 293.f
Passio multiplex. 386.e, 365.c
Passio multipliciter 326.g
Passiones animæ in quibus reperiũtur, & vbi. 338.e, 344.c
Passiones moderatæ à virtute duplices 345.b
Pater, & mater quomodo concurrunt ad generationem. 45.d, 49.d, h
Patiens voluntariè an patiatur iniustè 387.c
Pecuniæ an prosint ad vitam felicem 337.h
Peccare mortaliter an possit homo, cum ratione non vtitur 354.f
Peccati grauitas, & leuitas quo modo cognoscenda 34.e
Perfectio duplex 127.f, 341.e
Perfectum duplex 158.b
Perfectum multipliciter. 326.d
Periodus viuentiũ quid. 215.b
Perpetua, & necessaria an habeant causam sui esse 132.h
Perpetuum dupliciter 163.e
Perpetuum, & ab æterno, differunt 132.d
Per se multipliciter 326.f
Perspectiua quomodo est scientia media 50.d
Phantasia quomodo percipit sua obiecta 272.f
Phantasiatio, & sensatio quomodo differunt. 304.h
Phylosophia totalis, & partialis quid 3.c
Philotimia quid 372.h
Physica præcedit alias scientias realis 2.f
Physicalium omnium conclusionũ an sit vnus habitus 4.f
Planetæ an moueantur pluribus motibus 180.e
Pluuia vbi, & quomodo generatur 226.f
Pluuia, ros, & pruina an differant specie 228.b
Pluuia quomodo facit cessare, & commouere vẽtos 239.h
Pluuiæ signa, & accidentia quæ, & quot. 227.c, 229.e
Positio quotupliciter 326.g
Possibile, & impossibile quotupliciter 326.b, c
Potẽtia duplex, & quale nomẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

40. h, 165. b, 166. b, 200.f, 262.h
Potentia dupliciter, & quomodo posterior actu diffinitione 262.f
Potentia actiua an terminetur ad maximũ, quod põt. 264.g
Potentia passiua an terminetur per minimum, a quo potest pati 166.a
Potentia, potens impotentia, impotẽs multipliciter. 326.b
Potentia, & habitus dupliciter 394 h
Potentiæ an distinguantur per actus, & actus per obiecta. 262.d
Potentiarum animæ plicarũ operationes cur actiones dicuntur 270.a
Practica notitia dupliciter 315.f
Practicum & speculatiuũ quæ differentiæ 313.f
Primo cognitum nobis quod, & quotupliciter 9.c
Primo mutato initiantianti motum, immediate succedit, &c. an concedenda 111.a
Primo dupliciter 124.d
Primus motor de cuius consideratione est 131.f
Primus motor an vnus, imparti bilis, infinit⁹ &c. 144.g, 147.a
Primum principium quale. 323.g, & inde
Principia duplicia 13.f
Principia subiecti philosophiæ quotuplicia 14.g
Principia naturalia an sint cõtraria 29.g
Principia rerum naturaliũ an tantum tria 31.f
Principia naturalia duplicia. 31.f
Principia naturalia an oporteat semper manere 32.e
Principia prima cõplexa an sint naliter nobis cognita 315.e
Principia indemõstrabilia multiplicia Ibid.
Priuatio multipliciter. 30.b, & multiplex 35.b, 326.h
Priuatio quid &c. 33.h. 34.a
Priuatio, & negatio in genere idem ibid.c
Priuatio an dicat entitatem positiuam ibid.h
Priuatio an possit esse cã. 35.b
Priuatio non est priuari quomodo ibid.f
Priuatio an distinguatur realiter à re priuata ibid.
Priuatiuè opposita hũr fieri circa idem, quomodo 304.b
Priuationes qũo distinguuntur adinuicem 34.d
Prius multipliciter 34.b, 225.h
Proiecta à quo mouetur 146.e
Prodigalitas quid, & an extremũ liberalitatis, & an peior illiberalitate 368.b, 369.f
Prodigus an possit repetere rẽ suã, malè à se expositã 387.f
Propositio scibilis quid 2.b
Propõnes de ablatiuo absoluto triplicẽ sensũ habent 19.e
Propositione defit ad propositionem deest, vel erit; valet consequentia 36.d
Propositio de possibili, vt sit uera; quid exigit 71.c
Proportione æqualitatis, vel minoris an fiat actio 200.e
Profer uia quid 375.a
Prudẽtia qd, quotuplex, an virt⁹ moralis &c. 391.h, & inde
Pruinæ accidentia 227.f
Punctus quomodo mouetur. 119.h, 120.b

Q

Qualitas sensibilis an possit esse sine quantitate 20.g
Qualitas, vel quãtitas maxima an detur 25.f
Qualitas infinitæ extensionis an detur 72.f
Qualitas continuè acquisibilis per motum an detur 101.d
Qualitas prima an agat in aliã. 204.d
Qualitates primæ an sint quatuor 203.d
Qualitates multiplices ibid.f
Qualitates virtuales in elementis, vel in mixtis an ponendæ 204.f, & 205.b
Qualitates primæ an agant, & patiantur adinuicẽ 206.f
Qualitates sensibiles dupliciter 294 a
Qualitatibus primæ speciei an fit per se alteratio 124.g
Qualitatum ordo in agendo qualis 201.c
Quantitas an distinguatur realiter à substantia & qualitate 15.b
Quantitas est ratio, quare accidentia agant 22.e
Quantitati continuæ non primò conuenit ratio mensur⁹ an di 93.h
Quantum quotuplex 326.c
Quiditas rei materialis ab obiectũ nostri intellectus 285.d
Quiditatiuè aliquid cognosci tripliciter 316.e
Quidquid est causã causæ &c. 50.f
Quies an contrarietur motui', & quieti 107.a
Quies dupliciter ibidem, b
Quies an componatur ex diuisibilibus 114.h

R

Radius triplex 245.e, h
Radius visualis qũo refrangitur in occursu medij 245.c
Rarefactio an fit possibilis 88.a
Ratio duplex 2.g, 282.b
Rationes seminales an fit ponẽdæ 44.h, 45.e
Ratio quomodo dominatur appetitui sensitiuo 340.d
Rationis ordo quomodo peruertitur 373.h
Rationalis vnde hõ dr 276.d
Realiter distingui dupliciter. 35.f
Reflexio in aere cur melius facit videre oculos debiles, quam limpidos 246.g
Relationi an sit motus 100.h
Reminiscentia qũo fit 301.c
Repugnantia duplex 85.h
Rerum naturalium an sit scientia 1.a
Res nãles quotupliciter 31.g
Res reales, extra animam existentes triplices 2.e
Res, & ens sunt synonyma 2.h
Res, sicut se habet ad esse, ita ad cognosci 10.d
Res solum durans per instans, an detur 148.a
Respectus omnis an indiuisibiliv 78.a
Resolui aliud dupliciter 201.f
Ros, pluuia, & pruina an differant specie 228.b
Roris accidentia 227.f
Rubedo matutina, vel vespertina quid denotat 229.b

S

Sapientia an nobilior prudentia 398.f
Scibilis propositio quid 2.b
Scientia quid, cuius, & qualis. 1.f, g, h
Scientia speculatiua realis quotuplex 2.e
Scientia de aliquo quotupliciter 5.e, 220.c, 329.b
Scientia quas causas habet 7.e
Scientia communis duplex 13.f
Scientia quomodo est de veris, & necessarijs 220.c
Sciẽtia omnes an de numero bonorũ & honorabiliũ 251. d, g

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scientia an sit corruptibilis. 309.h
Scientia, ars, & prudentia differunt 396,b
Secundum, multipliciter 326.f
Semen quid, & an principiū actiuum generationis 44.b,45.b
Semper dupliciter 132.c
Senes animale memorans 299.d
Sensatio, & phantasiatio quomodo differunt 304.h
Sensibile dupliciter 20.g,271.d
Sēsibile duplex esse habet 272.c
Sensibile positum supra sensum an faciat sensationem 273.a
Sensibilia communia quomodo sentiuntur 271.b
Sensus quomodo singularium, intellectus vniuersalium 10.a
Sensus an sit potentia passiua. 268.f
Sensus an decipiatur circa suum sensibile proprium 270.d
Sensus quando percipiunt sua obiecta 272.f
Sensus tactus an sit vnus. & quod eius obiectum ibid.g,h
Sensus exterioribus & interiores quot 273.c.276.b,277.e
Sensus agens an detur 275.d
Sensus interiores & exteriores quomodo differunt 275.h
Sensus an possit habere notitiā complexam 276.b
Sensus communis an decuribid. h,& qualis 277.e
Sensus, & sensibile dupliciter. 393.h
Sensus an aduersatur rationi. 340.c,344.c
Singulare dupliciter 9.e
Singulare, & vniuersale an intelligantur vna specie intelligibilis ibid.f
Syncsis quid 395.g
Simile an aqua in fibi fimile. 199.f
Sobrietas quid, quotupliciter, &c. 367.b
Sol quomodo facit cessare & cō mouere ventos 240.b
Sol cur apparet maior in oriente, quam in meridie 246.g
Somnium quid quomodo, quando &c. 305.d. & inde
Sōnus quotuplex, cui cum vigilia cōpetit &c. 303.h & inde
Sōnus peruenies, ad plusium aures, an vnus & idem 272.c
Sphera vltima an sit in loco. 80.g
Sphæræ an moueantur pluribus motibus 180.e
Sortes, qui nunc est, an idem qui fuit heri 17.h
Species triplex 254.c
Species intelligibilis, quid. 9.g, & vnde 254.a
Species intelligibilis an requiratur ad habendam actualem notitiam 181.f
Species sensibilis vnde, & quare ponitur 275.g,276.b
Speculatiuæ scientiæ diuisio 328.f 329.f
Speculum concaum, quomodo agit 124.c
Speculo quomodo representantur imagines 294.f
Subiectum scientiæ duplex. 2.h
Subiectum realis philosophiæ quod 3.f
Subiectum primum scientiæ an virtualiter contineat omnes veritates necessarias illi⁹ 3.h
Subiectū scientiæ quale esse habere debeat 253.g
Substantia materialis quotupliciter, & an secluſa quantitate sit diuisibilis 19.c,g
Substantia omnes an sit composita ex materia & forma 40.b
Substantiæ separatæ an possint quidditatiuè cognosci à nobis. bis 316.d
Successio in motu, vnde. 118.c 120.a
Superius quomodo continet passiones inferiorum 4.d
Superlatiua, & comparatiua dupliciter exponuntur 24.d

T

Terra, quæ est sub æquinoctiali, an habitabilis 240.h
Terra in centro an sit corruptibilis 309.d
Terræmotus an naturaliter sit possibilis 240.f, eius signa, & effectus 241.b
Totū duplex & dupliciter. 15.e, h, 21.c, 73.b, 259.a, 327.b
Totum an realiter distinguatur à suis partibus ibidem
Totum vt cognoscatur, an necessaria requiratur vt cognoscantur omnes partes 26.e
Totum an dicatur moueri ad motionem partium 98.g
Tonitruum quid 241.f
Totum an simul & semel possit alterari 296.e
Totum, & omne quomodo differunt 327.b
Tranquillitas an sit signum terremotus 241.b
Tactus an sit vnus sensus, & quod eius obiectum. 272.g,h
Tactus an necessariò requiratur animali 286.f
Tantum sunt tria principia rerum naturalium quæ proposito 31.g
Tarditas & velocitas motus vnde 118.c,& inde
Temperantia quid, quotupliciter, an sit virtus &c. 362, f & inde
Téperamentum duplex 309. d, 214.a
Temporis quomodo non habemus, nisi nunc 65.b,95.f
Tempus quotupliciter, & quæ entitas 92.b. 94.d,f
Tempus an sit per se causa corruptionis 53.f
Tempus an multiplicandum secundum multitudinem motuum 94.a
Terminus multipliciter 326.e
Terminare motum per se, dupliciter 101.a,b
Terminus à quo mutationis qualis 31.a
Terminus a quo, & ad quem duplex 102.b,118.a
Terra vbi est 80.b
Terra an vndique sit spherica? 179.h

V

Vacuum an detur 84.a
Vacuum dupliciter ibid
Vacuū si existeret, an in eo posset fieri motus 84.f
Vacuum an admittat motū successiuum 85.a
Vapor dupliciter 247.b
Vapor, & exhalatio an sint corpora, à se inuicem, & ab elementis distincta. 221.b & quo modo mouentr sursum. 226.f
Vbi duplex 77.g,99.d
Vegetatiua an obedire habeat orationi 340.g
Vegetatiuæ potentiæ quæ, & quales 264.d
Velocitas, & tarditas in motu vnde 118.b
Ventus quid, qualis, & quomodo mouetur 239.a, & inde
Venti omnes an sint eiusdem speciei 240.h
Veritas quid, quotupliciter, an virtus moralis, & cæteræ huiusmodi cōsiderationes 375.e
Veritas certa, & sincera an possit à nobis pro statu isto naturaliter cognosci 322.h

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veritas an præferenda amicis. 335. h
Veritatem inquirenti an conueniat dubitare 317.h
Verum, an de consideratione Metaphysici 330.b
Violentum quid 44 g,352.c
Vir,& mulier quomodo concurrunt ad generationem. 45.d
Virginitas, quid, quotupliciter, an sit virtus &c. 365.g
Virtus quotuplex 200.f,339.a
Virtus inclinans ad supremum appetibile, an detur 341.b
Virtus & vitium quomodo opponuntur 348.e
Virtus an excludat passiones. 345.c
Virt⁹ ad alienos dupliciter 378.c
Virtus vna altera melior dupliciter 378.h
Virtus an necessario exigat prudentiam 393.b,397.a
Virtutem specialē quis habens, an possit denominari virtuosus 378.g
Virtuosi quomodo patiuntur. 345.e.g
Virtutes morales vbi sunt. 330.f
Virtutes, disciplinæ,an scientiæ permanentiores 339.h
Virtutes an generentur ex operationibus, & quomodo se habent ad suas operationes. 341.h,342.b
Virtutes an possint generari in nobis sine operationibus exterioribus 343.c
Virtutes an possit generari ex vna tantum operatione. 343.e
Virtutes an possit intendi, vel augeri ibid.f
Virtutes morales an sint circa delectationes,& tristitias 344.d
Virtutes morales quid efficiunt supra sensum ibid.f
Virtutes an sint appetibiles propter se 346.d
Virtutes, & artes an sint circa difficilia 347.c
Virtutes an in medio consistant ibid.f
Virtutes morales an connectantur adinuicem 397.g
Virtutis medium pœnes quid attenditur 363.d
Virtutis cuiuslibet duo actus. 377.f,380.b
Virtutis medium quod. 399.d obiectum 345.a
Virtutum distinctio, vel vnitas unde 379.f
Virtutum an sit scientia 331.d
Virtutum quæ perfectissima. 336.h
Virtutum operationes multiplices 342.d
Virtutum gradus quotuplices. 343.b
Virtutum omnium moralium an sit vna prudentia 398.d
Visioni an requiratur lumē 270.f
Visus obiectum 247.e,271.b
Visus an sit de natura aq. 294.h
Vitæ longioris,& brevioris causæ 215.a.307.h,& inde
Vitia inter se magis, an virtuti opponuntur 348.d
Viuens quandiu viuit nutritur, quomodo 194.g
Viuens an habeat determinatā periodum suæ vitæ 214.e
Vnibilitas quomodo passio gratiæ 25.g
Vnitas duplex 4.f,39.h,102.g
Vniuersale duplex 10.f
Vniuersale min⁹ dupliciter ibid.
Vniuersalia magis an prius nota minus vniuersalibus ibid.
Vniuersum an constet ex quinque tantum corporibus simplicibus 156.a
Vniuocatio triplex 322.d

Vnum

Vnum tripliciter 14.f.322.d
Vnum vni est contrarium,quomodo 205.f
Volitio duplex 286.a
Voluntas quomodo dicitur cæca in suis actibus 263.g
Voluntas an habeat idem obiectum,quod intellectus 285.h
Voluntas an aduersetur rationē 340.f
Voluntas quomodo differt ab aliis appetibus 341.g
Voluntas an necessario,quando quæ velit aliquid 349.b
Voluntas humana tripliciter libera ibid.
Voluntas cur magis beatitudinem appetit ibid.d
Voluntas an causa totalis suorū actuum ibid.h
Voluntas an possit velle bonum minus,neglecto maiori 350.d
Voluntas an possit prosequi,vel fugere aliqd,quod intellectus non dicret prosequendū, vel fugiendum ibid.f,351.b
Volūtas quomodo uult aliquid appetitu,sentitiuo aduersante rationi 351.f
Voluntas an possit mouere potentias inferiores ibid.g
Voluntatis actum an præcedat alius actum 350.c
Voluptati,an iræ difficilius resistitur 346.h
Voragines, & hiatus an appareant nocte existente serena. 223,b
Vtile dupliciter 346.f

FINIS.

ERRATA NOTABILIORA.

Pag.6.f,Scot.in 1.d.Scot.in 1.d.2. 15.c,de facto facit, & de facto facit. 16.f,inessentialem,essentialem. 21.h,albi per. albi,qui. 32.g,cum ly. ꝙ ly. 34.d, & si numero:& si numero, numero. 38.b,est materia: cum materia. Ibid.quintam,quantam. 41.d,tamē parz. tamen est pars. 42.c, ex sexto huius. ex octauo huius. 29. 45.d,fm vir: sed vir. Ibid.saluatur. solutur. 48.f,finis siue. finis suæ. 51.d,imparet,speraret. 73.d,in mediate,mediate. 78.f,implicatur.implicare. 79.g,ex re.exire. Ibid.h,diuisibili,diuisibilē. 81.c, partes,paries. 84.c,hæc.hic. 87.e,sunt,se. Ibid.g.erit locū.exit locū. 88.a,nec cōuertatine conuertat 89.d,non pōt esse.pōt esse. 92.g,uerunt,uterū. 94.a,quē facto,quē facio. 98.h,incōpossibile,incompossibiles. 99.e,eidē partem,parti. 106.d,cōtinuari,& cōsequēter cōtigua si. 112.h,quod per consequens,& per consequens. 113.d,subiectis, subiecti. Ibi.vlterio:vlterior. 120.b,alternationis:alterationis. Ibid. h,punta,puta. 125.f,cum motu,cū moto. 128.a,corruptibiliter:corruptibili. 130.c,suppositin est hic. est hæc. 135.g,aliquid non scit; quod non scit. 140.f,mouens,quod:mouens quod,& est. 141.e,in finita. infima. Ibid.f,mouetur; mouere. 142.b,qua sit: quæ sit. 146.e, mouens,mens. Ibid.d,ea,esse. Ibid.e,temporis.ipsis. 147.d,habere, habetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

habetur. Ibid.e,Scot.in quotl.q.11.q.12.Ibid.e,plures durare.plus durare. Ibid.f,& esse. & etiam mutatum esse.Ibid.g,definitiones: desitiones.148.f,ad principium: ad primum.157.f, sed illius:sed illi. 158.b,sit perfectus,sit perfectius. Ibid.d,difficili. dissimili. 165.f,ad principium: ad primum.165.c,patium:spatiũ. 171.c,ad eiusdẽ, ac eiusdem. 171.g,cũ aliter,cũ non aliter.173.a,fixomodo:fixus. Ibi.d, modo est:non est. 178.f,nobilius:notabiliter. 180.b,rumorum: tumorem. Ibid.d,q plures: q plus.193.b,hoc fi:hoc est,si.194.e,sub iectiles:subtiles.206.d,intensioni,intensiori.212.d,audam;nudam. 215.a,seu:suæ. 226.d,imbibita: imbibitur. 227.e,aureus:aereus. 228.Sco.in 2.d.3.1 in 4.d.11.Ibi.h,equæ alia,æque alta.233.b,vapores,vt vapores.Ibid.g,alarum,illarum.246.h,& vnde.Sed vnde. 253.c,non hoc:nõ hic.Ibid.oprimũ,oppositũ.260.e,illius actus:illi actus.275.e,si est:non est.278.d,& qũ: & qñq;. 281.c,vtilitatẽ,vniuersalitatẽ. 294.h,sic valet,sic videlicet.295.b,quale est obiectũ,quæ le obiectũ.296.d,plurimũ:pluriũ.300.a,idest postea:primo Posteriorum. Ibid.c,primũ,possunt.304.a,per ipsis debitũ: per tempus debitum.Ibid.c,animalis,animalia.Ibid.g,passio ponere,passio potẽtiæ. Ibid.h,ab alio nullus sensu,ab alio sensu. 301.h,est obcta: est obstructa.306.a,colorem,calorem.309.c,dignissima,indignissima. 315.vt,quia ego memoro: vt quia ego memoro,quod ignis. 316.a, hester,habetur. 319.a,si totum: si omnium. Ibid.e,dubitatur, dubitare. 327.d,cũ partibus compositionem:faciat compositionem. 333.a,à pacto:à peccato.337.appatit:appeti.344.b,& quia,& qui. 345.d,superantur:superant. 347.g,sic valet: sic videlicet. 349. quando,quæ:quandoq;.351.f,Sco.li.4.d.15.Sco.in 4.d.4.q.4.354.e, naturam:nautam.358.a,officiũ:ofiium.361.f,sed est:sed etiã. 363.g, quia si:quia sicut.369.b,opositiones,operationes.370.f,Petrus,pejus.371.f,honorabilius:vt honorabilius.372.d,sic valet: sic videlicet.376.h,sed aliter visum est: sed aliter,vt visum est.377.d,voluntate,volũtas. Ibid.h,solutio:solo.379.c,quia appetit;quia appetitus 380.h,in primo:in principio.384.b,quantitatem: quantitatis. Ibid. principiatur:principatur.381.a,parte: pater. Ibid.d, & principem respectu die,homines dicunt:& principem:respectu dei homines dicuntur. Ibidem,est principis:ex principijs. Ibid.b, partis: patris. Ibid.f,quæ alijs:aliàs. Ibid.h,politicæ: politiæ. 486.d, est passione: ex passione.388.e,quia sua: qui sua. Ibidem sic naturam: sic contra naturam.Ibid.f,specialium: spiritualium.Ibid.h.ferum: ferunt. 389.d,lex dicet: dicter. Ibid. Et sic: & sic patet.

A PETRI TATARETI C SCOTISTAE INGENVI,

In libros Aristotelis de Physico auditu dilucidissimæ Paraphrases,& Quæstiones.

QVAESTIO PRAEAMBVLA.

An de rebus naturalibus sit scientia, & an corpus naturale sit subiectum in ea.

B

IRCA initium totiꝰ philosophiæ naturalis:Quæritur primò, Vtrũ de rebus naturalibus sit scientia,habens pro subiecto primo,& adæquato corpus sub ratione naturalitatis. Arguitur contra primam partem:quia de rebus naturalibus non est scientia: igitur. Antecedens probãt multipliciter. Primò,quia solùm de necessarijs & impossibilibus aliter se habere est scientia, ex primo Posteriorum: sed *T. cõ.7. tt.44.* entia naturalia sunt contingentia, corruptibilia, & possibilia aliter se habere: cũ sint cõposita ex materia & forma: modo *T.cõ.11.* omne cõpositum ex materia & forma est corruptibile, ex primo de cœlo: ergo &c. Arguit secundo: De singularibus non est scientia,sed de vniuersalibus solum, ex primo Posteriorum, *T.cõ.36.* sed omnia entia naturalia sunt singularia, cum sint in se indiui sa,& diuisa a quolibet alio: igi- D tur. Arguitur tertio: Nullum ens naturale est intelligibile, igitur nec scibile. Consequentia est nota. Ans patet; quia nullũ sensibile est intelligibile, aliàs sensus esset intellectus, sed oẽ ens naturale est sensibile. ergo nullum ens naturale est intelligibile. Arguitur quarto: De rebus naturalibus non est diffinitio: ergo de ipsis non est scientia.Tenet consequentia:quia diffinitio est medium scicndi. Ans probatur:quia diffinitio est eo- *T.cõ.37. & 5.Me tap. 11.* rum,quæ semper sunt,ex primo Posteriorum: sed res naturales non semper sunt: igitur. Item diffinitio est entis per se vnius: sed res naturales non sunt entia per se vna,cum includant materiam: motum sensibilem, & qualitates sensibiles: ergo &c. Arguitur quinto, contra secundam partem: Quicquid est sub

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad ieiunum alicuius scientiæ, debet esse adæquatum passionibus, de eo demonstrabilibus in illa scientia: sed corpus naturale non est huiusmodi: igitur. Probatur: quia mobilitas, quæ est prima passio demonstrativa in illa scientia, excedit corpus naturale. Nam aliquid est mobile, quod non est corpus naturale: cuiusmodi est Angelus & Anima: Et etiam accidentia separata a subiecto: cuiusmodi sunt accidentia in Sacramento altaris. In oppositum pro prima parte arguitur auctoritate Philosophi, & omnium suorum expositorum, tradentium nobis scientiam de rebus naturalibus. De secunda parte videbitur in quæstionis decisione.

In hac quæstione & in cæteris sequentibus erunt tres articuli. In quorum primo erunt notabilia. In secundo erunt dubia. Et in tertio respondebitur ad quæstionem, ponendo conclusionem responsalem: & cum hoc soluentur rationes ante oppositum.

Art. 1.

Primo sciendum, quòd pro declaratione huius quæstionis præmittuntur aliquæ suppositiones. Prima suppositio: scientia, vt distinguitur contra alios habitus, est notitia certa & euidens alicuius veri, & necessarij, idest alicuius propositionis veræ, & necessariæ; nata causari per præmissas, ad ipsum applicatas per discursum syllogisticum. Per primam partem excluduntur opinio, suspitio, & fides: quia nullum istorum est euidens. Fides enim non est notitia euidens: quia non est ex aliquibus, vel aliquo necessario, cogente intellectum ad sic assentiendum: licet sit certa. i. sine formidine & deceptione. Per secundam particulam excluditur noticia alicuius contingentis, de quo propriè non est scientia: quia contingens non est verum necessarium: tamen secundum quòd accipit philosophus. 6. ethicorum scientiam, vt diuiditur contra suspitionem & opinionem, bene potest esse scientia de contingentibus: quæ est habitus, quo determinate verum dicimus. Per tertiam excluditur noticia euidens primorum principiorum: quia illa non potest haberi per discursum syllogisticum. Dicitur notanter, nata causari: quia non est necessarium quòd ipsa causetur per tales præmissas: quia potest per experientiam causari: potest enim aliquis scire sine syllogismo, quòd luna est eclypsabilis per solam experientiam. Sed aliquis arguetur sic: Non similiter acquiritur cognitio principiorum, & conclusionum: sed cognitio multorum principiorum acquiritur per experientiam: ergo cognitio conclusionum, quæ est scientia propriè dicta, non potest acquiri per experientiam, & sine demonstratione.

Scientia quid.

Scot. in prolo. q. 1. solumodo. q. vltim. Fides.

Cap. 4.

Instantia.

Ad istud argumentum respondetur, quòd potest esse similis modus acquirendi cognitionem aliquorum principiorum & conclusionum: attamen præter istum modum communem, est modus proprius acquirendi cognitionem conclusionum, scilicet per demonstrationem: & iste

Sco. 1. metaphys. q. 4. dicit de tripli. modo acquirendi scibile.

& iste modus est ita sibi proprius, quòd per ipsum nullo modo potest acquiri cognitio quo ramcunque primorum principiorum. Et aduerte quòd imperfectionis est ipsius scientiæ, quòd sit causata ex causa euidente. i. ex principijs: ideo scientia dei non sic est causata. Ex illa diffinitione scientiæ quatuor cõditiones eliciuntur requisitæ ad veram scientiam propriè dictam. Prima est, quòd sit noticia certa & euidens. Secunda, quòd sit de obiecto necessario. Tertia, quòd sit causata a præmissis, siue nata causari. Quarta, quòd tales præmissæ sint dispositæ secundum discursum syllogisticum: ad quem discursum non requiritur prioritas nec successio temporis; sed requiritur ordo naturæ; scilicet quòd principium discursus sit naturaliter prius notum, & sit causatiuum alterius extremi discursus: non enim requiritur successio durationis ad discursum. Ex, quo sequitur quòd beati & angeli possunt discurrere. i. deuenire de magis noto ad minus notum. Sed in deo nullus est discursus. Ex istis potest elici diffinitio propositionis scibilis scientia proprie dicta: Nam propositio scibilis, est propositio necessaria dubitabilis, nata fieri euidens per propositiones necessarias & euidentes, ad ipsam applicatas per discursum syllogisticum: & hoc visum est in primo lib. Posteriorum. Secundo supponitur, quòd res naturalis propriè dicitur res composita ex materia & forma, vel accidens consequens ipsam materiam & formam; sed de hoc alias magis dicetur dubitatione. 2. tractatu. 1. cap. 3. huius primi libri. Sit aduerte quòd rerum existentium extra animam, quæ non dependent ab opere nostri intellectus: reperitur triplex diuersitas. Quædam enim sunt separatæ a materia & secundum esse & secundum diffinitionem: sicut deus & angeli, qui non componuntur ex materia; neq; diffiniuntur per materiam. Aliæ sunt quæ quò ad esse sunt coniunctæ in rerum natura entia mathematicalia; sicut magnitudines, numeri, & figuræ, sed non secundum diffinitionem: quia non diffiniuntur per materiam. Nã magnitudo non diffinitur per materiam, neque numerus, neq; figura. Aliæ sunt quæ sunt coniunctæ materiæ & secundum esse & in diffinitionem: vt entia physicalia & naturalia: quæ componuntur ex materia & forma, & eorum diffiniuntur per materiam & formam. Nam si quis quærat quid est homo? conuenienter respondetur q̃ est quid compositum ex materia & forma: non tamen debet diffiniri per materiam determinatam ex differentia individuali: vt non debeo dicere homo est quid compositum ex hoc corpore, & ex hac anima: sed debet diffiniri per materiam, secundum se acceptam. i. non determinatam per differentiam individualẽ. Aduerte tamẽ q̃ materia potest capi dupliciter. Vno modo, p̃ altera parte compositi: puta pro corpore vel pro aliquo alio, ex quo cum forma fit totum compositum.

Sco. 2 pro leg. q. vbi supra.

Ecce vbi supra.

Sc. quæst. 1. 2. ar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B Alio modo pro differentia individuali: & sic differentia qua sortes est hic homo, seu qua sortes est sortes, diceretur materia. Sed de hoc iam visum est in libro. Porphyrij, seu in prædicabilibus in capitulo de specie, dubitatione tertia:

6.t.6. tex. 1ap.q.1. SECVNDO sciendum q triplices sunt scientiæ speculatiuæ reales: scilicet Mathematica, Metaphysica, & Physica. Inter quas ordine generationis physica & mathematica præcedunt: quia sunt de illis, quæ sunt propinquiora sensui .i. quæ sunt magis sensibilia, & quæ sunt nobis notiora, ex primo Posteriorum. Modo doctrina debet incipi ab eo, quod est facilius & notius nobis: vel quo ad qa, vel quo ad propter quid:

Tex. com mun. t 2. F physicalia autem entia sunt nobis sensibiliora & compositiora: ergo nobis notiora; ordine doctrinę & secundum modum nostrum concipiendi physica præcedit metaphysicam & etiam mathematicam. Nam illa, de quibus est physica, sunt nobis magis sensibilia: & per consequens prius nobis nota quàm mathematica. Et si quis dicat quòd mathematica dicitur esse scientia certissima & euidentissima: igitur debet præcedere alias. Respondetur vt visum est in logica .1. posteriorum notabili .3. circa .10. ca. 1. tractatus: quòd dicitur noticia certissima propter quid: quia procedit ex præmissis naturali ordine cognoscendi magis notis conclusione. Metaphysica tamen via perfectionis & doctrinę distinctè cognoscendi est prima scientiarum naturaliter adinuentarum: quia est de illo, sine quo nihil potest perfectè cognosci. G

TERTIO sciendum quòd pro declaratione secundæ partis quæstionis supponitur primo, quòd duplex est ratio formalis: Quædam est ratio formalis obiectiua: & est ratio propter quam aliquid est obiectum alicuius potentiæ: vt coloreitas est formalis ratio, propter quam color est obiectum visus. Alia est ratio formalis subiectiua: & est ratio, propter quam aliquid est subiectum alicuius scientiæ: cuiusmodi est abstractum alicuius subicti: vel diffinitio eius, propter quam passiones insunt tali subiecto: & ista ratio formalis subiectiua vocatur subiectum formale alicuius scientiæ. Vnde duplex est subiectum alicuius scientiæ; Quoddam est materiale: & est illud, quod denominatur subiectum, & se habet sicut concretum. Aliud est subiectum formale, & se habet sicut abstractum. Ex quo sequitur quòd subiectum formale non debet se habere vt superius ad subiectum materiale, nec vt inferius: oportet etiam quòd sit notius omni passione demonstrabili de subiecto materiali. Vnde subiectum materiale sic diffinitur: Est quod primò virtualiter continet omnes veritates illius scientiæ, cuius est subiectum. Et de hoc satis visum est in logica. q. 1. notabili. 2. prolog. quomodo scilicet ibi solum diffinitur subiectum scientiæ realis. Supponitur secundo quòd ens & res synonimè se habent, & vnum non est passio alterius. Et diuiditur ens prima sui diuisione in ens in anima, & in ens extra animam. Vnde ens in anima non est aliud nisi ens rõnis: cuiusmodi sunt secundæ intentiones. Sed ens extra animam est ens reale: & talis diuisio est diuisio æquiuoci in æquiuocata. Ens vero extra animã diuiditur in ens quãtum, & in ens non quantum. Vnde ens quantum est quod habet quantitatem siue molis siue virtutis, seu quantitatem perfectionis siue totalem, siue partialem. Sed ens non quantum, est quod nullam habet perfectionalem quantitatẽ, nec totalem nec partialem secundum suam rationem formalem: cuiusmodi sunt notionales in diuisionis.

Rõ formalis duplex.

Subiectũ duplex.

Sco. in 1 log. q. 1. ar. 1.

B Ens vero quantum diuiditur in ens infinitum: cuiusmodi est deus? Et in ens finitum & limitatum, quod habet partialem perfectionem: cuiusmodi est omne aliud a deo existens extra animam: & istud diuiditur immediate in decem prædicamenta. Aduerte tamen quòd ens extra animam quandoq; capitur strictè, pro ente per se subsistente, & tunc sola substantia est ens: & sic dicebat philosophus .7. metaphisicus, quòd accidens non est ens, sed entis .i. dispositio vel habitudo substantiæ.

Sc. quæst. 9. 1. in fi. & lib. 1. d. 8. q. 3. Sco. li. 4. d. 12. q. 1.

T. cõ. 2.

QVARTO sciendum quòd de subiecto diuersæ sunt opiniones. Dicunt enim Auicenna, Commentator, Albertus Magnus, & Aegidius de Roma, quòd corpus mobile est subiectum adæquatum totius philosophiæ naturalis. Pro quo tamen est aduertẽdum, quòd philosophia totalis est aggregatum ex omnibus habitibus omnium conclusionum, demonstratarum in libris naturalibus. Sed philosophia partialis est habitus vnius conclusionis demonstratæ in aliquo naturali libro. Alia est opinio Thomæ, Buridani; & multorum aliorum quòd ens mobile est subiectum adæquatum totius philosophiæ naturalis. Sed contra istas opiniones potest argui: Nullum aggregatum ex subiecto & passione videtur esse primum subiectum huius scientiæ: cum tale aggregatum sit ens per accidens, & non habens per se vnum conceptum; nisi diceretur quòd talis scientia esset scientia subalternata: sed corpus mobile est huiusmodi, & etiam ens mobile: ergo. Præterea mobilitas non potest esse ratio formalis subiecti, per quam passiones physicales demonstrantur de subiecto. Probatur; quia passio posterior non potest esse medium in demonstratione propter quid respectu passionum priorum: sed quantitas, qualitas; & vbi, illæ passiones prius insunt substantiæ aut corpori naturali quàm motus ad quantitatem, qualitatem, aut vbi: igitur. Huius rationis declarationem & probationem vide Sco. 6. metaphys. q. 1. Alia est opinio Canonici & aliorum Scotizantium ponentium subst. tiam finitam sub ratione naturalitatis esse subiectã philosophiæ complete traditæ. Sed illud non videtur esse verum: quia tunc passio excederet subiectum, cũ

C

D

1. phys. q. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E mobilitas, quæ est passio in philosophia naturali, conueniat accidentibus separatis a subiecto; sicut in sacramento altaris.

Alia est opinio aliquorum modernorum Scotizantium, volentium quòd corpus naturale sit subiectum totius philosophiæ naturalis: & dicunt quòd mobile est propria passio conuertibilis cum corpore: sic quòd omne mobile est corpus, & omne corpus est mobile. Sed ista opinio non est multum conformis fidei catholicæ: quia secundum veritatem & fidem aliquid est per se mobile motu locali, quod non est corpus, vt Angelus & Anima rationalis separata a corpore. Et licet Angelus non sit in aliquo loco circunscriptiuè & dimensionaliter siue extensiuè; est tamen in loco diffinitiuè, præsentialiter & determinate: & etiam mouetur successiuè. Sunt ergo tam Angelus quàm anima separata a corpore de consideratione philosophiæ naturalis complexæ, tanquam illa, quibus pertinet passio physicalis, scilicet mobilitas. Ideo omissis istis omnibus opinionibus dicitur, quòd ens finitum acceptum in suo conceptu communi sub ratione naturalitatis est subiectum adæquatum philosophiæ naturalis, complete tractę: quia mobilitas conuertitur cum ente finito naturali. Ipsius tamen philosophiæ tradiæ ab Aristot. corpus naturale nomine subiectum primum: quia ipse opinabatur hos duos terminos, mobile & corpus esse conuertibiles: sic q̃ omne corpus est mobile, & omne mobile est corpus: cuius fundamentũ G est repugnãs fidei: omnes enim istæ propositiones, Angelus est mobilis, angelus est motiuus, angelus est receptiuus alicuius vbi, quo caret: Anima separata à corpore est mobilis: accidentia separata a subiecto sunt mobilia: sunt per se scibiles in philosophia naturali; licet omnia illa forte moueantur motu alterius rationis ab illo, quo mouentur corpora: quem motum non cognouerunt philosophi. Et istã opinionẽ debet tenere quilibet catholicus: licet autem 6. meta. dicat Doctor subtilis substantiã corpoream esse subiectum philosophiæ naturalis: loquitur tamen de philosophia tradita ab Arist. & non de philosophia complete traditæ. Et hæc de primo articulo. Quantum ad se- H cundum.

Dvbitatvr primo. Vtrum subiectum primum & adę quantum alicuius scientiæ primo virtualiter contineat omnes veritates necessarias illius scientiæ. Pro cuius solutione est aduertendum quòd præter ea, quæ dicta sunt in prologo logicæ. q. 1. dubi. 3. quintuplex est continentia: Quædam est continentia essentialis, qua, scilicet aliquid continet aliud in primo modo dicendi per se; vt diffinitum continet suam diffinitionem. Alia est continentia identitiua, qua scilicet aliquid continet aliud sibi realiter identificatum, ab eo tamen formaliter distinctum: & hoc modo omne subiectum continet omnes eius passiones. Alia est continentia potentialis, qua scilicet

Arti. 2.

An subiectũ primo virtualiter contineat omnes veritates scibiles.

omne

A omne superius continet sua inferiora seu proprias passiones inferiorum, quæ insunt eis per proprias rationes eorum: vt animal continet hominem, equum hinnibile, & risibile. Alia est cõtinentia virtualis, scilicet qua aliquid potest producere aliud vel in esse reali, vel in esse cognito: vt visum est in logica. Vnde illud dicitur continere aliud virtualiter in esse cognito, ex cuius cognitione sufficiẽter potest elici cognitio alterius: & de tali continentia intelligitur ratio primi subiecti assignata a Scoto doctore subtili in Prologo Quæstione tertia, Articulo primo, inquirente subiectum primum Theologiæ: Secundum cuius mentẽ & opinionem respondetur ad dubium B iam propositum per huiusmodi dictum. De ratione primi subiecti alicuius scientiæ est virtualiter primo continere notitiam omnium veritatum illius scientiæ, cuius est subiectum. Et potest sic declarari: quia primum subiectum continet primum prædicatum: nam tale prædicatũ vel est diffinitio subiecti, & tunc subiectum continet ipsum essentialiter: vel est passio, & tunc continet ipsum virtualiter: Sed ex primo subiecto & ex primo prędicato cõponitur primum principium alicuius scientiæ in quo virtualiter continentur conclusiones & minores: ergo subiectum alicuius scientiæ primo virtualiter continet omnes veritates ne- *Pag. 6. C*
cessarias illius scientiæ: dummodo subiectum sit species specialissima: vt visum est in logica. Verum est tamen quòd nõ omnes veritates necessariæ alicuius scientiæ, qualiter virtualiter continentur in notitia primi subiecti. Passiones enim demonstrabiles de primo subiecto per propriam rationẽ eius, primo & per se virtualiter continentur in ipso: ipse autem passiones vt sunt demonstrabiles de inferioribus ad ipsum per rationes eius, continentur per se virtualiter in ipso: non quidem primo, sed bene secundario. Et si quæras qualiter passiones inferiorum ad ipsum continentur in ipso? Respondetur, quòd potentialiter tantum, & nullo modo virtualiter. Falsa est ergo opinio aliquorum Scotizantium: dicentium quòd superius continet passiones suorum inferiorum virtualiter, potentialiter: est enim repugnantia in adiecto: cum sint continentiæ disparatæ. Ex his potest elisi, quòd quandocunque subiectum alicuius scientiæ est vnum superius, habens sub se multa spetie distincta: & scientia illius subiecti non solum se extendit ad proprietates demonstrabiles de ipso, sed etiam ad passiones demonstrabiles de suis inferioribus per proprias rationes eorum: tunc subiectum illius scientiæ non continet primo virtualiter omnes veritates illius scientiæ, sed aliquas virtualiter; & aliquas potentialiter. Infertur vlterius, quòd intentio Doctoris subtilis erat loqui dumtaxat, de subiecto primo, non habente aliqua

Pag. A

D *Hoc explicatius vide in cons. Andreæ 10. mera. q. 1 in solu. 3. argu.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

B inferiora sub se specie distincta. Ex istis potest elici, quòd subiectum philosophiæ naturalis nõ continet primò virtualiter notitiam omnium veritatum physicalium: immo generaliter nullũ subiectum, cuiuscunq; scientiæ fuerit, si sit vnum superius commune ad plura spẽ distincta; cõtinet primo virtualiter omnes veritates necessarias illius scientiæ: diffinitio ergo Scoti solum intelligitur de subiecto in scientia reali, quod est species specialissima.

An omnium cõclusionũ scientiæ physicalis, sit vnus habitus scientificus.

DVBITATVR secundo. Vtrum omnium conclusionum physicalium demonstratarũ in physica sit vnus habitus scientificus ab alijs distinctus? Et videtur quòd non sit vnus habit⁹: quia continet multos habitus

F spẽ differentes: ergo non est vnus. Antecedens patet: quia in physica per diuersa media demonstrantur multæ conclusiones, spẽ differẽtes: modo de qualibet conclusione, spẽ differente ab alia, est habitus scientificus spẽ distinctus ab habitu alteri⁹ conclusionis. Respondetur ad istud dubiũ secundum mentem Sco. super 6. metaph & conformiter ad ea, quæ dicta sunt in logica, ponendo aliquas cõclusiones. Prima est: duplex est vnitas, scilicet intrinseca & extrinseca: Vnitas intrinseca est illa, quæ sumitur à propria differentia illius rei, vel à propria eius entitate: & de ista non est dubium. Sed vnitas extrinseca est, quæ conuenit alicui ratione alicuius extrinseci: & de ista est dubium. Secunda conclusio: triplex est habitus scientificus, scilicet formalis, potentialis, & virtualis. Formalis, est habitus proprius conclusionis demonstratæ, siue propter quid & à priori, siue quia à posteriori; inclinans ad considerationem illius conclusionis: siue ad tales actus, ex quibus acquirebatur, & talis est vnus de quinq; habitibus intellectus. Sed habitus virtualis est intellectio simplex, & quidditatiua primi, idest principalis subiecti, continens in se virtualiter omnes veritates scibiles de illo subiecto: inclinans formaliter ad speculationem illius subiecti incomplexi, inclinando virtualiter ad speculationem omnium complexorum, virtualiter inclusorum in tali subiecto primo. Sed habitus potentialis est H simplex notitia alicuius subiecti inclinans formaliter ad considerandum tale subiectum incomplexum: inclinando virtualiter ad cognoscendum plura complexa, virtualiter inclusa in tali subiecto: & vlterius inclinando potentialiter solum ad considerandum alia plura complexa, quæ solum potentialiter includuntur in tali subiecto primo: sicut notitia quidditatiua, & incomplexa primi subiecti inclinat potentialiter tantum ad cognoscendum proprias passiones inferiorum illius subiecti. Tertia conclusio: omnium conclusionum demonstratarum in aliqua scientia: termino, vel terminis differentium, sunt habitus formales specie distincti: & tot sunt, quot sunt conclusiones, termino, vel terminis differentes.

q. 1.

Sco. li. 1. d. 1. q. 4. & q. 15. quæstib.

Ex

A Ex quo sequitur, quòd plurium conclusionum physicalium; terminio, vel terminis differẽtium, quomodocunq; considerentur non est vnus habitus scientificus formalis: ideo physica illo modo non est vnus habitus respectu omnium conclusionum demonstratarum in physica: sed est tot habitus physicales specie distincti, quot sunt in physica conclusiones demonstratę, termino, vel terminis differentes. Quarta conclusio, quælibet scientia habens specie specialissimam pro subiecto adæquato, potest dici vnus habitus scientificus, respectu diuersorum, & multorum complexorum in tali scientia cognoscibilium: vnus quidem habitus virtualis seu vnitate virtualis contientiæ. Nam sicut dictum est in præcedenti dubio, conclusio

B nes virtualiter includuntur in suis principijs, & principia virtualiter includuntur in subiecto: subiectum enim includit prædicatum: in subiecto etiam in complexo quidditatiue cognito, virtualiter continentur principia & conclusiones de tali subiecto. Et sic tota noticia quæ de ipso subiecto nata est haberi, & etiam quæ nata est haberi de alijs per rationem eius, siue sint inferiora contenta sub ipso, siue attributa ad ipsum tanquàm ad primum dicitur vna virtualiter. Quinta, conclusio & vltima. Quælibet scientia habens pro subiecto primo, & adæquato aliquid communae ad plura partialia subiecta; specie distincta, quę in tali scientia considerantur, secundum proprias, & speciales rationes eorum, est vna solum vnitate potentiali seu genere remoto: quia talis scientia est respectu multorum complexorum: ad quę non inclinat virtualiter, sed tantum potentialiter, & in vniuersali. Ex istis patet quid sit dicendum ad dubium.

Sco. li. 1. q. 1. supra.

C

DVBITATVR tertio, vtrũ ad Philosophum naturalem pertineat considerare de omnibus rebus? Et videtur, quòd nõ: quia nulla scientia considerat de omnibus rebus: igitur Philosophia non considerat de omnibus rebus. Consequentia est nota: & antecedens probatur: quia videretur, quòd omnes aliæ scientiæ superfluerent.

An ad Philosophum naturalem pertineat considerare de omnibus rebus.

Item dicit Arist. primo Posteriorum, quòd scientia est necessariorum, & impossibilium aliter se habere: sed non omnes

D res sunt necessariæ, immo potiùs contingentes: igitur. Præterea si Philosophia considera ret de omnibus rebus, sequeretur, quòd esset communior, vel saltem ita communis sicut metaphysica: quod est falsum

T. cõ. 7. 8. 36.

Item Philosophia naturalis non habet considerare de ista conclusione, triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis: sed solum geometer habet de illa considerare: igitur. In oppositum arguitur: quia naturalis Philosophia habet considerare omnia, quibus conueniunt passiones naturales: cuiusmodi sunt mobile, & immobile, generabile, & ingenerabile, corruptibile, & incorruptibile: sed illę fere conueniunt omnibus rebus saltem disiunctim:

Universidad de Deusto
Biblioteca

E quia omnis res videtur esse generabilis, vel ingenerabilis, corruptibilis, vel incorruptibilis: mobilis, vel immobilis. Pro solutione supponitur, quòd scientia dicitur haberi de aliquo tripliciter. Vno modo tanquàm de conclusionibus demonstratis: & sic dicitur, quòd scientia est necessariorum, & impossibilium aliter se habere, idest conclusionum necessariarum, quæ non dicuntur necessariæ eo, quòd necessario sint: quia aliquando sunt, & aliquando non sunt: sed dicuntur necessariæ: quia stante significatione terminorum, ipsæ sunt necessario veræ, si formentur: vel quia impossibile est aliter esse: quàm ipsę significant significatione totali, & stante significatione terminorum. Alio modo dicitur esse scientia de aliquo tanquàm de terminis, ex quibus componitur talis conclu-

Sco. in 1 Post. q. 1. sola. 2. ar gum.

F sio. Tertio modo tanquàm de rebus significatis per illam conclusionem; & sic de rebus naturalibus habemus scientiam tanquàm de illis, quæ significantur per terminos conclusionis. Et per hoc soluuntur multę auctoritates: & de hoc magis visum est in primo Posteriorum. Pro solutione autem dubij ponuntur aliquæ conclusiones.

Prima: Nulla scientia est demonstratiua omnium conclusionum quarumlibet scientiarum: quia si sic, omnes aliæ scientiæ superfluerent: & etiam si esset aliqua talis, maxime esset Metaphysica: sed hoc non, quia metaphysica non habet demonstrare conclusiones geometricas: igitur. Secunda conclusio: Ad metaphysicum solum spectat cõ G siderare de rebus omnibus, & formare conclusiones de terminis significantibus illas res scibiles per ipsam metaphysicam. Nam nulla scientia habet considerare, vtrum aliqua res sit eadem cum alia, vel diuersa, nisi metaphysica: & vtrum triangulus sit idem cum hoc, quod est habere tres, vel diuersum: immo videtur, quòd nulla scientia habet scire de aliqua re, siue in speciali, siue in generali, quid ipsa est, nisi metaphysica. Vnde physica bene scit qnomodo generantur asini, & capręs: & quales sunt operationes eorum; sed ipsa nescit præcise quid est lapis, vel asinus. Tertia conclusio: Ad scientiam naturalem spectat considerare de omnibus rebus, saltem specialibus, puta tertio modo tanquàm de his, quæ significantur per terminos suaH rum conclusionum. Nam habet considerare de omnibus, quibus conueniunt passiones naturales, quæ videntur conuenire omnibus rebus. Et dicitur notanter specialibus: quia non videtur, quòd philosophia habeat considerare ista: puta ens, res, quidditas, sed solum metaphysica: immo si ponerentur in aliqua conclusione in scientia naturali, non terminarentur per philosophiam naturalem: sed per metaphysicam. Et per hoc soluntur dubium. Quantum ad tertium articulum sit.

CONCLVSIO respõsalis: *Art. 5.* De rebus naturalibus est scientia, ad sensum dictum in tertio dubio. Et corpus sub ratione naturalitatis est subiectum primum

A mum philosophiæ naturalis traditæ ab Arist. non tamen philosophiæ complete traditæ, sed ens infinitum, vt visum est in primo articulo. Ad rationes.

Ad primam, patet quid sit dicendum. Ad secundam dici-

Sco. 7. me ta. q. 15. tur, quòd de rebus singularibus non videtur haberi proprie scitia, cum non habeant proprias passiones: sed solum passiones suorum superiorum: non ta- C men est simpliciter negandum, quòd non sint scibiles. Ad tertiam dicitur, quòd non sequitur, si aliquod intelligibile sit sensibile; quòd propter hoc sensus sit intellectus: immo omne sensibile est intelligibile. Ad quartam, & ad quintam patent solutiones ex dictis.

PHYSICORVM

LIBER PRIMVS.

T. cõ. 1. & inde. B QVONIAM quidem intelligere, & scire contingit circa omnes scientias: quarum sunt principia, aut causæ, aut elementa; ex horum cognitione. Tunc enim arbitramur cognoscere vnumquodque, cum causas primas, & prima principia cognoscimus, & vsque ad elementa: manifestum quidem quot, & quæ sunt circa principia scientiæ, quæ de natura est; prius determinare tentandum. Innata autem est à notioribus nobis via, & certioribus, in certiora naturæ, & notiora: non enim eadem sunt nobis nota, & simpliciter.

EST liber Physicorum Aristotelis, in quo D ipse determinat de rebus naturalibus. Et diuiditur in duas partes, scilicet in partem proœmialem, & partem executiuam. In parte proœmiali ostendit tres conclusiones. Prima, In scientia naturali prius determinandum est de causis, principiis, & elementis rerum naturalium, quam de causatis, principiatis, & elementaris: quia prius determinandum est de illis, ex quorum cognitione aliqua sunt cognita. Sed ex cognitione causarum, & principiorum fiunt nobis nota causata, & principiata: quia putamus scire rem, cum causas eius cognoscimus. Secunda conclu- *Diuisio libri.* sio: In scientia naturali deba-

Universidad de Deusto
Biblioteca

E mus procedere a compositis, siue ab effectibus ad simplicia, siue principia: quia oportet procedere ex his, quæ sunt nobis notiora: sed composita, & causata sunt nobis notiora, quàm suæ causæ: igitur &c. Minor patet: quia composita sensibilia sunt notiora nobis: modo innata est nobis via procedendi ex notioribus nobis ad notiora naturæ: quia eadem non sunt nobis nota, & naturâ, ideſt secundum naturam. Tertia conclusio: in scientia naturali procedendum est a magis vniuersalibus ad minus vniuersalia: patet, quia in scientia naturali procedendum est a nobis notioribus ad nobis minus nota: sed magis vniuersalia sunt magis nota, quàm minus vniuersalia: ergo in scientia naturali procedendum est a magis vniuersalibus ad minus vniuersalia. Minorem probat tribus signis. Primum, totum integrale sensibile est notius secundum sensum suis partibus: prius enim aliquis cognoscit domum quàm suas partes: sed vniuersale est quoddam totum, cũ multa comprehendat, puta eius partes: igitur. Secundum signum, diffinitum est notius suis partibus diffinientibus: igitur magis vniuersale notius est minus vniuersali. Diffinitum enim significat cõfuse, & indistincte illud, quod distincte diffinitio significat. Et ex isto textu habetur, quòd inter conceptum diffiniti, & diffinitionis est aliqua distinctio. Tertium signum, quia pueri primò appellant omnes viros patres: & omnes fœminas matres: sed postea discernunt, & distinguũt inter patrem, & alios viros, & inter matres, & alias fœminas, & sic prius comprehendunt cõfuse, quàm distincte: igitur signũ est, quòd magis vniuersale est notius minus vniuersali.

An in scientia naturali procedendum sit ex cognitione causarum &c.

QVAERITVR, Vtrum in scientia naturali sit procedendum ex cognitione causarum, principiorum, & elementorum: ad cognitionem principiatorũ, & causatorũ, & elementatorum.

Arguitur primo, quòd non; quia in scientia naturali procedendũ est a compositis ad simplicia; sed causæ, & principia sunt simplicia: & causata, & principiata sunt composita; ergo procedendum est in scientia naturali a causatis, & principiatis ad causas, & principia. Arguitur secundo: Si procedendum esset a principiis, causis, & elementis: ſo quereturr, quòd ad perfectam cognitionem alicuius rei non sufficeret cognoscere vnam causam eius, sed oporteret cognoscere omnes; sed hoc est falsum; igitur. Falsitas consequentis patet; quia potest haberi perfecta cognitio de aliquo per suam diffinitionem; sed diffinitio eius non exprimit omnes causas; igitur.

Arguitur tertio; Alicuius vnius, & eiusdem rei possunt esse infinitæ causæ: sed nõ possumus cognoscere infinita; ergo ad cognoscendum aliquam rem, non est necesse cognoscere omnes eius causas; & per consequens in scientia naturali non est procedendum a cognitione causarum ad cognitionem causatorum.

A rum. Maior patet, quia sicut sortes producit hanc domum, ita Plato potest producere, & similiter multi alij: igitur. Arguitur quarto sic: Notitia, quæ habetur de rebus naturalibus sine causa, est perfectior illa, quæ habetur cum causa: ergo ad cognoscendum res naturales nõ oportet procedere a causis. Consequẽtia patet, quia notitia, per quam alia acquiritur, est perfectior illa, quæ acquiritur per ipsam: sed cognitio causæ acquiritur per cognitionem effectus: igitur &c. Arguitur quinto sic: Mathematica est certior quàm Physica, secundum Commentatorem: quia scientiæ mathematicę sunt in primo gradu certitudinis; & tamen mathematica nõ procedit ex cognitione causarum: ergo scientia naturalis nõ debet procedere per causas.

2. Meta. 16.

B In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Art. 1.

PRIMO sciendum, quòd pro intellectu quæstionis ponuntur aliquæ distinctiones. Prima, secundum Commentatorẽ, principium, causa, & elementum possunt capi dupliciter. Vnomodo generaliter, & sic sunt synonyma, & sic non videntur accipi in textu: cum ipse dicat, quòd nomina synonyma non ponuntur in scientiis demonstrativis. Aliomodo capiuntur proprie: & sic secundum eum. 12. Metaphysicæ, principium solum dicitur de causis extrinsecis; & elementum de causis intrinsecis; & causa dicitur de vtrisque.

1. phy. 1.

Secunda distinctio: Physicam habere principia, causas, elemẽta potest intelligi dupliciter. Vnomodo intrinsece, sic quòd componatur ex materia, & forma, vel aliis causis: & sic nec philosophia naturalis, nec aliqua alia scientia habet causam materialem, & formalem: quia nullum accidens habet causam materialem, aut formalem, vt dicit Aristoteles in octauo Metaphysic. cap. 5. ideo videtur esse frustra illa quæstio, quam quęrunt aliqui in principio librorum: puta quæ est causa materialis, & formalis alicuius scientiæ. Aliomodo potest intelligi extrinsece: puta, quia est de aliquo, vel aliquibus, quæ habent causas, principia, & elementa. Etiam quãdo dicitur, quòd philosophia procedit per causas: debent intelligi demonstrationes propter quid in philosophia, quæ exprimunt causas, ita esse sicut per conclusiones significatur, vel econtra. Tertia distinctio: in scientia naturali est duplex processus, scilicet, quia est, qui est ab effectu ad causam: Alius est propter quid, qui est ex cognitione principiorum ad notitiam effectus. Et si quis petat, quis processus facit magis scire. Respondetur, quòd processus propter quid. Et si quis arguat, sequeretur, quòd processus quia est, faceret scire cum dubitatione, & per cõsequens non facere scire. Respondetur negando consequentiam: quia vna scientia non dicitur certior, vel euidentior alia: eo quòd alia habeat aliquem gradum dubitationis. Vnde dicitur primo Posteriorum, quòd necesse est magis credere principiis, quàm conclusioni: &

Sor. li. 1. di. 8. q. 2.

C quia aliqua creatura sit sine simplex.

D

Instãtia.

T.

Universidad de Deusto
Biblioteca

men non sequitur, quòd concludamus eã dubitatione, Sed si quis iterum dicat, per minus notum non cognoscitur magis notum: sed causæ sunt minus notæ, quàm effectus: igitur. Respondetur, quòd causæ sunt minus notæ quo ad quia est: vnde citius cognoscimus homines esse, vel lapides esse, quàm Deum esse: Etiam cognoscimus citius eclypsim lunæ esse, quàm interpositionem terræ inter solem & lunam. Et ideo concedo quòd in naturalibus non cognoscimus causita per causas quantum ad hoc, quòd ita est, seu quòd ad quia est, sed econtra. Sed cum hoc dico, quòd causæ sunt notiores etiam nobis quantum ad propter quid, quàm causata: vnde ex esse causitorum non cognoscimus propter quid causarum: vt licet videas eclypsim lunæ esse: tu non cognoscis propter quid est, nisi prius en cognoscas interpositionem terræ, causantem eclypsim lunæ.

Obiectio.

P

Quo in modo aliqua sint prius & posterius nobis ad notiora naturæ.

SECVNDO sciendum, ꝙ circa hunc textum incidunt aliquæ difficultates. Prima est, qualiter est saluabile, in scientia naturali esse procedẽdũ a notioribus nobis ad notiora naturæ. Pro cuius declaratione quæritur alia difficultas, videlicet, quæ sunt illa, quæ sunt notiora secundum naturam: & quæ sunt illa, quæ sunt notiora nobis. Respondetur per aliquas propositiones. Prima; Illa sunt notiora secundum naturam, quæ sunt priora inesse: cuiusmodi sunt causæ, quæ sunt priores, saltem prioritate naturæ: quia non oportet semper causam præcedere suum effectum. Secunda propositio: Illa sunt notiora nobis, quæ sunt magis sensibilia, vel magis deducibilia ex sensibilibus. Et per hoc faciliter potest solui vna quæstio, qua quæritur: Vtrum eadem sint nobis primo nota, & naturæ. Ad quam respondetur per aliquas propositiones. Prima, ista propositio est falsa, non eadem sunt nobis nota, & naturæ: quia illa, cui æquialet, est falsa: æquialet enim isti, nulla sunt nobis primo nota, & naturæ: sed ista est falsa; cũ sua cõtradictoria sit vera, puta ista: aliqua sunt nobis primo nota, & naturæ: quia vbi causæ sunt sensibiliores suis effectibus ibi eadem sunt nobis primo nota, & naturæ. Verbi gratia, colores sunt nobis prius noti, quàm species sensibiles colorum, vel species intelligibiles, cum sint sensibiliores: & tamen etiam sunt prius noti secundum naturam: quia sunt priora quo ad esse.

C

Vide Burlandum de tota illa materia sequẽti in 1. Physic. q. 6.

H

Secunda propositio: ista est vera, eadem non sunt nobis primo nota, & naturæ: cum sit vna indefinita, æquualens illi, aliqua non sunt nobis primo nota, & naturę; & illa est vera: quia vbi effectus sunt sensibiliores suis causis, vel saltem magis deducibiles ex sensibilibus, ibi eadem non sunt nobis primo nota, & naturæ. Sed quæreret aliquis: quæ est illa natura, cui eadem non sunt sibi primo nota, & nobis. Respondetur probabiliter, vt dicunt aliqui, quòd illa natura est Deus: Deus enim omnia cognoscit per suam essentiam, & secundum quòd ab eo dependent: sed causæ prius

A dependent ab eo, quàm effectus: igitur prius cognoscit causas, quàm effectus. Istud tamen non debet intelligi, quòd in Deo, vel in cognitione diuina intrinsecè sit aliqua prioritas: quia nihil est in Deo quin sit Deus: sed illa prioritas, & posterioritas in cognitione diuina dicitur secundum denominationem extrinsecã, a rebus cognitis. Et per hoc soluitur alia dubitatio quare notiora secundum naturam dicuntur notiora simpliciter. Respondetur, quòd hoc est, quia scientia propter quid de eadem re, est simpliciter certior, quàm scientia quia, de eadem re: nam demonstratio propter quid certius facit scire, quàm demonstratio quia. Et per hoc faciliter soluitur prima dubitatio.

Sco. q. 3. prolog. in 1. quæstiũ vnica.

B TERTIO sciendum, quòd incidit alia difficultas; An ad cognoscendum perfectè effectum oporteat cognoscere omnes eius causas. Pro solutione supponitur primo, quòd duplex potest esse notitia alicuius rei, quædam incomplexa, qua cognoscitur res absolutè secundum conceptum incomplexum. Alia est complexa, qua cognoscitur res in ordine ad aliam rem. Et ista dividitur secundum quòd propositio potest dividi; nam quædam est notitia complexa propositionis necessariæ mediatæ: alia propositionis necessariæ immediatæ. Et ista est duplex: quia quædam est propositionis per se notæ: & talis sufficienter habetur per cognitionem suorum terminorum. Alia est propositionis non per se notæ: & talis sufficienter habetur per inductionem, aut per demonstrationem, quia est: aut per alium discursum. Et quælibet istarum potest esse duplex, quædam est perfecta: & alia imperfecta. Notitia perfecta adhuc est duplex. Quædam est perfecta simpliciter, qui cognoscitur res omnibus modis, quibus nata est cognosci, & secundum omnia prædicata de ipsa scibilia. Et forsan nulla est talis, saltem creata. Alia est perfecta in genere, qua cognoscitur res secundum aliquam determinatam rationem, & quantum ad passiones, quæ per huiusmodi rationem sibi insunt. Et aduerte, quòd istud magis deberet sic exprimi, scilicet, aliquid potest perfecte cognosci dupliciter, scilicet simpliciter, & in genere.

An ad scitè cognoscendum effectum, necesse sit cognoscere eius causas.

C

Supponitur secundo, quòd duplex est causa. Quædam est causa per se, quæ secundum eius propriam naturam, & non secundum aliquid sibi coniunctum causat, vel concurrit ad esse, vel fieri effectus: & sine qua non potest esse effectus. Alia est per accidens, sine qua res potest esse, & fieri: sicut musicum est causa per accidens domus. Item causarum per se: quædam sunt essentialiter subordinatæ, & aliæ accidentaliter. In causis essentialiter subordinatis, causa secunda in causando dependet a prima: sic, quòd si nulla causalitas primæ causæ esset, nec secundæ: & simul est causalitas causæ primæ cum causalitate causæ secundæ, & econtra: nec causalitas vnius est eiusdem rationis cum causalitate alterius. His præmissis dicitur pri-

D

Sco. li. 1. d. 2. q. 2. art. 3. secundum. Scodeus ad q. 2 primi lib. 1. & de perfectione causæ per se, & per accidens.

Item causarum accidentalium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B ma, quòd ad nullam notitiam rei perfectam oportet cognoscere omnes eius causas per accidens: quia illę sunt infinitę: modo infinitum in quantum infinitum, est ignotum. Dicitur secundo, quòd ad perfectam notitiam secundum quid, & in genere siue incomplexam, siue complexam non oportet omnes causas rei cognoscere. De incomplexa patet: quia notitia incomplexa dicitur notitia diffinitiua. Sed ad cognoscendum diffinitiuè aliquid, sufficit cognoscere causas intrinsecas, per quas datur diffinitio quidditatiua. De complexa quæ habetur per demonstrationem: patet quia quælibet causa sufficienter potest assumi pro medio demonstrationis ad demonstrandum aliquam passionem de subiecto: ergo ad demonstratiue cognoscendum rem in genere, nō oportet cognoscere omnes causas: cum vna possit esse medium ad demonstrandum aliquid de subiecto. Dicitur tertio, quòd ad perfecte cognoscendum rem simpliciter: necesse est omnes causas eius cognoscere per se: vt patet in textu, vbi dicit Arist. q vnum quodque arbitramur cognoscere cū causas eius cognoscimus vsq; ad elementa. Nunquam enim omnes quæstiones, & dubitationes de re sunt solutæ: sed semper contingit quærere aliquid, quousq; cognoscantur omnes causæ rei.

F

Vtil ad cognitionē totius tiam re quæritur

QVARTO sciēdum, quòd adhuc est alia difficultas: An ad perfectè cognoscendum aliquid intuitiue, requiratur cognitio omnium causarum. Pro cuius solutione supponitur, quòd duplex est notitia, scilicet intuitiua, & abstractiua. Notitia intuitiua est noticia rei præsentis, vt præsens est: existentis, vt existens est. nata causari immediate ab existentia talis obiecti. Abstractiua est noticia respiciens obiectum: non, vt existens aut præsens, sed in aliquo representatino, puta in specie intelligibili, vt noticia habita de rosa non existente. Vnde dicitur, quòd istę duę noticię specie distinguūtur: quia quæcunq; sunt eiusdem speciei, possunt sine contra dictione esse æque perfecta, sed abstractiua, & intuitiua noticia non possunt esse æque perfectę: igitur. Secundo supponitur, quòd intellectus noster pro statu isto potest illam duplicem noticiam habere. Intellectus enim noster pro isto statu intuitiue cognoscit omnia illa, quæ sensus cognoscit: & habet cognitionem intuitiuam concomitem cognitionem intuitiuam sensitiuam: quia perfectior, & superior potentia in eodem cognoscit illud, quod inferior cognoscit, & eodem modo. Dicitur vlterius, q potentia intellectiua cognoscit intuitiue omnes sensationes tam sensuum interiorum quàm exteriorum: quia cognoscit, quòd visus videt aliquid: & quòd auditus aliquid audit, & sic de alijs. Dicitur vlterius, quòd intellectus noster pro statu isto habet noticiam intuitiuam omnium suarum intellectionum, vel saltem potest habere, & omnium volitionum, & nolitionum: patet quia intellectionum, & volitionum præteritarum recordatur, seu potest

C

Est eadē sa.

Sco. li. 1. di. 1. q. 2. articul. 1. arg. 2.

H

Sco. in 4. dist. 45. q. vlt.

Quod sit obiectum adæquatum vnde 3. de aia trac. vlt. dubit. 1.

A test recordari homo: alioquin non posset pœnitere de malis volitionibus. Dicitur vlterius, q intellectus noster pro isto statu potest intelligere omnes species intelligibiles in eo existentes: similiter omnia phantasmata in phantasia existentia: quia intellectus experitur se habere tales species intelligibiles, seu similitudines: igitur. Dicitur vlterius, quòd anima intellectiua pro statu vię non potest habere notitiam intuitiuam de seipsa, & de toto homine, cuius ipsa est pars: patet quia anima intellectiua euidenter cognoscit hāc propositionem, ego sum: si ly ego, supponat pro ipsa anima, seu etiam supponat pro toto composito, cuius est pars. Dicitur vlterius, quòd omnia cognoscibilia prædicta ab ipso intellectu intellectione intuitiua, etiam

B pro isto statu sunt cognoscibilia ab eodem intellectu cognitione abstractiua: quia quæcunque obiecta potest intellectus cognoscere, quando sunt præsentia, potest etiam cognoscere per species intelligibiles quando sunt absentia: sed talis noticia est abstractiua: igitur. Tunc respondetur ad dubium: & etiā eodem modo potest responderi ad aliam dubitationem alterius notabilis: Res non omnino perfecte scitur intuitiue, siue abstractiue, donec omnes quæstiones sciantur, quæ sunt de ea scibiles: quia quamdiu habeo aliquā dubitationē de pluuia, nō scio pluuias omo perfecte: ideo ad perfecte cognoscendū rem tam intuitiue quam abstractiue, oportet omnes causas per se eius cognoscere: quia in quolibet genere

causæ potest formari quæstio, C
seu propositio dubitabilis de illa causa per se: vt pluuia est propter eleuationem vaporum, etiā propter condensationem nubis a frigiditate mediæ regionis aeris: ideo quando aliqua causa ignoratur: tunc ignoratur aliqua conclusio rei, cuius est causa.

QVANTVM ad secūdum articulū dubitatur primo, quid est illud, quod est a nobis primo cognitum: vtrum sit singulare, vel vniuersale: & capio ibi singulare pro re singulari: & vniuersale pro illo, cui quantum est de se non repugnat esse in pluribus. Pro solutione supponitur, quòd aliquid dicitur esse primo cognitum tripliciter, scilicet prioritate originis, seu generationis: & de tali dico, *Sco. di. 3. q. 2. pri. ma.* quòd illud, quòd fortius mouet sensum nostrum: vel quòd primo gignit cognitionem sui D in nobis, dicitur esse primo cognitum prioritate originis: & tale non est nisi aliquod singulare, fortius mouens sensum. Et si quis dicat: singulare non cognoscitur ab intellectu: cum diuersarum potentiarum diuersa sint obiecta: sed vniuersale est obiectum intellectus: & singulare est obiectum sensussimam dicit Arist in secūdo Posteriorum, quòd sensus est singularium: intellectus verò vniuersalium. Ad ista respōdetur pontēdo aliquas propositiones. Prima, intellectus noster potest cognoscere *Sco. 3. me ta. q. 14.* pro statu isto & singulare, & & 15 vniuersale: patet, quia potentia ponens differentiam inter aliqua, cognoscit illa: sed intellectus ponit differentiam inter

Art. 2.

Quod sit primo cognitum.

 singu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

E singulare, & vniuersale: igitur.

Item quãdocunq; est aliqua potentia, habens aliquid pro obiecto adæquato, potest per se in quodlibet contentum sub eo: sed ens reale finitum tam absolutum quam respectiuum, cuius terminus non est ens infinitum, est obiectum adæquatum nostri intellectus, in quantum intellectus est: ergo potest omnia cognoscere per se, contenta sub ipso, sed multa, & infinita singularia continentur sub eo: igitur. Item possibile est hominem actualiter recordari se quãdoq; cognouisse, & dilexisse aliquod singulare: igitur. Aduerte timeo, quòd singulare sal tem sensibile potest capi: tripliciter. Vnomodo, vt est præscindens ab existentia, & omnibus accidentibus, quod solum includit naturam specificam cum F differentia individuali. Aliomodo, vt præscindit ab accidentibus, sed non existentia: & tunc est aggregatum ex natura specifica differentia individuali, & existentia. Aliomodo, vt no præscindit ab accidentibus, neq; existentia eius: & sic est aggregatum ex natura specifica, differentia individuali, accidẽtibus, & existentia: & sic non est aliquod per se vnum. Et de hoc dico, quòd qualitercunq; accipiatur est intelligibile ab intellectu. Sed quæreret aliquis vtrum singulare, & vniuersale intelligantur vnica specie intelligibili, vel pluribus speciebus. Respondeo probab liter, quòd vnica specie intelligibili intelligitur singulare, & omne superius eius ita quòd virtute speciei intelligibilis alicuius singularis cognoscuntur omnia eius superiora: vt in virtute speciei huius albedinis cognoscitur albedo, color: & sic de alijs. Et siquis dicat non est possibile, quòd aliquid sit similitudo alicuius distincti, & alicuius indistincti: singulare est quid distinctum, & superius in quantum superius indistinctum: igitur. Respondetur, quòd species intelligibilis non est actualis similitudo rei, cuius est species sed solum habitualis, ideſt quòd virtute illius venimus ad cognitionem alterius: & sic non est inconueniẽs, quòd ratione vnius speciei intelligibilis veniamus in cognitionem plurium: & quòd idem sit similitudo habitualis plurium vnius distincti, & alterius indistincti: immo forte non esset inconueniens de conceptu formali, qui est formalis similitudo rei. Vnde imaginor, quòd M conceptus hominis inquantum homo est: primo representat hominem in se: & secundario omnes homines. Secunda propositio: intellectus noster pro statu isto non cognoscit singulare distincte, & perfecte, puta sub propria eius ratione, seu sub eius propria differentia individuali, saltem distincte cognita: quia potentia cognoscẽs aliquod obiectum sub propria eius ratione, potest ipsum distinguere a quocunq; alio: sed nec intellectus, nec sensus potest distinguere vnum singulare ab alio seclusis accidentibus, igitur. Minor patet, quia si per diuinam potentiã ponerentur duo individua eiusdem speciei omnino similia: vt duæ albedines in eadẽ parte subiecti æque intensæ, nulla potentia distingueret inter illas duas. Aliquid tamen dicitur cognosci distincte dupliciter. Vnomodo, quia cognoscitur mediante aliquo conceptu, repræsentante illud sic, quod non aliud: & sic singulare bene potest cognosci distincte. Aliomodo distincte, ideſt perfecte, scilicet cognitione, vel conceptu, quo attingitur sub perfecta ratione suæ cognoscibilitatis: & sic non cognoscitur singulare distincte. Et ad rationem dicitur, quòd sensus est singularium, ideſt non potest aliquid sentire sine differentia individualitatis quòd differentia individualis est ratio, sine qua sensus non sentiret. Sed intellectus est vniuersalium, ideſt potest intelligere aliquod cõmune sine differẽtia individuali, ipsum cõtrahente: & non est intelligendum, q̃ singulare sit obiectum adæquatum sensus: & vniuersale sit obiectum intellectus: cum cognoscat singularia. Et si quis dicat, diuersarum potentiarum diuersa sunt obiecta: ergo sensus, & intellectus habebunt diuersa obiecta. Respondeo, q̃ duplices sunt potentiæ distinctæ; quædã sunt omnino disparatæ: cuiusmodi sunt visus, & auditus: & ista habent obiecta distincta: alię sunt subordinatę, & istę sunt duplices; quædã sunt eiusdem generis, ita q̃ ambæ sunt cognitiuæ: vt intellectus, & sensus: & istæ sic se habent, quòd quicquid põt potentia inferior, potest etiam potentia superior, & cum hoc plus: & obiecta istarum potentiarum sunt distincta secundum magis commune, & minus cõmune. Aliæ sunt subordinatæ: sed non sunt eiusdem generis: quia vna est cognitiua, & alia appetitiua: vt intellectus, & voluntas: & istarum est semper idem obiectum, etiam sub eadem ratione formali. Quicquid enim intellectus potest intelligere, voluntas potest circa illud habere aliquem actum. Secũdo modo aliquid dicitur primo cognitũ, vel cognoscibile prioritate perfectionis. Et sic dico, quòd illud, quod est perfectius in entitate, est primo cognitum prioritate perfectionis. Et sic dico, quòd Deus dicitur esse primo cognitum prioritate perfectionis: & sic de illo intelligitur illa auctoritas secundi Metaphysicæ: quòd sicut se habet res ad esse, sic se habet ad cognitionem: quæ debet intelligi quantum ad prioritatem perfectionis, & secundum perfectionem cognitionis: sic videlicet, D quòd quanto aliquod intelligibile est perfectius, tanto eius cognitio est perfectior, & prior prioritate perfectionis. Aliqua tamen cognitio dicitur esse perfectior alia dupliciter. Vnomodo, simpliciter: & sic illa est perfectior simpliciter, quæ est cognitio de obiecto perfectiori simpliciter: sic cognitio Dei, quam etiam naturaliter possumus habere, est cognitio perfectior simpliciter. Alio modo, secundum proportionem: & sic dico, quòd illa est perfectior, per quam perfectiori modo, & magis attingitur obiectum. Et sic dicitur, quòd visio aquilæ, qua videt solem est perfectior simpliciter visione, qua video candelam: quia

A *Quæ modus aliquid cognoscitur distincte.*

B *Potentia distincta duplex.*

C *Sco. li. 1. dist. 3. q. 1. in solu. 3. argum.*

est perfectioris obiecti: tamen illa, qua video cādelam, est perfectior secundum proportionē: quia per ipsam magis attingo lumen candelę, quam aquila attingat solem per eius visionem. Tertio modo, prioritate adęquationis, quod est obiectum adęquatum alicuius potentię: cuiusmodi est sonus respectu auditus: & qualitas sensibilis communis ad colorem, lumen, lucem: & species visibiles respectu visus.

An magis vniuersalia sint nobis prima nota.

DVBITATVR secundo: Vtrum magis vniuersalia sint nobis prius nota minus vniuersalibus? Pro cuius solutione secundum Sc. 1. sen. di. 3. q. 2. ponuntur aliquę distinctiones. Prima est, duplicia sunt vniuersalia: Quędam sunt in causando, quę sunt causę vniuersales plurium effectuum: vt Deus, & naturę cęlestes, & ista sunt minus nota nobis quàm minus vniuersalia, cum sint minus sensibilia: sunt tamen secundum se magis cognoscibilia: quia sunt perfectiora in entitate. Alia sunt vniuersalia in prędicando quorum termini de pluribus possunt prędicari: & de istis mouetur dubium, & non de alijs. Secunda distinctio minus vniuersale accipitur dupliciter. Vnomodo proprie: & sic dico, quòd est aliquis minus commune alio. Alio modo capitur large pro omni inferiori respectu alicuius superioris: & sic capitur hic: hoc modo singulare dicitur bene minus vniuersale. Tertia distinctio: aliud est apprehendere obiectum confusum, & apprehendere confuse: & similiter aliud est apprehendere distincte, & apprehendere obiectum distinctum: quia confuse, & distincte dicunt confusionem, & distinctionem in noticia, seu se tenent ex parte noticię: sed cōfusum, & distinctum dicunt confusionem, & distinctionem in obiecto. Vnde concipere confusum, est concipere aliquod totum, vel totum vniuersale, vel totū essentiale. sic videlicet, quòd quādo apprehendo aliquod illorum, ego apprehendo confusum. Sed distinctū est, pars alicuius talis totius: sic videlicet, quòd qn̄ ego apprehendo aliquam partem alicuius talis totius, ego apprehendo distinctum. Sed confuse apprehendere, est concipere sicut significatur per terminum, vel apprehendere aliquid in conceptu sui superioris. Sed apprehendere distincte, est concipere sicut significatur per diffinitionem: Et ex isto sequitur, quòd confusum potest apprehendi distincte, & distinctum confuse, Sequitur etiam, quòd duplex est noticia, scilicet confusa, & distincta. His prędmissis dicitur primo, quòd inter vniuersalia species specialissima, cuius singulare fortius mouet sensum, est nobis nota prius priori tate originis noticia confusa quàm magis vniuersale: quia, quod fortius mouet intellectū est nobis primo notum: sed species specialissima, cuius singulare fortius mouet sensum: est huiusmodi: ergo. Item omne principium actiuum pure naturale, habēs in virtute sua actiua sufficienter aliquem effectum, passo sibi debite approximato non impedito, primo agit in effectum

Commen. cō. 4. primi Phys.

Sco. ut supra i pri. respon.

A fectum perfectiorem, quem potest producere: quia agit secundum vltimum suæ potentiæ: sed obiectum seu singulare sensibile, & intellectus, vel species intelligibilis talis singularis sunt vnum principium naturale tale, & sufficiens producere conceptus virtualiter contentos in tali obiecto: & ipse intellectus possibilis est passum seu passiuū debite dispositum ad receptionem talis noticię: ergo tale principium actiuum agit perfectiorem conceptum: cuiusmodi est conceptus speciei specialissime, & hoc seruato ordine: Nam talis ordo est, quòd obiectum nō potest primo causare noticiam distinctam, quæ est perfectior confusa: saltem si sint de eodē, nisi prius causauerit noticiam

B confusam: Dicitur secundo, q̄ via generationis magis vniuersale est primo notum noticia distincta, quàm minus vniuersalia: quia illud, quod est ratio distincte concipiēdi aliquid, prius cognoscitur noticia distincta: sed magis vniuersale est huiusmodi: quia per ipsum min⁹ vniuersalia habent diffinici: immo non potest minus vniuersale distincte cognosci, nisi cognoscantur distincte omnia essentialiter, & quidditatiue inclusa in eo.

Obiectum illud maiorem fi. s. di. 3. q. 5. ar 6.

DVBITATVR tertio verum illa, quę dicta sunt in prędicto notabili sint de mente Arist. Respondetur breuiter, q̄ sic. Aliter tamen exponunt aliqui: puta qui ponunt vniuersalia esse signa, & terminos, puta sic: magis vniuersalia sunt primo nota minus vniuersalibus, idest res primo cognoscuntur secundum suos conceptus vniuersaliores q̄ sui conceptus singulares. Sed hoc non videtur esse de mente Arist. quia quando Arist. dicit vniuersalia sunt nobis primo nota: vel ly vniuersalia supponit pro vniuersalibus mentalibus, vocalibus, vel scriptis: sed nullum illorum est dicēdum: immo secundum eos videtur, quòd illa propositio esset falsa, cum subiectum non videatur pro aliquo supponere: vel petatur ab ipsis, q̄ dent pro quo supponit: ideo ille modus relinquitur tanquam non esset de mente Arist. Sed restat alia difficultas, vtrum ordo concipiendi confuse fit prior ordine concipiendi distincte, vel econtra. Pro cuius solutione supponitur, quod ordo concipiendi confuse, est ille, in quo fit processus a primo confuse cognito ad vltimum confuse cognitum: sicut est ordo, quo procedimus a cognitione minus vniuersalium ad cognitionē magis vniuersalium. Sed ordo distincte concipiendi est, quo proceditur a primo distincte cognito ad vltimum distincte cognitum.

Sco. ut supra.

Hoc supposito, respondetur ad difficultatem, quòd comparando vnum totalem ordinem ad alium ordinem: tunc ordo confuse concipiendi præcedit totalem ordinem distincte concipiendum: quòd intellectus, noster prima intellectione, quam habet, intelligit singulare confuse: & postea speciem specialissimam illius singularis: & sic semper ascendendo vsq; ad supremum prædicatum: quod supremum prædicatum est ens, quod nō potest intelligi confuse, cum

E importet conceptum simpliciter simplicem, ideſt non reſolubilem in alios conceptus: Omne enim ſimpliciter ſimplex, aut totaliter ſcitur, aut totaliter ignoratur, ideſt quòd quando ſcitur, nihil eius ignoratur: cum non habeat alios conceptus. Sed contra hoc arguitur: Philoſophus dicit in textu, quòd magis vniuerſalia ſunt nobis primo nota: ergo non ſunt illa, quæ primo cognoſcuntur a nobis diſtincte. Præterea videtur, quòd illa probatio, quæ fuit adducta in probatione, in alio dubio non ſit bona: quia natura procedit de imperfecto ad perfectum: quia non agit primo effectum perfectiorem, quem poteſt producere, ſicut patet de igne, qui non primo producit ignem, ſed calorem in paſſo approximato. Præterea Auicenna probat, quòd magis vniuerſalia primo occurrunt intellectui noſtro: quia quando videmus aliquid a remotis, prius apprehendimus, quòd ſit ſubſtantia, quàm animal, & animal quàm homo, & ſic deſcendendo. Ad primum patet ſolutio in ſecundo dubio, in dicto ſecundo. Ad aliam dicitur, quòd illa probatio eſt bona, & neceſſaria. Ad improbationem eius dicitur, quòd natura procedit de imperfecto ad perfectum, propter impedimentum, vel contrarium impediens actionem eius. Vnde quòd ignis primo caleſaciat, quàm igniat, hoc eſt propter impedimentum, & contrarium in paſſo, quod prius oportet remoueri: ſed ſi paſſum eſſet debite diſpoſitum ad ſuſceptionem ignis, prius igniret, quàm caleſaceret. Sic autem eſt G in propoſito, quòd omnes cauſæ concurrentes ad generationem illius conceptus, ſunt purè naturales: & paſſum eſt ſufficienter diſpoſitum ad receptionem illius conceptus: ideo producit perfectiorem conceptum in ſuo ordine, quem poteſt producere. Vnde quandocunque in aliquo actiuo ſunt duæ, vel plures rationes agendi, vna perfectior, alia imperfectior: ſi tale non fuerit debite approximatum, tunc primo agit ſecundum rationem agẽdi imperfectiorem: ſicut in igne eſt ratio caleſaciendi, & igniendi: ideo ſi imperfectior, primo caleſaciet, quàm igniat. Similiter quando obiectum potentiæ, puta obiectum intellectus non eſt debite approximatum, tunc aget primo conceptum imperfectiorem. Inde H eſt, quòd quando res cognoſcitur a longe, primo cognoſcitur ſecundum conceptum ſubſtantiæ, vel animalis, quàm ſecundũ conceptum hominis, vel Petri: quia priores conceptus ſunt imperfectiores, cum ſint de obiectis imperfectioribus: quanto enim aliquid eſt minus commune, illud eſt perfectius: ideo Petrus eſt perfectior ſua humanitate: ideo conceptus eius erit ſimpliciter perfectior. Et hęc de ſecundo articulo.

Inſtãria.

F

Art. 2.

QVANTVM ad tertium ſit concluſio reſponſalis: In ſcientia naturali, & in proceſſu propter quid procedendum eſt ex cognitione cauſarum, principiorum, & elementorum ad cognitionem cauſatorum. Et hęc concluſio relinquitur probata ex dictis. Ad rationes. Ad primã dicitur, quòd in proceſſu, quia eſt, bene procedendum eſt a magis compoſitis, & cauſatis ad ſimplicia: ſaltem ſi talia ſimplicia ſint cauſæ illorum compoſitorum. Ad ſecundam patet ſolutio in primo articulo notabili tertio. Et etiam ad tertiam: vbi fuit oſtenſum: vtrum ad perfecte cognoſcendum reip oporteat omnes eius cauſas cognoſcere. Ad quartam patet ſolutio nam oſtenſum eſt, quomodo aliqua notitia dicitur eſſe perfectior alia, quaſi in fine primi dubij. Ad quintam etiam patuit ſolutio in prima quæſtione: vbi oſtenſum eſt, qualiter mathematica dicitur eſſe certior, & quare.

A

T. cõ. 6. & ind.

NECESSE eſt autem aut vnũ eſſe principium, aut

B plura: & ſi vnum, aut immobile, ſicut dicunt Parmenides, & Meliſſus: aut mobile, ſicut phyſici: hi quidem aerem dicentes eſſe: alij vero aquam primum principium.

ISTA eſt ſecunda pars exercitua huius libri, in qua Philoſophus determinat de corpore naturali, & eius principijs, & paſſionibus. Et diuiditur in tres tractatus. Primus, diuiditur in duo capitula. In primo, narrat, & improbat opiniones eorum, qui non ſunt naturaliter locuti. Et diuiditur in duas partes. In prima narrat opiniones antiquorum per modum cuiuſdam diuiſionis, mouens queſtiones, quas quærebant antiqui circa principia rerum naturalium. Vnde illi Philoſophi ſunt naturaliter locuti, qui conceſſerunt principia philoſophiæ naturalis, ſcilicet motum, & pluralitatem entium: ſed illi ſunt non naturaliter locuti, qui negauerunt principia philoſophiæ, ſcilicet motum eſſe, & pluralitatem entium. Prima quæſtio, vtrum ſit tantum vnũ principium, vel plura. Secunda, poſito, quòd ſit tantum vnum: vtrum ſit mobile, ſicut dixerunt philoſophi naturaliter loquentes; vel immobile, ſicut dixerũt Parmenides, & Meliſſus. Et dicit, quòd philoſophorum naturaliter loquentium, qui poſuerunt tantum vnum principium & mobile: quidam dixerunt illud eſſe aerem: alij aquam: alij ignem; & nulli terram propter eius groſſitiem, & eius materialitatem. Tertia eſt, ſuppoſito, D quod ſint plura principia, an ſint finita, vel infinita: ſi finita vtrum tantum ſint duo, vel tria, vel plura: ſi infinita, vtrum ſint eiuſdem generis, & diuerſa ſpecie, & figura. Deinde oſtendit, quòd ad philoſophum naturalem non pertinet diſputare contra Parmenidem, & Meliſſum, dicentes tantum vnum eſſe ens, & intendit duas cõcluſiones. Prima, ad philoſophum naturalem non pertinet diſputare contra philoſophos, qui non ſunt naturaliter locuti, ſicut Parmenides, & Meliſſus. Probat duabus rationibus. Prima, ad philoſophum naturalem non pertinet arguere contra negantes ſua principia: ſed tales negant: igitur. Maiorem probat per ſimile, quia geome-

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

E ter non habet disputare contra negantes sua principia: igitur nec Philosophus naturalis. Secunda ratio: Philosophus naturalis non habet disputare contra quamlibet positionem falsam: sed positio Parmenidis, & Melissi est huiusmodi: igitur.

Secunda conclusio, ad Philosophum naturalem non pertinet soluere rationes Parmenidis, & Melissi. Probat duabus rationibus. Prima, Philosophus naturalis non habet soluere rationem litigiosam, siue sophisticam: sed rationes Parmenidis, & Melissi sunt huiusmodi: quia peccant in materia, & forma: & licet ratio Parmenidis nō sit ita vana, tamen ad eam multa sequuntur inconuenientia. Vno enim inconuenienti dato multa contingunt. Secunda ratio: Philosophus naturalis non
F habet soluere rationes negantium sua principia: sed solum illas, quæ concludunt falsum, suppositis eius principijs: sed Parmenides, & Melissus negauerūt principia Philosophiæ naturalis, quæ sunt Omnia, aut quędā moueri, & Plura entia esse: & sic de alijs. Dicit tamen, quòd vtile est disputare contra eos: quia tales loquuntur de rebus naturalibus: licet hoc non possit fieri per Philosophiam naturalē, sed per metaphysicam.

In secunda parte arguit contra ipsos per principia metaphisicæ duabus rationibus. Prima sumitur ex diuisione entis: pro qua supponit, quòd principium maxime proprium ad disputandum contra Parmenidē, & Melissum est, quòd ens dicitur multipliciter. Hoc suppositō sic arguit: Illi, qui dicunt, omnia esse vnum ens: aut dicunt omnia esse substantiam tātum: aut quātitatem, aut qualitatem, vel substantiam cum qualitate, & quantitate: si substantiam, aut dicunt ipsum esse equum, vel hominem, vel aliquod aliud animalis qualitatem, aut hoc albū, aut hoc nigrum. Si quantitatem, aut hoc quantum, aut hoc magnum: sed quodlibet istorum est impossibile: igitur. Quod nō sit substantia cum qualitate, aut quantitate, patet: quia siue ista sint separata ab inuicē, siue non, multa sunt quæ sunt: quia sunt multa entia, & non vnum est, quod est. Quod non sit tantum qualitas, aut quantitas, probat: quia sequereturq; accidens esset sine substantia, quod est impossibile. Quod non sit substantia tantum, probat: quia si sit tātum substantia, tunc ens nec erit finitum, vt vult Parmenides: nec erit infinitum: quod est contra Melissum, dicentem illud esse infinitum. Consequentia patet: quia ratio finiti, & infiniti quantitati congruit, vnde substātia nec est finita, nec infinita, nisi per accidens: similiter nec qualitas: quia sicut dicitur in Arabica trāslatione, diffinitiō infiniti exigit quantitatem, & non substātiam, nec qualitatem. Vnde infinitum est quantum non terminatum, vt habet Commētator commen. 15. quantum ergo est genus infiniti: quia prædicatur per se & essentialiter de quanto: de alijs autem per accidens. Nec potest esse substātia & quantitas: quia si substātia & quantitas

G *Sc. in 1. di. 3. q. 3 in fine. Solumodo argumenta contra vniuocationem entis.*

A tas sunt, duo sunt quæ sunt, & nō vnum est quod est. Secunda rō sumitur ex parte vnius: pro qua supponit quòd vnum dicitur multipliciter. Quoddam enim est vnum secundum continuitatem, vt linea. Aliud secundum indiuisibilitatem: vt punctum. Aliud fm diffinitionē cuiuscumodi sunt vapa & vinum. Vapa enim fm expositionem. Albertus vocatur vinum debile. Vinū vero stat pro forti vino. Alia translatio dicit pro vapa merum, ponens exemplum dicit vinum & merum: Commentator com. 16. tunc sic arguit: Si esset vnum continuitate: & sic multa essent entia: quia continuum est diuisibile in infinitas ptes', quarum vna non est alia. Vnde cōtinuum est vnum in actu
B & plura in potentia: Commentator comment. 17. isti autem viri, negabant omnem multitudinem & actualem & potentialē. Et iuxta hoc mouet dubitationem, vtrum totum & suæ partes sint vnum aut plura. Soluit conditionaliter: dicens q̄ si partes esset eędem tuti; tunc essent eædem inter se: quia quæ cum; sunt eadem vni tertio, illa inter se sunt eadem. Si vero illud ens esset vnum vnitate indiuisibilitatis tunc non esset quale, neq; quantum: & sic nō esset infinitum, vt dicebat Melissus. Si esset vnum secundum rationem, sequeretur inconueniēs Heraclti scilicet q̄ idē erit bonum & malum: bonū & nō bonum, homo & asinus. Finaliter infert q̄ philosophi antiqui sequentes Parmenidem & Melissū, fuerunt conturbati in hoc q̄ dicebant omnia esse vnum:

Vnū quot modis dicitur.

Quare Arc. in 1. de 2. parte 2. q. 1. sal vtilis disputa.

& ne contingeret eos multa dicere, aliqui referebant copulā a propositione; ne subiectum & dictum viderentur esse multa. Alij vero mutabāt copulam in verbum adiectiuum: vel pro ista, homo est albus; dicebant, hō albatur. Sed contra eos ponit philosophus hanc conclusionem': idē est vnum & multa. Probat tripliciter: quia album & musicū sunt vnū fm significatū materiale: & multa fm significatū formale. Secundo: qa totum est vnū & sunt multę partes p diuisionē. Tertio: qa vnū & multa nō sunt opposita; idē. n. est vnū in actu & multa in potentia. C

An ad philosophum naturalem pertineat disputare contra Parmenidem, & Melissum negantes principia philosophia turalis. D

QVAERITVR secundo Vtrum ad philosophum naturalem pertineat disputare contra Parmenidē & Melissum, negantes principia philosophiæ. Et arguit primo sic: Quia ad philosophū naturalem pertinet removere errores, qui possunt incidere in philosophia naturali: sed ex pōnibus Parmenedis & melissi contingunt errores in philosophia naturali: ergo ad philosophum naturalem pertinet contra eos disputare. Secūdo sic: Sicut metaphysicus se habet ad eius principiata: philosophus naturalis debet se habere ad sua: sed metaphysicus habet disputare contra negantes sua principia: igitur. Tertio sic: si Parmenides, & Melis-

sus

E sus negarent principia philoso
phiæ naturalis: hoc esset, quia
negant motum esse: sed hoc est
falsum: quia quãuis materia sit
principium rerum naturaliũ:
tamen motus non est principiũ
ipsarũ: ergo si negant motũ, non
pp hoc sequitur q̃ negent prin
cipiũ. Quarto sic: Philosoph⁹
naturalis ꝓbat motũ esse: ergo
probat ipsum inesse: cũ accãtis
esse sit in alio esse: sed philoso
phus naturalis ꝓbat motũ ines
se mobili, cũ motus sit passio na
turalis: ergo motum esse non est
principiũ philosophiæ naturali
lis. Quinto sic: Si Parmenides
& Melissus negassent principia
philosophiæ naturalis. hoc esset
q̃ dixerũt tm̃ esse vnũ ens: sed
hoc est falsum: quia hæc propo
est vera tm̃ vnum est; vt patet p
eius exponentes. In oppositum
P est philosophus in textu. In q̃
stione sicut in cæteris erũt tres
articuli. Quantum ad primum.

Arist. 1. Scientia multipliciter.

PRIMO sciendum, quòd
pro declaratione q̃nis supponi
tur primo, q̃ scientiarũ q̃dã sunt
cões, puta per cõitatẽ subiecti,
vel considerationis: q̃ de pluri
bus considerant, sicut est Meta
phisica: vel applicationis, sicut
est Logica: q̃ docet formare de
monstrationes ex principijs, &
terminis cuiuscunq; scientiæ. Se
cõdo supponitur quòd duplicia
sunt principia: Quædã sunt cõia
q̃ componũtur ex terminis cõib⁹,
& transcendẽtibus: & talia sunt
hũ per se nota: quia statim intel
lectus ipsis assentit, cognitis ter
minis: sicut est istud: de quoli
bet est affirmatio, vel negatio,
de nullo ambo simul. Alia sunt
specialia, q̃ componuntur ex ter
minis specialibus scientiarũ spe
cialium. Et ista sunt adhuc du
plicia: Quædam sunt, ex quibus
constituuntur demonstrationes
in talibus scientijs. Alia sunt, ex
quibus non constituuntur de
mõstrationes in talibus scientijs:
sed capiuntur tanq̃ certa & cui
dentia in tali scientiã. Et sic istæ
propositiones, motus est, natu
ra est, & plura entia sunt, sunt
bene principia in philosophia:
& ista bene possunt sciri per in
ductionẽ & per experientiam.
Tertio supponitur q̃ scientiarũ
specialiũ quædã est subalternãs,
alia est subalternata: de quibus
visum est in logica. Quarto sup
ponitur quòd in qualibet scien
tia contingit duplicẽr errare.
Vnomodo circa principia, s. vel
negando ea tanquã falsa, vel du
bitando de ipsis tanquam de cõ
clusionibus, volendo ea demon
strare. Aliomodo circa conclu
siones negando s. conclusiones
veras aut circa conclusiones, il
latas ex principijs male intelle
ctis per s. llogismum falsigraphũ. Quinto supponitur quòd
duplices sunt negantes princi
pia scientiæ: Quidam sunt qui
concedunt aliqua pertinẽtia ad
illam scientiã, ex quibus sequun
tur illa principia. Alij sunt qui
talia non concedunt. His sup
positis dicitur primo, quòd sciẽ
tia communis, sicut Metaphysi
ca potest disputare contra negã
tem eius principia. Saltem si con
cedat aliqua in illa scientia: q̃
esset difficultas, si non concede
ret aliqnid: & etiam contra ne
gantem principia scientiarum
specialium: dummodo talia ali
quid concedat. Primum patet:
quia ad metaphysicũ pertinet
de quolibet considerare: ergo
per

Sco. in 1 log. q. 3. in fa. ta ẽssion cula contra sanctũ Tho.

Negãtes principia scientia sunt duplices.

A per aliquid concessum ab alio
poterit probare primum nega
tum ab eo. Secundum patet: q̃
in principijs & conclusionibus
est ordo: ita quòd est status ad
aliqua prima & communissima
principia, in quibus alia virtua
liter, vel potentialiter includun
tur: ideo artifex considerans il
la principia, ꝓt per ea disputare
contra negantem principia scie
tiarum spetialium. Dr secundo
quòd ad scientiam subalternan
tem pertinet disputare cõtra ne
gantem principia scientiæ sub
alternatæ: quia talia sunt cõclu
siones scientiæ subalternantis.
Dicitur tertio, quòd in aliquo
casu physicus potest disputa
re contra negantem sua prin
cipia, scilicet quando negans
sua principia concedit aliqua
B in scientia naturali: puta ef
fectus, vel conclusiones, ex qui
bus possunt sequi, vel demõstra
ri principia demõstrationis. Si tũ
negans principia philosophiæ,
nihil concedat in philosophia
ex quo possint inferri illa prin
cipia, Physicus in quantũ phy
sicus non põt contra ipsum di
sputare: licet bene metaphysi
cus: sub cuius consideratione
cadunt quæcunq; concessa, vel
negata ab aduersario: saltem q̃
tum ad identitatem, & diuersita
tem, & quidditatẽ. Dicitur quar
to quòd physicus põt soluere
rõnes fallas circa conclusiones
suas: & hoc præsuppositis suis
principijs: quia per tales solutio
nes eunt deceptiones. Dr vlti
mo, quòd nullus artifex habet
soluere rationes frivolas & pro
cedentes ex oppositis suorum
principiorũ: saltem ex eo quòd
talis arguens arguat contra eũ:
licet bene possit soluere in quã
tum opponens videtur arguere contra eum, & ne videatur
redargui. C

SECVNDO sciendum, quòd ratio Melissi, qua volebat probare, quòd est tantum vnũ ens, & non plura, & quòd illud est infinitum & immobile, est talis: Omne quod est factũ, habet principium: sed ens non est factum: ergo non habet principium: & si nõ habet principiũ, igitur est infinitum: & si est infinitum, igitur est tantum vnũ: & si est tantum vnum, ergo est immobile. Minorem primæ cõsequentiæ probat: quia si ens esset factum, vel esset factum ex ente, vel ex non ente. Non ex ente: quia tunc esset antequam fieret, nec ex non ente: quia ex nihilo nihil fit. Et peccat talis consequentia pri- D ma; quia minor est negativa in prima figura. Secundam consequentiam probat, quia si ens non habet principium, non habet etiam finem: & per consequens est infinitum. Et peccat per fallaciam æquivocationis: quia primo arguit de principio temporis, cum dicit: omne quod factum est, habet principium: & infert intelligendo de principio magnitudinis cum infert: ergo est infinitum. Tertiam consequentiam probat: quia infinitum omnia continet, & non permittit secum aliquod aliud. Quartam consequentiam probat; quia si ens esset infinitum, non est locus extra ipsum, ad quem possit moueri, & sic est immobile. Et licet illa ratio bene ꝓbet de motu locali: non tũ probat de

Rõ. Melissi probantis tũ esse vnũ ens.

motu

E motu alterationis: ad quem nō sequitur transitus de loco ad locum: nec probat de motu partium. Ratio vero Parmenidis est ista: quicquid est præter ens, est non ens: sed non ens est nihil: ergo quicquid est præter vnum, est nihil: & per consequēs tantum vnum est. Hæc ratio secundum Commentatorem conuenit cū ratione Melissi in hoc *Com. 12.* q̄ vtraq; est mala & peccans in materia & forma: sed differt in hoc quod est minus vana: quia minor propositio non est negatiua, sicut minor propositio Melissi: ideo videtur ex ea aliquid sequi: tamen ratio eius non cōcludit, quod intendebat concludere, nec propositiones eius sunt veræ: quia sunt duplices ex æquiuocatione de ly vnum: ideo nō sunt veræ: nisi ens acciperetur

B vt est commune ad decem prædicamenta: sed tunc non concluderet quod intendebat: quia intendebat tantum esse vnum ens numero, quod tamen eius ratio non probat. Vnde vnum capitur tripliciter. Vnomodo pro principio numeri: quemadmodum dicitur quòd numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata. *Vnū tripliciter.* Aliomodo vt dicit vnitatem numeralem: quemadmodū dicitur q̄ sortes est vnus: & isto modo accipiebat Parmenides. Tertiomodo, vt est passio entis, & conuertitur cum ente: & sic non capiebat Parmenides: quia tunc bene concederetur ista, tantum vnum est, & omne quod est, est vnum.

Parmenides, & Melissus q̄n̄ peccat TERTIO sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas, quomodo Parmenides & Melissus negauerunt principia philosophiæ naturalis, negando motum, qui est passio subiecti philosophiæ naturalis. Pro cuius solutione supponitur q̄ triplicia sunt principia subiecti philosophiæ: quædam sunt principia in essendo, quemadmodum sunt materia & forma: ex quibus componuntur res naturales. Alia sunt principia in cognoscendo, per quæ res naturales cognoscuntur: quemadmodum sunt diffinitiones rerū naturalium, per quas cognoscūtur res naturales. Alia sunt principia, quæ ad sensum sunt nota in philosophia, & euidentia: & isto modo Natura est: Motꝰ est: Plura entia sunt: sunt principia in philosophia: quia ad sensum sunt nota: Sensibiliter enim cognoscimus motum esse: quia sensibiliter cognoscimus aliquid moueri. Hoc supposito: Respondetur q̄ aliqua dicta. Primum: principia essēdi in philosophia naturali possunt demōstrari demonstratione Quia est: quia sicut demonstratur materiam esse per effectum sensibilem. s. per transmutationem formarum: & similiter formam esse per operationem naturalem: quia sicut transmutatio arguit materiam, ita operatio formam. Nam operationes naturales dicūtur principaliter esse a forma: vt q̄ lapis descendat deorsum, hoc habet principaliter a forma. Dicitur secundo: q̄ principia philosophiæ in cognoscendo: quemadmodum sunt diffinitiones rerum naturalium: non præsupponuntur in philosophia, cū physicus non habeat diffinire res naturales; licet habeat bene cognoscere earū generationes & trās-

G *runt non esse principia naturalia manifestum*

H

mutationes. Dicitur tertio, q̄ qui negāt ista principia cognoscendi. s. diffinitiones rerum naturalium, ex consequeti negant principia essendi. s. materiā, & formam: cum diffinitiones naturales vt in pluribus componantur ex materia & forma, sal tem in obliquo. Dicitur quarto, q̄ qui negant principia nota ad sensum, sicut istud: motꝰ est, ex consequenti negant principia essendi. Dicit enim Commentator q̄ sublato motu non plus erit principium mouendi. Etiam negato isto principio, multa entia sunt, quod est manifestum sensui, & ex consequenti negantur principia essendi rerum naturalium. s. materia, & forma: nam si non sint plura entia; nihil erit principium, ad cuius esse requiratur principium.

B tum: Dicitur finaliter q̄ licet motum esse supponatur tanquā notum ex sensu: potest tamen probari & demonstrari tanquā aliquid habēs principia: & hoc non est inconueniens.

An quātitas res liter distinguatur a substantia. QVARTO sciendum quòd circa textum incidit talis difficultas, quæ in logica fuit tracta ta puta Vtrum quantitas seu extensio sit res distincta a substantia, & etiam a qualitate, puta an extēsio albedinis distinguatur ab albedine. Respondetur breuiter, sicut est responsum in logica q̄ sic: & illud potest probari vna ratione naturali propter quam etiam dicit Buridanus in primo physicorū quòd extensio est res distincta a substantia: & est talis: ponatur phiala vitrea impleta aere super ignem, & sit foramen obstructum, constat q̄ per calo-

C *Sco. in 4. d. 12. q. 2. remitas vtranque q̄ nunc probabile quātus in 3. metaphy. q. 8. teneat quātitatē esse distinctā a substantia.*

D *Marsilio in 4. q. 3. ar. 2.*

factionem ignis ille aer cito rarefiet: & sic oportebit q̄ maiorem locum occupet, propter quod oportebit q̄ phiala cito frangatur: sed hoc non videtur fieri nisi propter generationem alicuius nouę rei: sed hoc non erit generatio rei substantialis: quia volo q̄ idem aer maneat: de facto facit: nec propter generationem caloris: qa plus de calore posset esse in minori loco & minori subiecto: plus enim de calore est in vno paruo carbone quàm sit ibi in illo toto loco; ergo oportet, ponere ibi aliam generationē, propter quā ibi erit maior distantia quam ante: & illud non videtur esse nisi magnitudo alia a prædictis: igitur. Dicunt aliqui q̄ hoc non fit propter generationem nouæ rei: sed propter motum localem partium, secundū quem partes fiunt magis distantes quàm prius erant: sed hoc non valet, quia illud vas habet potentiam resistēdi maiori motui partium: nam si ponatur aqua, prohiberet ne aqua caderet: & tamen certum est quòd ibi est maior motus. Aliam rationem facit Marsilius, quia etiā videtur tenere ista viam: quia aliter non posset ostendi quid in vesica clausa plena aere resistat: comprimenti: quia non substantia aeris: nec materia, nec forma eiusdem: quia talia nata sunt per modicum motum localem multū condensari: alias vno motu omnia mouerentur: igitur nihil aliud videtur esse nisi dimensio distincta a substātia. Item videtur q̄ sicut aliquid intendit per additionē gradus ad gradū: ita aliquid debet magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

E magis extendit per additionem nouæ extensionis seu magnitudinis: Ideo propter istas rationes & multas alias, quæ fuerunt factæ in logica ca. de prædicamento quantitatis dubitatione. 2. tenendum est quòd extensio seu quantitas est res distincta a substantia. Et hæc de primo articulo.

Quantum in 4.7.4. ic mes contra rium.

Arti. 2.

Q VANTVM ad secundũ dubitatur primo. Vtrum totum sit entitas realis realiter distincta a suis partibus. Pro cuius solutione est aduertendum, quòd duplex est totum scilicet essentiale; quod componitur ex materia & forma: & totum integrale. Vnde in hoc dubio videbitur de toto essentiali: de quo sunt diuersę opiniones. Vna est Thomistarum & Nominalium simul dicentium, totum essentiale non dicere aliquam entitatem absolutam distinctam realiter a suis partibus simul sumptis: hanc opinionem primo probant auctoritatibus. Prima est Augu. 7. de trinitate: homo nihil aliud est quàm anima & corpus. Secũda est Damasceni dicentis, ꝙ Verbum nunquã dimisit quod semel assumpsit; sed si humanitas diceret vnitertiam entitatem vltra suas partes illam dimisisset in morte: quia fuit vere corrupta. Tertia est Aristo. 4. physicorum, qui dicit ꝙ totum nihil aliud est quàm partes: & multę alię possunt adduci. Quarta est auctoritas Auerrois commen. 17. dicentis: totum nihil aliud est quàm aggregatio partium: & postea dicit, omnis pars est alia a toto: & omnes partes erunt aliæ a toto: & totum nihil aliud est quã congregatio partium: finaliter G resoluit ie dicens: omnes partes in simul sumptę non possunt dici aliud a toto. Secundo probant rationibus: Prima: quæcunq; entitates absolutæ realiter distinctæ, sic se habent ꝙ vna est prior reliqua: potest vna illarum esse sine alia sine contradictione saltem prior sine posteriore, vt vult articulus Parisiensis: ergo si totum essentiale sit entitas absoluta, a suis partibus simul sumptis realiter distincta: deus poterit istam entitatẽ a partibus separare, & separatam conseruare: vel saltem poterunt partes simul sumptæ esse sine toto. Secunda ratio: omne naturaliter prius realiter distinctum a suo posteriori est independens ab illo posteriori: ergo per diuinam potentiam poterit fieri sine suo posteriori; & H maxime quando ambo sunt absoluta: cum ergo partes simul sumptæ sint priores toto & realiter distinctæ, & non dependent essentialiter a toto: videtur quòd partes simul sumptæ poterunt esse, & totum non erit: quod est falsum: Ideo propter has rationes & auctoritates tenent firmiter Nominales & Thomistæ quòd totum essentiale non dicit entitatem distinctam a suis partibus simul sumptis. Aduerte tamen quòd secundum istos hæc propositio, totum est suæ partes est distinguenda secundum ꝙ ly, &, inclusum in isto plurali, partes, potest teneri diuisiue vel complexiue: si diuisiue tunc ꝓpositio æqualet vni copulatiuæ: & sic est falsa si complexiue, æqualet vni propositioni de copulato extremo, scilicet totum est ista pars & illa pars: & sic illa est vera. Similiter distinguunt multas tales propositiones, vt totum est materia & forma: anima & corpus sunt hõ: vbi si ly & teneatur diuisiuè, sunt falsæ: si complexiuè, sunt verę. Alia est opinio. Sco. 3. scientiarum, qui tenet ꝙ totum essentiale distinguitur realiter a suis partibus simul sumptis. Et probat auctoritatibus & rationibus. Prima est Philosophi in textu, qui dicit quòd totum non est idem cum suis partibus: qa tunc partes essent eędẽ inter se. Etiam philosophus. 2. de anima diuidit substantiam in materiã & formam & cõpositum: ergo signũ est ꝙ cõpositũ est distinctũ a suis partibus: aliter illa diuisio nõ eẽt bona: sed B videret superfluere. Rationibus probatur: quia omne compositum per se vnum in genere substantię, est magis vnum, quàm compositum per accidens: aliàs non diceretur magis per se vnu quàm illud compositum per accidens: sed si totũ essentiale non esset nisi suæ partes simul sumptæ tunc non esset magis vnũ, q̃ compositum per accñs; quia compositum per accñs etiam est suæ partes simul sumptæ. Secundo sic: quicquid est primus & per se terminus ad quem generationis, est entitas absoluta realiter distincta a quibuscunq; alijs, q̃ non possunt esse primus terminus illius generationis: sed entitas compositi & non partes est terminus per se primus generationis: vt habetur. 7. meraph. nõ enim in generatione hois generat anima, neq; corpus, sed hõ, Tertio sic: in omni corruptione C subsistantiali aliqua substãtia desinit esse seu corrumpit: sed est dubium aliqua corruptio substãtialis, per quam nulla pars corrũpitur igit. Minor patet de corruptione hominis: clarum est enim ꝙ in morte hominis ista intellectiua non corrumpit, nec similiter corpus: cum post mortem adhuc maneat integrũ: ergo erit aliqua tertia entitas substantialis, distincta contra illas duas partes, quæ corrũpent: vel esset aliqua corruptio, in qua nihil corrumpet; quod non videt sanum dici in philosophia.

Barida. nº. in 1. ꝓ. 7. 9.

d. 1. q. 2. & 2. me tapn. q. 4

Sco. 3 4. d. 43. q. 2.

Quarto sic: omnis entitas realis, realiter causata ab aliqbus duobus, est realiter distincta ab illis duobus: sed entitas totiꝰ est realiter causata a partibus simul sumptis: igit. Maior patet: quia eadem res non causat neq; partialiter neq; totaliter seipsam: D Minor patet: quia materia & forma sunt causa compositi sed non nisi vnitę & simul sumptæ: quia diuisim sumptæ non causant. Item causæ intrinsecæ simul sumptæ aliquid causant vel nihil: si nihil: ergo non sunt causæ, si aliquid & non se; ergo aliquid realiter distinctum ab ipsis, quod non est, nisi illa tertia entitas. Item actus proprię passionis sicut videre alicui conuenit, & non animæ, neque corpori: ergo alicui tertio. Quinto sic: verbum assumpsit per se primo naturam humanam: quia per se primo factum est homo: ergo humanitas dicit aliquid absolutum realiter distinctum a corpore & anima. Propter istas rationes & auctoritates ista opinio est vera, & firmi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

firmiter tenenda: & debet hic capi totum categorematicè & non sincategorematicè: ideo restat soluere auctoritates & rationes aliorum, quo sunt alterius opinionis. Ad primam auctoritatē respondetur ꝙ ly est, ibi non debet accipi secundum predicationem formalem: sed magis propriè loquendo est predicatio per continentiam: & est sensus: totus homo nihil aliud continet quàm corpus & animam, tanquam partes essentiales sui. Ad secundam dr, ꝙ illa auctoritas Damasceni intelligitur de partibus essentialibus, i. corpore & anima: & non de natura totius. Vnde essentia diuina semper fuit vnita corpori, & animæ Christi: sed non humanitati: cum in triduo illa fuerit vere corrupta: & tunc non fuit sibi vnita. Ad tertiam dr quòd illa falsè allegatur, nec habet ex textu philosophi 4. physicorum. Dr secundo quòd dato quòd esset alicubi etiam in doctrina eius, sic non debet intelligi, puta ꝙ totum sit suæ partes per identitatem, sed per continentiam i. totum nō continet nisi suas partes: licet sit aliud à suis partibus contentis. Ad rationes eorum; Ad primam dr, ꝙ totum habet dependentiam essentialem à suis partibus ideo implicat contradictionem totū esse sine suis partibus. Et ad articulum dicitur, ꝙ verum est dummodo, illud non habeat dependentam inessentialē ab alio. Ad secundam dicitur, ꝙ partes simul sumpte per modum informantis & informati sunt naturaliter priores toto, & non dependent a toto: & tamen non possunt sic esse per modum informātis & informati, quin sint totum: quia essentialiter & quid diuinè includuntur in toto: ideo quādo dr, omne prius alio non dependens ab ipso, potest esse sine illo: dico quòd verum est dummodo essentialiter non includatur in illo. Dicunt etiā aliqui quòd partes per modum informantis, & informati non sunt priores toto. Et allegant Scotum in quarto, qui dicit, ꝙ hominem esse, est animam informare corpus. Et si quis dicat, si partes simul sumptæ per modū informantis, & informati non possent esse sine toto: sequeretur quòd deus necessario produceret illam tertiā entitatem, quod videtur falsum: nam deus merè libere producit. quicquid ad extra producit. Respondetur ꝙ deum producere necessario ad extra, potest intelligi dupliciter. Vnomodo simpliciter & absolutè: & sic deus ad extra nihil ꝙ ducit necessario. Aliomodo cōditionaliter, sic. s. quòd si producat hoc, necessario producet aliquid aliud: & hoc non est incōueniens. Non est etiam inconueniens aliquod absolutum necessario exigere, vel præsupponere aliquem respectum: vt productio hominis coexigit & præsupponit vnionem animæ cum corpore, quæ est respectus extrinsecus.

Scot. in 1. d. 1. q. 4. argumēs contra pri mū arg.

DVBITATVR secundo. Verum totum integrale dicat aliquā entitatem absolutā: realiter distinctā à partib⁹ suis? tam diuisim, ꝙ coniunctim sumptis. De quo dubio sunt duæ opiniones. Prima, est opinio Thomistarum & Nominalium dicentium,

An totū integrale dicat entitatē absolutā distinctā à suis partibus.

4 tiam, ꝙ totum integrale non dicit aliquam entitatem absolutā realiter distinctā a suis partibus simul sumptis: & hoc probant ali quibus rationibus. Prima: quia tūc sequeretur ꝙ numerus quaternarius esset numerus quinarius, patet; quia in quaternario sunt quatuor vnitates componentes quaternarium: si ergo quaternarius realiter distinguatur a suis partibus, tunc essent quinq; vnitates: & sic esset numerus quinarius. Secundo sic: sequeretur ꝙ duo corpora realiter essent in eodem loco: patet, illud totum erit substantia corporea & etiam eius partes: & tamen ponuntur in eodem loco: igitur. Tertio sic: sequeretus ꝙ duæ semilibræ tantū ponderarent sicut aliæ duæ semilibræ: & cum hoc vna ab eis distincta scilicet, quæ componitur ex illis continuatis, patet consequentia: quia si ponerentur duę semilibræ diuisæ in vna pte stateræ, & in alia ponantur duæ adinuicem cōtinuatæ: illæ æqua liter ponderabunt & tamen ex continuatis resultat vna libra ab eis distincta: igitur. Alia est opinio multum probabilis quæ videtur esse de mente Sco. distinctione. 12. tertij vbi dicit, quòd si homo esset suæ partes, tunc esset vnum congregatione: sicut nec quinarius numerus est suæ vnitates, sed totum quod resultat ex illis vnitatibus; aliter esset solum vnum sicut acervus lapidum, quod est falsum. Et ista opinio potest probari & auctoritatibus & rationibus. Prima auctoritas est Arī. 7. meta. vbi videtur dicere quod tale totum distinguatē a suis partibus, & ponit exemplum de a, & b, quæ componuntur istī syllabam ab; & possunt remanere posito ꝙ non remaneat illa syllaba ab. Dicit etiam. 5. meta. cap. de qua li: quòd bis tria nō sunt sex, sed semel sex sunt sex. Prima ratio: quia ista est concedenda totum componitur ex suis partibus: vel totum ibi supponitur pro aliquo alio a suis partibus; vel pro suis partibus simul sumptis: si pro alio, habeo intentum: si pro partibus: ergo idē componetur ex seipso: quia sensus erit: totum, i. partes componentur ex partibus. Secundo ficiniſi sic sequeretur quòd partes integrales essent partes essentiales, puta materia & forma: vel quòd idem totum esset duo tota. Quod probatur: & accipiatur aqua, quæ diuidatur in duas medietates quæ sunt partes quantitatiuæ: tunc arguitur sic: ille duæ medietates quæ sunt partes quantitiuæ sunt hæc aqua: sed materia & forma huius aquæ sunt hæc aqua: ergo materia & forma huius aq̄ sunt illæ duæ medietates, quæ sunt partes integrales. Item sequitur quòd finita essent infinita: quia, capiantur duæ medietates baculi; tunc illæ duæ medietates sunt ille baculus; & infinitæ, partes illius baculi sunt illa baculus; ergo infinitæ partes illius baculi sunt duæ medietates vel partes; & per consequens duo sunt infinita & infinita sunt duo. Item sequeretur quòd idem esset simul & semel intense album & intense nigrum; quia capiatur scutum, cuius vna medietas sit intense

Tert. vlt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E alba & alia intensè nigra: tunc arguitur sic: a, & b, signando illas partes sunt intensè album & intensè nigrum: scutum est, a, & b: ergo scutum est intensè album & intensè nigrum. Item sequitur ꝙ tu vides aliqua duo de quorum vno tu nihil vides. Nam volo quòd tu videas sortem venire ad te: tunc arguitur sic: tu vides sortem, sortes est suæ medietates: ergo tu vides suas medietates: & tamen nihil vides in parte posteriori. Ideo propter istas rationes, & multas alias hoc probabiliter tenendum est, ꝙ totum integrale saltem heterogeneum realiter distinguitur à suis partibus simul sumptis. Et dicitur notâ ter heterogeneum: quia de homogeneo est dubium: Nam si distinguatur a suis partibus,
F tunc idem numero bis naturaliter poterit reproduci. Nam capiatur vas aquæ, & dimidatur illa aqua in duas partes: tunc corruptum est compositum; quod componebatur ex illis duabus partibus: reuniantur iterum illæ duæ medietates in eodem vase, tunc erit eadem aqua, quæ prius erat cum sint eædem partes: & tunc illa aqua naturaliter erit bis producta: quòd non videtur concedendũ in philosophia. Respondent aliqui ꝙ non est inconueniens in illis homogeneis, neq; forsan in aliquibus heterogeneis, nec est inconueniens in philosophia: immo multi philosophi concesserunt ꝙ idem numero per successionem temporis potest reproduci: sicut ponebat Plato qui ponebat omnes reuerti infra triginta sex milia annorum:

Se. in 4. d. 43. q. 3.

Ideo soluendę sunt rationes primæ opinionis. Ad primam dicitur negando consequentiam: non enim quælibet vnitas alteri addita facit numerum de prædicamento quantitatis: sed solum vnitas, quæ est per diuisionem continui. Ad secundam dicitur, quòd non est inconueniens duo corpora esse in eodem loco quorum vnum est pars alterius. Ad tertiam patet: quòd non est inconueniens, dummodo vna libra distincta includat illas duas semilibras: tamen esset inconueniens si non includeret. Et si quis petat de toto per accidens: respondetur breuiter, ꝙ non est aliud absolutum à suis partibus: vt homo albus non est aliud, quàm homo & sua albedo.

Vide Canonicum in 1. phy. q. 4. ar. 4

D VBITATVR tertio. Vtrum sit idem, qui nunc est H sortes, & qui heri fuit sortes, posito casu quòd sortes augmentatus sit, vel quòd perdiderit vnum digitum. Et videtur quòd non: quia sequitur quòd aliquod totum esset idem alicui toti, cum quo non conueniret in partibus: immo cum quo in nulla parte conueniret. Primum patet: quia sortes, qui est nunc, esset idem sorti, qui fuit heri: & tamen non conuenit in parte, vel partibus: quia sortes qui fuit heri, habebat alias partes, quàm sortes, qui est nunc per casum. Secundum patet: quia pono casum, quòd de vno dolio vini auferatur gutta inferius, & apponatur vna gutta superius: adhuc erit idem vinum, quòd prius: cum per appositionem, vel remotionem

Vide totum hoc in Burid. in 1. phy. q. 11.

A paruę partis non mutetur totũ: tunc iterato remoueatur vna gutta & apponatur superius vna iterum, erit idem totum quod prius propter similem rationẽ: & hoc fiat donec quælibet gutta, quæ prius erat in dolio, fuerit ablata: constat quòd si tunc remaneat idem totum, quod prius quòd erit aliquod totum, quòd erit idem alteri toti, cum quo non conueniret in aliqua parte. Item sequeretur, quòd aliquod totum esset idem cum decima parte ipsius: quia ex illo vino remoueatur vna gutta adhuc per te remanebit idem vinum quod ante: & sic continuè fiat remotio, donec sola decima pars remaneat, tunc illud totum erit idem cum decima parte: quia non remanet nisi decima pars, & illud
B est idem quod prius. Item ponatur, quòd sortes perdiderit hodie vnum digitum, qui vocetur a, & totum residuum vocetur b: tunc arguitur sic: a & b, heri erant sortes: sed nunc a, & b, non sunt sortes: cum a, non sit pars eius per casum: Vel sic, sortes qui hæri fuit componebatur ex a, & b: sed sortes, qui hodie est, non componitur ex a, & b: igitur. In oppositum arguitur auctoritate Philosophi, qui reprehendit Heraclitum, qui dicebat, quòd non contingebat eundem equum bis intrare fluuium: & tamen si non esset idem homo ante & post propter remotionem alicuius partis, vel appositionem, sequeretur quòd Heraclitus bene dixisset cum semper aliquæ partes fluant, & refluant.

Reprobatio opinionis Heraclati.

Item si hoc non esset verum, ꝙ C non esset idem sortes, qui prius erat propter remotionem, vel appositionem alicuius partis, sequeretur quòd sortes esset terminus communis: quia supponeret ꝑ pluribus, hodie pro vno, & cras pro alio. Item sequeretur, quòd tu non esses natus de muliere, nec genitus de matre, & quòd tu non esses baptizatus: & per consequens, ꝙ tu non esses Christianus: & multa alia inconuenientia. Vnde pro solutione supponitur, quòd ibi non est sermo de identitate generica, nec specifica: sed præcisè numerali. Vnde idem numero dicitur tripliciter, scilicet totaliter, partialiter, & secundum continuationem. Vnde illud dicitur, idem numero totaliter, quod sic se habet, quòd nihil est de integritate D eius, quod prius non fuerit, nec econtra: & illud est proprissime idem numero: & sic secundum istum modum dicendum est, quòd ego non sum idem numero quòd heri: quia heri aliquid erat de integritate mea, quod nunc non est & econtra. Sed idem numero partialiter dicitur illud quod sic se habet quòd aliqua pars, & saltem principalior pars totaliter manet: & sic manet idem homo per totam vitam: quia principalior pars eius, scilicet anima manet. Sed tertio modo idem numero dicitur quòd manet secundum continuationem diuersarum partium sibinuicem succedentium simili figura situ & ordine: & sic corpus sortis dicitur idem numero hodie & heri. Et si-

Se. in 4. d. 44. q. 1. ostendit quomodo vnus, & ille homo sit resurrecturus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E militer Secana dicitur idem fluuius, qui fuit à decem annis, & nunc est, & isto modo debent intelligi multa dicta Aristo. Primo quando dicit quòd elementa, semper manent eadem, & multa alia. Et hæc de secundo art. Quantum ad tertium sit.

1. Cœli 62.

Artic. 3. CONCLVSIO responsalis: Philosophus naturalis non habet disputare contra Parmenidem, & Melissum, dicentes tñ esse vnum ens & immobile; vt patet in primo artic. Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur quòd physicus habet remouere errores, qui incidunt in philosophia naturali suppositis suis principijs; sed nõ habet remouere contra illos, q̃ negant sua principia: quia negatis principijs suis non habet vnde disputare posit. Ad se-

F cundam dicitur quòd non est simile: quia metaphysicus est artifex communis: ideo quicquid conceditur, aut negatur ab aduersario, cadit sub eius consideratione. Ad tertiam dicitur, quòd isti non solum negauerũt principia philosophiæ naturalis; quia negauerũt motum, sed etiam quia concesserũt tantum esse vnum ens, & per hoc negauerunt plura entia esse. Dico etiam quòd negando motũ negauerunt naturam, quæ est principium motus. Ad quartam patet solutio ex tertio notabili.

Ad quintam patet solutio ex logica.

T. c. 22. & sequ. Ex quibus enim demonstrant soluere non difficile est; vter enim sophisticè syllogizat, & Parmenides & Melissus.

IN ISTA parte Arist. contradicit positionibus Parmenidis, & Melissi. Et primo probat q̃ non est tantum vnum ens: q̃ necesse est q̃ ens non significet vnum solum: sed q̃ significet illud q̃ verè est; ideſt substãtia, & illud quod non verè est scilicet accidens: patet, quia si ens significaret tantum accidens sequeretur, quòd aliquid simul esset & non esset; consequens est impossibile; igitur: consequentiam probat: quia si ens significaret tantum accidens tunc subiectum non erit: cum subiectũ sit diuersum ab accidente: & cũ accidens prædicetur de quodã subiecto, tunc subiectum erit; & per consequens subiectũ erit & non erit. Et q̃ non significet tãtum substantiã, p̃bat: q̃ tunc sequerentur duo inconuenientia. Primum q̃ accñs nihil esset: & tñ prædicaret de aliquo: & sic esset & non esset. Secundum inconueniens; quia tunc non esset aliqua multitudo, quod tñ est falsum: q̃ adhuc essent plures substantiæ. Probat adhuc duabus rationibus, q̃ non sit tãtum substantia. Prima: si esset tantũ vnũ ens quod esset substãtia, tunc magnitudo non esset: q̃d est cõtra eos, cõsequentiã probat: q̃ omis magnitudo habet multitudinẽ partiũ, quarũ vna non est alia: Secunda rõ; si esset tñ vnũ ens quod esset substantia: adhuc illa substãtia diuideretur in partes, quarũ quælibet esset substantia: & sic multa essent, quod tñ negant. Aũs probat; quia cũ homo sit substantia, diuiditur in aãl et bipedem, & vtrunq; est substantia, quod probat: quia si non essent substantiæ, tũc essent accẽtia, aut

G *Reprobat positionem Parmenidis, & Melissi.*

H

A tia: aut ergo sunt accẽtia hominis, aut alicui alteri subiecto: nõ primum: quia vel essent accẽtia separabilia, aut inseparabilia; nõ inseparabilia: quia accidens inseparabile diffinitur per suum subiectum: sicut simitas per nasum: sed prædicta non diffiniuntur per hominem; quia diffinitũ poneretur in diffinitione partium diffinientium, quod est falsum. Nec sunt accidentia separabilia: quia tunc contingeret hominem esse non bipedẽ, quod est impossibile: igitur. Nec sunt accidentia alterius subiecti: quia si bipes & animal non sint veræ substantiæ, sed accidant alteri ab homine: sic etiam homo erit accidens, quod est falsum: quia quod verè est, nulli accidit, consequentia patet: quia cuicunq; accidunt partes cõstituentes aliquid, eidem accidit constitutum ex eis. Finaliter tangit aliam rationem Parmenidis, qua volebat quòd esset tñ vnum ens & immobile: & illam reprobat: quia tunc illud ens esset corpus: vel ergo esset corpus diuisibile, vel indiuisibile: si indiuisibile: ergo tantum vnum esset & non multa: quod est iam reprobatum: si diuisibile: ergo erit processus in infinitum: vel erit status ad aliqua indiuisibilia; quod est impossibile.

B

Substantia materialis secluſa quantitate an ſit diuiſibilis.

QVAERITVR tertio. Vtrum substãtia materialis secluſa quantitate sit diuisibilis.

Et arguitur primo quòd non: quia cui non conuenit subiectũ alicuius passionis, illi non conuenit propria passio illius subiecti: sed materix sic acceptæ non conuenit quantitas: ergo nec ei conuenit diuisibilitas: cũ diuisibilitas sit passio quantitatis: Secundo sic: Omne per se diuisibile habet partẽ & partem, sed materia secluſa quantitate non habet partem, & partem: igitur. Quia vel illæ partes essent extra se, vel intra se: sed nullum est dicendum: quia extra, & intra sunt passiones quantitatis & loci: & habetur primo cœli, & mundo. Tertiò sic: Illud quod secundum se non est quid, neque quale, neque quantum, non est diuisibile in partes: sed materia non est quid, neque quale, neq; quantum: vt habet Aristo. 7. Metaphysicæ: igitur. Quarto sic: Dicit Aristo. 3. Physicorum, tractatu de infinito: quòd si infinitum esset extra magnitudinem, esset indiuisibile: ergo quod est diuisibile, erit diuisibile per magnitudinem: sed materia secluſa quantitate, non habet magnitudinem: ergo non est diuisibilis secluſa quantitate. Quinto sic: Si sic sequeretur, quòd continuum posset esset diuisum in omnes suas partes, quod est falsum. Consequentia patet, quia si de facto separaretur materia à quantitate, & ipsa haberet partes, cum nulla sit alteri continua, tunc quælibet est ab alia diuisa: ergo continuum posset esse diuisum actu in omnes suas partes. In oppositum arguitor: quia nullum diuisibile potest fieri indiuisibile: sed substantia materialis est diuisibilis; ergo se-

C *T. c. 69.*

T. c. 1.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A go secluſa omni quantitate adhuc erit diuiſibilis: cum quantitas non det tales partes ipſi materiæ. In quæſtione erunt tres articuli.

Arti. 1. PRIMO ſciendum, quòd pro intellectu quæſtionis ſuppo

Subſtãtia materialis duplicit. nitur primo, q̃ ſubſtantia materialis poteſt capi dupliciter. Vnomodo pro ſubſtantia, ſeu toto compoſito ſubſtãtiali ex materia & forma. Aliomodo pro altera parte compoſiti tantum, ſcilicet pro ipſa materia, quæ recipit formam. Secundo ſupponitur q̃ hæc propoſitio, Subſtantia materialis ſecluſa quantitate eſt diuiſibilis, poteſt habere triplicem ſenſum, ſicut aliæ propoſitiones de ablatiuo abſoluto, quę ſubordinantur tribus hypoteticis. C. conditionali, cauſali, & temporali: ideo habet

F triplicem ſenſum. C. conditionalem, cauſalem; & temporalem. Vnde ſi ſit conditionalis eſt vera: & de ea ſic mouetur quæſtio. Si cauſalis aut temporalis, ſic ipſa eſt falſa: & ſic non mouetur quæſtio. Tertiò ſupponitur q̃ diuiſibilitas eſt duplex: quæda eſt in partes quantitas: & talis eſt paſſio quãtitatis, & nulli alteri conuenit, niſi per quantitatem. & ſicut quantitas dicitur de aliquo p̃ accidens: ita & talis diuiſibilitas: & talem non habet materia ſecluſa quantitate. Alia eſt diuiſibilitas in partes ſubſtantiales & entitatiuas, quarũ quælibet eſt ens: & tunc dico q̃ talis eſt paſſio entis, habentis partes: & talis bene conuenit materiæ ſecluſa quantitate. Vnde imaginor q̃ ſi quantitas ſepararet ab aliquo ligno, q̃ illud lignum tot partes haberet quot haberet, ſi quantitas ſibi inhæreret: nam ipſa quantitas non dat tali ligno q̃ habeat partes: bene tamen dat ſibi, quòd partes eius ſint quantæ, ſicut albedo dat parieti eſſe album. G

Duarę Sc. in 2. d. 2. q. 9. & in 3. d. 2. q. 4. & 5. me taph. q. 9.

SECVNDO ſciendum q̃ ſi ſola ſubſtantia materialis eſſet: ipſa haberet poteſtate extra, partes, vt ly extra reſpicit partes ſubſtantiales ipſius materiæ: licet non vt reſpicit partes loci circunſcribentis. Et dico quòd vna pars diſtaret ab alia diſtantia entitatiua: immo quando aliqua ſubſtantia materialis rarefit, vna pars materiæ magis diſtat ab alia quàm prius: & tunc remota quantitate, adhuc pars diſtaret a parte diſtantia præſentialitatis: Nam ſi talis quantitas ſeparare H tur, aut rarefieret poſt ſeparationem & poſt rarefactionem: notum eſt, quòd non oporteret illam materiam condenſari: immo partes adhuc diſtarent poſt diſtantia præſentialitatis, comparãdo etiam ad vbi. Etiam notum eſt quòd ſi deus ſepararet quantitatem a me, ad huc caput diſtaret a pede diſtãtia potentialitatis, & entitatiua. Item quando ex vno pugillo terræ fiunt decem ignis, vtrobiq; manet eadem materia: ita quòd in illis decem pugillis non eſt niſi materia, quæ erat in vno pugillo terræ: & hoc non poteſt eſſe niſi per rarefactionem illarum partium materiæ, quæ erant condenſatæ: tamen notum eſt, quòd in illis decem pugillis ignis partes dia-

A tes materię magis diſtant, quàm quando erant condenſatę in terra: & ſi deus ſepararet quantitatẽ ab illis decẽ pugillis ignis: illæ partes adhuc magis diſtarent diſtantia præſentialitatis, q̃ condenſatæ in vno pugillo terræ. Item notum eſt, quòd ſi deus ſepararet quantitatem a me, adhuc eſſet alia portio materiæ in capite, quàm in pede vel digito. Ideo ex iſtis poteſt clare patere, quòd tales partes materiæ non ſumuntur a quantitate, quæ eſt vnum accidens: cum in aliquibus poſſit eſſe eadem materia & eædem partes materiæ, vbi non erit eadem quantitas; vt patet quando ex vno pugillo terræ fiunt decem pugilli ignis, vbi manet eadem materia & eædem partes materiæ: & tamen non eſt æqualis

B extenſio. Aduerte tamen q̃ aliqua diſtinguuntur adinuicem dupliciter. Vnomodo ſecundum ſitum & locum: ſicut ignis & terra. Aliomodo entitatiuè, & ſic dico, quòd omnia, quorum entitates ſunt dinerſæ ſic diſtinguuntur: & iſtomodo partes materiæ dicuntur eſſe diſtinctæ ante quantitatẽ. & poſt: Nam quantitas tribuit materiæ aliquam nouam entitatem ſaltem abſolutam. Et per hoc ſoluitur iſtud argumẽtum: Omne per ſe diuiſibile habet partem extra partem: ſed omne habens partem extra partem eſt quantum & ſituatum: quia intra & extra ſunt differentiæ quantitatis. Reſpondetur quòd intra & extra poſſunt dicere diſtinctionem & diſtantiam ſecundum locum & ſitum: & ſic maior eſt falſa: vel poſſunt dicere diſtinctionem ſecundum entitatem, & ſic bene maior eſt vera. Aduerte, vt dicunt aliqui: q̃ ſi deus ſepararet quantitatem a ligno illę partes non diſtarẽt adinuicem, neq; vna eſſet prope aliam: cum quantitas ſit ratio talis diſtantiæ vel propinquitatis. Et hoc videtur dicere Sco. in. 4. diſt. 10. vbi dicit. q̃ diſtantia & propinquitas non inueniuntur niſi in corpore vbi toto: ita q̃ duo vbi ſunt fundamenta proprinqua diſtantiæ & proprinquitati: & hoc videtur dicere Buridan⁹ in primo phyſicorum. q. 8. C

Diſtinctio duplex.

An materia, vel ſuæ partes ſint in loco.

TERTIO ſciendum, quòd incidit adhuc talis difficultas, Vtrum materia ſecluſa quantite ſit in loco, & etiã ſi ſuæ partes ſint in loco, vtrum vna ſit in loco alterius vel in alio. Pro cuius ſolutione ſupponitur primo, quòd quatuor modis aliquid dicitur eſſe in loco. Vno modo dimenſionaliter, occupatiuè, aut circunſcriptiuè, quod idem eſt: & ſic illud eſt in loco, quod ſic eſt in loco quòd totum locatum correſpondet toti loco, & quælibet pars locati cuilibet parti loci, & econuerſo occupando illa loca: & ſic ſola corpora ſunt in loco: nec Ariſtot. reputauit eſſe aliquem alium locum. Secundomodo aliquid eſt in loco diffinitiuè, ſiue determinatè: & ſic illud eſt in loco, quod ſic eſt præſens alicui loco quòd non alteri, & hoc modo Angelus eſt in loco: quia ſic eſt in cœlo quòd non in terra. Tertiomodo aliquid eſt in loco non quidem circunſcriptiuè, aut diffinitiuè, ſed præſentialiter: & ſic illud eſt in loco, D

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quod est præsens alicui loco, non th determinnat sibi illũ locum, cum simul & semel possit esse in diuersis locis: & hoc dupliciter. Vnomodo immensiuè. sic quòd per suam immensitatem infinitam potest simul & semel esse in diuersis locis, cuiusmodi est deus: immo credo q impossibile sit q sit aliquis locus, cui deus non sit præsens. Aliomodo sacramentaliter: & sic illud est in loco, quòd est præsens alicui loco sub aliquo signo sensibili; sicut corpus Christi in sacramento altaris, quod potest esse in centum altaribus, & etiam sub qualibet parte Hostiæ. Secundo supponitur q ex tali distinctione, potest responderi per aliqua dicta. Primum: sicut angelus qui non est quantus, est in loco diffinitiuè, & non circumscriptiuè, supposito quòd sit in vniuerso: si tamen fieret extra vniuersum, vbi locus non est, tunc non esset in loco diffinitiuè: sic materia si fieret in vniuerso sine quantitate, esset diffinitiuè alicubi: si autem fieret extra vniuersum, nusquam esset. Dicitur secundò, quòd materia secluſa quantitate, esset tunc alicubi præsentialiter & determinate: quia tunc sic accepta, est præsens alicui loco determinato. Dicitur tertio quòd vna pars materiæ nõ esset intra nec extra aliam dimensionaliter. Dicitur quarto, quòd vna pars materiæ bene esset extra aliam præsentialiter, & diffinitiuè: quia partes semp remanent in eodem loco præsentialiter: nec propter separationem quantitatis mutantur a suis locis præ sentialiter: licet non sint circunscriptiua, sicut prius erant. C

An quæ dam sensibilia possint esse sine quantitate.

QVARTO sciendum quòd adhuc incidunt aliquæ difficultates: Prima vtrum albedo vel alia qualitas sensibilis, possit esse sine quantitate, sicut, ipsa materia. Respondeo breuiter quòd sic; cum sint duo accidentia absoluta, quorũ vnũ simpliciter non dependet ab alio: licet hoc naturaliter fieri non possit, sed solum per potentiam diuinam. Et si quis quærat, vtrum talis albedo, quæ sic esset sine quantitate, esset sensibilis. Respondeo quòd aliquid dicitur sensibile dupliciter. Vnomodo in potentia remota: & sic dico, quòd illa albedo esset bene sensibilis in potentia remota: quia tunc vt sic non posset immutare visum, nisi poneretur in qui B titate. Vnde quantitas est ratio, sine qua talis albedo non potest immutare sensum. Aliomodo aliquid dicitur sensibile in potẽtia propinqua: puta, quod non habet aliquod impedimentem ad immutandum sensum: & sic dico quòd illa albedo non esset sic sensibilis in potentia propinqua: quia non est sub modo conuenienti, sub quo debet esse ad immutandum sensum. Et si quis quærat, vtrum illa albedo esset diuisibilis vel indiuisibilis. Respondeo, quòd esset diuisibilis in potentia remota: sed non in potentia propinqua. Vnde licet sine quantitate haberet partes graduales & integrantes eam: tamen non posset diuidi in eas sine quantitate: & si ponerentur in quantitate

Dubitatio.

H

Obiectio.

A titate esset diuisibilis in potentia propinqua. Et si quis quærat, vtrum tunc esset qualitas corporalis, vel incorporalis. Respondeo, quòd esset simpliciter corporalis: quia est determinata simpliciter perficere corpus: sed secundum quid dicitur incorporalis, seu incorporea: quia actu non est in corpore: sicut si substantia corporea esset sine quantitate, adhuc simpliciter diceretur corporea: quia apta nata esset esse sub quantitate: licet secundum quid diceretur incorporea. Et si quis dicat, vtrum illa albedo sine quantitate esset spiritualis; cum tunc non esset quanta. Respondeo, quòd non: quia licet non esset quanta, adhuc tamen nata esset esse sub quantitate: angelus autem, vel forma spiritualis non sic nata B est esse in quantitate, vel sub quantitate. Vnde dico, quòd si albedo esset sine quantitate, Deus non posset facere eam informare angelum: quia nulla forma corporalis potest informare spirituale, nec forma spiritualis corporale. Vnde Deus non posset facere, quòd scientia, vel sapientia alicuius informaret lapidem. Et si quis quærat, vtrum esset extensa. Respondeo, quòd non: sed posset extendi. Vnde omne aliud a quantita te extenditur per accidens: vel quia recipit quantitatem, vel re cipitur in quantitate. Et hæc de primo articulo.

Sc. alibi supra re sp. quæst. & q. 1. quæst. in princ. & in 1. d. 19. q. 2.

Art. 2.

DVBITATVR primo: vtrum toto quiescente possint eius partes moueri. Pro cuius responsione supponitur primo, quòd totum capitur dupliciter. Vnomodo categorematice. Aliomodo syncategorematice: C de quo satis aliàs visum est in Summulis. Secundo supponitur, quòd duplex est totum, scilicet homogeneum, & est eiusdem rationis in omnibus suis partibus, vt aqua, & aer: aliud heterogeneũ: quod, scilicet habet partes diuersarum rationum, vt homo, & equus. Tertio supponitur, q quadruplex est motus, prio dictus, scilicet alterationis, augmentationis, diminutionis, & secũdum locum mutationis: & isto vltimus est duplex, scilicet simplex, & compositus. Simplex diuiditur in rectum, & circularem. Compositus est, qui componitur ex recto, & circulari: sicut est motus obliquus. Quarto supponitur, quòd totorum quædam sunt facilis diuisionis: alia sunt difficilis diuisionis. His præmissis dicitur primo, quòd possibile est partes alicuius totius moueri localiter, ipso toto quiescente, & manente in eodem loco: vt patet de sphæra, seu cœlo octauo: quod secundum mentem Arist. erat vltimum, & illud continue mouetur secundum suas partes. Nam continue vna pars aliud, & aliud locat: & tamen totum cœlum, capiendo totum categorematice, nõ aliud locat, neq; ab alio locatur quàm prius. Et aduerte, quòd aliquid dicitur moueri localiter dupliciter. Vnomodo ad locare, & sic secundum mentem Arist. partes illius sphęrę mouentur localiter, cum cõtinue aliud, & aliud locent. Aliomodo secundum locari, quòd cõtinetur ab alio loco quàm prius: & sic illæ partes secundum mentem Arist.

An toto quiescente, partes eius possint moueri.

Sint motus.

Motus quadruplex.

D

8. phys. 2. de cœl. & mundo &c.

Moueri localiter dupliciter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E Aristoteles, non moueretur localiter, cum a nullo contineantur: tamen secundum mentem Theologorum mouentur quoad locare, & locari: quia ponunt aliud cœlum immobile, quod vocatur cœlum empyreum, a quo alij omnes continentur. Dicitur secundo probabiliter, quòd si esset aliquod infinitum secundum magnitudinem, illud non moueretur: quia si deberet moueri non ponendo vacuum, oporteret, quòd esset circulare, quod est falsum: quia infinitum non potest esse figuratum: nec per consequens circulare, cum non possit esse terminatum: nec moueretur motu recto: quia tunc acquireret alium locum: & sic non est infinitum. Tertio dicitur, quòd si esset aliquod ens infinitum facilis diuisionis, posset faciliter vna pars moueri alia quiescente: & tunc esset discontinuitas in partibus. Dicitur quarto, quòd si esset aliquod totum homogeneum non facilis diuisionis, vna pars non moueretur sine alia: sicut est lapis.

F Quinto dicitur, quòd si esset aliquod ens infinitum heterogeneum, vna pars posset moueri ab alia habente aliam dispositionem motu alterationis: quia pars frigida posset calefieri a parte calida, & rarefieri, & calida frigefieri, & condensari a frigida; sicut vna pars carnis infecta inficit aliam: & hoc potest fieri toto quiescente. Similiter si media pars aeris existentis inter duos, rarefieret, & alia condensaretur, tunc qualibet pars illius moueretur, & tamen totum non mutaret locum. G

Virtus una non tia posse fieri alia.

DVBITATVR secundo, quòd adhuc circa modum noticiarum quæritur, vtrum ex vna noticia posset fieri alia. Respondeo, quòd de hoc sunt duo modi dicendi. Quidam dicunt, quòd nulla noticia incomplexa fit ex alia. Quod probant: quia hoc fieret per aliquam consequentiam: sed consequentia non est nisi alicuius complexi ad complexum: puta præmissæ ad conclusionem: ideo noticia incomplexa non potest fieri ex alia incomplexa. Alius est modus dicendi verior, quòd vna noticia incomplexa fit ex alia: quia aliqua est noticia incomplexa intellectiua: & illa non fit nisi ex noticia sensitiua prioris igitur. Aduerte tamen, quòd hoc est sane intelligẽdum. Nam H noticia intellectiua quam habeo de albedine, non fit ex noticia sensitiua causaliter, sic quòd ab ea causetur: sed solum fit ex ea ministerialiter, & occasionaliter: tamen cum hoc stat, quòd noticia sensitiua albedinis possit partialiter causare noticiam intellectiuam sui. Dicitur secundo, quòd vna noticia incomplexa fit ex alia incomplexa modo abstractiuo: vt ex conceptu albi per indistincte representat albedinem, & substantiam non discernendo inter ea: & postea intellectus videt, quòd illud mutatur in nigrum: tunc percipit diuersitatem: & tunc ab illo conceptu confuso abstrahit cõceptus simplices, quorum vnus est albedinis distinctæ a subiecto: alius est subiecti distincti ab albedine:

A ne: & sic intellectus põt abstrahere multotiens conceptus distinctos a conceptibus confusis. Et siquis dicat, vtrum ille cõceptus albi sit complexus, vel incomplexus. Respondeo sicut dictum est in logica 1. periher. ca. vlti. dubi. 1. quòd intrinsece est incomplexus: quia si esset complexus esset compositus ex conceptu distincto albedinis, & conceptu distincto subiecti: sed hoc non, quia adhuc tales non sunt formati. Dicunt etiam aliqui, quòd vna noticia fit ex alia elicitiue: vt ex noticia sensitiua lupi, quam habet ouis, elicit noticiam inimicitiæ: sed istud non est verum: vt videtur dicere Sco. in. 1. Vnde si essent duę oues, quarum vna esset similis lupo in omnibus accidentibus sensibilibus: puta colore, figura, situ, motu: alia fugeret illam sic figuratam, sicut fugit lupum: & hoc solum prouenit ex talibus accidentibus sensibilibus mouentibus appetitum sensitiuum ad sic fugiendum: & simile videtur de multis. De noticia complexa nullus dubitat: quin vna fiat ex alia: sicut noticia adhæsiua conclusionis fit ex noticia adhæsiua præmissarum.

Sco. in 1. di. 3. q. 1. dicto 5.

B

Vnde alij philosophi negarũt accidens nõ posse esse sine subiecto.

DVBITATVR tertio quare Philosophi negauerunt accidens absolutum posse esse sine subiecto. Respondeo, quòd non fuit propter hoc, quòd subiectum sit de essentia accidentis: quia tunc ex eis constitueretur ens per se, quod est falsum: quia ex subiecto, & accidente non constituitur, nisi ens per accidens. Nec etiam fuit ex eo, quòd de essentia accidentis absoluti fuerit inhærentia: C quia nullus respectus est de essentia absoluti: quia tunc esset absolutum, & non absolutum. Sed ideo negauerunt, quia dixerunt, quòd subiectum habet aliquam causalitatem respectu accidentis; modo dixerunt, quòd causa prima non potest causare effectum secundę causæ, sine secunda causa, quæ non potest causare accidens sine subiecto: & hoc ioquendo de ordine naturali causarum: ideo sine ista causa secunda in ordine suę causalitatis posita negauerunt accidens esse, & per consequens esse sine subiecto. Et si quis quærat, quid concesissent de accidente respectiuo. Dico, quòd respectus est essentialiter habitudo inter duo extrema. Et ideo sicut tollere terminum ad quem, ipsius respectus est destruere respectum: ita etiam tollere illud, cuius est respectus, scilicet fundamentum, vel subiectum est destruere subiectum: ideo sequitur, quòd accidens respectiuum: non, quia est accidens necessario requirit subiectum, vel fundamentum: sed quia est respectus, seu accidens respectiuum, quod necessario est inter duo extrema. Et si quis vlterius quærat, si accidens absolutum, sicut est caliditas, esset sine subiecto per potentiam diuinam posset ne producere aliam caliditatem in subiecto. Respondeo, quòd si talis caliditas sic in quantitate, & sub modo quantitatiuo: tunc dico, quòd sic. Et dico notanter, si esset in quantitate: quia si non, non posset: cum quan-

Sc. in 3. dist. 12. in resolu. 1. quæst.

D

titas

Universidad de Deusto
Biblioteca

E titas sit ratio, sine qua talia accidentia sensibilia non agunt. Dicitur notanter sub modo quãtitatiuo: quia si esset sub modo non quantitatiuo, sicut corpus Christi in sacramento; non cale faceret, dato etiam quòd esset quanta. Vnde esse suo modo quantitatiuo, est quando aliquod quantum continetur adæquatè ab aliquo toto, & pars illius a parte alterius. Sed esse sub modo non quantitatiuo, est quando aliquod quantum est præsens alicui toti, & cuilibet parti, & quælibet pars toti, & cuilibet parti: vt corpus Christi in sacramento est præsens toti hostiæ, & totum cuilibet parti, & quælibet pars cuilibet parti. Quantum ad tertium sit.

Se. in 4. d. 10. q. 1. respondẽ] ds ad 2. ar.

Art. 3.

CONCLVSIO responsalis: Substantia materialis, seclusa quantitate, est diuisibilis in partes substantiales: & hæc conclusio satis relinquitur probata in secundo articulo. Ad rationes dicitur, quòd earum solutiones etiam videntur clarè in primo articulo.

F

I. eã. 37. & inde.

SICVT autem physici dicunt, duo modi ponendi sunt: hi quidem enim vnum facientes, quod est corpus subiectum, aut tertium aliquid, aut aliquid, quod est igne quidem densius, aere autem subtilius.

Opiniões, et cõfutationes ne tertiũ philosophorum

ISTVD est secundum capitulum huius tractatus, in quo Philosophus reprobat opinionem antiquorum philosophorum naturaliter loquentium de principiis rerum naturalium. Et diuiditur in tres partes. In prima, intendit aliquas conclusiones. Prima, de numero naturaliter loquentium: quidam dixerunt esse vnum principium materiale rerum naturalrũ: & istorum quidam dicunt illud esse aerem, quidam ignem, & quidã aquam: aliqui dicunt quoddam corpus medium inter ignem, & aerem, dẽsius igne, & rarius aere. Et isti dicunt res generari ex isto principio secundum raritatem, & densitatem illius principij: ita quòd si sit densum, tendit ad terram: si rarum, ad aquã: si rarius ad aerem: si rarissimum ad ignem. Et dicunt isti, quòd rarum, & dẽsum sunt principia formalia rerum naturaliũ, & sunt contraria adinuicem: ita quòd sicut Plato ponebat duo contraria, scilicet magnum, & paruum: ita isti rarum, & densum. Sed in isto differebant: quia Plato ponebat magnum, & parum esse principia materialia, & ponebat ideam esse principium formale. Sed isti econuerso ponunt, quia dicunt illa duo, scilicet rarum, & densum esse principia formalia: & tãtum ponunt vnum principium materiale. Secunda cõclusio, quidam philosophi dixerunt res generari ex eo, quòd contraria segregantur per intellectum ex vno confuso chaos, sicut fuit Anaximander. Et in ista opinione conueniunt multi, ponentes tantum vnum principium. Et etiam multi ponentes multa principia, sicut Empedocles, & Anaxagoras: & ponit duas differentias inter Empedoclem, & Anaxagoram. Prima, Empedocles ponebat mundum infinities generari, & infinities corrumpi, propter congregationem, & separationem principiorum rerum naturalium ab vno confuso chaos: & Anaxagoras dicebat, mundum semel generari, & nunquàm postea corrumpi.

G

tium de principijs rerũ naturalium naturaliter loquẽtium.

Anaximander.

Empedocles.

Anaxagoras.

Secunda differẽtia, quia Anaxagoras posuit infinitas partes eiusdem rationis esse principia: sed Empedocles solum posuit quatuor elemẽta esse principia. In secunda parte narrat opinionem Anaxagoræ, & tangit fundamenta eius, propter quæ videtur opinari infinita esse principia: & res generari per segregationem illorum principiorũ. Primum fundamẽtum est: quia communis opinio omnium philosophorum est, quòd ex nihilo nihil fit. Secũdum est, quòd omnia cõtraria fiunt ex alterutris: & intendit talem cõclusionem. Omne quòd fit, aut fit ex ente, aut ex non ente: non ex nõ ente, per primum fundamentum: ergo ex ente: & per consequens res prius habebãt esse, quàm fierent. Consequenter tangit solutionem duarum quæstionum, quæ fiebant ab Anaxagora. Prima est, cum res, quæ fiunt ex alia, sunt in illa re, quare non apparent nobis esse in illa? respondet Anaxagoras, quòd hoc est propter paruitatem earum.

H

Plato.

Ex quo infert Philosophus, quòd isti dicebant omnia omni misceri, ex eo, quòd omne ex omni videbant fieri. Secunda quæstio, cum in aqua sit aqua, aer, & caro, quare illud magis vocatur aqua, vel aer, vel caro. Respondet, quòd quando in illa mixtura plures sunt partes aeris quàm aquæ, vocatur aer: & quando plures partes aquæ vocatur aqua. In tertia parte reprobat Anaxagoram, & intendit aliquas conclusiones. Prima, principia rerum naturaliũ non sunt infinita. Probat duabus rationibus. Prima, quia si essent infinita, ipsa essent ignota: & si sint ignota, res naturales erunt ignotæ: & per consequens peribit scientia rerum naturalium. Probat primam consequentiam: quia infinitum secundum quòd infinitum, est ignotum. Secundam consequentiam probat: quia arbitramur cognoscere compositum, cum cognoscimus ex quibus, & quãtis sit. Secunda ratio, quantecunq; magnitudinis contingit totum esse, tantę magnitudinis contingit esse partes: sed impossibile est totum esse secundum quantamcunq; magnitudinem, & paruitatem: ergo etiam impossibile est partes eius esse quãtascunque: & per consequens non sunt infinitæ. Minorem probat, quia non contingit animal aut plantã esse quantumcunq; secundum magnitudinem, aut paruitatem. Secunda conclusio, non quodlibet est in quolibet sicut dixit Anaxagoras, volens quòd rem fieri non est aliud quàm ipsam segregari ab aliquo, in quo præexistebat. Probat conclusionẽ: quia omne corpus finitum per ablationem finiti tandem consumitur: sed quælibet caro est finita: ergo per ablationem partium tandem consumitur: & per consequens deueniretur ad hoc, quòd

I

E in aliquo non erit amplius caro: & sic quodlibet non erit in quolibet. Et confirmatur, quia segregetur caro ex aqua: quo facto caro remanens in aqua est minor quàm prius, & sic tantum poterit segregari, quòd nihil remanebit de carne; aut sequetur processus in infinitum, quod vtrumque habebat, pro inconuenienti. Tertia conclusio, non quodlibet potest segregari ex quolibet, probat tribus rationibus. Pro prima supponit, quòd necesse est omne corpus fieri minus per ablationem alicuius ab eo. Secundo supponit, quòd secundum Anaxagoram quantitas carnis est determinata in magnitudine, & paruitate. His suppositis sic arguit: Dabilis est minima caro, per secundam suppositionem: sed ex minimo nihil potest segregari: quia tunc fieret minus minimo, quod est impossibile: ergo non quodlibet potest segregari ex quolibet. Secunda ratio, si quodlibet posset segregari a quolibet, sequerentur duo inconuenientia. Primum, quòd in corporibus finitis esset infinita caro, & infinitus sanguis. Secundum, quòd in corpore essent infinities infinita, quod est irrationabile. Tertia ratio, pro qua præmittit aliqua. Primo, quòd dictum Anaxagoræ, scilicet, quòd omnia nunquàm sunt segregata, erat verum circa passiones: quia passiones sunt inseparabiles. Secundo, format talem rationem: si omnia essent mixta, tunc colores, & habitus essent mixti cum suis subiectis, quod est impossibile: igitur. Ex quo infert, quòd intellectus volens omnia segregare, quæritimpossibile. Quarta conclusio, non omne quod fit, fit ex sibi simili secundum speciem: quia lateres fiunt ex luto: & domus, ex pariete, lapidibus, & lignis. Ex quo infert, quòd melius est ponere principia rerum naturalium esse finita, sicut posuit Empedocles: quàm ponere ipsa esse infinita, sicut posuit iste Anaxagoras. Circa textum mouetur talis quæstio.

An omnia entia naturalia sint determinata ad maximum, & ad minimum.

QVAERITVR, Vtrum omnia entia naturalia sint determinata ad maximum, & minimum. Et primo arguitur, quòd non, quia non est dabilis minus ignis: ergo nec maximus. Antecedens patet, quia ignis est totum homogeneum: & est diuisibilis in partes semper diuisibiles: quarum quælibet est ignis. Secunda pars patet: quia detur maximus ignis, & apponatur sibi stupa, vel comburet ipsam, vel non: si comburet, fiat maior: si non, ergo agens naturale approximatum passo, & non impeditum debite disposito non ageret, quod est falsum. Arguitur secundo sic: Non est dabilis minima caro, nec maximus homo: ergo entia naturalia non sunt determinata ad maximum, & ad minimum. Prima pars probatur: quia detur minima caro, quæ posset per se subsisteret: quæritur, vtrum sit diuisibilis, vel indiuisibilis. Non in

A diuisibilis: quia omne corpus est diuisibile. Si diuisibilis sequitur, quòd non erat minima, cum quælibet pars, per quam diuiditur, sit minor. Secunda, pars antecedentis patet: quia quocunq; homine dato ipse potest calefieri, & pinguefieri: & per cõsequens fit maior. Arguitur tertio sic: Si detur maximus homo, qui potest esse, ipse potest percuti ab aliquo, & ex percussione poterit inflari, & poterit esse maior, & per consequens non erat maximus homo. Arguitur quarto, Numerus, motus, tempus, tardi tas, velocitas, sunt entia naturalia: & tamen nõ sunt determinata ad maximum. Patet primo de numero, quia numerus augmentabilis est in infinitum per appositionem vnitatum. Secundo patet de motu, & de tempore: B quia Philosophus octauo huius vult, quòd tempus, & motus sint perpetua: ita quòd nec cæperũt, nec definent esse. Patet tertio de velocitate: quia medium potest in infinitum subtiliari, & rarefieri: ergo motus potest in infinitum velocitari: tenet consequentia, quia secundum Philosophũ velocitas motus sequitur raritatem, & densitatem medij: ergo si medium potest in infinitum rarefieri, motus poterit in infinitum velocitari. Arguitur quinto sic: Magnitudo est res naturalis: & tamen non est determinata ad minimum, cum omnis magnitudo sit diuisibilis in infinitum. In oppositum arguitur auctoritate Philosophi in textu dicentis, quòd impossibile est animal, aut plantam esse quantacunq; secundum magnitudinem. Dicit etiam secũdo de anima, quòd omnium naturalium cõstantium est determinatus terminus magnitudinis, & augmenti. In ista quæstione sicut in cæteris erunt tres articuli.

PRIMO sciendum, quòd pro declaratione terminorum quæstionis præmittendæ sunt aliquæ distinctiones, quarũ Prima est, Duplicia sunt entia naturalia: quædam sunt animata, vt homo, leo, planta. Et ista sunt triplicia, secundum quòd triplex est anima: quædam sunt animata anima rationali, vt homo: quædam anima sensitiua, vt leo: & quædam anima vegetatiua, vt planta, seu arbor. Alia sunt inanimata, quæ non habent animam, vt ignis, aqua, lapis. Secunda distinctio, entium naturalium, quædam sunt homogenea, quorum partes sunt eiusdem rationis cũ toto: ita quòd nomen totius prædicatur de qualibet partium illarum, vt aqua, aer. Alia sunt heterogenea, quorum partes sunt alterius rationis a toto, sic quòd nomen totius non prædicatur de ipsis partibus, vt homo, equus.

Tertia distinctio, maximum potest exponi dupliciter, sicut & quilibet alius superlatiuus. Vno modo negatiue: & sic idem est, quòd magnum, quo nihil est maius. Alio modo affirmatiue, & sic idem est, quòd magnum, & quolibet alio maius. Quarta distinctio, maximorum quoddam potest imaginari maximum simpliciter, quo nihil est maius, & omni alio maius siue illud sit eiusdem rationis cum illo, siue non. Aliud potest imaginari maximum in genere, quo nihil est maius in tali genere, vt homo, vel equus.

Art. 2.

Entia duplicia.

Maximum duplicitur.

Quin-

E Maximum tripliciter.

Quinta distinctio, triplex est maximum, scilicet secundum multitudinem, vt numerus: secundum intensionem, sicut est qualitas: & secundum extensionem sicut est quantitas. Sexta distinctio, maximum esse dabile potest intelligi dupliciter. Vnomodo, quòd de facto detur: & sic est illud, quòd inter omnia de facto existentia est maximum, quo nihil est maius, vel magnum, & omni alio maius. Aliomodo potest intelligi de possibili: Et hoc dupliciter. Vnomodo de possibili simpliciter: & sic illud est maximū, quod per nullam potentiam potest habere aliud maius. Aliomodo de possibili secundum naturam: & sic illud est maximum, quod non potest per potentiam alicuius agentis naturalis habere aliud maius sc. His F præmissis dicitur primo, quòd dabile est maximum de facto, posito, quòd totus mundus sit aliquid vnum: tunc mundus de facto est maximus. Si vero non sit aliquid vnum, sed multa: ùc vltima sphæra, idest vltimum cælum est maximum, exponendo maximum tam affirmatiue, quã negatiue. Dicitur secundo, quòd dabile est maximum corpus possibile per naturam: quia non est possibile per naturam aliquod corpus esse maius vltima sphæra.

An sit dabilis maximus homo.

SECVNDO sciendum, q̃ de corporibus heterogeneis antmatis ponitur talis dubitatio, vtrum sit dabilis maximus homo? Respondeo, & dico, quòd hoc potest intelligi dupliciter. Vnomodo de facto: alio modo de possibili. De facto respondeo: quòd dabilis est maximus homo, saltem exponendo negatiue: quia dabilis est homo magnus, quo non est alius homo maior. Si de possibili hoc est dupliciter. Vnomodo per naturam: sic videlicet, q̃ possit esse magnus homo, & per naturam non possit esse maior: & de hoc diuersificantur doctores. Dicunt enim aliqui, quòd non: quia dato illo homine, potest adhuc rarefieri per caliditatem naturalem: posset etiam impinguari, & percuti: sic, quòd per talem percussionem inflaretur, & sic fieret maior. Alij dicunt, quòd est dabilis maximus homo per naturam, idest quo non potest esse maior secũdum illam naturam: quòd dato, tali homine non posset augmentari augmentatione proprie dicta: quæ fit quando conuertitur plus de nutrimento in subiectum alti, quàm fuerit deperditum: & tali augmentatione non potest augmentari talis homo: quia omne agens, & augmentans proprie dictum requirit certam, & determinatam quantitatem etiam in passibideo licet talis inpinguetur, vel infletur, vel aliqualiter rarefiat: tamen non augmentabitur augmentatione proprie dicta. Vel potest dici, & melius, quòd talis non rarefieret, neq; pinguefieret, neque inflaretur, & hoc natura non permittente: & similiter dicatur de alijs animalibus: & hoc videtur velle Arist. 2. & de anima. vbi dicit, quòd omnium naturæ constantium, positus est certus terminus augmenti: quæ auctoritas proprie intelligitur de animatis. Aduerte tamen quòd

Burlæus in 2. phys. 9. 2.

T. c. 48.

G

H

A quòd hominem esse determinatum ad maximum, potest intelligi tripliciter, secũdum quòd aliquid dicitur determinari ad aliud. Vnomodo, quia de necessitate habet illud: & sic Deus dicitur esse determinatus ad esse: quia necessario est. Et isto modo homo, neque aliquod aliud animal est determinatum ad maximum: quia nullum est necessario, ita magnum quin possit esse minus. Aliomodo dicitur determinari ad aliud, quia non potest esse sine illo: & sic ignis dicitur terminatus ad caliditatem: quia naturaliter non potest esse sine illa: & isto modo homo non est determinatus ad maximũ: quia potest esse sine tali magnitudine, cum possit esse minor. Alio modo, homo dicitur determinari ad maximum, eo quòd est dare certam magnitudinem, quam non potest excedere: nec etiam aliquid de sua specie. Et sic credo, quòd intelligebat Aris. quòd naturalia saltem animata sunt determinata ad maximum: quia dabilis est aliqua quantitas, quã nullus homo potest excedere saltem naturaliter: quia est dare certam magnitudinem, quã potest attingere, & non potest eam excedere. Et de hoc est dubium: vt iam tactum est.

B

c. de aia. T. cõ. 47.

Vtrũ sit dabilis maximus ignis.

TERTIO sciendum, quòd de homogeneis est talis difficulta: Vtrum sit dabilis maximus ignis? Respondeo, quòd hoc potest intelligi dupliciter. Vnomodo de facto: & sic dico, quòd dabilis est maximus ignis: & hoc exponendo ly maximus, tam affirmatiue, quàm negatiue: vt ignis elementaris est omni alio ignæ maior: & nullus est ignis maior eo. Aliomodo de possibili, & hoc dupliciter. Vnomodo de possibili per naturam: sic dico, quòd hoc potest intelligi dupliciter: quia vel agens naturale potest tali igni applicare aliquod combustibile, vel non. Si possit, dico, quòd non est dabilis maximus ignis possibilis per naturam: quia tunc talis augmẽtaretur per applicationem combustibilis. Vel non potest sibi applicari combustibile, sicut forte igni elementari, cui non videtur posse applicari combustibile virtute agentis naturalis: & tunc dico, quòd bene est dabilis maximus ignis possibilis per naturam, idest qui virtute agentis naturalis non potest augmentari. Aliomodo de possibili simpliciter, seu per potentiam diuinam: & sic dico probabiliter, quòd non est dabilis maximus ignis: immo quantocunque dato, potest fieri maior per potentiam diuinam, quia sibi potest applicare combustibile: quo facto vel comburet illud, vel non: non est dicendum, quòd non: quia mirabile esset, quòd paruus ignis combureret stupam: & non magnus ignis. Si vero comburat: ergo erit maior, quàm prius: & hoc videtur velle Aristoteles in secundo de anima: vbi dicit, quòd ignis per applicationem combustibilis, est augmentabilis in infinitum.

T. cõ. 40.

Dicunt tamen aliqui oppositum: & quòd ignis non combureret: quia non est sub determinata quantitate ad agendum: modo omne agens requirit determinatam quantitatem

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

E in se ad agendum, & etiam in passo.

Arist. dabilis maximus numerus.

QVARTO sciendum, quòd de maximo secundum multitudinem: dicitur, quòd est dabilis maximus numerus de facto: sed non est dabilis de possibili per naturam: quia quocunque numero dato, potest adhuc fieri maior per diuisionem continui: nec est dabilis maximus numerus simpliciter possibilis: quia quacunque multitudine data, Deus potest adhuc creare aliquod ens de nouo: & tunc erit maior multitudo, quàm prius. Sed de maximo secundum intensionem, seu qualitatem relpõdetur probabiliter cum Scoto in tertio sententiarum, distinct. 13. quòd dabilis est maxima qualitas: tum de facto quàm de possibili: quia dabilis est gratia animæ Christi, quæ est qualitas: qua non potest dari maior, quia est maxima, & summa, vt ipse ibi probat: imaginatur enim, quòd gratia animæ Christi fuit ita magna, quòd Deus non potuisset facere maiorem: & satis conformiter posset dici de aliqua alia qualitate corporali: vt de alisedine, ita q̃ vult ibi habere, q̃ gratia animæ Christi non est vnibilis cum quocunq; alio gradu gratiæ. Et dico etiam, quòd si fuæ rationes ibi concludant de qualitate permanente: etiam videtur, quòd concludant de magnitudine, & continuo: puta quòd esset dabilis maxima magnitudo, qua Deus non posset facere maiorem. Ideo cautè respondendum est in hac materia: quia fere omnes doctores sunt contra eum. Et si quisq̃ tra hoc arguat: quia data illa qualitate maxima, puta gratia: Deus potest facere adhuc vnam aliam gratiam, & illam vnire cum gratia animæ Christi: quo facto gratia animæ Christi erit maior, quàm prius. Respondeo, quòd non est vnibilis cum aliqua alia gratia: quia ipsa est in termino: ideo non potest vniri cum aliqua alia. Contra, omnia individua eiusdem rationis sunt vnibilia adinuicem: ergo quælibet gratia erit vnibilis cum alia gratia. Respondeo, quòd antecedens est verum, si vnum illorum non sit in termino: quia si fit, non poterit vniri. Ex quo videtur sequi, quòd vnibilitas non est passio gratiæ secundum se captæ: sed gratiæ non existentis in termino. Dico etiam, quòd dato, quòd vnibilitas esset passio gratiæ secundum se captæ, non tamen sequitur, quòd possit vniri cum alio gradu gratiæ: quia ipsa est incompossibilis cũ quocunque alio gradu, immo si intelligatur alius gradus sibi addi: erit incompossibilitas. Ex quo sequitur, quòd aliquod finitum intelligibile repugnat alteri finito intelligibili. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Scot. in 3. dist. 11. q. 1. & 3.

Vnibilitas est passio gratiæ.

DVBITATVR primo: Vtrum infinitum secũdum quod infinitum sit nobis ignotum: Et vtrum ad cognitionem compositi necesse sit cognoscere: ex quibus, & quotis fiat: Et vtrum omne corpus finitum per ablationem finiti tandem consumatur. Pro solutione primæ partis supponitur, quòd infinitum potest capi dupliciter, scilicet syn-

Art. 2.

Infinitum multiplex esse.

A syncategorematice, & categorematice. Si syncategorematice, hoc est dupliciter. Vno modo, vt attribuitur magnitudini: & tunc dupliciter accipitur. Vno modo, vt tantum valet, sicut hoc complexum: aliquantum, & non tantum: quin maius: & sic concedit ista, infinitum pondus fortes põt portare, ideſt aliquantũ, & non tantum quin maius. Alio modo, vt tantum valet, sicut aliquantum, & quodlibet maius: & sic non cõceditur ista, infinitum pondus fortes põt portare. Alio modo, accipitur infinitum, vt attribuitur multitudini: & hoc dupliciter. Vno modo, vt tãtum valet, sicut hoc complexũ: duo, tria quatuor, procedendo ad infinitũ: & sic conceditur ista, infinitæ partes sunt in continuo. Alio modo, vt tãtum valet, sicut aliquod

B & non tot quin plura: & sic non conceditur ista, infinitæ sunt partes in continuo: quia sensus est, aliquot, & non tot quin plures: & de hoc amplè visum est in Sumulis. Si categorematice sumatur, hoc est dupliciter, scilicet in actu, & in potentia. In actu pot imaginari quadrupliciter, scilicet secundum virtutem, qua nõ potest esse maius in entitate: vt Deus. Alio modo, secundum intẽsionem: & sic habet se infinitos gradus perfectionales. Alio modo, secũdum extensionem: & est idem, q̃ res extensa non terminata, neq; nata terminari. Alio modo, secundũ multitudinem: & tunc idem est, q̃ in actu dicere, cuius non est dabilis vltima vnitas: & de istis non quæritur dubium, cum nullum tale videatur posse esse: excepto infinito in virtute. Et si quis dicat,

Pag. 66. G.

C incontinuo est multitudo, cuius non est dabilis vltima vnitas: ergo dabile erit infinitũ in multitudine. Respondeo, q̃ non est inconueniens esse multitudinem infinitam vnitatum non separatarum abinuicem: tamen bene esset inconueniens esse multitudinem infinitam vnitatum abinuicem separatarum. Sed infinitum in potentia est illud, de quo dicit Arist. 3. Phys. quod est, cuius quantitatem accipientibus, ideſt quantumcunq; accipientibus semper est aliquid extra sumere. Ita ideo dicitur infinitum in potentia: quia accipiendo alterum post alterum, quod non est nisi pars infiniti potentialis, semper restat aliud accipere: cũ non sit deueniendum ad vltimam partem. Dicitur etiam in potentia, quia esse suum solum habet esse in fieri: puta accipiendo

D partem post partem. Et de isto respondetur cum Scoto, distinctio. 2. primi, quod totale infinitum potentiale est ignotum: quia vnumquodque est cognoscibile, secundũ quòd est in actu: modo esse talis infinitis inquantum est infinitum, semper est in potentia: puta in accipiendo partem post partem. Dico tamen, quòd non est sic ignotum, quòd sibi repugnet intelligi ab intellectu infinito. Dico secundo, quod non potest cognosci ab alqueo intellectu cognoscente ipsum secundum modum suæ infinitatis: qui modus infinitatis est accipiendo alterum post alterum: modo intellectus, qui cognosceret hoc modo alterum post alterum, semper cognosceret aliquod finitum: quia partem infiniti potentialis;

Scot. in 1. dist. 2. q. 1. & 2.

Scot. in 3. q. 5. quæst.

T. c. 63.

Scot. in 1. dist. 2. q. 2. cassat ratio. sua opin. videtur concedere aliquæ infinitum in genere, si non simpliciter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& credo, quòd Arist. hoc volebat habere in textu, quòd infinitum inquantum infinitum est ignotum, ideſt, quòd infinitum non potest cognosci ab intellectu cognoscente ipsum secundum modum suæ infinitatis. 1.cæ.31.

Ad secundam dubitationem respondeo, quòd ad perfectè cognoscendum aliquod totum, oportet cognoscere omnes eius partes, saltem principales, & essentiales totales. Et si quis dicat, in aliquo toto puta in lapide sunt infinitæ partes, quę non possint a nobis cognosci. Respondeo, quòd ibi sunt infinitæ partes eiusdem proportionis: & etiam infinitæ partes partiales essentiales: cum quælibet talis pars eiusdem proportionis comparatur ex partiali materia, & forma. Et de talibus dico, quòd F ad cognoscendum totum: non oportet omnes tales cognoscere quò ad conceptus proprios, sed sufficit eas cognoscere quo ad conceptus specificos, & communes. Ad tertiam dubitationem dicitur, quòd si continuum diuidatur in partes eiusdem quantitatis non communicantes: tandem consumetur, ideſt deuenietur ad vltimam partem, quæ non amplius diuisibilis est in aliam partem eiusdem quantitatis: sed si diuidatur per partes eiusdem proportionis nunquam consumetur, ideſt, nunquam deuenietur ad vltimam partem eiusdem proportionis.

Ex nihilo nihil fit, an verū.

Dvbitatvr secundo, Verum ista maxima, quam asseruerunt Anaxagoras, & Empedocles, & fere omnes Philosophi, scilicet quòd ex nihilo nihil fit, sit vera: & an repugnet veritati fidei. Pro cuius solutione supponēdum est, quòd apud Philosophos antiquos, & Aristotelem istæ duæ propositiones, scilicet Ex nihilo nihil fit: & Ex aliquo aliquid fit: fuerunt communiter concessę, & reputatæ tanquàm veræ, & euidentes. Vnde Arist. in hoc primo declarat eas dicens: quòd hæc propositio, ex hoc fit hoc, æquialet huic, hoc fit aliquid: quare ista, ex nihilo nihil fit: æquialet huic, nihil fit aliquid, quod est impossibile. Etiam est de mente Auerrois in prologo tertij phys. vbi dicit, quòd cum homo fuerit assuetus credere sermones falsos a puericia, erit illi consuetudo abnegandi veritatem manifestam: sicut accidit illis, qui dicunt, quòd ex nihilo aliquid fit. Et sic conueniūt omnes Philosophi, quòd ex nihilo nihil fit: & quòd omne, quod fit, fit ex aliquo. Aduerte tamen, quòd licet ista de rigore logices: ex nihilo nihil fit, æquialet isti, ex qualibet aliquid fit: quæ est falsa: quia omne, quod fit fit naturaliter ex determinata materia, & ab agente determinato: tamen Philosophus eę pit eam in isto sensu, vt æquialet isti: nihil fit ex nihilo: seu loco istius: ex non ente non fit aliquid, quæ concederetur naturaliter, tamen supernaturaliter: ex nihilo fit aliquid: Ideo secundū fidem aliter respondetur: Pro quo supponitur primo, quòd aliquid produci ex nihilo potest dupliciter intelligi. Vnomodo, vt ly nihil, opponitur actuali existentię: & sic aliud producitur ex nihilo, quod nec ipsum, nec

A nec aliquid sui existebat ante sui productionem. Aliomodo, vt ly nihil opponitur omni positiuo: & sic illud producitur ex nihilo, quòd nec ipsum nec aliquid sui est aliquid positiuū ante sui productionem: ita quòd ipsum, & quodlibet sui erat purum nihil antequàm produceretur: ita quòd nec habebat esse cognitum, nec esse reale. Secundo supponitur, quòd cuiuslibet rei potest intelligi duplex esse, scilicet esse cognitum, quod habet esse ab æterno in mente diuina: & esse reale, quod habet quando ad extra producitur: & istud diuiditur in esse essentię, & esse existentiæ: nec est imagi nādum aliquod aliud esse quidditatiuum distinctum ab ipsis, quod multi Scotistæ ponunt. *Sco in 2. di.1.q.2. tradit hanc materiam.*

Tertio supponitur, quòd duplex est productio: scilicet natura lis, quæ fit in virtute agentis naturalis: vt generatio, & corruptio. Alia est supernaturalis quę tantum fit in virtute agentis supernaturalis: vt creatio, & annihilatio. His suppositis dicitur primo, quòd accipiendo nihil, vt opponitur cōtradictorie omni positiuo: sic ex nihilo nihil fit: nec potentia naturali, nec supernaturali quia in omni factione necesse est, quòd passum, vel aliquid sui ante sui factionem habeat aliquod esse positiuum, vel reale, vel cognitum.

Dicitur secundo, quòd accipiēdo nihil, vt opponitur actuali existētiæ: sic ex nihilo aliquid fit factione supernaturali: & hoc modo intelligendo maximam: puta quòd ex nihilo aliquid fit: ipsa est vera, nec contradicit veritati fidei. Dicitur tertio, quòd aliquid potest produci, licet non creari de omnino nihil: id est non de aliquo: ita, quòd nullum esse habuerit: nec reale, nec cognitum: quia creatura producitur in mente diuina in esse cognito de omnino nihil. Nec est imaginādum, vt aliqui putant quòd esse possibile rei præcedat esse cognitum: quia esse cognitum rei est omnino primum ante: esse tamē cognitum, & esse possibile sunt idem realiter: licet distinguantur formaliter: quia illud producti in esse cognito non est creari: quia creare secundum Scotum est de nihilo aliquid producere in effectum: id est in esse reali. Sed diceret aliquis: An Philosophi concessissent aliquid fieri de nihilo. Respondet Sco. 2. sen. d. 1. q. 2. q aliquid produci de nihilo potest intelligi dupliciter. Vnomodo: vt ly de, dicit ordinem durationis: ita, quòd secundum tempus habuerit prius non esse: & sic nunquam concederent Philosophi: quia saltem in omni factione vbi non esse duratione præcedit esse, dicerent requiri necessario materiam siue subiectum factionis. Aliomodo, vt ly de dicit ordinem naturæ: & sic concederent, quòd ex omnino nihil, aliquid fieret. Nam Auicena. 6. metaphis. concedit, quòd prima intelligentia producit secundam: & secunda tertiam: & sic deinceps: Et in tali productione nihil ipsius producti præexistebat, quod esset aliquid eius tanquàm subiectum, vel tanquàm pars: ideo ponunt ipsi hoc modo aliquid fieri de nihilo: puta quando illa propositio

E mo de, dicit ordinem naturæ, & non ordinem durationis.

An omnia entia naturalia sint determinata ad maximum & minimum.

DVBITATVR tertio Verum omnia entia naturalia sint determinata ad minimum. Pro cuius solutione supponitur, quòd minimum secundum magnitudinem potest dupliciter considerari. Vno modo inquantum est quoddam ens naturale, idest habens qualitates naturales. Alio modo inquantum est quantum. Hoc supposito dicitur, quòd quodlibet totũ heterogeneum est determinatum ad minimum, vel saltem ad maximam quantitatem, quam non potest habere: quia quodlibet tale debet habere partes diuersarum rationum, quæ non possunt seruari sub quacunq; quantitate. Et si quis dicat: detur minimus homo, qui possit esse, ille potest condensari per corpus frigidum: ergo non erit minor. Respondetur, quòd tenendo, quòd sit dabilis minimus homo, quòd natura non permitteret condensari: immo citius corrumperetur: propter hoc, quòd forma, & materia determinant sibi quantitatem ad hoc, quòd tale patiatur. Alij, qui tenent, quòd non est dabilis minimus homo, dicerent, quòd condensaretur & q non esset dabilis minimus homo, licet bene sit, dare maximam quantitatẽ, quam homo non potest habere. Dicitur secundo, quòd est dabilis minima multitudo: quia non potest dari multitudo minor numero binario. Sed de minimo in magnitudine: respondeo, quòd non est dabilis minima magnitudo, immo quacunque data, dabilis est minor: ita quòd ista est concedenda: Omni magnitudine data, dabilis est minor: quia quacunq; magnitudine data, vel est diuisibilis, vel indiuisibilis. Non indiuisibilis: quia ex seipsa, & vna alia fieret magnitudo maior: quod non esset si esset indiuisibilis. Si diuisibilis: ergo non erat minor, cum partes eius sint minores. Et si quis dicat, quod Arist. dicit in textu, quòd dabilis est minima caro: & per consequens dabilis est minima magnitudo. Respondeo, quòd hoc non dicit de mẽte propria, sed assumebat hoc tanquam concessum ab Anaxagora: quo facto, arguebat contra eum, probando, quòd non quodlibet segregaretur a quolibet: quia a tali minimo nihil esset segregandum, vel esset dare minus minimo. Et si quis dicat, potest dare ita parua caro: quòd si diuidatur, immediate corrumpetur a circundante: igitur illa erit minima. Respõdeo, quòd quicquid sit de antecedẽte, nego consequentiam: quia dato, quòd corrumpatur a circundante, posset tamen conseruari a Deo: ibi etiam circunstãs posset sic disponi, quòd non corrumperet: posset etiam corrumpi, carne tali remanente. Sed de minimo secundum intensionem, seu qualitatem respondeo, quòd non est dare minimum in qualitatibus diuisibilibus: vt non est danda minima albedo, nec minima caliditas: quia quacunq; data, dabilis est minor, cum sit diuisibilis. Et si quis dicat: potest dari albedo: ita parua, quòd non plus poterit videri: igitur illa erit minima. Respondeo, quòd non sequitur

Instãtia.

Obiectio

Instãtia.

A sequitur: nam licet sit dabilis minima quantum ad actum imutandi sensum: non tamen quantum ad actum essendi.

Et si contra hoc arguatur: quæcunq; pars albedinis detur, ipsa potest in toto cum alijs partibus cooperari ad immutandum sensum: ergo non est dabilis minima quò ad hoc, quod est immutare sensum. Respondeo, quod aliqua pars albedinis dicitur sensibilis, & immutare sensum dupliciter. Vno modo in virtute: hoc est, quòd ipsa in toto potest cooperari cum alia ad immutandum sensum: & sic dico, quòd non est dabilis sic minima in virtute. Alio modo in actione: hoc est si ipsa seorsum esset, ipsa non posset immutare: & sic dabilis est minima: & hoc videtur esse de mente Sco. secundo Sententiarum. distinct. 2. quæst. 10. 9.

Dicunt tamen aliqui, quòd non est dare minimum, quod seorsum posset sentiri: quod probant, & volo, quòd a longe videatur paries albus: & quòd sint grana milij seminata contra illum parietem valde propinqua non se tangentia: constat, quòd tu non iudicabis illum parietem esse album, sed nigrum, vel fuscum: quod non esset, nisi videres illa grana milij, quamuis seorsum existant. Et si illa grana diuiderentur in centesimas partes adhuc obscurarent illum parietem: quod non esset, nisi viderentur. Aduerte tamen, quod licet illa grana milij videantur: non tamen distincte: quia visus non potest iudicare vnum granum distinctum ab alio. Dicunt isti, quod hoc non obstante non est dare minimum, quod seorsum possit sentiri distincte; quia illa grana, vel centesimæ partes immutabant visum; ergo erant alicuius intensionis, & virtutis; ergo vna pars sine alijs posset videri; licet forte parum videatur. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

C

CONCLVSIO responsalis; Entia naturalia heterogenea sunt determinata ad maximum, & ad minimum; licet de homogeneis sit dubium; & hoc fuit ostensum in primo articulo. Ad argumenta ante oppositum patent solutiones in duobus primis articulis.

Art. 3.

D

OMNES igitur contraria faciunt principia, & dicentes, quòd vnum sit omne, & immobile.

T. cõ. 41. & inde.

ISTE est secundus tractatus, in quo Philosophus determinat de principijs rerum naturalium secundum propriam opinionem. Et diuiditur in tria capitula. In primo, ostendit qualia sunt principia rerum naturalium. Et diuiditur in duas partes. In prima, intendit talem conclusionem. Principia rerum naturalium sunt contraria, probat dupliciter. Primo, auctoritate omnium antiquorum quia omnes antiqui dicunt, principia esse contraria. Vnde antiqui posuerunt calidum, & frigidum, sicut illi, qui posuerunt omnia esse vnum ens; & sic secundum istos

Quid sentiendum de principijs rerũ naturalium iuxta mentem propriam

E illa, quæ erant vnum secundum rationem, erant plura secundum sensum: aliqui rarum, & densum: aliqui plenum, & vacuum, sicut Democritus: aliqui magnum, & paruum, sicut Plato: aliqui sursum, & deorsum, ante, & retro: alij rectum, & circulare. Ratione sic probat: quæcunque sic se habent, quòd non fiunt ex alijs nec ex alterutris, & quòd omnia fiunt ex ipsis, sunt prima principia, sed prima contraria sunt huiusmodi: ergo prima contraria sunt prima principia.

Primam partem minoris probat, scilicet quòd prima contraria non fiant ex alijs: quia tunc non essent prima. Secundam partem probat, puta, quòd non fiant ex alterutris: quia vnum contrarium non fit ex alio, cum p non sit natum esse pars alterius.

Tertiam partem probat, puta, quòd omnia fiant ex ipsis: quia omne, quòd fit, fit ex contrario, aut ex medio, quod est contrarium vtrique extremorum: & istud probat inductiue. Primo, in simplicibus: quia album non fit ex musico, nisi secundum accidens, inquantum nigro accidit esse musicum: sed album fit ex non albo per se, & non ex quocumque non albo: sed ex non albo, quod est nigrũ, vel medio colore coloratum: cum solum ipsum nigrum, vel medio colore coloratum, est in potentia ad esse album. Similiter album non corrumpitur in non musicum, nisi secundum accidens: sed corrumpitur in non album, quod est nigrum, vel medio colore coloratum: & similiter dicatur in alijs simplibus: sed in compositis istud magis non latet, eo quòd opposita compositorum non sunt nobis nominata: vt oppositum domus non est nominatum, sed possumus ipsum nominare isto nomine, non consonans: & tunc consonans, idest compositum fit ex non consonanti: & non ex quolibet non consonanti: sed ex nõ consonanti sibi opposito: etiam corrumpitur in non consonans sibi oppositum. In secunda parte ponit conuenientiam, & differentiam antiquorum circa principia. Conueniunt enim omnes antiqui in hoc, quòd ponunt principia esse contraria: sed differunt, quia aliqui posuerunt calidum, & frigidum esse principia contraria: & illi dixerunt principia esse priora secundum sensum. Alij posuerunt rarum, & densum: alij magnum, & paruum: alij litem, & amicitiam: & isti dixerunt prima contraria esse principia secundum intellectum. Et illi, qui dixerunt principia esse priora secundum sensum, dixerunt principia esse singularia, eo quòd sensus non est nisi singulariũ: & illi, qui dixerunt principia esse priora secundum intellectum, dixerunt illa esse vniuersalia. Ex quibus infert, quòd ratio est ipsius vniuersalis: sensus vero particularis. Ex isto textu volunt aliqui elicere, quòd intellectus non cognoscit singularia: sed solum vniuersalia: sed male eliciunt: cum auctoritas sic non intelligitur: & cum Aristoteles non faciat ibi, nisi recitare opiniones antiquorum.

Conuenientia, et differentia antiquorum circa prima principia.

2. de anim. T. com. 6

Sec. q. 11 quæst. & 7. metaphy. q. 16 & 17.

Con-

T. ca. 50. & vnde.

A Consequens ut vtique erit dicere, vtrum duo, aut tria, aut plura sint. &c.

Principia rerum naturalium quot, et q.

Istud est secundum capitulum huius tractatus, in quo Aristo. ostendit numerum principiorum rerum naturalium: & diuidit in quatuor partes. In prima ostendit duas conclusiones. Prima, oportet dicere si principia rerũ naturalium sint duo, vel tria, vel quatuor, aut plura. Secunda, impossibile est principia rerum naturalium esse vnũ tantũ: quia principia rerum naturaliũ sunt contraria: ergo impossibile est tantũ esse vnum, quia contraria non sunt vnũ. In secũda parte ponit talem cõclusionem: principia rerum naturaliũ non sunt infinita: quod probat quatuor rationibus.

B Prima, si essent infinita, essent ignota: & sic nulla res naturalis esset scibilis: quod est falsum. Secunda rõin quolibet

T. c. 50. genere est vna prima contrarietas: sed illa prima contrarietas, non habet infinita contraria: igitur. Tertia ratio: illud quod põt fieri per finita, magis ponendũ est fieri per finita, quàm per infinita: sed res naturales pũt fieri per principia finita: ergo magis ponendum est eas fieri per finita quam per infinita.

Et ex isto textu elicitur ista auctoritas: Frustra fit per plura qđ potest fieri p pauciora. Quarta ratio: non omnia contraria sunt principia: ergo non sunt infinita. Aũs probat: qa q̃dã cõtraria fiũt ex alijs: vt dulce & amarũ, album & nigrũ: ergo ista nõ semper manent: ergo non sunt principia: quia principia oportet semper manere. In tertia parte intendit talem conclusionem, principia naturalia non sunt tm̃ duo: Probat duabus rationibus, & vno signo. Prima ratio; omne quod fit naturaliter fit ex aliquo subiectaliter: sed vnum contrariũ non fit ex alio subiectaliter: ergo præter contraria oportet ponere aliquid ex quo res fiant subiectaliter, tanq̃ ex subiecto illorum contrariorum: & per consequens erant plura principia q̃ duo.

Secunda ratio: oportet principia rerum naturalium esse contraria: & oportet aliqua principia rerum naturalium non esse contraria: sed ista saluari non possunt, si essent tm̃ duo: igitur. Prima pars maioris est nota: & secunda probat: quia subiectiæ nihil est contrarium: & tamen principia subiectiæ sunt subiectiæ: igit non omnia principia sunt contraria. Similiter contraria hñt fieri circa idẽ subiectũ: ergo si illa contraria sint principia, subiectum erit principium: cum subiectum sit prius prædicato. i. prædicatũ sibi inhæret: sed subiectum non est contrarium alicui: ergo aliqua principia non sunt contraria. Minor ẽ probat philosophus: qa nullus potest saluare, q̃ principia non sunt contraria: & rationem probantem, q̃ principia sunt cõtraria, quæ ponitur in capitulo præcedenti: nisi ponatur cum contrarijs tertium principium: ergo præter contraria est ponendum tertium principium. Signo probat, quia oẽs antiqui pter cõtraria posuerunt tertium principium. Nam Plato posuit ideam cum illis principijs, magnum et par-

Universidad de Deusto
Biblioteca

E paruum: & alij cum contrarijs posuerũt aerem, vel aquam, vel ignem: ergo signum est, ꝙ non sunt tantũ duo principia rerum naturalium. In quarta parte intendit talem conclusionem. Principia rerum naturaliũ non sunt plura tribus. Probat duabus rationibus. Prima ratio: quia ad aliquid faciendum sufficiens est vnum principium cũ duabus contrarijs: ergo principia non sunt plura tribus: quia si essent quatuor, essent duæ contrarietates æque primo: & per consequens duo subiecta horũ contrariorum: quia multiplicata contrarietate, multiplicat subiectum & e contra: quod est inconueniens: quia tunc principia contraria possent generari ex alterutris. Secunda ratio: si principia essent plura tribus: tunc F essent plures primæ contrarietates: consequens est impossibile: quia prima contrarietas est in substantia: sed substantia est vnum genus: ergo sibi tantum est vna contrarietas. Et subdit ꝙ ista contraria non differunt generationeiſed solum secundũ prius & posterius: quia semper in vno genere est vna contrarietas. Omnes enim contrarietates videntur reduci ad vnum.

An principia intrinseca rerum naturalium sint contraria.

QVAERITVR Vtrum principia intrinseca rerum naturalium sint contraria: Arguitur primo ꝙ nonquia sunt substantiæ, & substantiæ nihil est cõtrarium: ergo. Arguitur. Secũdo sic: Si principia essent contraria, cum non sint nisi tria, s. materia, forma & priuatio oporteret vel qđ materia contrariaretur formæ, vel forma priuationi: nõ primum: quia materia est subiectum contrariorũ: sed subiecto contrariorũ nihil est contrariũ. Non secundũ ꝙ priuatio est nõ ens: sed non ens non contrariat entiligit. Tertio sic; Si priuatio cõtrariaret formæ: vel cõtrariaret formæ habendæ, vel habitæ: nõ secundũ: ꝙ priuatio & forma sunt simul in eodẽ subiecto non primũ: ꝙ terminus ad quẽ corruptionis, est priuatio: q simul stat cum forma habẽdæ gitr. Quarto sic: Contraria non possunt simul manere in aliquo sed principia intrinseca debẽt manẽre in principiato, alias nõ essent principia intrinseca: igit. Quinto sic: Non oia cõtraria debent esse in eodem subiecto: ergo nulla principia sunt contraria: & per cõuersionẽ simplicẽ, nulla cõtraria sunt principia: sed hoc est falsum: igitur tenet consequentia: quia nullum principium debet esse posterius: sed quod est in subiecto est posterius: igitur.

In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli.

PRIMO sciendum, ꝙ circa hunc textũ incidunt aliqꝫ difficultates. Prima: quomodo intelligitur principia rerum naturalium sunt contraria. Respondetur quod contrarietas potest capi dupliciter. Vnomodo largè: & hoc tripliciter. Vnomodo pro repugnantia duarũ differentiarum diuidentium aliquod genus: & de tali intelligitur cum dicitur: ꝙ in quolibet genere est vna prima contrarietas: i. duæ differentiæ dividentes primum

Arti. 1.

Principia rerum naturalium esse contraria quo.

A mum genus: & sic principia rerum naturalium non sunt contraria. Secundo capitur pro repugnantia duarum formarum simul se non permittentium in eodẽ subiecto, siue se expellant actione propria, siue non a tali subiecto, & sic albedo & nigredo sunt contraria: & isto modo principia rerum naturalium nõ sunt contraria. Tertio modo capitur pro repugnantia priuationis & habitus seu formæ, cuius est talis priuatio: & sic se extendit ad priuatiuè opposita: & isto modo principia sunt contraria. Alio modo capitur contrarietas proprie siue stricte pro repugnantia duarum formarum nõ se permittentium in eodem subiecto, a quo actione ꝓpria se expellunt: & sic talis contrarietas inuenitur inter qualitates primas: puta inter caliditatem & frigiditatem, humiditatem & siccitatem. Et ita patet ꝙ si contrarietas assignet inter aliqua duo q̃ non sint qualitates primæ, est solum contrarietas large capta. Et aduerte ꝙ secundum 8co. di. 28. primi priuatio capitur multipliciter. Vnomodo ꝓpriè qñ aliquid caret eo, quod natum est habere: & quando oportet, & vt oportet: vt si catulus post nonum diem non videret, tunc diceretur priuatus visu. Secundomodo, quando aliquid caret illo, quod natum est habere, non tamen cum prædictis conditionibus: & sic catulus ante nonum diem diceretur priuatus visu: quia non habet visum, quem natus est habere. Tertiomodo, quando aliquid caret aliquo, quod secundum se non est natum habere, sed secundum suum genus: & sic talpa diceretur cæca: non quod secundum se sit nata habere visum, sed secundum suum genus, puta secundum ꝙ est animal. Aduerte etiam quòd ibidem dicitur; quòd negatio est duplex scilicet extra genus, quæ contradicit affirmationi idest positioni & ista vera est de quolibet, de quo falsa est sua affirmatio, siue de ente, siue de non ente: & ista importatur per extremum contradictionis: vt non lapis, non homo: & ista veritas nihil connotat. Et dicitur extra genus: quia dicitur tam de ente, quàm de non ente. Alia est negatio in genere, quæ præsupponit genus, idest positum de quo dicatur: & ista forte importatur per ista verba differt, differens: aliud; ideo non concedimus ista: chimera differt a Petro: quia chimera non est.

q. 1. fil. 2. ar. 1.

An ista duæ indefinitæ Principia rerum naturalium ẽ i. sint vera.

SECVNDO sciendum ꝙ istæ duæ indefinitæ sunt veræ. Principia rerum naturaliũ sunt contraria, Principia rerum naturalium non sunt contraria. Nam materia nulli contrariatur, cum sit subiectum contrariorum, cui nihil est contrarium: & sic demonstratis materia & forma, hæc singularis negativa est vera, ista principia non sunt contraria. Similiter demonstratis forma & priuatione sua, hæc singularis affirmativa est vera, ista principia sunt contraria. Et si quæratur an quælibet priuatio cuilibet formæ contrarietur, aut aliqua alicui, & aliqua alicui non. Respondetur per duas distinctiones.

Pri-

A Prima: duplex est forma: Quædam est forma habenda, quæ nondum est in materia, sed est in potētia vt sit in materia. Alia est forma habita, quæ actualiter est in materia: & tunc dicitur ꝙ priuatio opponitur formæ habēdę. Nam priuatio opponitur illi formæ, qua materia dicitur esse priuata: sed non dicitur priuata nisi forma quam nō habet & quam nata est habere; ideo sequitur ꝙ priuatio non opponit formæ habitæ in materia: quia tali forma non priuatur materia, sed formæ habendæ. Secunda distinctio: triplex potest esse mutatio substantialis. Quædam est acquisitiua tātum: & est illa per quam aliquod positiuum acquiritur, nullo positiuo deperdito. Alia est deperdita tantum: & est

B illa, per quā aliquod positiuū deperdit, nullo positiuo acquisito. Alia est acquisitiua & deperditiua simul: & est illa per quam aliquod positiuum acquiritur, aliquo positiuo deperdito: & talis communiter habetur in generationibus naturalibus. Et aduerte ꝙ in qualibet mutatione substantiali sunt duo termini, scilicet terminus a quo, & terminus ad quem. Vnde illud, quod p aliquam mutationem acquiritur, dicitur terminus ad quem: & illud quod in tali mutatione deperdit, dicitur terminus a quo. Ex istis patet, ꝙ non qualibet priuatio contrariatur cuilibet formæ; quia aliqua priuatio, & aliqua forma possunt esse simul in eodem subiecto: immo priuatio tolum contrariatur formæ, cuius est priuatio.

TERTIO sciendum, quòd circa hunc textum incidunt aliquæ difficultates. Prima, quomodo est saluabile, ꝙ aliqui antiqui posuerunt tantum vnum principium: & cum hoc posuerunt principia contraria. Respondeſ, ꝙ ponentes tantū vnū principium, dicunt tantum vnū esse ens secundum veritatem: & plura secundum apparentiam. Quam quidem apparentiam vocant modū entis; ideo in tali pluralitate apparentiarum ponunt contrarietatē inter principia rerum naturalium. Secunda difficultas: quomodo est saluabile ꝙ ex contrario fiat cōtrarium: cū principia quæ sunt contraria, nō fiant ex alterutris. Respondetur ꝙ aliquid fieri ex alio potest intellecti multipliciter: secundum ꝙ ly, ex, potest capi multipliciter. Vnomodo vtly ex, denotat causam efficientē scilicet agens. C Et sic dico ꝙ omne quod fit, fit ex alio tanquam ex causa efficiēte: quia nihil est quod ex seipso producatur. Aliomodo ly ex, potest denotare terminū a quo distinctū a subiecto quemadmodū dicimus ꝙ ex aere fit aqua. Et sic dico ꝙ vnum contrarium bene fit ex alio tanquā ex termino a quo, i. mutatio, qua acquiritur vnum contrarium: puta albū, habet pro termino a quo nigrū. Et sic color medius potest fieri ex extremis coloribus tanquam ex terminis, i. in mutatione qua acquiritur aliquis color medius vnus extremus color potest esse terminus a quo, i. illud a quo incipit talis mutatio. Dico etiā ꝙ principia istomodo fiunt ex alterutris vt forma ex priuatione tanquā ex termino a quo. Vnde quando acquiritur forma aquæ de nouo mutatio qua acquiri-

G Hīc fit secundum antiquos esse vnde principia, & esse contraria.

quiritur, habet pro termino a quo priuationem illius formæ. Ex quo patet ꝙ non oportet terminū a quo mutationis esse semper aliquid positiuū, sed sufficit ꝙ sit aliquid priuatiuum, seu aliqua negatio. Tertiomodo potest denotare partem integralē seu essentialē. Et istomodo vnū contrarium non fit ex alio, neque medij colores fiunt ex extremis: nec vnum principium fit ex alio: cum nullum illorum sit pars integralis alterius. Quartomodo potest denotare subiectum, in quo vel ex quo fit illud, quod fit. Et sic dico ꝙ Ari. dixisset ꝙ omne quod fit, fit ex aliquo tanquam ex subiecto, i. omne quod fit præsupponit subiectum: & hoc capiendo subiectum large, vt se extendit ad

Cerell. rium.

A materiam. Nam secundū eum: omne quod fit, vel est accidens, vel forma substantialis, vel totum compositum. Si accidens, tunc præsupponit subiectum: quia agens naturale nunq̄ posset producere aliquod accīs, nisi subiecto præsupposito. Si totum compositum, tunc præsupponit materiam tanq̄ partem essentialem eius. Si forma substantialis, tunc præsupponit et materiam: & sic dicebat ꝙ omne quod fit, fit ex alio tanq̄ ex subiecto supple: quod non est aliud q̄ subiectum præsuppunere; & etiam illo mō vnum principiū bene fit ex alio, vt forma ex materia. Et si quis dicat, quando ex aere fit aqua, aqua nō fit ex aere tanq̄ ex subiecto, cum subiectum debeat manere: sed aer non manet. Dico ꝙ licet aer non maneat, tamen aliquid quod erat in illo, puta materia manet; quod si non esset, nunquā ex aere fieret aqua, neq; ex semine fructus.

Obiectio.

C

QVARTO sciendum quòd adhuc incidunt aliquæ difficultates. Prima est: quomodo philosophi concesserunt illam propositionē; puta omne quod fit, fit ex aliquo tanquam ex subiecto; cum de omnibus non potuerunt facere inductionem. Respondeo quòd illud est vnum principium in philosophia naturali: & cognoscitur per inductionem & experientiam. Et dico quòd ad cognoscendum talia principia non oportet facere inductionē in omnibus, sed sufficit in aliquibus: & quòd nō appareat instantia, i. oppositum in alijs; Vt ad assentiendum isti, eīs ignis est calidus: non oportet facere inductionem in omnibus, sed sufficit in aliquibus: & quòd non appareat instantia in alijs. Secunda difficultas: quomodo differunt a seinuicem generatio & creatio. Respondeo quòd generatio simpliciter dicta est mutatio, qua de potentia materiæ producitur immediate noua substantia. Sed creatio est mutatio, qua incipit esse simpliciter noua substantia sine hoc quòd fiat de potentia materiæ. Ex quo sequitur quòd generatio & creatio dupliciter differunt. Primo: quia generatio præsupponit subiectū & creatio non. Secundo: quia in generatione generans ꝑ primō naturaliter attingit materiam, quàm formam, quam producit: quia producit ipsam solū de potentia materiæ. Per oppositum in creatione: quia licet forma quæ creatur fiat in subiecto: tamen non fit de potentia subie-

Vide Sc. in 1. d. 1. q. 4. ar. 2.

T. c. 52.

D

ctī;

E di: quia creans non prius attingit materia, quam formam. Ex quo patet quid sit formam de potentia materiæ produci: Est enim produci ab agente de potentia subiecti: sic quòd illa forma dependeat ab illo subiecto: sic quòd non ponit esse sine subiecto. Tertia difficultas: quomodo est saluabile, q̃ ex alio fiat musicum per accidens, & non per se, cum tamen album & musicum ponãt eidem conuenire, & pro eodem supponere. Respondetur breuiter, quòd ad hoc quòd aliquid fiat ex alio per se, duæ conditiones requiruntur. Prima, quòd successiuæ terminus a quo, & terminus ad quem ponãt eidem conuenire. Secunda quòd non ponant eidem conuenire simul. Propter primum dicit, q̃ non ex quocunq; non albo per se fit nigrum: quia ex deo per se non fit nigrum: quia nihil potest esse successiue deus, & nigrum. Propter secundum dicit philosophus q̃ ex musico non fit per se album: quia idem potest simul esse album & musicum. Et hæc de primo art. Quãtum ad secundum.

Ex alb. quãmõ fit musicum per accidens, & nõ per se.

Arti. 2.

DVBITATVR primo. Vtrum cuiuslibet entis naturalis tantum sint tres principia, scilicet materia, forma, & priuatio. Pro cuius solutione ponũtur aliquæ distinctiones. Prima, duplex est principium rei naturalis. Quoddam est intrinsecum quod ingreditur intrinsece constitutionem compositi: sicut est materia & forma. Aliud est extrinsecum, quod nõ est de intrinseca compositione entis naturalis: sicut est causa efficiens, & finalis: & de istis extrinsecis non loquuntur Arist. Secunda distinctio: res naturalis quadruplicitur accipitur. Vnomodo propriè pro re composita ex materia & forma. Secũdo pro ipsa materia & forma. Tertio pro qualitate consequente aliquod istorum, vel alicui istorum conueniente. Quarto pro operatione naturali aliquorum istorum: vt motus dr̃ res naturalis. Tertia distinctio: hæc propositio, tantũ sunt tria principia rerum naturalium potest esse de subiecto exclusio: & sic est vera: vel potest esse exclusiua. Et hoc dupliciter: quia vel potest exponi gratia pluralitatis: & sic conceditur vera ad bonum sensum: puta, quòd tria sunt principia rerum naturalium distincta secundum rationes suas principiandi. Vnde ratio principiandi materiæ, est principiare per modum subiecti: & ratio principiandi formæ est principiare per modum informantis: sed priuationis per modum termini & abiectionis: ideo sic exponitur, tria sunt principia rerum naturalium: & non sunt plura sapple distincta specie sua ratione principiandi. Aliomodo exponitur gratia alterius: & sic est falsa. Et si quis dicat: priuatio est non ens: ergo non est principiũ rei naturalis. Respondeo quòd priuatio est bene non ens; ideo non potest esse principium rei genitæ quo ad esse: licet bene quo ad fieri; quia nisi quam generaretur res naturalis, esset materia prius naturaliter, quam forma illius rei genitæ. Dico secundo, q̃ aliud, q̃ est

An tantũ tria sint principia.

Sco. in 1. d. 8. q. 1. in princip. ponit differentia inter ea.

intrinseca, & extrinseca.

A non ens bene potest esse principium in ratione principiati, sed non in ratione causantis: ideo licet priuatio sit principiũ,

Instãtia. non tamen est causa. Et si quis iterum dicat: infinitæ partes sunt materiæ rei naturalis, quarum quælibet est principiũ rei naturalis? Dico quòd quælibet pars materiæ est principiũ partiale: & ex illis fit principium totale. Et si quis iterum dicat: in quolibet animato sunt duplices formæ alterius rationis, s. anima & forma corporeitatis. Respondeo: concedendo antecedens, & negando consequentiam: quia ibi accipiũtur in genere & non in specie, vel in numero.

Vtrũ cœlũ sit ens naturale & physicum.

DVBITATVR secundo. Vtrum cœlum sit ens naturale, & physicum: & vtrum accãtia, sunt cõposita ex materia & forma. Pro solutione primæ partis supponitur, q̃ philosophus habet illam maximam: Materia est, qua res potest esse, & non esse. Ex quo infert, cum cœlum non habeat talem potentiam ad esse, & non esse, quæ

1. Cœl. T. c. 20. est potentia contradictionis, quòd cœlum non habet materiam: & per consequens dicit, quòd cœlum non est, neque generabile, neque corruptibile: & per consequens dicit, quòd cœlum non est ens naturale, & physicum. Et si quis arguat: cœlum mouetur: ergo habet materiam. Patet

T. c. 16. consequentia per enm. 2. Metaphysic. vbi dicit, quòd omne quod mouetur, necesse est habere materiam. Respondet Aristot. quòd illud intelligitur de illo, quod mouetur motu generationis, & corruptionis, & non motu locali: modo cœlum tolum mouetur motu locali. Aliter tamen dicitur secundum Sco. distinct. 14. secundi, quòd cœlum est compositum ex materia & forma: & quòd illa materia est eiusdem rationis cum materia generabilium & corruptibilium. Ex quo infert, quòd non est necessarium, nec incorruptibile: immo quãtum est ex natura sua est corruptibile: & quòd est verum ens naturale. Et si quis dicat: quare ergo non corrumpitur, cum habeat materiam, quæ est principium, quo res potest non esse. Respondetur quòd ratio est: quia forma cœli non habet contrarium naturalæ potẽs vincere eam: ideo non potest corrumpi ab agente naturali. Et si quis dicat: vtrum cœlum posset conuertere ignem in cœlum, & generare cœlum ex igne: sicut ignis ex aere potest generare ignem? Respondeo quòd non: quia cœlum non potest alterare elementum ad qualitates conuenientes tali corpori cœlesti. Etiam forma cœli tantum dominatur supra materiam suam, quòd non potest recipere peregrinas impressiones: puta qualitates alterantes: neque per consequens corrumpi. Ad secundam partem dicitur, quòd nullum accidens est quod fit ex materia, & forma compositum. Et si quis dicat: accidentia generantur & corrumpuntur, ergo componuntur ex materia & forma, cum omne generabile & corruptibile cõponatur ex materia & forma. Respondet q̃ accidentia non corrumpunt, nec; gene-

Obiectio.

generantur, nisi secundum qd: & capiendo generari, & corrupi largè, pro illo, quod de nouo incipit esse: vel pro illo quod de nouo desinit esse. Dico etiam quòd non oportet omne generabile componi ex materia & forma: quia ipsamet forma generatur, cũ sit terminus generationis: & tamen non componitur ex materia & forma.

An ex mente Aristot. cœlũ & elemẽta eadem sint incorruptibilia. Et an oporteat principia simpliciter materiæ.

DVBITATVR tertio. Vtrum Aristo. posuerit cœlum, & elementa esse eodem modo incorruptibilia: & vtrũ sit necesse principia manere semper. Pro solutione primæ partis est aduertendum, quòd elementa sm philosophum, sunt secundum se tota incorruptibilia. Vnde num quam posuisset, quòd vnum totale elementum esset corruptibile: quia tũc periret tota machina: posuit tamen quòd elementum potest corrumpi secũdum suas partes: & posuit quòd elementum habet materiam: ideo habet in se principium quo potest non esse, & quo potest esse: tamen secũdum se totum nunq̃ corrumpitur: licet tamen non sit ratio formalis incorruptibilitatis in toto, sicut nec in parte; tamen nulla est causa naturalis corruptiua totius elemẽti: ideo dr̃ secundum se totum incorruptibile. Sed cœlum dr̃ incorruptibile secundum eum; quia caret principio intrinseco corruptionis; puta materia, q̃ est principium intrinsecum, quo res potest nõ esse: ideo diceret cœlum non habere principium suę corruptionis, nec intrinsecum: nec extrinsecum: sed elemẽtum hẽt bene principium intrinsecũ suę corruptionis, sed non extrinsecum. Ad secũdam partem dr̃ q̃ duplicia sunt principia rei naturalis: Quædam sunt quò ad esse, sicut materia & forma: & de talibus loquitur Arist. in textu. Aliud est, quò ad fieri, sicut est priuatio: & de istõ intellexit Arist. cum tale abijciatur in generatione. Dicitur secũdo q̃ ista de rigore sermonis est concedenda, Semper manẽt principia rerũ naturaliũ: cũ ly principia supponat cõfuse tm: & ista é negãda, Principia rerũ naturaliũ semper manent. Aduerte tñ cum ly, semper aliquando accipitur pro æterno: & sic nulla illarum est concedenda: licet tamẽ Arist. primam concederet & forte secundam. Et hæc de secundo art. Quantum ad tertium sit.

CONCLVSIO responsalis. Principia rerum naturaliũ sunt contraria: vt patet in 1. art. Ad rationes. Ad primam, secũdam, & tertiã patent solutiones. Ad quartam dr̃, quòd principia intrinseca, quæ sunt principia quò ad esse: sicut materia & forma debent manere in principiato: Ad quintam dr̃, quòd non oportet principiũ simpliciter esse primum: sed sufficit, quòd sit primum in suo genere, vel quòd sit primum respectu illius, cuius est principium.

SIC igitur nos dicamus primum de omni generatione aggredientes. Est enim secundũ naturam communia prius dicere: & sic circa vnũquodq; pro-

propria speculari. Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex altero alterum, aut simplicia dicentes, aut composita.

Nõ generantur res naturales.

ISTVD EST tertium capitulum, in quo philosophus determinat de generatione. Et primo de generatione in cõi: postea determinabit de generatione horũ inferiorum corporum naturaliũ. Et primo ad sciẽdũ dr̃iam materiæ & priuationis. Supponit primo, q̃ cũ aliquid fit ex alio, vel alterũ ex altero, quandoq; terminus a quo, & terminus ad quem sunt simplices, vt dicendo, homo fit musicus: vel dicendo: immusicum fit musicum. Quandoq; vero ambo sunt compositi: vt dicendo, homo immusicus fit homo musicus. Quandoq; vero vnus est simplex & alter compositus: vt dicendo, homo immusicus fit musicus. Ex quo infert q̃ fieri, aliquando attribuitur subiecto, & aliquando oppositoꝝ dicit quòd duplex est differentia inter subiectum & oppositum. Prima: quia opposito vtimur duobus modis loquendi. Dicimus enim q̃ hoc fit hoc: & quòd ex hoc fit hoc vel quòd immusicum fit musicum: & q̃ ex immusico fit musicus: sed subiecto vtimur tantum vno modo: vt quòd hoc fit hoc, & non ex hoc fit hoc: dicimus enim quòd homo fit musicus: & non dicimus quòd ex homine fit musicus. Secunda differentia: quia post ipsum fieri, subiectum manet, sed non manet oppositum: cum enim homo est musicus homo manet: sed cum immusicum factũ est musicum, immusicum non manet. Consequenter ponit aliquas conclusiones. Prima: Materia & priuatio sunt vnum numero, sed distinguuntur specie: probat tribus rationibus. Prima: Quæcunq; sunt vnum specie, sunt eadem diffinitione: sed priuatio & materia distinguuntur ratione: ergo non sunt eadem specie. Secunda ratio: Quæcunq; sic se habent quòd vnum manet, altero non manente, distinguuntur ratione: sed materia & priuatio sunt huiusmodi. Patet quia cum ex homine immusico fit musicus: mutatione facta permanet, homo; sed non permanet musicum: igitur. Tertia ratio; quæ est a signo: quia priuatione vtimur duobus modis loquendi, vt iam visum est: & materia vtimur tantum vno modo loquendi; dicimus enim ex ære fieri statuam: ergo signum est quòd materia & priuatio distinguuntur specie.

Secunda conclusio: In omni transmutatione aliquid subijcitur: probat duabus rationibus: Prima, omne quod fit, fit simpliciter vel secundum quid: & vtrobique subiectum est præsupp̃situm, quia in transmutatione accidentaliter requiritur subiectum: cũ accidens non possit esse sine subiecto. Similiter in trãsmutatione substãtiali res naturalis nõ potest fieri naturaliter, nisi subiecto psupposito. Secundo pbat inductiue: qa in illis, quæ fiunt per transfigurationem, vt statua ex creabili erat præsupp̃situ: etiam in illis, quæ fiunt per appositionem, vt cumulus lapidum: etiam in

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis quæ fiunt per subtractionem: vt de lapide fit Mercurius: & etiam in his quæ fiunt per alterationem, in quibus semper aliquid subijcitur: igitur. Ex quo infert quòd cuiuslibet rei naturalis seu trasmutationis naturalis sunt tria principia, scilicet materia, forma, & priuatio: quia illa sunt principia rei naturalis quæ necessario concurrunt ad esse, vel fieri res naturalis: sed ista sunt huiusmodi: igitur. Tertia conclusio: Materia & forma, sunt principia per se rerum naturalium: probat: quia illa sunt principia per se, non secundum accidens: quibus res naturales componuntur secundum suam substantiam: sed vna quæq; res naturalis componitur ex materia & forma: igitur. Ex quo infert quòd priuatio dicitur principium per accidens cum ex ipsa non componatur res naturalis.

An priuatio sit entitas realiter distincta a materia.

QVAERITVR primo. Vtrum priuatio sit entitas realiter distincta a materia. Et arguitur primo ꝙ non: quia priuatio est non ens: ergo non est entitas realiter distincta a materia & forma. Item si priuatio esset entitas, esset substantia vel accidens: sed nullum illorum videtur esse: igitur. Secundo sic: Priuatio nihil est: ergo si esset aliquid, vel esset æternum, quod nō est dicendum: quia priuatio secundum Commentatorem corrumpitur in aduentu formæ: ergo est generabile & corruptibile, qđ non est etiam dicendum: igitur. Tertio sic: Si priuatio esset aliqd distinctum a materia, tunc reciperetur in materia: sed nulla res est in materia nisi forma: igitur. Quarto sic: Si priuatio esset aliquid existens in materia distinctum a materia & forma, sequeretur ꝙ esset processus in infinitum in priuationibus: sequeretur etiã ꝙ in materia essent tot priuationes quot formæ, quibus priuaretur materia prima. Consequentia patet, quia si priuatio sit aliquid existens in materia distinctum a materia & forma: tunc adueniente forma materia priuabitur priuatione: cum nō plus habeat priuationem illam. Secunda consequentia patet: qa dicitur priuari forma, quam nō habet. Quinta sic: In materia est priuatio circumscripto a materia quocunq; quod nō est materia: ergo priuatio ē eadem cũ materia. Antecedens patet: quia circũscripto a materia omni eo quod nō est materia adhuc mater a caret forma: & per consequens est priuata forma: igitur. In oppositũ arg. auctoritate philosophi in textu. Nã dicit ꝙ materia manet vbi non manet priuatio. In quæstione sicut in cęteris sunt tres articuli.

Art. 1.

Priuatio quid.

PRIMO sciendum, ꝙ præter illa, quæ dicta sunt de priuatione dicitur, quòd priuatio non est aliud quàm negatio in subiecto apto nato: ita quòd priuatio de significato formali nō dicit, nisi puram negationem: connotat tamen subiectum aptum natum ad formam cuius est priuatio: ita quòd nihil addit priuatio vltra negationem, nisi quòd requirit subiectũ aptũ in quo sit. Et si quis quærat verum

Vtrũ priuatio p̃ter intellectũ sit in materia.

AVtrũ priuatio præter intellectũ sit in materia. Respondetur ꝙ de principali significato priuatio seclusa quacunq; operatione intellectus est in materia: non sic videlicet, ꝙ ipsa sit quasi aliqua res inhæres materiæ: sed solum negatiuè, i. dicit negationẽ alicuius formæ in materia: & denominatiuè prædicatur de materia, & ista priuatio formæ in materia natura præcedit formã cuius est priuatio: quia illud quod conuenit alicui ex se præcedit illud, quod conuenit illi solum per extrinsecum: sed priuatio conuenit materiæ ex se, quia materia quantum est ex se, est priuata forma, nisi agẽs produceret in ea talem formam: ideo priuatio præcedit formam: dato enim, quòd mundus fuisset ab æterno, adhuc priuatio formæ in materia præcederet illam formam: quàm quantum erat de se, remansisset sine forma: nisi agens prodaxisset in materia talem formam. Et siquis dicat: si mundus fuisset ab æterno, nunquam fuisset, verum dicit, quod materia fuisset priuata: ergo priuatio non præcessisset formam. Dico quòd aliquid dicitur prius natura alio dupliciter. Vnomodo positiue: quia est aliquid, quod in aliquo priori dicitur de aliquo, quam aliud: & sic priuatio non præcessisset. Alio modo priuatiue: quia quantum est ex se in fuisset, si non fuisset extrinsecum impediens: & sic priuatio præcessisset formam natura. Sed priuatio de connotato non dicit nisi ipsam materiam, vel subiectum aptum.

Negatio in genere, & priuatio quò differunt, et conueniunt.

C

SECVNDO sciendum, ꝙ secundum mentem Scõt. distinct. 28. primi. q. 2. negatio in genere, & priuatio communiter capta pro illo, quod caret aliquo, quod tamen secundum se non est natũ habere: licet bene sit suum genus sunt idem. Vnde irrationale secundum eum: vt ibi dicit, est negatio in genere: qa ad hoc, quòd dicatur de aliquo, præsupponit genus, scilicet animal: ideo dicitur in genere. Et irrationale dicitur priuatio, etiã in bone, non eius quod natum est haberi in bone secundum speciem bouis: sed eius, quod natum est haberi in eo secundum genus, puta secundum animal: genus enim quasi commune habitui, & priuationi est illud, cui conuenit aptitudo ad vtrũq; puta ad habitum & priuationẽ. Et aduerte, quòd talis priuatio communiter capta non dicit imperfectionem in illo, cuius est priuatio: quia secundum se nõ est natum habere, sed solum secundum genus. Dicit idem doctor distinct. 23. primi quòd negatio in genere, est quę requirit subiectum de quo dicatur: non tã aptitudinem ad formam: & talem negationem forte importat diuersitas: ideo vide qũo negatio in genere ꝑt dupliciter dici.

D

Priuationes qũo differũt.

TERTIO sciendum, ꝙ vt dicit Scõ in quodl. q. 18. Priuationes distinguuntur adinuicẽ suo modo. s. priuatiue, sicut habitus quibus opponuntur: ita ꝙ si habitus, scilicet formæ, quibus opponuntur, distinguuntur specie: ita & ille priuationes distinguuntur specie: & si numero. Priuationes enim distinguuntur, sicut habitus nati sunt distingui si essent: vt puta

Universidad de Deusto
Biblioteca

B surditas & cęcitas suo mõ differunt specie priuatiuè, sicut auditus & visus specie positiuè: & hæc cęcitas & illa differunt numero priuatiue, sicut hic visus & ille numero positiuè. Ex istis sequitur q̃ in priuationibus inueniũtur species & individua & genera suo modo, sicut in positiuis. Non tamen imaginor q̃ species in ipsis priuatiuis vel in diuidua dicant mihi aliquem conceptum positiuũ, seu aliquã realitatem positiuam. Vnde surditatem & cęcitatem esse species priuatiuè, non est aliud quam opponi priuatiuè aliquibus habitibus, qui specie distinguuntur, Et istud est multum vsle ad cognoscẽdum grauitatem & leuitatem peccati, & distinctionẽ peccatorum: cum peccatum nõ sit nisi carentia vel priuatio alicuius rectitudinis, quæ deberet inesse actui: ideo si velimus videre q̃ peccatum sit malum, videamus quantũ est bonus eius habitus vel rectitudo, cui opponitur. Sed istud est altioris intelligentiæ.

F

Vtrũ priuationes opponantur sicut habitus.

QVARTO sciẽdum quòd circa textũ incidit vna difficultas: Vtrum priuationes eodem modo opponuntur, sicut habitus, seu formæ quibus opponuntur. Et videtur q̃ sic: cum eodem modo distinguatur. Sed in oppositum argr: quia in materia sunt tot priuationes quot sunt formæ habendę in illa materia, sed tales formæ non possunt simul esse in eadem materia: & tamen illæ priuationes simul insunt: igitur. Pro responsione supponitur secundum Sco dis. 12. secundi q. 1. in solu. tertij argu. quòd nullę priuationes sunt oppositæ in eodem, nisi sint priuationes formarum oppositarum immediatarum circa idem de necessitate se lequentium: & si sic sint, tunc illæ priuationes sunt incompossibiles in eodem: sicut sunt priuationes contrariorum immediatorum: vt sanitatis & ægritudinis. Et quia nullæ formæ sic sunt immediate circa materiam, quòd necessario se consequantur: ideo nullę priuationes in materia sunt oppositæ. Sed respectu agentis naturalis aliquę possiunt esse immediate: quia agens naturale non potest tollere vnum oppositum nisi ponendo reliquum, puta frigiditatem ab aqua nisi ponendo caliditatem: ideo licet corrumpat frigiditatem aquæ, non tamen hoc primo intendit, sed intendit causare caliditatem; sed quia hoc non potest nisi corrumpat frigiditatem: ideo per accidens dicitur eam corrumpere. Et dicit quòd agens naturale non agit nisi in quanto: & per consequens immediate non potest attingere ad nudam essentiam materiæ. Et hæc de primo articulo.

G

H

Arti. 3.

Vtrũ priuatio dicat aliquã entitatem positiuam.

DVBITATVR primo. Vtrum priuatio si aliquid, ideſt vtrum dicat aliquam entitatem positiuam? Et videtur quòd sic: quia illud quod a sensu percipitur, dicit aliquam entitatem positiuam: sed priuatio percipitur a sensu: nam tenebra, quæ non est nisi carentia luminis, a visu percipitur. Item terminus mutationis realis dicit aliquam entitatem positiuam ab solutam: sed priuatio est terminus generationis, quæ est vera mutatio realis: igitur. Item aliquod peccatum est ens positiuum, & tamen peccatum non est nisi priuatio; ergo priuatio est ens positiuum. Item illud, de quo potest vere dici istud verbum est, secũdum adiacẽs; est vere aliquid positiuum: sed de priuatione potest vere dici, est secundum adiacens, igitur. Minor patet: quia ista concedit cæcitas est, tenebre sunt: igitur. Pro solutione supponitur, quòd duplex est priuatio: Quædam est perfecta, a qua non potest naturaliter fieri regressus: sicut est cæcitas, quæ negat visum & dispositionem ad videndum. Alia est imperfecta; quæ solum negat formam & non dispositionem ad illam formam, sicut est quies: & a tali potest bene fieri regressus naturaliter. Supponitur vlterius quòd priuatio de principali significato non dicit aliquam entitatem positiuam: quia cuilibet entitati positiuæ potenti recipi sic in subiecto, est priuatio opposita: ergo si priuatio diceret aliquam entitatem positiuam, cum ipsa sit in materia, sequeretur quòd tali priuationi esset priuatio opposita: & iterum posset quæri de illa: & sic esset processus in infinitum. Ex isto potest concludi quòd priuatio nullo modo accepta est causa: quia omnis causa debet dicere aliquam entitatem positiuam: sed priuatio non est huiusmodi: igitur. Supponitur vlterius quòd priuatio in generatione præsupponitur per modum originis per se primo: ideo priuatio est principium per se fieri; vt by per se, opponitur ei quod est per accidens. Dicitur etiam quòd omne, quod per se generatur, ex per se contrario generat, scilicet ex priuatione: ideo priuatio est per se terminꝰ generationis. Supponitur vlterius q̃ priuatio aliomodo potest accipi pro connotato: & sic connotat subiectum in aptitudine ad formam: & sic dico q̃ priuatio bene est ens positiuum, & dicit entitatem positiuam: vt cęcitas de cõnotato importat oculos cum aptitudine ad videndũ. Tunc respondetur ad rationes. Ad primam dicitur q̃ priuatio bene per accidens percipitur a sensu sicut tenebrę: & hoc per suum habitum, vel per species sui habitus: & de hoc satis videbimus in libris de Anima. Ad secundam dicitur q̃ non oportet terminum a quo generationis esse aliquid positiuum. Dico etiam q̃ generatio potest dici mutatio realis dupliciter. Vnomodo: quia termini sunt entia positiua: & sic non est mutatio realis: cum terminus a quo sit pura priuatio. Aliomodo quia est ad terminum positiuum: & sic bene dicitur mutatio realis. Ad tertiam dicitur quòd peccatum nihil positiuum dicit, cum sit pura priuatio rectitudinis, q̃ debet inesse actui. Ad aliam dicunt aliqui, q̃ ad hoc quòd istud verbum est, præ dicetur de aliquo, non oportet quòd illud dicat aliquam entitatem positiuam, sed sufficit quòd dicat aliquid priuatiuum. Et si quis dicat contra: quia in tali propositione sicut in ista, cæcitas est: subiectum pro nullo supponit: cum priuatio in significato formali nihil di-

A

Priuatio duplex.

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

B cat nisi negationem formæ. Respondetur: conformiter ꝙ non oportet ꝙ subiectum supponat pro aliquo positiuo: sed sufficit quòd supponat pro aliquo priuatio. Aliqui dicunt aliter ꝙ priuatio vt cęcitas, & alij termini priuatiui sunt termini connotatiui tam in concreto quàm in abstracto: ideo supponunt pro illis connotatis, & non pro significatis formalibus. Et quòd cęcitas sit terminus cõnotatiuꝰ, patet: quia dictum est & communiter dicitur ꝙ priuatio dicit negationem in subiecto apto nato: & quòd de significato principali importat negationem sed de connotato importat subiectum cum aptitudine ad formã: ideo dicunt ꝙ sunt aliqua concreta & abstracta quæ sunt synonyma & quæ eodem modo F se habent ad connotata & significata formalia: ideo quando dicit, cęcitas est in ibi ly cęcitas supponit pro oculis connotando ipsos non habere visum eodem modo, sicut cęcus. Et si quis dicat ꝙ hoc est contra Aristo. in post prædicamentis: vbi dicit ꝙ priuatio non est priuari. Respõdetur ꝙ Arist. non vult negare istã propositionẽ, cęcus est cęcitas: sed vult dicere quòd cæcitas aliud importat de significato principali & de connotato.

An priuatio distinguatur realiter a priuato.

Dvbitatvr secundo. Vtrum priuatio sit res distincta a re priuata sicut priuatio formæ in materia sit aliquid realiter distinctũ a materia. Pro cuius solutione supponitur ꝙ aliqua dicuntur distingui realiter dupliciter. Vno modo quia sunt duæ res reales positiuæ, quarum vna non est alia: & sic dico, quòd materia, & priuatio G non distinguuntur realiter; quia priuatio non est res positiua; neque est res, sed priuatio rei. Alio modo aliqua dicuntur distingui realiter: quia vnum non potest vere dici de alio, &; sic materia & priuatio dicuntur distingui realiter adinuicem. Nã ista est falsa, materia est priuatio & hoc capiendo priuationem pro per se significato. Et ista probatur: quia potest materia esse sine priuatione. Nam adueniente forma in materia, priuatio illius formæ abijcitur: & tamen materia illius formæ manet: & non manet illa priuatio. Aliqui tamen tenentes quòd priuatio sit res priuata dicunt, quòd priuatio manet, sed non manet priuatio. sed istud non est multum logicæ dictum: cum istud verbum maneo; non H habet vim faciendi terminum appellare suam propriam rationem: cum non sit de numero terminorum significãtium actũ interiorem animæ: vel oporteret dicere quòd omne verbum haberet æqualem vim appellandi. Sed in oppositum arguit: putà ꝙ priuatio non distinguuntur a materia: quia circunscripto a materia omni eo quòd, nõ est ipsa, adhuc ipsa est priuata. Nam ponatur quòd a materia separentur omnia quæ nõ sunt ipsa: quæritur tunc vel ipsa est priuata forma, vel nõ. nõ est dicendum ꝙ non quia non habet formã & nata est habere. Si dicat ꝙ sic: ergo priuatio non est distincta a materia. Respondeꝰ breuiter ꝙ separata forma a materia necessario ponit priuatio illius formæ in materia: ita ꝙ impos-

A imposibile est ꝙ separetur aliqua forma à materia quin illa materia careat tali forma: ideo remanente materia & forma separata, deus non ꝑt facere quin materia sit priuata: nam ad separationem formæ ponitur necessario priuatio. Et si quis dicat ergo deus ad separationem formæ necesario producit priuationem. Dico quòd priuatio pro per se significato, cum non sit, nisi pura negatio non producitur, neque creatur, neque habet causam efficientem, quæ eam producat cum nihil sit, nisi negatio: sed necessario concomitatur separationem formæ à materia.

Dubitationes tres mirales.

Dvbitatvr tertio. Vtrum illæ propositiones, quas philosophus ponit in textu sint veræ. Prima difficultas: an materia & priuatio sint vnum numero, & differant specie. Ad quam dicitur, quòd aliqua sunt vnum numero dupliciter. Vno modo entitatiuè, & realiter, quorum entitas vnius est, entitas alterius: & sic materia & priuatio non sunt vnum numero, nisi caperetur priuatio pro connotato: vt dicunt aliqui, quòd sic capiebat Ari. in textu. Alio modo aliqua sunt vnum numero accidentaliter: quia vnũ ꝑt dici de alio denominatiuè & accidentaliter: & sic bene materia & priuatio essent vnũ numero, sicut dr̃ de subiecto & accidente. Secũda difficultas: qũo intelligitur ꝙ materia & priuatio distinguuntur specie. Respondeꝰ ꝙ debet intelligi ꝙ distinguuntur specie. i. ratione principiandi: nã materia principiat ꝙ modũ subiecti, & priuatio principiat per modum originis, & termini a quo. Tertia difficultas, qualiter intelligitur, quòd ex priuatione fit aliquid, cum in omni factione priuatio abijciatur. Respondetur breuiter, quòd non est inconueniens, ꝙ ex priuatione aliquid fiat tanquam ex termino, a quo, & ꝙ ipsa abijciatur: nam vt in plurimum terminus a quo in factione abijcitur. Quarta difficultas: vtrum de subiecto vniuersaliter dicatur hoc fit hoc. Pro solutione ponantur duo documenta. Primum, quandocunq; prædicatum propositionis pót præcise supponere pro subiecto tunc conceditur, hoc fit hoc: vt patet per vnam regulam logicalem: ꝙ à propositione in qua prædicatur illud verbum sit, ad illã in qua prædicatur hoc verbum est, vel erit, est bona consequentia: vt bene sequitur hõ fit: ergo hõ est, vel erit: similiter hõ fit musicus: ergo homo est, vel erit musicus. Secundum documentum: quandocunq; prædicatum talis propõnis non ꝑt præcisè supponere pro illo, pro quo supponit subiectũ, sed pro alio tũc debemus dicere. ex hoc fit hoc, & non hoc fit hoc, qa nunq̃ de talibus ista est vera: hoc est, vel erit illud: vt dicimus ꝙ ex corpore fit hõ. Ex quo sequitur ꝙ in omni factione naturali substantiali debemus dicere ex hoc fit hoc. Secũdo sequitur, ꝙ in factione artificialiũ debemus etiã dicere ex hoc fit hoc: vt ex ære fit statua: sed in factione accidentali naturali debemꝰ dicere hoc fit hoc: vt homo fit musicus: dicimus etiã aliquando ex hoc fit hoc: vt ex non albo fit

E albſi. Dicitur finaliter, quòd ex priuatione debemus dicere, ex hoc fit hoc. Et hæc de ſecundo artic. Quantum ad tertium ſit.

Art. 3. CONCLVSIO reſponſalis; priuatio non eſt materia: ſed eſt realiter diſtincta à materia: cuius probatio ſatis patet in ſecundo artic. Ad rationes. Ad primam patet ſolutio. Et ad confirmationem dicitur, quòd priuatio non eſt, neque ſubſtantia, neq; accidens: ſed negatio ſubſtantiæ, vel accidentis. Dicitur vlterius quòd non eſt, neq; generabilis, neq; corruptibilis proprie: ſed ſolum impropriè, capiendo generari pro incipere eſſe: & corrumpi pro deſinere eſſe: Conceditur etiam, quòd in materia nihil eſt poſitiuum, niſi forma: tamen bene aliquid

F priuatiuum quod nõ eſt forma. Et per iſta patet, quid ſit dicendum ad ſecundam & tertiam rationes. Ad quartam dicitur, negando primam conſequentiam: quia priuatio non eſt entitas poſitiua: ideo materia non poteſt priuari priuatione: quamuis priuatio poſſit ab ea negari. Dicitur etiam, quòd in materia ſunt tot priuationes quot ſunt formæ habendæ, ſeu formæ, quibus priuatur materia: nec hoc eſt inconueniens. Ad quintam patet ſolutio in ſecundo articulo.

T. c. 69. & 1066. SVBIECTA autem naturalis ſcibilis eſt, ſecundum analogiam: ſicut enim ad ſtatuã es: aut ad lectulum lignum, aut aliorum aliquod, habentium formam in materia, & informe ſe habet priuſquam acci-

G piat formam; ſic ipſa ſe ad ſubſtantiam habet, & hoc aliquid, & quòd eſt.

ISTE EST tractatus tertius huius libri, in quo philoſophus remouet errores aunquorum circa materiã, & priuationem. Et diuiditur in duo capitula. In primo ponit primo talem concluſionem. Materia eſt cognoſcibilis per analogiam ad tranſmutationem, & quia nequit eſſe tranſmutatio, ſine ſubiecto: inſpiciendo ergo ad tranſmutationem, & diſcurrendo, q tranſmutatio non poteſt eſſe ſine ſubiecto, infertur, q ſi eſt tranſmutatio, q etiam eſt materia. Deinde remouet errores antiquorum ex parte materiæ prouenientes. Credebant enim antiqui ipſam materiam eſſe totum ſubſtantiam rei naturalis, propter quod diuerũt omnem generationem eſſe accidentalem. Et eorum ratio erat: quia ſi aliquid fieret ſimpliciter, vel fieret ex ente, vel ex non ente: non ex ente: quia tũc ſequeretur, quòd aliquid eſſet antequam fieret, quod eſt falſum: nec ex nõ ente: quia ex non ente impoſsibile eſt aliquid fieri: cũ oporteat in qualibet tranſmutatione aliqd ſubijci. Reſpõdet philoſophus quòd ex ente in potentia, quemadmodum eſt materia, aliquid fit: ſed ex ente in actu completo, quod eſt hoc aliquid, nihil fit in actu. Et ex iſto habetur, quòd materia eſt tantum ens in potentia: Dicit etiam quòd ex non ente nihil fit, ſupple tanquam ex ſubiecto: quia non ens non poteſt eſſe ſubiectum: tamen bene fit aliquid tanquam ex oppoſito.

Errores antiquorũ circa materiã, & primationem.

H

Tangen-

A *T. c. 79. & inde.* TANGENTES quidem igitur, & alteri, qui deſunt ipſa; ſed non ſufficienter.

Concluſiones adhuc de principijs rerũ naturalium. IN illo capitulo Philoſophus ponit aliquas concluſiones adhuc de principijs rerum naturalium. Prima, priuatio non eſt omnino extra numerum principiorũ rei: quod probat: quia illud propter, quod materia appetit formam nõ eſt omnino extra numerum principiorum rei: ſed materia propter priuationem appetit formam: igitur. Minor probatur: quia materia appetit formam quam habet, vel formam quam non habet: non formam quam habet: quia appetitus eſt propter indigentiam alicuius non habiti: ergo appetit formam quam non habet: & nõ niſi pro

B pter carentiam eius: igitur. Et ſi dicatur quòd appetit formam quam non habet: ſed non propter priuationem: arguit contra hoc: quia tunc appeteret corruptionem formæ quam habet, cum forma quam non habet, cõtrarietur formæ quam habet. Contraria enim mutuo ſe expellunt: & corruptiua ſunt adinuicem contraria: relinquitur ergo quòd materia appetit formam propter priuationem, ſicut fœmina appetit virum, & turpe pulchrum. Secunda cõcluſio: quamuis materia ſit generabilis, & corruptibilis per accidẽs: non eſt tamen generabilis, & corruptibilis per ſe. Prima pars patet: quia forma, quæ eſt in materia, corrumpitur: ergo materia eſt corruptibilis per accidens. Secunda pars patet: quia ſi materia ſit per ſe generabilis; C tũc oporteret, quòd haberet ſubiectum ex quo fieret: ſed materia non eſt huiuſmodi: quia materia eſt ſubiectum, ex quo omnia alia fiunt: & nõ habet aliud ſubiectum. Materia enim eſt ſubiectum vnicuiq; primum, ex quo ſit aliquid cum inſit, & non ſecundum accidens: ex quo infert, quòd materia eſt per ſe incorruptibilis: quia omne, quod corrumpitur, corrũpitur in materiam: ergo ſi materia corrumperetur, corrumperetur in materiam. Finaliter oſtendit, quòd forma eſt principium rei naturalis: quia omne, quod fit ſimpliciter, eſt ſubſtãtia compoſita ex aliquo, quod acquiritur, & aliquo, quod præfuit: modo illud quod acquiritur, non eſt niſi forma, ergo forma eſt principium rei naturalis. Deinde epilogat dicens, quòd ex prædictis patet D quæ ſint principia rerum naturalium, & quæ, & quot ſunt.

An materia informis ſit entitas actualis appetibilis forma ratione priuationis.

QVAERITVR ſeptimo: Vtrum materia ſine omni forma ſit entitas actualis appetibilis formæ ratione priuationis.

Arguitur primo, quòd non contra primam partem; quia nulla entitas pure potentialis eſt entitas actualis: ſed materia eſt huiuſmodi: igitur. Minor patet per Philoſophum in textu dicentem; quòd materia eſt ens in pura potentia. Dicit etiam 7. metaphyſicæ, q materia prima nec eſt quid, nec quale, nec quantum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

B quantũ. Arguitur secundo sic: Materia non est ens: igitur. Antecedens probatur: quia materia, & priuatio sunt vnum numero: & priuatio non est ens: igitur.

Arguitur tertio sic: Contra secundam partem materia non appetit: ergo non appetit formam. Antecedens probatur, quia materia non cognoscit: ergo nõ appetit: tenet consequentia: quia q̃ appetit, cognoscit illud quòd appetit. Item appetere est agere: sed materia non agit: igitur.

Arguitur quarto sic: Materia non appetit formam: ergo non appetit formam ratione priuationis. Antecedens dupliciter probatur: quia vel appetit formã quam actu habet, vel quam non habet. Non primum, vt dictum est in textu: nec secundum, quia appetitus materiæ sit secundum formam, quam habet: sed illa cõ trariatur formę habendę: igitur.

F Item materia aliquando est sub forma perfectiori, quàm potest habere: ergo si tunc appeteret aliam formam, appeteret suã imperfectionẽ: igitur. Arguitur quinto sic: Priuatio, & forma contrariantur: sed vnum cõtrariorum, non est ratio appetitus alterius: igitur materia non appetit formam per suam priuationem. In oppositum arguitur quo ad primam partem: quia omne componens intrinsece aliquam entitatem est aliquid: sed materia est huiusmodi: igitur. Pro secunda parte est philosophus in textu. In hac quæst. sicut in cæteris erunt tres artic.

Art. 1. PRIMO sciendũ, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima est, qualiter est

Materia quo est ta intelligendum: quòd materia est tantum ens in potentia. Pro cuius solutione supponitur, quòd aliquid dicitur esse in actu dupliciter. Vnomodo in actu existendi seu entitatiuo quod realiter existit: Nam per actum entitatiuum, seu existendi nihil aliud intelligo, quàm existentiam rei. Et sic illud, quod vere existit; est in actu entitatiuo: & quia materia vere existit, ideo dicitur esse in actu entitatiuo. Secundomodo aliquid dicitur in actu formali. Vnde per actum formalem non intelligo, nisi formam: ita quòd forma est ipsemet actus formalis: & sic illud dicitur esse in actu formali quod est forma, vel quod habet formam: ideo materia sine forma non dicitur esse in actu formali, id est, non dicitur habere formam, nec est ipsa forma. Supponitur secundo quòd aliquid dicitur esse in potentia dupliciter. Vnomodo in potentia subiectiua. Alio modo in potentia obiectiua. Vnde illud dicitur esse in potentia subiectiua, quod est: & potest recipere aliquam formam siue substantialem siue accidentalem: & isto modo materia dicitur esse ens in potentia, cum possit recipere formas tam substantiales quàm accidentales. Et aduerte, quòd ad hoc, quòd aliquid sit in potentia subiectiua, duæ conditiones requiruntur. Prima est, quòd sit: ideo illa quę non sunt sicut Antichristus, non dicuntur esse in potentia subiectiua. Secunda, q̃ possit aliquid recipere: ideo Deus non dicitur esse in potentia subiectiua, cum nihil possit recipere. Sed illud dicitur esse in potentia obiectiua, quod non est,

O tum est in potentia.

H

A est, & potest esse. Ex quo sequitur, quòd duæ conditiones etiã requiruntur ad hoc, quòd aliquid sit in potentia obiectiua. Prima, quòd non sit ideo entia, quæ existunt, non sunt in potentia obiectiua. Secunda, quòd possit esse: ideo chimera non est in potentia obiectiua: quia non potest esse. His suppositis dicitur primo, quòd materia non dicitur solum ens in potentia obiectiua: quia materia vere existit: immo circunscripta omni forma, materia est vere ens: quia illud est vere ens actu, quod est principium intrinsecum entis actualis: sed materia est huiusmodi: igitur. Item materia dicitur esse subiectum vnicuiq; primum, ergo materia est vere ens. Et si quis dicat: si materia esset vere ens actu, sequeretur, quòd non esset in potentia ad omnem actum: quia nihil est in potẽtia ad illud, quod iam habet. Item sequeretur, quòd generatio cuiuslibet formæ esset alteratio: quia quælibet forma aduenire enti in actu, est materia sit vere ens actu. Ad primum dicitur, q̃ materia cum hoc, q̃ est vere ens est in actu existendi, & in potentia ad omnem actũ formalem, ideest ad omnem formam. Ad secundum dicitur, q̃ alteratio præsupponit subiectum in actu completo: puta, q̃ sit ens compositum: modo materia non est ens in actu cõpleto, nec etiam forte esset inconueniens circa materiam quintã fieri alterationes.

B

An materia sola

SECVNDO sciendum, q̃ circa textum insidiis talis difficultas: Vtrum materia sit cognoscibilis solum secundum analogiam ad formam, seu ad transmutationem. Pro solutione supponitur, q̃ Philosophus a principio Physicorum vsque ad quintum librum loquitur de motu cõmuniter capto, seu vniuersali: vt se extendit ad motũ proprie dictum, & ad transmutationem: etiã loquitur in vniuersali de materia: puta, vt se extẽdit ad materiam proprie dictã, quæ est subiectũ in transmutatione substantiali: & ad materiã, q̃ est subiectũ in alteratione, & ex quo sequit̃ q̃ hic loquit de materia, vt hẽt analogiã, seu ordinẽ ad trãsmutationem: ideo dicit, q̃ materia sic supple accepta: puta, vt habet ordinẽ ad transmutationẽ, non cognoscitur, nisi per analogiam ad trãsmutationẽ, vel formam. Sed ex isto non sequitur, quin nõ sit aliomodo cognoscibilis per se, & ſm se sicut ignis, vt trãsmutatur localiter, nõ põt cognosci, nisi in ordine ad locũ: nõ vult ergo Philosophus negare, q̃ materia nõ sit cognoscibilis per se, & ſm se, cũ sit vere ens: sed solũ vult habere, q̃ materia, quæ habet ordinẽ ad transmutationẽ, nõ põt cognosci sine trãsmutatione: & est talis modus cognoscendi: videmus enim vnam formam noui post aliam: quia videmus nouam operationem, quæ arguit formam, & scimus, q̃ subiectũ in trãsmutatione debet manere: ideo per trãsmutationẽ arguim⁹ materiã.

C *sit cognoscibilis per analogiam, ad formã*

D

De hac materia vide in 9 Ioan. Canonicum in 1. lib. C. q. 2. dub. 10. 4.

QVARTO sciendum, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima an in materia sint ponendæ dimensiones interminatæ conuenientes ipsi materiæ ante aduentum cuiuslibet formæ. Ad quam dicitur breuiter, quòd sic. Et si quis di-

cat

Universidad de Deusto
Biblioteca

B cat contra: quia ante aduentum cuiuslibet formæ, materia est sine dimensionibus; cum dimensiones non sint quantitates, & formæ accidentales. Respondeo quòd per dimensiones interminatas ego non intelligo aliquam formam aduenientem ipsi materiæ, neq; substantialem, neq; accidentalem: ideo argumentum non valet: sed per dimensiones interminatas, ego intelligo partes substantiales ipsius materiæ, ex quibus ipsa materia integratur, & cõponitur: modo antequam materia recipiat aliquam formam siue substantialem, siue accidentalem, oportet, quòd primo componatur ex talibus partibus. Ex quo sequitur, quòd ante aduentum cuiuscunq; formæ sunt ponendę dimensiones interminatæ in materia, ideſt partes integrantes ipsam materiam. Secunda difficultas: an hę propositiones sint veræ medicus per se sanat, & non per se ædificat. Respondetur, quòd medicus dicitur per se sanare, & per accidens ædificare: ad hunc sensum, quòd hęc est per se medicus sanat: & hęc per accidens, medicus ædificat. Et non capitur hic propositio per se, vt capiebatur in 1. Posteriorum: sed capitur hic propositio per se pro illa propositione, cuius subiectum importat aliquid necessario requisitum ad actionem, vel passionem prædicati: vt cum dicitur, ædificator ædificat, medicus per se sanat: & per oppositum dicitur propositio per accidens, cuius subiectũ importat aliquid, quòd est impertinens ad actionem, vel passionem prædicati: vt cum dicitur, medicus ædificat: & per hoc satis patet, q̃ hæc est concedenda, medicus in quãtum medicus sanat: & hoc maxime capiendo ly in quãtũ specificatiue. Tertia difficultas: verum materia sit generabilis, & corruptibilis. Pro cuius solutione supponitur, q̃ aliquid dicitur generabile, & corruptibile dupliciter. Vno modo, terminatiue, seu obiectiue quemadmodum est illud, quòd in generatione acquiritur: cuiusmodi est forma, vel totum compositũ: & isto modo materia est ingenerabilis, & incorruptibilis: quia non potest acquiri per generationem, cum ipsa præsupponatur in qualibet generatione, & remanet in qualibet corruptione. Alio modo aliquid dicitur generabile, & corruptibile subiectiue: quia est subiectum generationis, & corruptionis: & sic materia dicitur bene generabilis, & corruptibilis, ideſt est subiectum susceptiuum formæ in generatione, & corruptione.

C Cõm. de Poſſ.

D Sc. 7. me ta. 9. 8.

E

F

G

H

QVARTO sciẽdum, quòd circa textum incidit alia difficultas: vtrum materia appetat formam propter priuationem. Pro cuius solutione supponitur, q̃ triplex est appetitus, scilicet naturalis, sensitiuus seu animalis, & intellectiuus. Vnde naturalis appetitus non est nisi inclinatio alicuius rei, qua inclinatur ad suũ bonum: & iste appetitus non præsupponit cognitionem illius, ad quod fertur appetens. Vnde lapis appetit descendere deorsum: ignis ascendere sursum: & tamen non oportet, quòd lapis cognoscat talem descensum: neque ignis talem ascensum. Vnde la-

Sc. 1. me ta. 9. 2. & li. 4. d. 8. q. 9. & in fol. ma. cum. 1.

A lapidem appetere descẽdere deorsum nõ est aliud, quam ipsum inclinari ad talem descensum: & similiter dicatur in alijs: & iste appetitus naturalis semper est idem realiter cum illo, cuius est appetitus: quia non est nisi inclinatio ipsius rei ad suum bonum: Modo inclinatio rei non est aliud, quàm illud, cuius est inclinatio: & tali appetitu materia dicitur appetere formam, quod non est aliud quàm materiam inclinari ad recipiendum formam. Et aduerte, quòd iste appetitus naturalis est duplex. Quidam est respectu boni futuri: & iste vocatur appetitus desiderij: & isto modo materia appetit formam, quam non habet. Alius est appetitus delectationis, & voluntatis seu complacentię: & isto modo appetitur res præsens: & etiam isto modo materia appetit

Ver. in 3. di. 17. & 4. di. 49. q. 10.

B formam quam habet. Ex isto sequitur, quòd materia aliomodo appetit formam quam habet, & formam quam non habet: quia formam quam habet; appetit appetitu delectationis, & complacentiæ: sed formam quam non habet, appetit appetitu desiderij: & de isto intelligit Philosophus cum dicit in textu, quòd materia appetit formam propter priuationem: quia materia appetit formam, qua caret, appetitu desiderij: sic videlicet, q̃ non appeteret tali appetitu, nisi careret ea: ideo dicitur, q̃ appetit propter priuationem.

Ex isto sequitur, quòd appetitus materię, quo appetit formã, non est alia res ab ipsa materia: cum nõ sit nisi inclinatio ipsius materiæ. Sed appetitus intellectus est, qui fertur in aliquid mediante cognitione intellectiua: & iste vocatur voluntas, immo est ipsamet voluntas. Vnde voluntas nũquam fertur in aliquid, ideſt nunquam vult aliquid, nisi illud sit præcognitum. Sed appetitus sensitiuus, seu animalis est qui fertur in aliquid mediante cognitione sensitiua: & de tali dico, quòd cuilibet potentiæ cognitiuæ correspondet potentia appetitiua, quæ vocatur appetitus sensitiuus, vel intellectiuus: & tali appetitu materia non appetit formam: quia talis non fit nisi mediante cognitione: modo materia nihil cognoscit. Dico finaliter, quòd quilibet talis appetitus habet appetitum naturalem, cum quilibet talis inclinetur ad suum bonum, quę inclinatio est ipse appetitus naturalis: & sic patet, quòd voluntas, quæ dicitur appetitus intellectiuus, habet appetitum naturalem: qui nihil aliud est quàm inclinatio ipsius voluntatis ad suum bonum. Et hæc de primo articulo.

C

D

DVBITATVR primo: vtrũ per aliquam potentiam materia posſit esse sine forma. Et videtur, quòd non: quia quando aliqua sunt magis vnum magis sunt inseparabilia: sed materia, & forma sunt magis vnũ quàm subiectum, & passio: quæ sunt omnino inseparabilia: igitur. Minor probatur: quia ex materia, & forma fit per se vnum: non autem ex subiecto, & passione. Secundo sic: impossibile est creaturam esse sine respectu creationis ad Deum creantem: sed talis respectus, qui vocatur creatio passiua: est forma: igitur. Tertio sic: cuius fieri implicat contradictionem, non est per aliquã

Art. 2.

Virũ ma teria posſit esse sine forma.

potẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

E potentiam possibile: sed materiam esse sine forma implicat cõtradictionem: igitur. Minor patet: quia materia est in pura potentia: ergo si esset actu separata a forma ipsa non esset in pura potentia cum ipsa actu esset: & per consequens esset in pura potentia, & non esset in pura potentia. Quarto sic: quia datis duabus materijs separatis a suis formis: adhuc dualitas, quæ est quædam forma ab illis distincta, esset in ipsis: ergo si materia sit separata a forma, adhuc habebit formam. Item circunscripta materia a forma, vel est eadem cum ea, vel distincta: si distincta: ergo in ea est distincto, quæ est quædam forma. In oppositum dicitur, quòd non est contradictio materiam esse sine forma quacunq; siue substantiali, siue accidentali, & hoc probatur multipliciter. Primo sic, quicquid contingenter se habet: ad aliquid potest esse sine illo: sed materia contingenter se habet ad formam: quia quod contingenter se habet ad quodlibet cuiuslibet generis, contingenter se habet ad quamlibet formam: igitur materia se habet contingenter ad totum genus formæ. Item non magis repugnat materiam esse sine forma, quam subiectum esse sine accidente: sed primum non implicat: ergo neq; secundum. Secundo sic: quia aut forma substantialis Christi sine separata a materia in morte eius, aut non. Non potest dici, quòd non: quia tunc non sufferet mortuus: si sic: ergo materia eius remanet sine forma substantiali si dicatur, quod non remanet sine forma: ergo tunc fuit aliqua forma in ea introducta, & non ni si forma cadaueris: quod non videtur dicendum. Tertio sic: quæcunq; absoluta realiter distincta, quorum vnum est prius, alio non implicat contradictionem, prius separari a posteriori: sed materia, & forma sunt huiusmodi, igitur. Quarto sic, quandocunq; aliqua duo sic se habent, quòd vnum creatur immediate a Deo, reliquum vero a natura: tunc quod est creatum a Deo potest esse sine producto a natura: sed materia immediate a Deo creatur, & non potest causari a natura: & forma caulatur a natura: ergo potest Deus causare materiam, & conseruare sine forma. Nunc ergo respondendum est ad rationes alterius opinionis. Ad primam dicitur, quòd duplex est vnitas: quædam est vnitas identitatis, qua aliqua dicuntur esse vnum: & tali vnitate subiectum, & passio sunt magis vnū, quam materia, & forma. Alia est vnitas vnionis, qua aliqua vniuntur in aliquo tertio, & tali vnitate materia, & forma sunt magis vnum. Ad secundā dicitur, quòd nō concludit: quia loquimur hic de forma distincta a materia, modo creatio passiua ipsius materiæ ad Deum creantem nō est forma distincta a materia. Ad tertiam dicitur, q̄ materia semper est in potentia subiectiua ad formam: cum hoc tamen stat, quòd est ens in actu existēdi: vt iam visum est. Ad Quartam dicitur, quòd si essent duæ materiæ separatæ a formis essent duæ dualitate transcendēt alis, quæ non distinguitur ab ipsis. Ad vltimam dicitur, quòd distinctio materiæ: qua materia est

Sco. lr. d. 12. q. 2.

Sco. ut supra ad 2m. principa.

A est distincta a Deo identificatur cũ ipsa materia. Sed circa prædicta incidunt aliqua parua dubia. Primum, vtrum materia ab omni forma separata sit alicubi. Ad quod breuiter respondetur, q̄ ipsa nullibi esset: nec diffinitiue, nec circunscriptiue: quia ipsam esse in loco, siue diffinitiue, siue circunscriptiue importat respectum realiter distinctum ab ipsa materia. Sed dicens esto, q̄ sola materia sit, illa adhuc habebit partes, quarum quælibet distinguuntur a materia: & materia distingueretur ab illa Respondeo, quòd distinctio, qua materia distinguitur a suis partibus, est eadem ipsi materiæ. Secundum dubium: vtrum esset mobilis ad aliquod vbi. Dicitur, q̄ sic in potentia remota: sed nō in potentia propinqua: & hoc ab agēte extrinseco naturali. Tertiū dubium: vtrum materia ab omni forma separata haberet partes. Respondeo, q̄ sic: & q̄ esset diuisibilis in potentia remota. Et ex isto sequitur, quòd ipsa adhuc componeretur ex suis partibus: & sic non esset ens simplex.

B

C

Sco. 2. d. quæst. de 2. artic. 3. declarat.

D VBITATVR secundo: vtrum tam substantiæ corporeæ quàm in corporeæ sint cõpositæ ex materia, & forma. Respondeo primo, quòd substantiæ incorporeæ sunt substantiæ simplices, prout ly simplex opponitur compositioni physicæ ex materia, & forma. Et ex isto sequitur primo, quòd licet substantiæ simplices, seu incorporeæ sint compositæ ex realitate: & realitate, puta ex realitate generis, & differentiæ: & etiam ex realitate speciei, & differentiæ individualis: quæ aliquādo vocatur materia: tamen non sunt compositæ, neque habent materiam: capiendo materiam pro altera parte compositi susceptiua formæ substantialis. Sequitur secundo, quòd substantiæ incorporeæ nõ habent principium intrinsecum suæ corruptionis: quia nulla substantia simplex habet tale principium: sed solum compositum ex materia, & forma. nam materia dicitur illud, quo res potest esse, & non esse: & manet in generatione, & corruptione.

An substantiæ incorporeæ, & incorporeæ sint compositæ ex materia, & forma.

De hac materia dicit Sco. in 4. dist. 11. q. 1. & 2. quæst. 1. & 2.

Et si quis petat quare est, quòd materia est aliud, quòd res potest esse, & non esse. Respondetur, quòd ratio est, quia est capax alicuius formæ, quam non habet, quæ opponitur illi quam habet. Dico tertio, quòd in generatione naturali semper aliquid corrumpitur, & aliquid generatur, & semper aliquid manet, scilicet subiectum, seu ipsa materia. Dico quarto, quòd quando ex oppositō fit oppositum, oppositum non manet: sed bene manet aliquid commune ipsius, scilicet materia: vt quando ex aere fit aqua, aer non manet: sed bene materia eius sub forma aquæ. Et si quis dicat: totum potest conuerti in totum; ergo in generatione non oportet aliquid manere. Respondeo, quòd licet hoc bene possit fieri: tamen hoc non est de generationem, sed per transubstantiationem: vt in sacramento altaris, in quo totus panis transubstantiatur in corpus Christi: quæ transubstantiatio non dicitur proprie mutatio: quia in mutatione subiectum debet semper manere in vtroque termino: modo nihil ibi

E

F

G

H

Sco. in 4. dist. 11. q. 1. & 2. quæst. 1. & 2.

ibi panit manet, neque materia, neque forma. Et si aliquis dicat, generatio est mutatio huius totius in hoc totum, vt dicitur
T.cō.13 primo de Generatione: ergo in ipsa non oportet aliquid manere. Respondeo, quòd est mutatio huius totius in hoc totum, subiecto manente eodem puta materia: ideo in illa diffinitione non capitur ly totius syncategorematice. Et si quis arguat contra primam partem: puta quòd substantiæ simplices, seu incorporeæ sint compositæ ex materia, & forma: quia quæcunque conueniunt in aliquo communi, cōueniunt in principiis illius: sed substantiæ corporeæ, & incorporeæ conueniunt in substantia: ergo conueniunt in materia, & forma: quæ sunt principia eius. Item cuicunq; conueniunt proprietates materiæ, in eo reperitur materia: sed substantiis separatis cōueniunt proprietates materiæ, quæ sunt substare, & subiici, & recipere accidentia: igitur. Ad primam dicitur, q̄ materia, & forma nō sunt principia substantiæ corporeæ in cōi, sed substantiæ corporeæ. Ad secundam dicitur, q̄ substare formę substantiali est bene proprietas materię: sed substare accidentibus nō est proprietas adæquata materiæ.

F

DVBITATVR tertio: Vtrum materia prima sit primum subiectum vnicuique: & Vtrum potentia materiæ sit realiter distincta ab ipsa materia. Pro solutione primæ partis supponitur, quòd diffinitio materiæ debet sic intelligi. Materia prima est subiectum vnicuique, supple rei generabili: ex quo supple subiecto sit aliquid, cum insit, id

An materia sit omnium, et an ei⁹ potētia realiter distinct⁹ a materia.

est remanente in composito: nō secundum accidens, quemadmodum est priuatio, quæ non manet in toto composito: propter quod dicitur principium per accidens. Vnde materia est primū subiectum, ex quo res generabilis generatur: & in quod corruptibile, cum desinit esse, corrumpitur. Et ex istis patet, quòd Philosophus non vult habere, quòd materia sit subiectum inhęsionis omnium formarum tam accidētalium, quàm substantialium; cū sint multa accidentia, saltem spiritualia, quæ in ipsa non recipiūtur: & forte etiam multa corporalia. Vnde non imaginor, quòd albedo Petri immediate recipiatur in materia prima: sed in corpore, quod iam non est in materia prima: Nihilominus tamē potest dici, quòd omnium formarum corporalium siue substantialium, siue accidentalium materia est subiectum primum, idest principale: sed hoc nolebat habere Philosophus: sed quòd materia est subiectum vnicuiq; supple rei generabili. Et si quis dicat, multæ sunt res generabiles, quarum non sunt subiecta, vt homo generatur, & tamen materia non est subiectum hominis, cum homo non sit in subiecto. Respō deo, quòd licet materia non sit subiectum hominis, vel alicuius totius geniti: est tamē subiectum formæ eius. Pro secunda parte supponitur, quòd duplex est potentia. Quædam est actiua, quæ est principiū trāsmutandi aliud inquantum aliud. Alia est passiua, quæ est principium transmutandi ab alio inquantū ab alio.

G

Secundo supponitur, quòd nomen, potentia, est nomen relatiuum

A num importans ordinem ad actum: cuius abstractum est potentialitas per quam aliquid dicitur potens actiue, vel passiue: actiue si sit principium effectiuum: passiue si sit principiū receptiuum. Tertio supponitur, quòd ipsius materiæ duplex est potentia, scilicet actiuis, & aptitudinalis. Aptitudinalis est qua materia nata est recipere formam: & ipsius materiæ respectu omnium formarum est tantum vna potentia aptitudinalis. Sed de potentia actuali ipsius materiæ diuersi sunt modi dicendi. Dicunt aliqui, quòd ipsæ potentiæ materiæ respectu formarum non sunt aliud, quàm ipsa materia. Alij dicunt, quòd sunt relationes reales in prædicamento relationis: & sunt tot quot sunt formæ
E recipiendę in materia. Sed ista opinio est falsa; & contra eam arguitur: nulla relatio realis, siue intrinsecus, siue extrinsecus destruitur propter positionem sui termini. sed istæ potentiæ actuales destruuntur aduentibus formis: igitur. Item mirū esset, quòd tales relationes essent reales, & tamen multotiēs sui termini, scilicet formæ recipiendę in illa materia sunt purum nihil. Aliter ergo dicitur, quòd ista potentia actualis non est nisi ordo prioritatis ipsius priuationis ad formam: nam priuatio formæ præcedit ipsam formam in materia: & talis potentia actualis funditur in priuatione, & terminatur ad formam producendam in illa materia, quæ est purum nihil: ideo talis relatio non est nisi respectus rationis: & sunt tot quot sunt priuationes in materia, & adiunctur adiectis priuationibus, quæ sunt eorum fundamēta. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

C

CONCLVSIO Responsiua: Materia seclusa omni forma est ens in actu existentiæ, & appetit formā qua caret. Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur, quòd materia est ens in potentia subiectiua: sed non in potentia obiectiua.

D

Dico vlterius, quòd licet materia non sit quid, idest hoc aliquid tamen pars substantiæ.

Ad secundam patet solutio in aliqua quæstione. Ad tertiam, & quartam patet solutio.

Ad quintam dicitur, quòd duplicia sunt contraria: quædam sunt positiua: & in illis vnum non est ratio appetendi reliquum. Alia sunt priuatiua: & in illis vnum bene potest esse ratio propter quam aliquid appetit reliquum.

PHYSICORVM
LIBER SECVNDVS.

T. com. 1. & vnde.

ORVM quę sunt: alia sunt a natura: alia vero ꝓpter alias causas: natura quidem animalia quæcunque, & partes ipsorum, & plantæ: & simpliciter corpora: vt terra, & ignis, & aer, & aqua: hæc enim & huiusmodi a natura dicimus esse: omnia autem quæ prædicta sunt, videntur differentia ad non natura existentia: quæ quidem enim natura sunt, omnia videntur habentia in seipsis principium motus, & status: & hæc quidem secundum locum: illa vero secundum augmentum, & decrementum: quædam secundum alterationem.

F

Diuisio libri.

ISTE est secundus liber Physicorũ, in quo Philosophus determinat de principiis, & causis rerum naturalium. Et diuiditur in sex tractatus. In primo, ostendit quid sit natura. Et diuiditur in tres partes. In prima parte ponit vnam diuisionẽ entiũ: dicens, quòd entium quædam sunt naturalia, & quædam artificialia, quæ fiunt mediante arte. Et dicit, quòd talia differũt inter se, quia entia naturalia habent principium sui motus, & quietis. Sed artificialia in quantum sunt artificialia, non habẽt in se principium sui motus, & quietis: licet possint habere in quantum naturalia. Ex his infert diffinitionem naturæ dicẽs: Natura est principium, & causa mouendi, & quiescendi eius, in quo est primo, & per se, & non secundum accidens. Et dicitur non secũdum accidens: quia accidit medico sanari, & habere principium effectiuum suæ sanationis: quia per tale non inclinatur ad susceptionem sanationis: licet per ipsum disponatur ad sanandum. In secunda parte ostendit quid est habens naturam: dicens, quòd habens naturam, dicitur habens principium sui motus, & quietis, per se, primo, & non secundum accidens. Et subdit, quòd ꝛã natura, quàm habens naturam est substantia: & quædam natura est subiectũ, scilicet materia; & quædam est in subiecto, scilicet forma. Consequenter ostendit, quid est ens secundum naturam; dicens, ꝙ ens secũdum naturam est, quod ineſt enti habenti naturã; quemadmodum sunt qualitates consequentes ens naturale. In tertia parte ponit talem conclusionem; ridiculum est tentare, & demonstrare naturam esse, quia naturam esse, & multa esse entia a natura est manifestum; ideo non oportet illa demonstrare esse nam illi, qui hoc faciunt, nesciunt iudicare inter cognitum, & non cognitum.

H

T. com. 7 & vnde.

VIDETVR autem natura, & substantia eorum, quæ natura sunt, quod primum inest vnicuiq; non formatum per seipsum: vt lecticuli natura lignum: statuæ autem ęs.

De quibus natura dicitur.

ISTVD est secundum capitulum, in quo ostendit Philosophus de quibus dicitur natura: & intendit tres conclusiones. Prima: materia est natura, probat ratione, & auctoritate. Auctoritate, quia omnes antiqui dicebant materiam esse vnam materiam. Nam aliqui dixerunt ignem esse materiam: aliqui aquam: aliqui aerem. Ratione sic probatur: quia materia videtur esse tota substãtia rei: vt materia lecticuli videtur esse signũ, & statuæ æs: ergo materia est natura. Antecedens probat dupliciter, scilicet signo Antiphontis, & ratione. Signo: quia si aliquis rectum refodiat, & capiat potentia putrescendi, ita quòd germinet: tunc fiet lignum, & non lectus: ergo signum est, ꝙ lignum est tota substantia lecti: & quòd forma solum sibi conueniat per accidens. Ratione sic: quia illud est tota substãtia rei, quod continuo manet sub vtroq; termino transmutationis: sed materia est huiusmodi: igitur. Secunda cõclusio: forma est natura: probat tribus rationibus. Prima, illud, per quod res naturalis est in actu completo, & perfecto, est natura: sed forma est huiusmodi: quod probat per simile: quia artificiale non dicitur actu artificiale sine forma artificiali: ergo res naturalis non dicitur actu res naturalis, nisi per formam.

A

C

Secunda ratio: illud, ratione cuius aliquid generat sibi simile in natura est natura: sed forma est huiusmodi: igitur. Tertia ratio, illud, a quo aliquid dicitur naturale est natura: sed a forma generatio dicitur naturalis: ergo forma est vere natura: Deinde ostendit incidentaliter, quòd forma est magis natura, quàm materia: quia illud per quod res naturalis est in actu, est magis natura, quàm illud per quod res naturalis est in potẽtia: sed per formã res naturalis est in actu, & per materiam in potentia: igitur. Tertia cõclusio: priuatio est quodammodo natura: probat quia est quodammodo forma: sed forma est natura: igit. Circa hũc text.

D

An res naturales differant ab artificialibus per habere principium intrinsecum sui motus.

QVAERITVR vtrum res naturales differant ab artificialibus per hoc, quod habent principium intrinsecum per se sui motus. Arguitur primo contra suppositum: quia res artificialis est res naturalis, & ecõtra: ergo non differunt. Antecedens patet: quia omne compositum ex materia, & forma est naturale: sed res artificialis est huiusmodi: igitur: sicut camunum est res naturalis, & res artificialis. Secundo sic arguitur: non omnis res naturalis habet principium intrinsecum sui motus,

E quia grauia, & leuia, quæ sunt res naturales mouentur a generante, ex sexto huius: sed generans est extrinsecum eis: igitur. Etiam cœlum mouetur ab intelligentia, quę est sibi extrinseca: igitur. Tertio sic arguitur: Omne, quod mouetur ab alio mouetur, ex 7. huius: ergo naturalia nõ habent in se principium sui motus: patet etiam de motu corruptionis, vbi contrarium corrumpit aliud: & tamen vnum contrarium non est alteri intrinsecum. Quarto sic arguitur: Res artificiales habent principiũ intrinsecũ sui motus talẽ passiuũ eũ habeant materiã, & formam: vt materia statim est nata moueri deorsum.

Quinto sic arguitur: Figura acuta est principium mouendi, & figura lata est principiũ quiescendi: vt corpus latum supernatat, & quiescit: & corpus acutum mouetur deorsum: ergo figura, quæ est ab arte est principium motus sui, vel quietis: & per consequens artificialia inquantum artificialia habent in se principium sui motus. Item securis, quæ est ab arte, habet ab arte, q̃ sit diuisiua ligni. Similiter horologium est ens artificiale, & tamen non habet intra se principiũ sui motus. In oppositum est Philosophus in textu. in quæstione sicut in cæteris erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Art. 1. PRIMO sciendum, quòd pro declaratione quæstionis ponitur hæc suppositio. Ens naturale in proposito capitur pro ente composito ex materia, & forma substantiali. Deinde ponuntur aliquę distinctiones. Prima: duplex est agens naturale: quoddam est animatum: quemadmodum sunt animalia, & plãtę. Aliud est inanimatum: & est duplex: quia quoddam est corpus simplex: vt sunt elementa. Aliud est mixtum: vt lapis. Secunda distinctio triplex est motus: quidam est naturalis: quidã violentus: & quidam neutralis. Et ad istorum cognitionem est aduertendum, quòd mobile habet duplicem respectum: vnum ad formam, quam recipit: & alium ad agens a quo recipit illam formam: & ratione huius sibi insunt duæ proprietates, scilicet naturalitas, & supernaturalitas. Vnde quandocunq; aliquod receptiuum alicuius formæ recipit illam formam ab agente, quod natum est imprimere illam formam tali passo: tunc est ibi naturalitas saltem ex parte agentis: sed quando recipit formam ab agente, quod non natum est imprimere illam formam in tali passo, tũc est ibi supernaturalitas. & nullomodo violentatio: sed respectu formæ quam mobile recipit sibi insunt tales proprietates, scilicet naturalitas violentatio, & neutralitas. Pro cuius declaratione ponuntur tres regulæ. Prima: quandocunq; mobile inclinatur naturaliter ad formam quã recipit talis motus violentatur cum inclinetur ad quamlibet formam recipiendam. Secunda regula quandocunq; mobile naturaliter inclinatur ad formam contrariam formæ quam recipit, motus per quem acquiritur illa forma est violentus. Ex quo sequitur, quòd aqua violenter recipit caliditatem, cum natu

Actio naturalis duplex.

Sex. q. 1. prolog. 2. prin. corporis quæ mo.

G

H

Regulæ.

A naturaliter inclinetur ad formã sibi oppositam, scilicet ad frigiditatem. Si tamen comparetur ad ignem qui natus est causare caliditatem in tali aqua; tunc reciperet naturaliter: sed si ad Deum, supernaturaliter illa reciperet. Tertia regula, quandocunq; mobile non magis inclinatur ad formam, quàm recipit, quàm ad eius oppositum: tunc motus per quem acquiritur talis forma est neutralis: sicut sunt motus, per quos acquiruntur formæ artificiales. Vnde lapis non magis inclinatur ad formam Mercurij, quàm ad formam Iouis. Ex istis sequitur primo, quòd nulla corruptio est naturalis, saltem ex parte passi, cum nihil naturaliter inclinetur ad sui corruptionem.

Corollaria.

Sequitur secundo, quòd nullus motus deperditiuus est naturalis saltem in ordine ad formam: quia nullus talis habet pro termino formam, ad quam naturaliter inclinatur,

B

Motus duplex.

SECVNDO sciendum, quòd pro maiori declaratione supponitur adhuc, quòd duplices sunt motus. Quidam sunt antecedentes rem naturalem, sicut est generatio. Alij vero sunt consequẽtes rem naturalem: quia præsupponunt mobile esse productũ vt alteratio, & loci mutatio.

Quæstiones naturalia habeant in se principium actionis suæ generationis.

Sed restant aliquæ difficultates. Prima, vtrum omne ens naturale habeat in se principium intrinsecum actionum suæ generationis, & corruptionis. Pro cuius solutione supponitur, quòd duplex est generatio. Quædam est actiua, per quam aliquid dicitur generare. Alia est passiua, per quam aliquid dicitur generari. Hoc supposito dicitur primo, quòd omne generans habet principium intrinsecum, actiuũ suę generationis actiuę, quod est forma substantialis, quæ est sibi intrinseca. Dicitur secũdo, quòd nullum ens naturale habet principium actiuum suæ generationis passiuæ, ideſt habet principium, per quod generet se. Dicitur tertio, quòd corpora simplicia non habent in seipsis principium actiuum suę corruptionis: cum sint eiusdẽ rationis in suis partibus licet mixtum diuersarũ partium bene habet principium actiuum suæ corruptionis: de quo alias magis dicetur. Secũda difficultas, qualiter est intelligenda diffinitio naturę posita in textu. Pro cuius solutione supponitur, quòd ibi ponitur principium, & causa ad maiorem expressionem. Dicunt tamen aliqui, quòd dicitur principium, ad denotandum, q̃ natura est prior illo, cuius est natura. Et dicitur causa ad denotandum, q̃ res naturales dependent ab ea. Et dr mouendi, & quiescendi, ideſt motus, & quietis. Et dicitur primũ principale, ad remouendũ principia minus principalia, & instrumentalia: sicut sunt qualitates, & alia huiusmodi. Dicitur q̃ se, ad remouendum causis per accidens sicut sunt casus, & fortuna, quæ sunt causæ p accidẽs. Dicitur notanter, & non secundum accidens, ad remouendum aliqua principia, quibus res naturalis moueturi quæ tamen nõ insunt illi rei naturali naturaliter: vt lenitas est forte principale motiuum vaporis sursum: sed quia non est vapori naturale, sed accidentale, & disconue-

C

Distinctio naturæ quoad intelligendã.

D

niens non dicitur natura eius. Dicitur notanter eius, in quo est: quia respectu motus extrinseci non dicitur natura.

Natura multipliciter.

TERTIO sciendum, quòd natura capitur multis modis. Vnomodo capitur large, vt se extendit ad omne ens, vel omnem entitatem: & sic dicimus natura hominis, natura Petri, ideſt entitas, vel ratio Petri. Capitur etiam sic, vt se extendit ad non ens: quemadmodum dicimus natura negationis: & sic non capitur hic. Aliomodo capitur natura prout distinguitur contra libertatem: & sic dico, quòd natura, & libertas sunt primæ differentiæ agentis, seu principij actiui: ita quòd omne agens, vel est agens naturale, vel agens liberum: & isto modo capiendo naturam, intellectus respectu sui actus dicitur natura, & voluntas dicitur propositum. Ex quo sequitur, quòd omne agens, quod non agit per voluntatem, & artem dicitur agēs naturale: & omne agens, quod agit per voluntatem, & artem dicitur agens liberum, vel secūdum propositum. Et siquis dicat agens secundum propositum, vel secundum voluntatem debet dici agens naturale respectu etiam eiusdem actus: quia nunquàm aliquid agit secundum propositum quin etiam agat secūdum intellectum: modo intellectus est natura, vt dictum est. Respondetur ponē do talem regulam, quòd quando voluntas concurrit cum intellectu: vt in productione artificialium: totum dicitur produci liberè, & secundum agens liberum, seu secundum propositum: quia voluntas est principale & immediatum principium illius productionis extrinsecæ. Etiam quando voluntas agit eū aliqua potentia inferiori, sicut sensitiua, qua vtitur: dicitur libere agere a principali agente: licet actio, vt est huius, scilicet intellectus sit per modum naturæ: tamen quia totū subiacet voluntati, debet dici liberè agere a principali agente. Ex istis sequitur, quòd est alius modus agendi ipsius intellectus, & ipsius voluntatis: nam intellectus agit per modum naturæ & voluntas agit libere: & hoc si accipiatur in ratione potentiæ: nam si acciperetur in ratione obiecti, ageret per modum naturæ: & per hoc soluitur argumentum Ockam.

Sco. q. 16. quæst. de 2. primo.

Regula.

QVARTO sciendum, quòd de ipsa natura incidunt adhuc aliquæ difficultates. Prima: vtrū naturam esse sit demonstrabile. Respondetur breuiter, quòd si ly est, dicat aptitudinem, tunc est demonstrabilis per diffinitionem ipsius naturæ: & sic non videtur cepisse Aristote. neque vsus loquentium, sic capit ly est, secundum adiacens: quia tunc videretur concedi ista, Antichristus est. Aliomodo capitur ly est, vt dicit actum, seu actualem existentiam; & adhuc dico, quòd potest demonstrari demonstratione naturali, ad quam sufficit procedere ex notioribus: & sic demonstratur: si principiū principale mouendi, & quiescendi est, natura est? sed natura est principium principale mouendi, & quiescēdi: ergo natura est.

Natura esse, an possit demonstrari.

Et si quis dicat: quare ergo dicit Aristoteles in textu eū esse indemonstrabilē. Respondeo, qp ideo vocabat ipsam esse indemonstrabilem: quia est manifesta in philosophia, & quasi per se nota, cum manifestum sit multa entia esse naturalia. Secunda difficultas: qualiter est intelligendum vnum commune dictum, in quo dicitur, quòd natura est determinata ad vnum. Respondetur, quòd naturam determinari ad vnum, seu agens naturale potest intelligi dupliciter. Vnomodo, ad vnum producibile: & sic non intelligitur: quia natura non solum specifica: sed vt est in vno singulari, potest esse principium plurium productorum: sicut ignis producens plures ignes. Aliomodo, quòd determinetur ad vnum modum agendi: & sic intelligitur. Vnde agēs naturale sic determinatur ad vnum modum agendi: quia passo sibi debite approximato, & nō impedito: necessario agit, sic quòd quantum est de se non potest agere, neque habere modos agendi oppositos. Sed agens secundum propositum passo sibi approximato, & non impedito: potest habere plures actiones, & potest etiam non agere: vt vo luntati approximato volibili, ipsa voluntas potest velle, vel nolle: vel potest suspendere suum actum, scilicet non velle.

Natura est determinata ad vnum.

Sco. q. quæst. de 2. ratio.

Tertia difficultas: qualiter intelligitur, quòd forma est magis natura, quàm materia: cum forma non suscipiat magis, & minus cum sit substantia. Respondetur, quòd non debet intelligi, quòd forma suscipiat magis, & minus: sed quòd ratio principiandi ipsius formæ est perfectior: & quòd ipsa forma perfectiori modo principiat, quā materia. Et hæc de primo artic.

Forma non magis natura, quàm materia.

DVBITATVR primo: Vtrum principium in diffinitione naturæ dicatur de principio actiuo, vel de principio passiuo. Et videtur, quòd dicatur de principio actiuo: quia dicitur de illo, quod est causa mouendi, & quiescendi: sed illud est principium actiuum: igitur. Sed in oppositum arguitur, quia natura dicitur principium, quo aliquid dicitur naturaliter moueri: sed mobile non dicitur moueri a principio actiuo, sed a principio passiuo: quia a quocunq; lapis moueatur deorsum, semper ille motus est naturalis: igitur. Item si diceretur de principio actiuo, sequeretur, quòd medicus inquantum medicus per se sanaretur: sed oppositum dicitur in textu: igitur. Consequentia probatur: quia medicus inquantum medicus habet intra se principium actiuum suæ sanationis. Item mutatio est naturalis, quando passum mutatur, sicut natum est mutari a quocunque agente fuerit: sed numquàm passum est sic aptum natum mutari propter principium actiuum: sed solum propter principium passiuum: igitur. Item natura est principiū motus, vel mutationis: & est principium intrinsecum: sed natura est huiusmodi ratione principij passiui: igitur. Et minor etiam probat per exemplum textus: accidit enim infirmo, vt sanetur, esse medicum, ideſt habere artem, seu principium actiuum sanationis. Pro solutione suppo

Sco. li. 2. dist. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E nitur, quòd principium in diffinitione naturæ dicitur de principio passiuo: vt probant rationes post oppositum. Et si quis dicat: ergo sequitur quòd natura non diceretur de forma: quia forma non est principium passiuum motus. Respondetur, quòd natura, vt est principium passiuum non solum dicitur de materia, sed etiam de forma. Vnde lapis non solum natus est descendere deorsum propter materiã: immo magis propter formam. Et ponitur talis regula, quòd per eandem formam, per quam res est hæc, per illam, & eandem est receptiua passionis naturaliter consequentis naturam eiusdem rei: ideo natura, vt dicitur de principio passiuo, dicitur de forma. Et si quis dicat, quid intelligis per principium passiuũ. Respondeo, quòd per principiũ passiuum non intelligo, nisi illud, per quod aliquid est susceptiuum alicuius formæ, vel motus, vel alicuius alterius. Vnde principium passiuum lapidis est illud, per quod lapis inclinatur: & natus est recipere motum, vel aliquam formam. Et ex isto patet, quòd naturalia, & artificialia distinguuntur adinuicem per principium passiuum: quia naturalia habent in se principium passiuum inclinãs ad talem, vel ad talem formam. Artificialia vero inquantum artificialia nõ habent in se principium passiuum inclinans ad talem incisionem, vel talem erectionem: nec habẽt aliquid per artem, per quod sint susceptiua: vel per quod inclinentur ad talem motum, siue habeant aliquid, quod sit causa talis motus, siue non. Vnde artificialia, vel mouentur ad formam contra inclinationem naturalem: & tunc violenter mouentur: vel vt sunt in potentia neutra ad talem formam: & tũc neutraliter mouentur. Ex isto etiam patet, qualiter intelligitur diffinitio violẽti, in qua dicitur: violentum est, cuius principium est extra nõ cõferente vim passo quæ debet exponi non conferente vim, idest inclinationem ad talem formam, sed magis oppositum. Et istud vult habere Scotus & etiam omnia dicta diffinitionis. 8. secundi.

Obiectio.

F

O

Scot. in d. 19. & d. 42. q. 1.

DVBITATVR secundo: Vtrum in generabilibus, & corruptibilibus sint ponendę rationes seminales. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd eorum, quæ generantur: quædam generantur æquiuoce: quædam vero vniuoce. Vnde illa dicuntur generari æquiuoce quando generans, & genitum differunt specie specialissima. Sed illa dicuntur generari vniuoce, quãdo generans, & genitum sunt eiusdem speciei specialissimæ. Item generantia vniuoce sunt duplicia. Quædam generant immediatevt ignis generat ignem. Quædam mediate: vt bos mediante semine generat bouẽ, & homo hominem. Secũdo supponitur, q̃ semen sic diffinitur: Semen est corpus imperfectũ productum a generãte, cuius forma nõ est intẽta per se, sed p alterũ: ut s. generetur ex ipso aliqd simile generãti. Vnde in natura duplex est processus. Vnus et generatiuus, in quo procedit ab imperfecto ad perfectũ: vt a productione

Auicen. negat. quod sint rationes seminales.

H

Scot. in 4. d. 18.

A ctione seminis procedit in formam sanguinis: & a forma sanguinis ad formã embrionis: & post ad formam specificam. Alius est corruptionis a quo fit recessus a forma ad specifica ad formam cadaueris seu corporeitatis quod idem est: Et in tali semper proceditur à perfecto ad imperfectum. Tertio supponitur, quòd ratio seminalis nihil aliud est, quàm forma substantialis seminis: vel quadam qualitas necessario consequens formam substantialem seminis, quæ est via ad vltioriẽ formam: sicut forma tritici in tritico, vel qualitas consequens formam substantialem eius. Et ex isto sequitur, q̃ nec semen, nec ratio seminalis sunt coeua ipsi materiæ: quia semen fit ex nutrimento, in quo forma est

B

Dubitatio.

ratio seminalis, sicut in subiecto. Sed quæreret aliquis: Vtrum semen sit principiũ actũ generationis, seu vltimæ formę. Dico breuiter quòd non: & hoc si sit semen vniformæ: quod dico propter semen maris quod agit in semen mulieris. Semen tamen vniformæ ex quo fit res, quod. s. decisum est à generante, siue sit patris, siue matris nõ est principium actuum generationis, q̃ potest multipliciter probari. Primo: quia in instanti, in quo producitur forma substantialis corporeitatis semen corrumpitur: ergo in illo instãti non producit. Et si dicatur: q̃ est principium dum est: hoc nihil valet: quia semen est aliquid de proximo conuertibile in illud quod debet generari. Si vlterius dicatur, q̃ semen agit in ratione descindentis, & non in virtute propria. Hoc ẽt nihil valet: quia potest esse, q̃ descindens semen sicut pater sit mortuus quando illa forma corporeitatis generatur. Et ex isto sequitur, q̃ nullum semen, nec aliquid in semine est principiũ actiuũ generationis, vel vltimæ formæ. Et si quis dicat: Est ne talis generatio a patre? Dico q̃ non: quia patre non existente filius generatur: Vtrum à forma cœli Dico q̃ non: quia multa viuentia sunt perfectiora forma cœli. Vtrum ab angelo? Respondeo q̃ non: quia Angelus non agit, nisi mediante motu. Relinquitur ergo, q̃ a deo fit talis generatio Et si quis dicat: ergo pater non debet dici pater, cum non producat talem formam. Ad istud ponuntur aliqua propões. Prima: mulier est vere principiũ productiuum sẽ

C

Instãtia.

D

tus, & attingit formã substantialem corporeitatis, sm vie non quam illam attingit: quia talis potest produci, vbi pater mortuus est. Secunda propõ: hoc non obstante vir dr generare, q̃ semen: quia descindit semen, quod quidem semen alterat, semẽ mulieris cum quo vnitur. Secundo: quia filius est de substãtia pris: pater. n. ministrat substãtia. s. semẽ ex quo cũ semine mris gñat filius & certe nihil plus facit pr q̃ descindere semen. Et si quis dicat quis eorũ, vel pr, vel mr dr principalius agens. Põt dici quòd ad primã actionem, q̃ est descindere semen, q̃ pr dr principalius agens: sed quantum ad alias actiones sequentes dr probabiliter, q̃ mater est principalius agens; non. n. vt esse aliqd impedimentũ quare mater non

debeat

Universidad de Deusto
Biblioteca

E debeat attingere illam formam
substantialem fœtus vel corpo-
reitatis; cum sit præsens in se &
habeat virtutem actiuam: cum
habeat animam. Iltis suppo-
sitis dicitur primo, q̃ in his quę
generantur vniuoce & æquiuo-
ce immediate non requiritur, ne
cessario semen; nec ratio semi
nalis: vt patet de igne, qui gene-
rat alium ignem sine semine.
Dicitur secundo: q̃ in generanti
bus vniuoce & mediate necessa
rio requiritur semen, sicut in ge
Dubium. neratione hominis. Sed restat
vnum paruum dubium: verum
in non animatis sit ponenda rō
seminalis? Respondetur q̃ omnia
mixta possunt habere ratio-
nes seminales: quia a generante
recipiūt qualitates, quæ sunt
viæ ad vlteriorem & perfectio-
rem substantialem formam; in
F cadauere enim bouis pōt indu-
ci qualitas a corpore cęlesti, quę
est via ad formā apis: & illa qua
litas vocatur ratio seminalis.
Potest etiam ratio seminalis esse
in non verè mixtis, sicut in mi-
xtis per iuxtapositionem: cor-
pora enim cœlestia non sem-
per generant de verè mixtis,
sed de mixtis per iuxtapositio-
nem. Et tale mixtum habere
potest qualitatem, quæ est via
ad vlteriorem, & perfectiorem
formam. Item vnum elemen
tum potest esse per potentiam
diuinam quasi ratio seminalis
respectu mixtiuti quòd ex vno
elemento potest deus causare
mixtum: sicut de aqua fecit pi-
sces. Dico etiam quòd ab ele-
mentis temporatis adinuicem. i.
mixtis causat, qualitas, quæ est
via ad vlteriorem formam: si-
cut ad formam ranarum vel ad
aliquam aliam formam: sicut G
forte fuit factum, quando Magi
Pharaonis fecerunt ranas.

An figura distinguatur a figurata, & an sit res absoluta, aut respectiua.

DVBITATVR tertio. Vtrum figura distinguatur a re figurata: & vtrū sit entitas absoluta, siue respectiua. Pro cuius solutione supponitur quòd figura est duplex. Quædam est figura quæ non est nisi ordo partium adinuicem & ad totum. Vnde ordo partium ad totum, est quando vna pars sic continuatur vni parti, q̃ nō alteri: vt caput collo, & collum spatulis; & sic de alijs. Alia est figura, quæ non est nisi ordo partium ad partes loci & talis figura seu ordo potest acquiri per solam curuationem digiti. vnde quando quis curuat digitum: tunc partes digiti non aliud acquirunt, nisi alium ordinem ad partes loci, quem prius non habebant. H Nec imaginor quòd ibi acquiratur aliqua res absoluta, quam aliqui ponunt, quam nunquam cognouerunt: idem non pono figuram esse aliquam qualitatem. Et siquis dicat: ergo artifex non facit nisi talem ordinem, quando aliquid operatur. Dico quòd verum est: & finaliter recipit pecunias propter talem ordinem quem facitimmo rationabilius quòd saluatur propter aliquid, quod cognoscitur, quam propter nihil Dicant ergo illi, qui ponunt talem figuram esse rem absolutam, quid sit præterquam ille ordo partium. Et si dicant quòd est talis & talis figura puta triangularis, quadrangularis: petatur eis quid est figura triangularis, præterquam ille ordo partium. Et siquis dicat; hoc di-

cendo

A cendo tu negans philosophum
in prædicamentis: dicentem si
gurā esse de quarta specie qua-
litatis. Dico quòd de hoc satis
Ca. T. 4. d. 6. q. 1. c. respond. ad 4. fuit visum in logica; quomo-
do philosophus nolebat dicere
qđ essent quatuor species qua-
litatis: sed quòd erant quatuor
modi qualitatis, ideſt quatuor
quæ habebant modum prædi-
candi qualitatis, vel aliquem
specialem modum ipsius qua-
litatis: puta vel de difficili mo-
Instātia. bilis vel de facili mobilis: & sic
de alijs. Et siquis iterum dicat:
ergo videtur quòd artifex fa-
ciendo domum non faciat nisi
talem ordinem: & per conse-
quens quòd non faciat nisi vnū
respectum. Respondeo quòd
multum est difficile perficere ta
lem ordinem seu respectum: nā
B ad faciendum vnum respectū;
oportet primo facere aliquod
absolutum, vel approximare
aliqua absoluta: vel subtrahe-
re aliquod, quod multum est dif
ficile: ideo artifex pro nihilo
non soluitur. Et ex omnibus
istis satis potest patere: quomo-
do iste modus dicendi mediat
inter alios modos dicendi: nam
conuenit cum aliquibus in hoc
quòd dicunt quòd figura distin
guitur a re figurata: quia ta-
lis ordo distinguitur a re, cu-
ius est ordo: conuenit etiam
cum alijs in hoc, quòd dicunt
quòd figura est ordo partium:
Sc. in 4. d. 12. q. 4. in resp. ad 2. q. & hoc videtur esse de mente
Scoti. in. 4. dist. 12. q. 4. vbi di-
cit quòd figura non dicit vltra
quantitatem nisi relationē par-
tium adinuicem, vel termino-
rum includentium partes: &
dicit quòd relatio mutari po-
test, manentibus paribus eis-

dem. Aduerte quod dicunt C
aliqui, quòd figura est res ab-
soluta, quæ consequitur ordi-
nem partium adinuicem: vel
ordinem partium ad partes lo-
ci. Quantum ad tertium ar-
ticulum sit:

Arti. 3.

CONCLVSIO responsa-
lis ad quæsitum: Res natura-
les differūt ab artificialibus per
hoc, quòd est habere princi-
pium supple passiuum sui mo-
tus. Ad rationes ante suppositum.
Ad primam dicitur: q̃
ista bene conceditur, res natu-
ralis est res artificialis: sed non
conceditur, quòd res artificia-
lis per eandem figuram, seu for-
mam, per quam est artificialis,
sit naturalis. Vnde artificia-
le de per se significato signifi-
cat talem vel talem figuram:
sed connotat bene idem, quòd
connotat naturale seu idem im D
portat de significato materiali:
vt scamnum de per se significat
talem figurā. Et similiter dica-
tur, de alijs artificiatis. Ad se-
cundam dicitur, quòd licet gra-
uia & leuia aliquando non mo
ueantur a principio intrinseco;
tamen semper mouentur motu
naturali a principio passiuo, seu
habent principium passiuum.
Ad alias rationes dicitur: quòd
nihil probant contra nos; quia
videntur probare de principio
actiuo, & nos intelligimus de
principio passiuo. Vnde nul-
lum artificiale inquantum ar-
tificiale recipit aliquid ab ar-
tifice, per quod inclinetur: vel
per quod sit susceptiuum ta-
lis motus, ad quem mouetur,
siue recipiat aliquid, quod faciat
ad talem motum, siue non: hoc
nihil contra nos.

Sco. li. 2. dist. 18.

8. physic. 29.

Quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

T. c. 16. & tade.

E QVONIAM autem determinatum est quot modis natura dicitur: post hæc speculandum est quomodo differt mathematicus a physico: etenim plana & firma habent physica corpora, & longitudines, & puncta de quibus intendit mathematicus, &c.

Quatuor physica speculanda.

ISTE EST secundus tractatus huius libri, in quo ostendit philosophus qualis sit considerațio naturalis. Et diuiditur in duo capitula. In primo ponit tres conclusiones. Prima: mathematicus, & physicus considerant de eodem, probat duabus rationibus.

Prima: quia mathematicus: cõsiderat longitudinem, superfi-
F ciem, puncta, & corpora: & de eisdem considerat physicus: igitur. Secunda ratio: ad physicum pertinet considerare substantiam solis, & lunæ, cum sint corpora naturalia, & mobilia: ergo ad eum pertinet considerare accidentia per se eis conuenientia: sicut sunt quantitates motus, & figuræ: & de illis habet considerare mathematicus, igitur. Secunda conclusio: licet physicus, & mathematicus de eisdem considerent: hoc tamẽ est diuersimode: quia physicus considerat magnitudinem, corpora, & figuras secundum, quòd sunt dispositiones rerum naturalium: & secundum q̃ subijciuntur motui, & mutationi: sed mathematicus considerat de eisdem inquantum per intellectum abstrahuntur à mo-
G tu. Et si quis dicat: magnitudines, & figuræ semper sunt in materia sensibili, & etiam subijciuntur motui: ergo intellectus sic abstrahens, male abstrahit. Respondetur philosophus, q̃ abstrahentium, non est mendacium. Deinde infert philosophus vnũ corollarium. s. in naturalibus non sunt ponẽdæ ideę sẽparatæ a sensibilibus propter hoc, q̃ physica minus abstrahit, quam mathematica. Tertia conclusio: physica differt à mathematica: probat duabus rationibus. Prima: Illæ scientiæ sunt diuersæ, quæ diuersimoda diffiniunt: sed illæ sunt huiusmodi: igitur &c. Minorem probat: quia in diffinitionibus physicalibus ponitur motus: sed non in terminis mathematicalibus: id est in diffinitionibus mathematicalibus, non ponuntur aliqua dicibilia
H motum, & mutationem significantia. Secunda ratio: Scientiæ mediæ inter physicam, & mathematicam: vt perspectiua, Musica, Astrologia distinguuntur a Mathematica, per hoc, quòd conueniũt cum physica: ergo physica differt a mathematica. Consequentia patet: quia si medium differat ab vno extremorum per hoc, quòd conuenit cum alio extremo: sequntur quòd extrema differant inter se.

QVONIAM autem natura dupliciter dicitur species, & materia: sicut de signo, quid sit intendimus sic considerandum est: quare neque sine materia huiusmodi, neq; secundum materiã, &c.

ISTVD

A Dequo est physica considerațio.

ISTVD EST secundum capitulum huius tractatus, in qua philosophus determinat de quibus est consideratio naturalis: præmittens hanc conclusionem. Philosophia naturalis considerat de materia & forma: probat duabus rationibus. Prima: philosophia naturalis considerat de omni natura: sed natura dicitur de materia, & forma: igitur. Secunda ratio: Consideratio physica est, sicut considerațio simi; sed illa comprehendit materiam, & formam: cũ in eius diffinitione ponatur nasus pro materia, & simitas pro forma. Consequenter mouet duas dubtationes. Prima: cum natura dicatur de materia, & forma dubitabit aliquis de qua illarum considerat physicus: &
B vtrum solum de altera, aut de vtraq; simul. Secunda dubitatio dato, q̃ physica consideret de vtraq; vtrum hoc pertineat ad eandem physicam, vel ad aliam. Soluit has dubitationes ponens primo talem conclusionem. Ad eandem naturalem philosophiam pertinet considerare de materia, & forma, probat quatuor rationibus. Prima, sicut est in artificialibus ita est in naturalibus; quia ars imitatur naturam inquantum potest: sed eiusdem artis est considerare formam artificialem, & materiam: ergo etiã eiusdem philosophiæ naturalis est considerare formam naturalem, & materiam. Secunda ratio: eiusdem scientiæ est considerare finem & media ordinata in finem: sed forma est finis transmutationis gratia cuius ipsius materiæ: ergo eiusdem scientiæ est cognoscere materiam, &
C formam. Minorem probat: quia illud quod est vltimum motus tendentis ad perfectionem: & propter quod materia disponitur est finis gratia cuius ipsius materiæ: sed forma: est huiusmodi: igitur. Et subdit philosophus, q̃ non omne vltimũ est finis: quia non esse, siue mors, cum sit, quid vltimum deberet dici finis hominis: sed illud est finis, quod est quid vltimum & optimum. Tertia ratio: scientia naturalis debet considerare omnia illa, quæ oportet eum cognoscere si ipsa produceret res naturales; sed si produceret res naturales haberet cognoscere & considerare principia rerum naturalium, quæ sunt materia & forma: igitur. Et subdit
D q̃ omnis ars habet considerare de materia & forma, circa quas est, q̃d probat inductiue: quædã. n. est ars simpliciter factiua materiæ, q̃ per approximationem causarum naturalium transmutat materiã: sicut est ars faciens vitra, vel lateres. Alia est ars faciens materiam operosæ, quæ disponit aliquid per remotionem aliquarum partium: vt ars nauifactiua. Alia est ars, quæ vtitur ipso artificiato iam facto: vt ars naualis vtitur naue, & omnes aliæ artes considerant materiam, & formam: igitur. Et aduerte, q̃ aliter cõ sueuerunt nominari ille artes. Prima vocatur præparatiua materiæ: quia disponit materiam. Alia vocatur formalis, quia inducit formam. Et tertia dicitur vsualis: quia vtitur re facta. Quarta ratio: cuius est considerare vnum relatiuorum

cius-

B eiusdem est cõsiderare reliquũ: sed materia dicitur relatiue ad formam: igitur si scientia naturalis consideret de materia, considerabit etiam de forma. Finaliter ostendit vsq; ad quem terminum physicus habet considerare, siue quis sit terminus philosophiæ naturalis dicens, quòd consideratio naturalis se extendit ad illa, q̃ sunt causæ & principia motuum, & transmutationum, & non vltra hoc: & nõ habet considerare res quidditatiuè. Et subdit q̃ homo hominẽ generat ex materia, & sol.

T. c. 27. & inde.

DETERMINATIS autẽ his, considerandum est de causis, quę & quot numero sint. Quoniam enim sciendi gratia hoc negocium est: scire autem non opinamur vnumquodque antequam vtiq; accipimus propter quid vnumquodq;: hoc autem est accipere primam causam &c.

F

Cãs, q̃ & quot sint & in quo pertractet.

ISTE est tertius tractatus, in quo philosophus determinat de causis per sequi diuiditur in duo capitula. In primo determinat de generibus causarum: & diuiditur in quatuor partes. Prima intendit talem conclusionem. Ad naturalem philosophiam pertinet determinare de causis, quot & quæ sint: quod p̃bat: quia in negocio, quod est gratia sciendi, necesse est determinare de causis: cum opinemur aliquid cognoscere, cũ eius causas cognoscimus: sed negocium est gratia sciendi. In secunda parte intendit talem conclusionem: causa dr̃ quatuor modis. Primo dicitur causa, ex quæ sit aliquid cum insit: sicut es dr̃ causa materialis statuæ. Secundo dr̃ causa species, siue exemplum, seu ratio ipsius, q̃d̃ quid erat esse. Ex quo habetur hæc auctoritas quòd partes dr̃ finitionis sunt formæ. Tertio dicitur causa, vt est principium vnde motus, sicut causa efficiẽs: vt deliberans est causa deliberati, & ecommutans commutati, & vniuersaliter faciens facti. Quarto modo dr̃ de fine: vt sanitas est causa ambulandi. Et quòd finis sit causa probat: q̃ finis est, gratia cuius aliquid fit: igitur est causa. Antecedens p̃batur quia per finem conuenienter respõdemus ad quæstionem factam propter quid: vt si quæratur propter quid ambulat, cõuenienter respondetur vt sanet. Et subdit quòd gratia vnius finis contingit multos esse fines inter medios: vt propter sanitatem fit purgatio, & propter purgationem potio medicinalis.

G

H

In tertia parte intendit talẽ cõclusionem: Tres sunt proprietates causarum. Prima, eiusdem effectus sunt plures causæ per se; non tamen in eodem genere causæ; vt es est causa per se materialis statuæ, & statuifica est causa per se efficiens statuæ. Secũda, causæ sunt sibijnuicem causæ; vt laborare est causa efficiens sanandi, & sanitas causa laborationis. Tertia, contrariorum effectuum aliquãdo est eadem causa: & hoc successiuè: sicut eadem res, quæ quando est præsens, est causa alicuius, & q̃n̄ est absens, est causa effectus contrarij; vt gubernator nauis per sui

A sui præsentiam, est causa salutis ipsius nauis: & per sui absentiã est cã submersionis. In quarta parte ponit talem conclusionem: Omnes causæ per se sunt reducibiles ad aliquẽ quatuor modorũ: vt literæ dicuntur causa materialis syllabarum: & elementa mixtorum: & partes respectu totius. Similiter præmissæ dicuntur causæ materiales respectu conclusionis, ex quo conclusio componitur ex terminis synonimis cum terminis præmissarum.

T. c. 22. & inde.

MODI autem causarum numero quidem sunt multi; capitales autem, & hi minores, &c.

Modi cã nũ quot.

E ISTVD EST secundũ capitulum, in quo determinat de modis causarum: dicens, quòd omnes alij modi causarum ab his, qui dicti sunt reducũtur ad quatuor modos prædictos. Pro cuius declaratione intendit quatuor diuisiones causarum.

Prima, causarum in eodem genere causæ quędam est prior: & quædam posterior: vt artifex est causa prior sanitatis: medicus posterior. i. minus vniuersalis. Secunda diuisio: causarũ quædam sunt per se: aliæ per accidens: vt statuæ factor est causa per se statuæ factæ: Polycletus vero causa per accidens: accidit enim artifici statuarum, q̃ sit Polycletus: quia nõ facit statuam inquantum polycletus, sed inquantum statuę factor. Iit subdit quòd causarum per accides quędam est propinquior causæ per sexalia remotior: vt si statuę factor sit albus, & musicus: album & musicum sunt causæ per accidens statuæ: quia nihil faciunt ad productionem statuæ: licet coniungantur causæ q̃ se, & musicum, quod est minus cõmune, quàm album est causa p̃ accidens propinquior statuæ. Tertia diuisio: causarum quædam causæ sunt in actu: vt ædificãs est causa in actu: & q̃a actualiter operatur. Alia in potentia: sicut ædificator non operans actualiter est causa in potentia ædificandi. Et subdit, q̃ similes diuisiones possunt fieri de effectu. Quarta diuisio: causarũ quædam sunt incomplexæ: vt polycletus, vel statuificãs. Aliæ sunt complexę: quia per orationem significantur: vt polycletus statuam faciens. Demde ponit dr̃iam inter causas actuales, & potentiales: quia causæ actuales simul sunt, & non sunt cum suis effectibus; vt medicãs, & illud quod fit sanum. Sed causæ in potentia non semper simul sunt cum suis effectibus.

C

D

Deinde soluit quædam quæstionem: quis enim posset quærere quis modus causarum sit maximè quærendus in scientia. Respondet quòd maximè oportet quærere summã causam in qualibet scientia demonstratiua: q̃ quidem causa est vltima in quæstione & prima in esse: vt si quæratur quare ædificat ille: Respõdetur, quia est ædificator. Et si vlterius quæratur: quare est ædificator: Respondetur, quia habet artem ædificandi. Iit sic habetur prima causa, & ibi finis

An sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

E *Actus fint tantum quatuor cauſæ.*

QVAERITVR ſecundo, Vtrum ſint tantũ quatuor cauſæ, ſcilicet materialis, formalis, efficiens, & finalis. Arguitur primo quòd ſint plures; quia cauſa exemplaris eſt cauſa: & non aliqua illarum quatuor: igitur. Nec valet dicere quòd cauſa exemplaris, & efficiens ſunt idem: quia coincidunt: q tunc etiam oporteret dicere, q forma efficiens, & finis non diſtinguuntur cum coincidant admodũ. Secundo ſic quòd ſint pauciores: q nec materia, nec forma, nec efficiens eſt cauſa, patet de materia: quia non eſt ens: cum nec ſit quid neq; quale, neq; quantum, de forma patet: quia ipſa eſt effectus; ergo non eſt cauſa: cum nihil ſit effectus & cauſa: de efficiente patet: quia effectus poteſt eſſe bene efficiente; ergo non eſt cauſa vel fruſtra poneretur. Tertio ſic arguitur: Forma & finis coincidunt in idem: efficiẽs enim eſt finis ſeu actionis & forma eſt agens: quia formę eſt agere. Finis etiam eſt forma ipſius rei genitę: igitur. Quarto ſici Illud quod non eſt: nullius eſt cauſa: ſed finis non eſt: igitur. Quod probatur: quia omnis cauſa eſt principium: ex 5 metaph. ſed finis non eſt principium: cum habeat rationem vltimi: igitur. Quinto ſic arguitur: Si finis eſſet cauſa: vel hoc eſſet ſecundum eſſe reale, vel intentionale: non ſecundum eſſe reale: quia vt ſic habet rationem effectus: nec ſecundum eſſe intentionale: quia habito fine ceſſat motus: ſed habito fine ſecundum eſſe intentionale non ceſſat motus: igitur. In oppoſitum eſt philoſophus in textu. In quæſtione ſicut in cæteris erunt tres articuli. Quantum ad primum.

PRIMO ſciendum, quòd cauſa in prima ſui diuiſione diuiditur in cauſam per ſe & cauſam per accidens. Vnde cauſa per ſe: vt dicit Scotus eſt quę ſecundum propriam naturam: & non ſecundum aliquid ſibi accidens cauſat. Et ſiquis dicat, ſi illa diffinitio eſſet bona ſequeretur, quòd ignis non eſſet cauſa per ſe reſpectu caliditatis quam cauſat in aqua: quia producit illam caliditatem per accidens: puta per caliditatem ſuam. Reſpondetur quod ignem producere caliditatem in aqua per accidens, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo per accidens, ideſt per aliquid quod eſt accidens: & ſic concedo. Aliomodo per accidens, ideſt per aliquid faciens cum eo vnum per accidens, ideſt non ſe habens ſicut determinatio & determinabile: & ſic negatur. Vnde eſt iſta per ſe, ignis eſt calidus: quia ignis, & calidum ſe habent ſicut determinans, & determinabile. Sed cauſa per accidens ſecundum aliquid ſibi accidens cauſat, ideſt per aliquid quod facit vnum per accidens cum ea, ideſt non ſe habens ſicut determinatio, & determinabile: vt muſicus reſpectu edificatoris, quo muſicus facit vnum per accidens cum domificatore. Vnde iſta non ſe habent ſicut determinatio & determinabile, domificator muſicus. Item cauſarum per ſe: quædam ſunt eſſentialiter ſubordinatæ: & quædam accidentaliter. Eſſentialiter ſubordinatæ ſunt, quarum ſecunda dependet a prima in cãndo: & ſunt alterius rationis: & ſimul neceſſario requiruntur ad cauſandum. Et per oppoſitum dicatur de cauſis accidentaliter ſubordinatis. Et ex iſta diffinitione habentur tres differentię inter cauſas eſſentialiter ſubordinatas & accidentaliter ſubordinatas.

Cauſarũ eſſentialiter, & p accidens ſubordinatarum diuiſio.

Prima: quia in cauſis eſſentialiter ſubordinatis ſecunda debet ſemper dependere a prima in cauſando, ſic quòd non poſſet cauſare ſine prima: ſed hoc non requiritur, in cauſis accidentaliter ſubordinatis: licet poſſit aliquo aliomodo dependere: puta in eſſendo: vt filius dependet a patre in eſſendo; ſed non in cauſando. Secunda differentia, quòd cauſæ eſſentialiter ſubordinatę ſunt alterius, & alterius rationis. ſic ſiquis dicat, pater & mater ſunt cauſæ eſſentialiter ſubordinatę: cum vna non poteſt ſupplere aliam; & tamen ſunt eiuſdem rationis: igitur. Dico quòd ſunt eiuſdem rationis ſecundum naturam: cum quælibet ſit homo; ſed non ſecundum potentiam cauſandi. Vnde probabiliter dico quòd potentia generatiua patris, & potentia generatiua matris ſunt alterius, & alterius rationis. Tertia differentia, quòd ſimul neceſſario requiruntur ad cauſandum. Et ſiquis dicat deus & ignis ſunt cauſę eſſentialiter ſubordinatę; & tamen deus poteſt agere & calefacere aquam ſine igne. Reſpondeo, quòd illa differentia eſt ſecundũ mentem philoſophorum. Vnde philoſophi imaginati ſunt, quòd cauſa prima non poteſt agere ſine cauſa ſecunda. Et in iſtis cauſis eſſentialiter ſubordinatis nunquam eſt proceſſus in infinitũ: licet bene in cauſis accidentaliter ſubordinatis, vt ibidem dicit Scotus.

Arti. 1. Lib. 1. d. 2. q. 1.

SECVNDO ſciendum, q cauſæ eſſentialiter ſubordinate ſunt duplices; quædam ſunt quarum poſterior habet virtutem ſuam cauſandi a priore: cuiſmodi ſunt ſol, & pater in generatione hominis, quæ habent virtutem ſuam cauſandi a deo. Aliæ ſunt cauſæ quarum poſterior non habet virtutem ſuam a priore; tamen non poteſt agere ſine priore: vt pater & mater. Mater enim eſt cauſa poſterior; & pater eſt cauſa prior; & ſunt eſſentialiter ſubordinatæ; & mater non habet ſuam virtutem a patre; & tamen non poteſt agere ſine patre; & hoc vult habere Scotus in quoſlibeto quæſtione. 15. Et forte ſic poteſt dici de intellectu, & obiecto reſpectu cognitionis, quam cauſant. Nam videntur eſſe eſſentialiter ſubordinatæ: & obiectum eſt cauſa poſterior: & non habet virtutem ſuam a priore puta ab intellectu: tamen non poteſt cauſare illam cognitionem ſine cauſa priore. Supponitur vlterius quòd cauſarum efficientium: quædam eſt principalis: quædam minus principa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

B lis Principalis est illa, virtute cuius alia causa agit, vel quæ per sectiori modo agit in effectum. Exemplum primi: vt deus respectu omnium causarum inferiorum. Exemplum secundi: vt intellectus diceret esse causa principalis respectu obiecti in causatione intellectionis. Sed causa minus principalis est illa, quæ agit virtute alterius, vel quæ minus principaliter concurrit ad productionem effectus: & talis propriè distinctio inuenitur inter causas essentialiter subordinatas. Supponitur vlterius, q̃ quando dicitur, quòd causa minus principalis agit in virtute causæ principalis: non est intelligendum, quòd causa principalis causet aliquid in causa minus principali: sed est intelligendum, quòd talis est ordo, Sco.q.7.et 8. quæst.

F sine actualis coniunctio talium causarum actiuarum, ex quibus sic coniunctis ex suis propriis actionibus præsuppositis, sequitur effectus: & hoc videtur habere Scotus libr. 2. distinct. 3. q. de cognitione Angelorum. Sco.li.2. d.3.q.de cogni. an gel.

Sit aduerte, quandocunque duæ causæ subordinatæ concurrunt ad producendum vnum effectũ: quarum vna est indeterminata ad multos effectus, & quasi illimitata. & altera quasi secundum vltimum suæ virtutis determinata: illa quæ est illimitatior, & vniuersalior videtur esse perfectior, & principalior: cuiusmodi sunt intellectus, qui est illimitatus ad multas intellectiones: & obiectum quod est quasi determinatum ad vnam intellectionem.

THIRD sciendum, quòd adhuc incidunt aliquæ difficultates. Prima, vtrum causæ, quæ ad vnum effectum concurrunt: concurrant ex æquo, vel non. Respondetur, quòd causarum concurrentium ad vnum effectum: quædam concurrunt ex æquo: quarum ratio vnius non dependet ab alia: & sunt eiusdem rationis: vt duo homines trahentes nauem: quædam vero concurrunt non ex æquo, sed habent ordinem essentialem: & istæ sunt duplices. Quædam sunt quarum superior mouet inferiorem: & tunc inferior habet à superiore virtutem illam, qua mouet: vt patet de manu, & baculo: qui quidem baculus recipit à manu motionem, sine qua non moueret pilam. Aliæ sunt quarum superior, non mouet inferiorem, nec dat sibi virtutem, qua moueat: sed superior de se habet virtutem perfectiorem agendi: & inferior habet imperfectiorem virtutem agendi: nec tamen illam recipit à superiore: vt pater & mater dicuntur isto modo causæ essentialiter subordinatæ: & pater est causa superior, seu principalior, & mater minus principalis: & tamen mater non habet suam virtutem causandi à patre: pater etiam licet sit causa superior: non tamen potest causare sine matre. Secunda difficultas: Vtrum causa exemplaris, sit causa distincta ab alijs causis. Pro solutione supponitur, quòd causa exemplaris non est aliud, quam causa efficiens agens secundum intellectum, & voluntatem: ideo nõ distin- G

Cãe q̃o cõcurrũt ad eundẽ effectum.

Sco.li.1. d.3.q.2. fol.9. de cognitione genita

W

A stinguitur contra causam efficiẽtem nec facit aliud genus causæ. Et hoc vult habere Scot. lib. 1. distinct. 2. Tertia difficultas: Vtrum causæ ad causatum sit aliqua necessaria connexio. Respondet Scot. dist. 8. primi. q. 4. in fine, quòd nulli est connexio causati, & causæ simpliciter necessaria, nec aliqua causa secunda causat necessario simpliciter, sed solum secũdum quid. Vnde licet multæ causæ quantum est de se non possint non causare: tamen absolutè possunt nõ causare, vt licet ignis quantum est de se non possit non comburere apposito combustibili: tamen simpliciter potest non comburere. Et ex isto sequitur, quòd licet aliquæ causæ necessario secundum quid causent: tamen nulla necessario simpliciter causat. Ex quo sequitur, quòd quælibet causa secunda contingenter causatiquia non aliter causat causa secunda quàm prima: sed causa prima quicquid ad extra causat, merè contingenter causat; igitur & secunda. 9.1.quantum ad primum art.

F

QVARTO sciendum, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima; vtrum causæ se coincidant adinuicem. Pro cuius solutione supponitur, q̃ causas coincidere adinuicem potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd sit vna, & eadem ratio causandi omniũ causarum: & sic causæ nunquam coincidũt adinuicem: cum sit alia ratio causandi causæ efficientis, alia causæ formalis, & sic de alijs. Alio modo, quòd aliquid idem possit denominari cã efficiens, formalis, & finalis: & sic dico, quod bene coincidunt: vt anima potest esse causa formalis quia informat corpus, & causæ efficiens, cum multas operationes producat. Sed quæreret aliquis: vtrum materia, & efficiens isto modo coincidant. Respondeo breuiter, quòd materia propriè dicta, & efficiens non coincidunt quantum ad aliquam actionem physicalem: licet bene possint coincidere quantum ad aliquam intentionalem. Nam cum materia sit vere ens, potest partialiter causare suam intellectionem: immo omne ens reale partialiter potest causare suam intellectionem. Secunda difficultas: quomodo intelligitur quòd musica, astrologia perspectiua, sunt scientiæ mediæ inter physicam & mathematicam. Pro cuius solutione supponitur quòd communiter solẽt assignari tres scientiæ mediæ totales communiter vsitatæ inter physicam & mathematicam, non reducibiles ad inuicem scilicet astrologia, perspectiua, & musica. Et dicitur notanter totales: propter scientias partiales: cũ plures sint scientiæ partiales mediæ inter physicam & mathematicam. Dicitur notanter communiter vsitatæ: q̃a si caperentur vna scientia media de sanorifice posset poni vna de odorata. Dicitur notanter, non reducibiles ad inuicem: quia bene verum est illas plures reducibiles ad inuicem: puta quãdo subiectum vnius continetur sub subiecto alterius. Supponit secũdo q̃ tales scientiæ in cõ dicunt mediæ q̃a subiecta attributionis illarũ scientiarũ habẽt aliqd de philosophia naturali, & aliqd de mathematica. Vñ subiectum astrolo- An cãe adinuicẽ coincidãt.

C

M. Astrologia, perspectiua, & musica quæ media dicũtur inter Physicam, & Mathematicam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E tionis scientiæ musicæ, quod est numerus sonorus, constituitur ex mathematico scilicet numero & physico scilicet sonoro, similiter subiectum perspectiuæ quod est linea visualis. Tertia difficultas: quomodo intelligitur q̃ materia, & forma dñr relatiuè adinuicem: cũ sint partes substantiæ, quæ non videntur esse relatiua. Respondetur breuiter, q̃ dicuntur relatiua quodammodo fm dici: quia habẽt sibi annexas relationes aptitudinales, quasi oppositas adinuicẽ, s. in formatiuitatem, sicut forma: & informabilitatem, sicut materia. Quarta difficultas: quomodo intelligitur vnum commune dictũ, quod est, quicquid est causa causæ, est causa causati. Rñdet q̃ est vera tanq̃ remotum quo: sed non tanq̃ immediatum quo:

F quod forte nihil aliud est dicere, nisi quòd quicquid est causa causæ: est supple causa remota causati illius causæ. Et hæc de primo artic. Quantum ad secundum.

Materia & forma quia respiciuntur ad inuicem.

Artic. 2.

Eiusdem effectus an sint plures eiusdem per se.

DVBITATVR primo. Vtrum eiusdem effectus possint esse plures causæ per se. Pro cuius solutione ponuntur quædam distinctiones. Prima, duplices sunt causæ per se: quædam sunt eiusdem generis: aliæ vero diuersorum generum: vt forma, & efficiens: Secunda distinctio: duplices sunt causæ per se eiusdem generis: quædam sunt subordinatæ: quarum vna agit in virtute alterius, vt sol & homo aliæ non sunt subordinatæ: vt duo homines trahentes nauem. Tertia distinctio: causæ nõ sub ordinatæ sunt duplices: quædam sunt totales: quibus positis omni alio secluso, in eodem genere G & in eodem ordine producitur effectus: aliæ sunt partiales, quæ cum alijs, vel alia eiusdem generis, & rationis producunt effectum. Ex his dicitur primo, quòd eiusdem effectus sunt plures causæ per se totales in distinctis generibus causarum: sicut patet de materia & forma respectu totius. Secundo dicitur, quòd eiusdem effectus sunt plures causæ per se totales in eodem genere causæ: dum tamen illæ sint subordinatæ: vt sol, & homo generant hominem. Tertio dicitur, quòd eiusdem effectus sunt plures causæ per se partiales non subordinatæ, & in eodem genere causæ, vt plures homines trahentes nauem. Quarto dicitur, quòd eiusdem effectus non sunt plures causæ totales, & non subordinatæ, & H in eodem genere causæ: patet per implicationem contradictionis: quia si vna illarum sit causa totalis: ergo ipsa se sola causat effectum. Item sequeretur, quòd aliquis effectus dependeret essentialiter ab aliqua causa totali: qua circunscripta per possibile. vel impossibile non minus esset effectus, quàm ab alia causa totali, & hoc est impossibile: igitur. Nam si, c, dependeat ab a, tanquam a causa totali, & etiam a, b, tanquam a causa totali: ergo circunscripta illa causa, quæ est a, ab illa quæ est b, adhuc c, habebit esse ab illa, quæ est b.

Sco. in 1. d. 2. q. 3. vlti. 4.

Impossibilitas consequentis patet: quia non videtur possibile quòd aliquid dependeat essentialiter ab aliquo & possit esse sine illo. Dicunt tamen

A men aliqui oppositum: puta q̃ vnius, & eiusdem effectus possint esse plures causæ totales non subordinatæ in eodem genere causæ; & hoc probant aliquibus rationibus. Prima 3 duę dependentiæ ad duas causas totales possunt esse in eodẽ subiecto: igit idem effectus poterit dependere à duabus causis totalibus. Ans patet: quia quandocũque sunt aliqua duo accidentia nata recipi in eodem subiecto. & non habent inter se formalẽ repugnantiam, possunt recipi simul in eodẽ subiecto; sed istæ dependentiæ sunt huiusmodi: igitur. Scio sic: possunt esse duæ causæ actiuę æquales, & æqualiter approximatę, totales. vt duo ignes comburentes stupas, & quilibet est causa totalis, quia quolibet posito non minus causaretur ille effectus. Tertio sic:

B alicuius effectus pñt esse duæ causæ totales finales: vt si quis velit ire ad matutinas propter deum? ita quòd iret, si nihil aliud speraret, potest etiam ire ad matutinas propter pecunias: ita quòd iret, quamuis nihil aliud imperaret, & tunc illius ambulationis erunt duæ causæ totales finales. Sed quia istæ rationes non concludunt: ideo respõdetur ad primam dicẽdo, quòd tales dependentiæ si essent, essent eiusdem rationis, tamen adhuc habent repugnantiam adinuicem ad esse simul: potest etiam dici, quòd nulla eiusdem speciei habent repugnantiã cõtrarietatis: tamen bene repugnant ad hoc, quòd est simul esse in eodem subiecto. Ad secundam dicitur: quòd illa combustio nõ eodem modo causandi causatur ab illis duobus ignibus, sicut ab vno tantum; ideo quilibet seorsum non esset causa totalis illius combustionis: eo modo quo causaretur ab illis duobus simul. Et isto modo solvit Scot. libr. 4. distinct. 10. vbi solvit rationes suas, quòd idem corpus non possit esse simul in diuersis locis. Et similiter dicatur ad tertiam.

C

Sco. li. 4. d. 10. q. 2. in fol. A.

An detur cũ finalis.

DVBITATVR secundo. Vtrum sit ponenda aliqua causa finalis. Et videtur quòd nõ; quia illud non esset, nisi illud propter quod agens agit; sed illud propter quod agens agit, vt plurimum nihil est; vt dominator facit domum propter pecunias lucrandas; quas possibile est non esse, quamdiu edificat domum. Item effectus debet dependere a suis causis; sed ille effectus, puta domus non D dependet a causa finalis: quia quandiu domus fit, forsan nondum sunt illę pecuniæ. In oppositum est philosophus in textu. Pro solutione suppoantur, quòd aliud est loqui de fine, & causa finali. Vnde finis est propter quem agens agit: & est duplex, scilicet gratia cuius, seu primaria intentione, qui dicitur à Commentatore finis rei operatæ: & est ille propter quem amatum, amore amicitiæ agens producit aliquid. Alius est finis quo seu secundaria intentione, siue finis generationis: & est illo propter quem amatum amore concupiscentiæ agens, aliquid facit. Vnde finis dicitur primaria intentione, [illegible] secundaria intentio

Burida. nº. 2. pla. fic. q. 1.

Biblioteca
Facultatis Philosophicæ,
Provinciæ Cast. Orientalis SI.

ne, qui non primo intenditur: sed solum intenditur propter aliud: & iste finis respectu finis primario intenti dicitur effectus causæ finalis: & in ordine ad ea, quæ sunt ab agente propter ipsum amatum & desideratum dicitur causa finalis: vt homo dicitur finis gratia cuius domus: sed domus dicitur finis illorum præcedentium domum, quæ agens præponit & parat, vt inde fiat domus. Sed causa finalis est, q̃ mouet efficiens seu agens ad aliquid efficiendum. Vnde dicitur q̃ causa finalis non causat: nisi quia metaphorice mouet ipsum efficiens ad aliquid efficiendum; nec alio modo dependet ab ipso essentialiter entitas finiti seu effectus vt a priori: Nihil enim dicitur causa per se; nisi vt ab ipso tanquam a priore essentialiter dependeat causatum. Vnde motio metaphorica est motio intentionaliter, quæ non est motio physica: & talis motio intentionalis non est aliud, q̃ cognitio noticiæ in agente: ita q̃ causam finalem mouere efficiens metaphorice nõ est aliud, quam causare partialiter noticiam suam in intellectu efficiens. Vel vt dicunt alij, non est aliud quàm ipsum amari & desiderari ab efficiente, propter q̃d amatum & desideratũ efficiens agit. Et ex isto potest sequi, quòd ad hoc quòd aliquid sit causa finalis, non oportet quòd habeat verum esse, sed quòd solum habeat esse intentionale, seu cognitum. Et si dicatur: illud quòd dicitur causa finalis vt plurimum non est: ergo non mouebit efficiens, Dico q̃ licet forta illud non sit in se: tamen species intelligibilis eius est, quæ mouet partialiter intellectum ad noticiam illius. Et ex isto sequitur, q̃ effectus non dicitur dependere a causa finali: nisi q̃ quanto dependet ab efficiente, quòd aliqualiter depẽdet a causa finali. Et ex isto iterum sequitur, q̃ nõ oportet effectum semper immediate depẽdere a qualibet causa: sed sufficit q̃ immediate vel mediate. Et ex isto sequitur q̃ causa finalis est prima in causando. Et si quis dicat, cautio causæ finalis debet esse realis: ergo oportet quòd vere existat. Respondeo q̃ causationem causæ finalis esse realem, potest intelligi dupliciter. Vno modo q̃ causa finalis realiter & immediate attingat effectum: & sic non est intelligendum. Alio modo: quia mouet efficiens q̃d vere producit effectum: & sic est intelligendum. Et per ista facliter possunt solui rationes ante oppositum.

Dvbitatvr tertio. Vtrum causa in actu & effectus in actu simul sint & non sint. Et videtur quòd non: quia dominicans est causa in actu: & tamen non simul est cum suo effectu, puta domo: quia quãdo domificans domificat nõ adhuc est domus. In oppositum est philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur quòd talis differentia posita in textu inter causam in actu & causam in potentia: non debet intelligi de causa & effectu pro rationibus seu pro per se significatis: quia tũc illa differentia non valeret: cũm causa & effectus in potentia pro relationibus simul sint &

Sco. li. 1. d. 2. 3 fol. 1. quæst. An positis in causa ponatur effectus, & econtra.

A sint & non sint: est relativa sint simul natura: Intelligimus ergo de causa & effectu pro denominato, ita q̃ sit sanitas: si aliquid dicatur causa in actu, tunc sanitas effectus est vel sit: vt si medicans est, aliquid sani sit: Et si aliquid sani sit, medicans est: & si medicans non est, nihil sani fit. Etiam si domificans est, domus est vel fit: & si domus fit, domificans est: sed non oportet quòd si domificator sit, quòd domus fit vel fiat. Et ex isto sequitur quòd non semper oportet, quòd si causa in actu sit, q̃ effectus sit: sed sufficit quòd fit vel fuerit: ideo non oportet q̃ si domificans est, quod domus fit: sed sufficit q̃ domus sit vel fuerit & econtra: & per hoc soluitur argumentum ante oppositum.

An detur circulus i causis.

B Sed restat vna alia dubitatio vtrum sit ponendus circulus in causis. Et videtur quòd sic: quia actus sunt causa habitus: & habitus est causa actus: igitur. Respondetur q̃ in causis æquinocis partialibus bene potest poni circulus: sed non in causis totalib⁹ & æquinocis. Et ex isto sequitur q̃ duo distincta specie sunt sibimuicem causæ: vt actus est causa habitꝰ & econtra. Alia dubitatio, vtrũ prima causa plus influat in effectũ: quam secunda. Respondetur q̃ sic, propter hoc quòd est alia virtus causandi in prima causa, quam in secũda. Et hæc de secundo art. Quantum ad tertium sic.

Art. 3.

Conclvsio respunsalis: tantum sunt quatuor genera causarum: scilicet materialis, formalis, efficiens, finalis: ad istum sensum quòd sunt tantum quatuor modi causandi generales, ad quos reducuntur C omnes alij modi causandi: ideo licet multæ formæ differant generesmon tamen in modo causandi seu principãdi: & hæc cõclusio relinquitur probata ex dictis. Ad rationes ante oppositum: Ad primam patet solutio. Ad secundã patuit qualiter materia non est non ens. Etiam nõ est inconueniens quòd idem sit causa & effectus respectu diuersorum: nec est inconueniẽs causas coincidere admittẽ ad sensum in primo artic. datum; & per hoc soluitur tertia ratio. Ad quartam & quintam patet solutio in secundo articulo, vbi ostenditur qualiter causæ causa finalis.

T. cõ. 30. & in l.

Dicitvr autẽ fortuna & casus causarum: & multa esse & fieri propter fortunam & propter casum; quo igitur modo in his causis est fortuna, & vtrum idem sint fortuna & casus aut altera; & omnino quid fortuna & casus considerandum est &c. D

De casu & fortuna.

Iste est quartus tractatus, in quo philosophus determinat de causis per accidẽs: scilicet de fortuna & casu. Et dividitur in quatuor capitula. Primum est de opinionibus antiquorum circa casum & fortunam. Et intendit tres conclusiones. Primas ad physicum spectat determinare de casu & fortuna: quia ad physicum spectat determinare de causis: sed casus & fortuna sunt de numero causarum: igitur. Et dicit quòd de casu & fortuna

Universidad de Deusto
Biblioteca

E opiniones antiquorum. Prima fuit quorundam negantium casum & fortunam propter duas rationes. Prima, nihil quod fit a causa determinata, fit a casu, vel a fortuna: qa si casus & fortuna essent causa essent causæ indeterminatæ; sed omne quòd fit, sit a causa determinata; igitur &c. Minor patet inductiuè; nam ponatur q aliquis vadens ad forum, non intendat inuenire debitorē sed aliquid emere; si ipse eū inueniat, tunc eius quod est inuenire debitorem in foro, est certa causa: scilicet ido ad forum causa aliquid emendi, & sic de aliis. Secunda ratio est: quia si aliquid fieret a casu vel a fortuna: priores philosophi determinassent de casu & fortuna: quod tamen non fecerunt: igitur. Ad primam dicit philosophus q licet effectus F reducatur ad aliquam causam determinatam: tamen propter hoc non est negandum quin aliqua fiant a casu & fortuna. Ad secundam, negat consequentiam ponendo talem conclusionem: antiqui debuant determinare de casu, & fortuna: probat duabus rationibus: quia vel posuerunt casum aut fortunā esse, aut non: si sic, habetur intentum: si non, tunc debebant improbare opiniones ponentium casum & fortunam: & sic debebāt determinare de casu & fortuna. Secunda ratio, quia aliqui eorum vsi sunt fortuna & casu: Empedocles enim dicebat aerem esse sursum a casu, & hoc accidebat in creatione mundi, dum segregabantur elementa propter hem. Secunda opinio fuit aliorum ponentium casum, & G fortunā esse causam cœli & omnium aliorum corporum cœlestium. Dicebant n. cursum stellarum & motus cœlestes esse a casu & fortuna: tamen non dicebant hæc inferiora vt animalia & planatas esse a casu & fortuna: sed ab intellectu vel natura: quia tunc quodlibet fieret in differēter ex quolibet, qđ est falsum. Nā ex semine oliuæ fit oliua & nō hō; ex semine hois fit hō & non oliua. Contra hāc opinionem ponit philosophus tertiā conclusionē q est hæc. Casus & fortuna nō sunt causa cœli nec corporū cœlestiū. pbat duabus rōnibus. Prima, inconueniēs est corpora indigniora habere causam determinatā: corpora vero nobiliora nō hīre: ergo cū antiqui ponebant corpora inferiora non esse a casu & H fortuna non debūt ponere corpora cœlestia esse a casu vel fortuna. Secunda rō in cœlo nihil videmus fieri a casu: sed videmus oia suis temporibus euenire sed in illis inferioribꝰ multa videmus fieri a casu. Tertia opinio fuit aliquorum dicentiū, q fortuna & casus sunt qdā immanifesta intellectui humano, quasi vt sint quoddam diuinum numen: in cuius potestate sit nos facere miseros, vel felices: sic hanc opinionem non improbat philosophus propter duo secundū Commentatorem. Com. 45
Primo quia est penitus irrōnabilis: innititur enim poesi & fictioni. Secundo quia eius falsitas apparebit satis in capitulo sequenti, vbi ostenditur quid sit casus, & fortuna. Finaliter tangit philosophus determinanda in sequentibus capitulis:

A pitulis: dicens quòd considerandum est, quid sit vtrumq; scilicet casus, & fortuna: & an sint idem, vel non: & quomodo indeterminatas causas reducuntur.

7. cō. 41. & inde.

PRIMVM quidem igitur quoniam videmus alia quidem semper similiter fieri: alia autem sicut frequenter: manifestum est, quòd neutrum horum causa, fortuna dicitur &c.

Fortuna quid, & quotup.

ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus inuestigat diffinitionem fortunæ: diuiditur in tres partes. In prima ponit tres conclusiones, & quattuor diuisiones. Prima diuisio: eorum, quæ fiunt, quædam fiunt semper, quædam frequenter, & quædam extra semper, & frequenter. Secunda diuisio: eorum, quæ fiunt, quædam fiunt propter aliquid seu propter finem: alia non fiunt propter finem. Tertia diuisio eorum, quæ fiunt propter aliquid siue propter finem, quædam fiunt a proposito, & quædam a natura. Quarta diuisio: causarum quædam sunt causæ per se, & quædam per accidens: vt domificator est causa per se domus: & album est causa per accidens. Et ponit talem differentiam inter causas per se, & per accidens: quia causæ per se sunt finitę sed per accidens infinitæ: infinita enim vni contingunt.

Prima conclusio: casus, & fortuna sunt aliquidiquia sunt causæ eorum, quæ fiunt extra semper, & frequenter, quod probat dupliciter. Primo sic: quia casus, & fortuna non sunt causæ eorum, quæ fiunt semper, nec C eorum quæ fiunt frequenter: ergo sunt causæ eorum, quæ fiunt extra semper, & frequenter. Secundo sic, quia omnes dicunt illa, quæ fiunt extra semper, & frequenter fieri a casu, & fortuna: igitur. Secunda conclusio: casus, & fortuna sunt in illis quæ fiunt raro: sicut reportatio pecuniæ de foro a debitore, quē quis non fuerit opinatus reperire, fit raro: ergo casus, & fortuna sunt in his, quæ raro accidunt. Tertia conclusio fortuna est in his, quæ fiūt ℔ propositum: & non in his, quę fiūt a natura: qa omnis illa causa, quæ non est de numero causarum naturaliter agentium, est causa secundum propositum: sed fortuna est huiusmodi: igitur. In secunda parte ponit aliquas proprietates ipsius fortunę: quarum prima est: fortuna est infinita: hoc est indeterminata: quia causa, a qua D prouenit effectus fortuitus, est indeterminata, eo quòd multis modis variari potest. Secunda proprietas: fortuna est quodammodo imanifesta: quia illud in agibilibus potest dici immanifestum, quod ratione practica apprehendi non potest: sed fortuna est huiusmodi: igitur. Nō est tamen intelligendum, q ipsa sit simpliciter ignota: sed sic est ignota, q ignoramus quis effectus ab ea contingenter producatur. Remouet deinde vnum dubium: quis enim posset quærere, de quibus causis per accidens sit fortuna. Pro cuius solutione dicit, q duplices sunt causæ per accidens: quædā sunt quæ nihil operātur ad esse effectus, sicut depilatio capitis est causa per accidens sanitatis, ih illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

B illa non facit manifeste ad sanitatem. Aliæ sunt causæ per accidens, quæ aliquid operantur ad esse effectus: sicut calefactio per solem, & frigefactio per ventū, sunt causæ per accidens sanitatis: & tamen aliquid possunt facere ad sanitatem causando aliquam alterationem. Tunc respondet Philosophus, quòd fortuna est de causis per accidens, quæ aliquid operantur ad esse effectus, qua scilicet remota non plus sequeretur effectus. In tertia parte ponit diuisionem fortunæ: dicens, quòd fortuna diuiditur in bonam, & malam. Bona fortuna dicitur, qua aliquod bonum euenit, præter intentionem. Sed mala fortuna dicitur, quando aliquod malū euenit præter intentionem. Diuiditur etiam fortuna: quia quædā dicitur eufortunium: quædam vero disfortunium. Eufortunium est quando aliquod magnū bonum euenit præter intētum: sed disfortunium dicitur quando malum euenit præter intentum. Et dicit, quòd non solum quando magnum bonum, vel magnū malum euenit, dicitur eufortunium, vel disfortunium: sed quando euenit aliquid, quod est prope magnum bonum, vel magnū malum: quia intellectus accipit illud, quod est propinquius ad habendum, tāquām si esset iam habitum. Quod enim parum differt, nihil differre videtur.

T.cō.e.t. & ind.

DIFFERVNT autem casus, & fortuna: quoniam casus in amplius est: quod enim est a fortuna, est a casu: hic autem non omnis a fortuna est &c.

C Discrimē inter casum, & fortunā.

ISTVD est tertium capitulum, in quo Philosophus ostendit differentiam inter casum, & fortunam: & diuiditur in duas partes. In prima ponit differentiam inter casum communiter dictum, & fortunam: dicens quòd casus differt a fortuna, eo quòd casus est in plus, quàm fortuna; quia quicquid sit a fortuna, fit a casu: sed non e contra: differentia patet, quia fortuna sit solum in his, quæ fiunt secundum propositum: sed casus non solum fit in his, quæ fiunt secundum propositum; igitur. Maiorem probat: quia fortuna sit solum in his, in quibus accidit bene, vel male agere: sed hoc solum fit in his, quæ fiunt a proposito. igitur. Ex quibus infert quatuor corollaria. Primū quibuscunque non conuenit operari a proposito in his nihil fit a fortuna. Secūdum corollarium, nec inanimatum, nec bestia, nec infans aliquid facit a fortuna. Tertiū corollarium: in his, quæ propositum non habent, nō est fortuna, nisi secundum similitudinem: quemadmodum dicebat Protarcus philosophus lapides esse bene fortunatos, ex quibus fiunt aræ, siue altaria: cum illis fiat reuerentia, & lapides ante altare positos valde infortunatos: ex quo pedibus conculcantur. Quartum corollarium, illa, quæ propositum non habent, bene possunt pati a fortuna: qa circa ipsa fit aliquid a fortuna. Minorem probat, scilicet, quòd casus non solum fit in habentibus propositum. Et hoc tribus signis. Primum, si equus veniat de campis, & saluetur a lupis: hoc fit a casu, quia non venie-

A niebat causa saluandi: & tamen non habet propositum: igitur.

Secundum signum, si tripoda cadens deorsum fiat alia sedes, tunc fit a casu: & tamen non habet propositum: igitur.

Tertium signum, quia casus fit in his, quę fiunt frustra: sed quæ fiunt frustra, fiunt tam in his, quæ fiunt secundum propositum, quàm in his, quæ fiunt sine proposito. Et dicit, quòd frustra est, quod fit propter aliquē natum assequi, & tamen non assequitur: vt si quis ambulet causa sanitatis, & non sanetur: dicitur frustra ambulare.

In secunda parte ponit vnam differentiam inter fortunam, & casum proprie dictum: quia casus proprie dictus fit solum in agentibus secundum naturam: sed fortuna sit in agentibus secundum propositum.

B *T.cō.6.5. & inde.*

SED modorum causarum, in quibus est vnum principium motus vterque ipsorum est.

Casus, & fortuna ad quod genus reducuntur.

ISTVD est quartum capitulum huius tractatus, in quo Philosophus ostendit ad quod genus reducuntur casus, & fortuna. Et ponit tres conclusiones. Prima, casus, & fortuna sunt causæ agentes. Quod probat: quia casus est ipsa natura: & fortuna est ipse intellectus: sed natura, & intellectus sunt causæ agentes: igitur casus, & fortuna sunt causæ agentes. Et ex isto textu eliciunt aliqui, q̄ natura dicitur de principio actiuo: sed hoc nihil valet, quia non negatur, quin natura sit principium: sed dicitur, quòd naturæ accidit esse principium actiuū, secundum quod per ipsum mobile naturaliter mouetur. C

Secunda conclusio, casus, & fortuna sunt causæ posteriores intellectu, & natura: quia omnis causa per accidens est posterior causa per se: sed casus, & fortuna sunt causæ per accidens intellectus vero, & natura sunt per se: igitur. Et si dicatur, casus, & fortuna sunt intellectus, & natura; cum ad naturam, & intellectum reducantur: modo idem non est posterius seipso. Respondetur, quòd licet sint idem; tamen hoc non est respectu eiusdem effectus: quia respectu effectus intenti dicitur natura sed respectu alterius effectus non intenti dicitur casus. Tertia conclusio, casus, & fortuna non sunt causæ per se exli: quia casus, & fortuna sunt posteriores intellectu, & natura: & illa sunt posteriora cælo: ergo casus, & fortuna non sunt causa cæli. D

T.cō.80. & inde.

QVAE autem sunt causæ, & quòd tot sint numero, quot dicimus manifestum est; tot enim secundum numerum propter quid comprehendit &c.

Comit. cōuenit quas ad physicum spectant.

ISTE est quintus tractatus, qui cōtinet vnicum capitulum, quod diuiditur in tres partes.

In prima, ponit talem conclusionem: ad physicum pertinet considerare de quatuor generibus causarum: & per eas habet demonstrare. Et subdit, q̄ quatuor sunt genera causarū, quod probat: quia illa sunt causæ rerū naturalium, per quas respondetur ad quæstionem factam per pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter quid de rebus naturalibus: sed illa quatuor, scilicet materia, forma, efficiens, & finis, sunt huiusmodi: igitur. Minorem probat exemplariter: vt si quæratur propter quid linea est recta, vel circularis. Respondetur per causam formalem: puta, quia est longitudo sine latitudine &c. & capitur ibi causa formalis large. Exemplum per causam efficientem, vt si quæratur, quare isti certant. Respondetur, quia irati sunt. Exemplum, per causam finalem, vt si quæratur, quare isti pugnant: respondetur vt dominentur. Exemplum per per cām materialē, vt si quærat, quare hoc est corruptibile: respondetur, quia est compositum ex contrariis. In secunda parte ponit talem conclusionem: ad physicum pertinet cognoscere quatuor genera causarum, quod probat, quia physicus habet cognoscere generationes, & corruptiones rerum naturalium: sed ad talia pertinent quatuor genera causarum: scilicet materia, quæ subiicitur, forma, quæ acquiritur: efficiens, quod producit: & finis illius generationis, qui coincidit cum forma. Ex quo subdit, quòd forma, efficiens, & finis multotiens coincidunt in vnum: sed materia, & efficiens nō coincidunt: de quo satis visum est in quæstione præcedenti. Subdit etiam, quòd duplicia sunt mouētia, scilicet mouentia mota, quæ sunt physicæ considerationis: & mouentia non mota, quæ non sunt physicæ considerationis. Vnde illi dicuntur mouentia non mota: quę non habent in se principium sui motus: & debet intelligi, quòd illa non sunt physicæ considerationis tanquam entia mobilia habentia in se principium sui motus: tamē cum hoc bene stat quòd sint physicæ considerationis tanquam mouentia. Subdit etiam, quòd triplices sunt scientiæ, secundum quòd sunt triplicia genera entium: nam alia qua est scientia, quæ est de rebus, secundum quòd abstrahūtur a motu: quædam, quæ est de rebus mobilibus, & corruptibilibus: & quædam de rebus tam immobilibus, quàm incorruptibilibus. Subdit etiam, quòd duplex est mouens: quoddam est nō physicum, sicut primum mouens, vt Deus gloriosus: & dicitur non physicum: quia in agendo non repatitur: aliud est physicum, quod in agendo repatitur. In tertia parte ostendit modum, per quem contingit physicum per omnes causas demonstrare: dicens, physicus per omnes causas habet demonstrare: quia physicus habet demonstrata per illa, per quæ respondetur ad interrogationem factam per propter quid, de rebus naturalibus, sed per quatuor causas respondetur ad interrogationem factam per propter quid de rebus naturalibus. Minorem reliquit probatam ex prima parte.

DICENDVM igitur primum est, quoniam natura earum, quæ sunt propter hoc causatum est, præterea de necessario, quomodo se habeat in philosophicis &c.

ISTE est textus tractatus huius libri, qui diuiditur in duo capitula. In primo, ostendit q natu-

natura agit propter finem. Et primo ponit vnam opinionem antiquorum dicentium naturā non agere propter finem: sed magis propter materiam, & cōditiones materiæ: vt si fiant flores, & folia in plantis: hoc est, quia calidum natum est ascendere: cum ergo calor si ascendat fiunt huiusmodi frondes, & flores: similiter si in plantis fiant radices deorsum: hoc est, quia frigus descendit. Et mouebantur duabus rationibus. Prima, illud non fit propter finē: quod non minus fieret si illę fines nō intenderentur: sed sic est de omnibus effectibus naturalibus. Probat de pluuia, qa ipsa nō fit a natura, vt augmēterur frumēta: quia dato, quòd natura nō intenderet hoc: nihilominus pluet ex necessitate materiæ: quia ex hoc, quòd hic inferius sunt vapores humidi, & calidi, qui ascendunt sursum: & illis elevatis infrigidantur, & congelantur: quo facto oportet, quòd descendant, & sic fit pluuia. Probant etiam de dispositione partium animalis respectu salutis: nam dentes anteriores licet sint acuti, & quòd maxillares sunt lati: hoc tamen est ex diuersitate dispositionis materiæ, & non propter finem. Secunda ratio illud propter, quòd aliquando accidit vnum, & aliquando contrarium, propter neutrum fit: sed ex his quæ fiunt a natura, aliquando accidit vnum, & aliquando contrarium: ergo ea, quæ fiunt a natura, non fiunt propter finem. Minorem probat, quia ficus ex descensu pluuiæ: aliquando accidit augmentum fromenti, aliquando accidit defectus. Probat etiam de partibus animalium: quia aliquando ex tali dispositione partium accidit salus animalis: & aliquando corruptio. Vnde dicit Empedocles: aliquando esse factos bouigenas, & aliquando viperas: id est quosdam qui ex vna parte erant boues, & ex alia homines. Et quosdam qui ex vna parte erant viperę: & ex alia parte viri: & statim fuisse corruptos, propter huiusmodi dispositionem partium. Ad reprobandū hanc opinionem ponit Philosophus quasdam conclusiones.

Prima conclusio natura agit propter finem: probat quinq; rationibus. Prima: omne, quod fit a natura fit propter aliquid, vel a casu: sed illa quæ fiūt per naturam, non fiunt a casu: cum fiant semper, & frequenter: igitur. Pro secunda ratione, supponit, quòd in quibuscunq; est finis, tam priora quàm posteriora fiunt propter finem: tunc arguitur sic: quia illud agens agit propter finem, quod vt plurimum attingit finem, qui natus est haberi: sed agēs naturale est huiusmodi: igitur. Tertia ratio sicut est in arte, ita est in natura: sed sic est in arte, quòd agēs agit propter finem: ergo sic est in natura, quòd agit propter finem: quia ars imitatur naturam in quantum potest: & aliquando fingit naturam: sicut ars colendi terram præparat terram propter blada. Quarta ratio, anima bruta agunt per naturam: & & tamen agunt propter finem ordinando debite priora, & posteriora: sicut aranea per naturam facit telam ad capiendum muscas, & hirundo facit nidum

propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

E propter sui conseruationem.

Quinta ratio, forma est finis & vltimum generationis: sed agens naturale agit propter formam: igitur. Secunda conclusio: non contingit naturam non agere propter finem: propter hoc, quòd in operibus naturæ contingunt monstra: quia licet ars agat propter finem: tamen in suis operationibus contingunt monstra. Scriptor scribendo deficit: etiam medicus dando potionem deficit, seu facit monstrum. Vnde monstrum est peccatum illius, propter quod aliquid est, idest naturæ agentis propter finem. Tertia conclusio, dicentes naturam non agere propter finem destruunt naturam, & ea, quæ sunt secundũ naturam. Probat duabus rationibus. Prima, illa dicuntur fieri a natura, & propter finem, quæ F incipiunt ab aliquo principio determinato: sed natura incipit ab aliquo principio: igitur. Secunda ratio, illud, quod prouenit ex actione alicuius semper, vel frequẽter: est illud, propter quòd agens agit: sed finis ex actione naturæ prouenit semper, & frequenter: ergo natura agit propter finem. Quarta conclusio, inconueniens est opinari naturam non agere propter finem: eo, quòd in suis operationibus non deliberat, quod probat: quia ars agit propter finẽ: & tamen non semper deliberat: ergo non sequitur, quòd si natura non deliberat, quòd nõ agat propter finem. Sed diceret aliquis: non est simile de arte, & & natura: quia ars agit ad extra: & natura est principium intrinsecum. Hoc reprobat Philosophus: quia illud, quod cooperatur arti ad vnum finem consequendum, conuenit cum arte in hoc, quod est agere propter finem. G

Quod autem ex necessitate vtrum ex suppositione existit, aut, & simpliciter nũc quidem opinantur, quòd ex necessitate in generatione esse quemadmodum vtiq; si aliquis parietem factum esse ex necessitate existimet, &c. T. cõ. 84. & mil.

In hoc vltimo capitulo ostendit Philosophus, quo modo inuenitur necessitas in rebus naturalibus: & mouet talem quæstionem: vtrum necessitas in rebus naturalibus proueniat ex parte finis, vel solum ex parte materiæ. Dicit, quòd fuit opinio antiquorum, quòd talis necessitas sumitur a materia: quia scilicet materia est talis, vel talis: vt si aliquis diceret, quòd necesse est domũ, vel murum esse talem, eo quòd grauia nata sunt ferri deorsum, & leuia sursum, propter quod lapides, qui sunt graues remanent in fundo, & terra superponitur tanquam leuius. Et in summo ponuntur ligna, quæ sunt magis leuia. Et hic existimabãt antiqui dispositiones rerum naturalium totaliter prouenire ex parte materiæ. Sed cõtra hos ponit Philosophus talem conclusionem. In rebus naturalibus necessitas principaliter sumitur ex fine, probat tribus rationibus. Prima, sicut est in artificialibus, ita est in naturalibus: sed in artificialibus necessitas prin- Necessitas in rebus naturalibus non accidit. H

A principaliter sumitur ex fine: quia ab illo sumitur necessitas principaliter, per quod respondetur ad interrogationem factam per propter quid res est: sed in artificialibus est huiusmodi: vt si quæratur propter quid serra est dentata: respondetur, vt diuidat ligna. Et si quæratur propter quid est domus: respondetur, vt custodiat homines a frigoribus. Secunda ratio, quia sicut se habet principium ad cõclusionem in speculabilibus: ita finis ad ea, quæ sunt ad finem in naturalibus: sed in speculabilibus necessitas conclusionis sumitur ex principio: ergo in naturalibus necessitas eorum, quæ sunt ad finem, sumitur ex fine. Tertia ratio, per diffinitionem sumptam a fine demonstratur diffinitum sumpta a materia tam in artificialibus, quàm in naturalibus: sed ab eo, per quod aliquid demõstratur, sumitur eius necessitas: ergo a fine sumitur necessitas materiæ. Ex quo sequitur, quòd licet physicus habeat cõsiderare tam materiam, quàm finem: habet tamen magis cõsiderare finem, quàm materiam: quia materia est propter finem. Et ad remouendum partium dubiũ circa prædicta subdit, quod materia bene intrat diffinitionem: vt serra bene diffinitur per ferrum tanquam per materiam, & finem tãquam per formam. Ex quo textu habetur, quòd materia pertinet ad quidditatem rei naturalis. Et quòd serra diffinitur per finem, qui est dividere dura: patet dicendo serra est instrumentum ferreum, & dentatum, aptum dividere dura.

An aliquid fiat à casu, & a fortuna. C

Quæritur: Vtrum aliquid fiat, vel possit fieri a casu, vel fortuna. Arguitur primo, quòd non: quia nihil est, quod non habeat causam determinatam: ergo nihil est, quod fiat a casu, vel fortuna. Antecedens patet: nam illud, quod dicitur fortuitum, vel casuale, habet causam determinatam: puta causam intendentem effectũ.

Secundo sic: Omne per accidens reducitur ad per se: ergo omne quod fit a causa per accidens, fit a causa per se: & per cõsequens omne quod fit, fit a causa determinata. Dicit etiam Plato in Thimeo, quòd nihil est ortum sub sole, cuius causa legitima nõ præcesserit. Tertio sic: Omnia, quæ sunt, vel eueniũt, ex necessitate eueniunt: igitur. Antecedens patet: quia omne, quod de necessitate est futurũ, illud de necessitate eueniet: sed omne futurũ de necessitate est futurum: ergo omne futurũ de necessitate eueniet. Quarto sic: Deus habet certã, & infallibilẽ notitiam cuiuscunq; futuri contingentis: ergo quodlibet tale de necessitate eueniet: patet consequẽtia: quia illa pars necessario eueniet, cuius oppositum est impossibile euenire: sed oppositũ illius, quod Deus scit, impossibile est euenire: igitur. Quinto sic: Fatum imponit necessitatẽ in rebus: igitur nihil fit a casu, & fortuna. Antecedens patet: quia bene sequitur, hoc est fatatum: ergo hoc erit. In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres artic. B D

Pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

B Primo sciendum, quòd de fortuna sunt aliquæ difficultates. Prima, an sit fortuna. Ad quam respondetur breuiter secundum mentem Arist. ponendo aliquas propositiones. Prima, fortuna est: & probatur ex communi conceptu, & ex modo loquendi hominum, qui dicunt multa a fortuna euenire: ergo oportet fortunam esse.

Arist. 2. Ph. c. 4. 21. quæst.

Secunda propositio, illud, qđ aduenit agenti secundum propositum præter intentionem, dicitur fortunatum, seu effectus fortuitus: & illud, cui sic aduenit, dicitur esse fortuna. Ex quo sequitur tertia propositio, quòd fortuna non est aliud, quàm voluntas, vel agens secundum propositum, cui euenit aliquid præter intentionem. Et ex hoc sequitur quarta propositio, quòd fortuna non est alia causa a causa agente secundum propositum: immo est ipsamet causa producens effectum nõ intentum, vel cui aduenit aliquid præter intentum. Dicitur etiam fortuna respectu effectus non intenti; & illud idem dicitur causa per se respectu effectus intenti: & hoc capiendo fortunam pro denominato: quia fortuna pro per se significato, non est nisi respectus agentis secundum propositum ad effectum non intentum. Et ex isto sequitur falsitas positionis Paganorũ, imaginantium fortunam esse quandam Deam, cui tanquàm causæ per se attribuuntur effectus, qui fiunt præter intentionem. Et cũ ipsis concordant multi pauperes vulgares. Quinta propositio, nihil sic euenit a fortuna, quin aduenirit ab aliqua causa per se intendente talem effectũ, puta à Deo, qui omnes effectus intendit: ideo dicebat Plato in Thimeo, quòd nihil ortum est sub sole, cuius causa legitima nõ præcesserit: quæ causa non est nisi ipse Deus. Sexta propositio, bona fortuna est. Vnde bona fortuna est agens secundum propositum, seu ipsa voluntas, cui aduenit aliquod bonum præter intentionem. Et illud, quod sic aduenit dicitur euentus fortuitus. Et aduerte, quòd bona fortuna aliquando est respectu illorum, quæ non sunt in potestate nostra, vt quòd aliquis nascatur pulcher, & hoc est minus proprie, aliquãdo & magis proprie est respectu horum, quæ sunt in potestate nostra, vt dicitur, quòd aliquis volens vnum adipisci, & aliud adipiscatur.

Aug. 5. de ciu. Dei. cap. 8.

Bona fortuna qd.

Aduerte etiam, quòd bona fortuna dicitur dupliciter. Vno modo in bonum assequendo. Secundo modo in malũ fugiendo: quẽadmodum dicimus hominem, qui transiit nemus sine inuentione latronum esse bene fortunatum; Aduerte etiã, quòd nullus proprie dicitur bene fortunatus, eo quòd sibi semel bene fortuite accidit. Secũdo, nullus dicitur bene fortunatus, ex eo, quòd sibi semper bene accidit. Relinquitur ergo, qđ homo dicitur bene fortunatus, ex eo, quod in plurimum bene sibi accidit.

1. ethic. cap. 8.

Secvndo sciẽdum, quòd circa textum incidunt adhuc aliquæ difficultates. Prima, quomodo intelligitur, quòd fortuna fiat in his, quę sunt extra semper, & frequenter. Respondetur, quòd aliquid dicitur fieri raro

Fortuna quo sit in his, quæ sunt extra semper, et frequenter.

A raro dupliciter. Vnomodo, qđ fit in paucioribus: & sic eclypsis lunæ diceretur fieri raro, & extra semper, & frequenter: & sic non capitur in textu. Alio modo: quia fit a causa indeterminata, & non intendente ad effectum: & sic capitur in textu. Et illud dicitur fieri semper, & frequenter, quod fit a causa determinata, & intendente effectum: & sic eclypsis lunæ diceretur fieri semper, & frequẽter.

Fortuna, quæ causa.

Secunda difficultas ad quam causam per se, reducitur fortuna, cũ omnis cã per accidẽs reducatur ad cãm per se. Respondeꝛ, qđ cã per accidẽs reducitur ad cãm per se priorem, vel ad seipsam, vt est causa per se respectu alterius effectus: sicut fodiens est causa per accidens inuentionis thesauri, & causa per se inuentionis aquæ. Alia difficultas, vtrum aliquis dicatur vniuersaliter bene fortunatus. Respondetur, quòd aliquis potest dici vniuersaliter bene fortunatus dupliciter. Primo, quia cuilibet intento per se ab eo est aliquod bonum sibi annexum: vt qui se suspendit, videtur sibi bonum propter euadere aliqua pericula, quamuis nõ est bonum. Secundomodo, quia quod libet ab eo non intentum dicitur esse bonum: & de vtroq; dicit Sco. quotli. q. 21. quòd nullus dicitur sic. vniuersaliter bene fortunatus, nisi forte ex aliquo speciali auxilio. Et si quis quærat vnde est, quòd vnus homo est magis fortunatus, quàm alter. Respondetur secundũ Theologos, quòd hoc non est propter aliquod intrinsecum mouens tali homini sic, quòd non alteri: sed hoc prouenit ex Deo C sic disponente. Sed secundum Arist. hoc prouenit ex concursu, causarum secundarum, quę magis mouent vnum, quàm alium.

B An quis dicatur bene fortunatus.

Et si quis quærat quare concursus causarum extrinsecarum magis mouent vnum ad fodiendum aurum, quàm alium. Respondet Arist. in lib. de bona fortuna, quòd hoc est propter aliquam qualitatem existentem a natura in tali, & non in alio: per quam disponitur, vt magis moueatur ad illum locum, quàm ad alium. Et istam qualitatem vocat impetũ ita, quòd vult habere Arist. quòd talis dispositio seu qualitas inclinat hominẽ ad volendum aliquid, ad quod sequitur commodum: & dicit, qđ talis qualitas se habet ex parte corporis, & non animę: & est se quens complexionem corporis. Nec istud potest esse ratio D seu intellectus: quia vbi maximus intellectus, ibi minima fortuna: & vbi minimus intellectus, ibi maxima fortuna. Nec potest esse aliquid sequens speciem: quia tunc vniformiter cõueniret omnibus eiusdem speciei. Nec potest esse voluntas: quia potest esse similis actus volendi in vtroq;: & tamen vnus assequitur effectum, & non alter: vt patet de duobus fodientibus, argentum, vni contingit, alij non, & ambo habent voluntatem inueniendi.

Difficultas.

Tertio sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas: vtrum diffinitio fortunę, quæ habetur ex textu, sit bene posita, in qua dicitur: Fortuna est causa per accidens secundũ propositum in his, quæ sunt ex-

An natura sit bene disposita.

E tra semper, & frequenter eorũ, quæ propter hoc sunt. Et videtur, quòd non sit bene posita: quia per illam particulam, eorum, quæ propter hoc sunt; videtur sonare, quòd fortuna intendat effectum, respectu cuius dicitur fortuna. Item ista diffinitio conuenit aliis a diffinito: quia volo, quòd domificator sit musicus: & ex intentione faciat domum: tunc musicus est causa per accidens domus secundum propositum extra semper, & frequenter: quia raro euenit, quòd faciens domum sit musicus: & est eorũ, quæ propter hoc sunt: quia domus sit propter finem. Item cælum non agit secũdum propositum: & tamẽ dicitur fortuna: quia aliter Astrologi non possent præuidere, quòd aliquis homo fieret fortunatus. In oppositum est Arist. in textu. Vnde pro solutione supponitur, quòd causa aliquando producit effectum intentum: & respectu illius dicitur causa per se: & aliquando effectum non intentum: & respectu illius vocatur fortuna, vel casus. Fortuna, si sit agens secundum propositum. Casus, si sit agens naturale. Aduerte etiam, quòd effectus, qui non intenduntur, Quidam sunt notabilis bonitatis, vel malitiæ: sicut inuentio thesauri, vel fractio vbiæ: & illi possunt dici de numero eorũ, quæ propter hoc fiunt: non quòd agens agat propter illos, cum nõ intendat eos: sed quia si præsciret eos, libenter ageret, propter eos ad semper prosequendum, vel fugiendum. Alij sunt, qui non sunt notabilis bonitatis, vel malitiæ: vt casus vnius pili, vel inuentio vnius fabæ: & tales vocat Aristot. non propter hoc: quia si agens præuideret eos, non curaret agere propter eos: & propter tales nullus proprie dicitur fortunatus, vel infortunatus: sed solum propter effectus notabilis bonitatis, vel malitiæ. Et ex istis patet, qualiter intelligitur diffinitio fortunæ. Vnde ponitur primo causa, tanquam genus: per accidens, ad remouendum casum per se: secundum propositum, ad remouendũ ea, quæ non agunt secũdum propositum, & deliberationem: ideo dicebat, quòd infantes, inanimata, & bestiæ non sunt neque bene, neq; male fortunata: quia non agũt secundum deliberationem. Et si quis dicat: quomodo fortuna potest diffiniri: cum dicatur in textu, quod fortuna est nobis immanifesta. Respõdetur, quòd fortuna non dicitur ideo immanifesta, quòd non possit diffiniri, & a nobis cognosci: sed quia ignotum est operanti, si aliquid eueniat fortuitò, quod non fit intentum abeo. Ex omnibus istis patet satis quid sit dicendum ad rationes, primo ad primam. Ad secundam dicitur, quòd licet accidat in paucioribus, quòd musicus faciat domum: tamen propter hoc non dicitur facere domum a fortuna: quia non facit præter intentionem: ideo non dicitur causa per accidens, sicut hic est ad propositum. Ad aliam patet, quòd cælum non dicitur fortuna, cum non agat secũdum propositum: ideo non dicitur fortuna, neque effectus eius dicuntur fortuiti, nisi per quandam similitudinem. Et si dicatur, effectus

A fectus, qui sunt a nobis præter intentionem, sunt a cælo, & a Deo, respectu cuius nihil fit a fortuna: cum nullus effectus eueniat præter intentionem ipsius Dei: ergo nullus effectus a nobis productus debet dici fortuitus, cum etiam producatur a causa intendente. Respondetur, quòd effectus dicitur fortuitus, vel casualis respectu causæ propinquæ, & immediatæ, & non respectu causæ remotæ. Sed de casu quid sit, & qualiter differt a fortuna, satis visum est in textu.

Vtrũ prima intellectio dicatur a casu.

QVARTO sciendum, quòd circa textum incidit vna difficultas: Vtrũ prima intellectio, quam homo habuerit, dicatur esse a casu. Et videtur, quòd sic, quia talis prima intellectio fuit præter intentionem: quia si fuerit cum intentione, tunc non fuisset prima, quod tamen supponitur. Respondetur, quòd prima intellectio dicitur quodammodo a casu: quia intelligens non prius intelligendo intelligit: ergo prima intellectio non est a ratione ostendente prius obiectum: ergo a casu quodammodo, non tamen simpliciter: quia prima intellectio habet, vel habuit causam motiuam, & effectiuam in nobis, puta phantasma, quod fuit causum ab obiecto, quòd fortius mouebat sensitiuam: tamen non est a ratione deliberante: ideo dicit esse a casu: neque dicitur prima intellectio imputabilis, nisi forte interpretatiue, computãdo in potestate hominis fuit habere obiectum fortius mouens. Sed peteret aliquis, vtrum intelligens aliquid, determinet voluntatem ad volendum illud, quod intellectus intelligit: sic, quòd voluntas naturaliter moueatur ab intellectu naturaliter moto ad obiectum. Respondet Scotus, quòd non: sed voluntas seipsa determinat se ad aliquid volendum: ita quòd quantumcunque intellectus ostendat sibi aliquid, in eius potestate est velle, vel non velle illud; si enim voluntas nostra naturaliter moueretur ab intellectu naturaliter moto ab obiecto, homo esset tunc vnum brutum, non habens libertatem operandi.

Quid per fatum intelligatur.

Secunda difficultas, quid debemus intelligere per fatum, de quo Philosophi antiqui locuti sunt. Respondeo primo, quòd fatum est, quod probatur per communem opinionem omniũ Philosophorum. Dico secundo, quòd de fato multæ fuerunt opiniones. Sed illis dimissis, pro nunc respondeo, quòd fatum nihil aliud est, quàm concursus, seu ordo, vel connexio causarum secundarum a Deo præuisus, secundum quem concursum Deus finit res euenire. Dico tertio, quòd res non sic sunt a tali concursu, quin aliter possint euenire: licet etiam Deus prius cognoscat: quia scientia Dei non ponit necessitatem in rebus: vt alias visum est in logica in 1. Perhiermen. circa 9. cap. 2. tractatus. Dico quarto, quòd fatum proprie connotat, quòd talis concursus, seu ordo causarum secundarum sit præuisus a Deo. Et hæc de primo articulo.

Art. 2.

DVBITATVR primo: Vtrum casus, & fortuna sint causæ agẽtes. Et arguitur primo, quòd

An ca-

E

Sur, et fortuna sunt causa de genere.

non dicit enim Arist. quòd fortuna est causa infinita, idest indeterminata, sed indeterminatio attribuitur materiæ, & non efficienti : igitur casus, & fortuna sunt magis causæ materiales, quàm agentes. Item monstruositates sunt a casu, vt videtur dicere Aris. & tamẽ in plurimum materia est causa monstruositatis propter eius superabundantiam, vel defectum: igitur casus, & fortuna sunt magis materia, quàm causæ agentes. Item idem est casus, & natura: vt dicitur in textu: sed natura non dicitur nisi de materia, & forma: igitur casus erit causa materialis, & formalis. Item causa agens, vel est determinata ad effectum, vel non : si determinata, tunc non est casus, nec fortuna: si vero indeterminata, tunc nihil producit: quia non videtur, quòd magis produceret vnum effectum, quàm alium. In oppositum est Arist. in textu. Pro responsione ponuntur aliquas conclusiones. Prima, casus, & fortuna nõ sunt causæ finales respectu effectuum casualium, & fortuitorũ: quia omne ordinatum ad aliquem finem est intentum gratia illius finis: sed effectus casuales, & fortuiti talem, vt sunt casuales, & fortuiti, non intenduntur: igitur, et sic non habent causas finales. Et si quis dicat, omnia præter Deum habent causam finalem, puta ipsum Deum: igitur effectus fortuiti, & casuales habebunt causam finalem. Respõdetur, quòd omne, quod producitur intenditur a Deo: ideo tales effectus respectu Dei sunt intenti: & vt sic bene habent causam finalem : scilicet Deum, respectu cuius non dicuntur fortuiti : sed solum respectu agentium propinquorum, & particularium, respectu quorum non ordinantur in finem. Aduerte tamen, quòd postquàm effectus fortuiti sunt producti in esse, nõ est inconueniens, quòd ordinẽtur in finem : vt postquàm thesaurus est inuentus, potest ordinari ad sustentationem vitæ.

F

Secunda conclusio, casus, & fortuna non sunt causæ materiales effectuum casualiũ : quia effectus casuales dicit aliquam extraneitatẽ respectu illius, cuius sunt effectus fortuiti : sed hoc non habent respectu materiæ quia materia naturaliter est in potentia ad omnes dispositiones. Tertia conclusio : casus, & fortuna non sunt causæ formales effectuũ casualium : quia non informant tales effectus.

G

H

Ad rationes: Ad primam dicitur, quòd licet fortuna sit indeterminata respectu effectus nõ intenti : tamen est determinata respectu effectus intenti: & cum iterum arguitur, quòd materia est causa multarum monstruositatum: concedetur: sed tamen cum hoc requiritur causa agens. Ad aliam concedo, q casus est natura, & quòd est fortuna : sed non respectu casualium effectuum. Ad aliam dico, quòd agens respectu effectus non intenti dicitur bona causa indeterminata, quantum est ex parte sui: tamen producit illum effectum propter determinationem prouenientem ex concursu aliarum causarum: vt inuentio thesauri, quando quis fodit vineam: prouenit, quia aliquis ibi posuit thesaurum.

Dvbi-

A

Casus, & fortuna, circa quæ fiunt.

Dvbitatvr secundo: vtrum casus, & fortuna habeãt fieri in contingenti ad vtrumlibet, vel in contingenti raro : id est vtrum agens, quod dicitur fortuna respectu effectuum fortuitorum dicatur agens ad vtrũ libet, vel agens in paucioribus.

Pro cuius solutione supponitur, quòd illud agens dicitur ad vtrumlibet, quod est indeterminatum, & indifferens ad effectũ, quem producit, & ad sui oppositum : cuiusmodi est voluntas: & etiam multa agentia sunt indeterminata ad agendum, vel non agendum, eo quòd est indifferens, & indeterminatum, quòd passum sit ipsis debite approximatum, vel non approximatum : vel etiam quòd sit dispositum ad patiendum ab illo, vel non: & sicut materia indifferens ad successionem formæ, determinantur ab agente: ita agẽs indifferens determinatur per materiam, vt sol propter diuersitatem materiæ generat hic ranas, & alibi muscas. Et ex isto satis potest patere, q fortuna multotiens dicitur fieri in contingenti ad vtrumlibet, idest fortuna respectu effectus non intẽti dicitur agens indeterminatũ, & indifferens. Sed agens in paucioribus, seu raro est, quod propter impedimentum producit effectum, oppositum ei quod erat, vt in pluribus : cuiusmodi est de agente producente monstrum. Et sic etiam dico, quòd fortuna aliquando habet fieri in contingenti raro, idest fortuna aliquando propter impedimentum producit effectum oppositum ei, quod est vt in pluribus. Sed restat alia difficultas: Vtrum in dispositionibus naturalibus necessitas prouenit ex fine, vel ex materia. Quod ex materia fuerunt factæ rationes antiquorum: quòd ex fine factæ fuerunt rationes Aristo. Sed pro solutione supponitur, quòd necessarium in prædicta dubitatione debet accipi pro vtili : ita quòd cum quærimus, vtrum necessitas dispositionum naturalium prouenit ex parte finis, vel materiæ sensus est vtrum vtilitas dispositionum naturalium prouenit secundum exigentiã materiæ, vel propter finem : & secundum hoc ponuntur duæ conclusiones. Prima est: materia est necessaria ad hoc, q fiant dispositiones vtiles in naturalibus: quia sine materia nõ possent fieri, necesse. Secunda conclusio: causa necessitatis seu vtilitatis illarum dispositionum est finis. Et sic probantur illæ cõclusiones: quia illud est necessariũ, in illis dispositionibus, p qđ respondetur ad quæstionem quærentem, quid est necessarium: sed materia est huiusmodi : vt si quæratur, quid est necessarium ad hoc, quòd serra fiat : dicimus, q ferrum. Etiã si quæramus, quid est necessarium ad hoc, quòd oculi fiant : respondetur, quòd materia. Sed illud est causa necessitatis, per quod respondetur ad quæstionem factam per propter quid, de talibus dispositionibus : sed finis est huiusmodi : vt si quæratur propter quid oportet serram esse de ferro, & ipsam habere dentes: respondetur propter hoc, quia est secare dura. Etiam si quæratur propter quid est necesse hominem habere oculos : dicimus, quòd

C

Vtrũ pro ueritate necessitas ĩ causis naturalibꝰ.

H. J pro-

E propter videre, quòd etiam oculi magis fiant in capite, quàm in pede: vel quòd palpebra fiat magis supra oculum, quàm supra nasum: hoc est propter diuersos fines, & non propter materiam: & per hoc satis potest videri quid sit dicendum ad difficultatem.

An monstra sint intenta a natura.

DVBITATVR tertio: vtrum natura producens monstrum, intendat monstrum. Et videtur, quòd sic: quia naturam intendere monstrum non est aliud, quàm naturam determinari ad producendum: sed natura producens monstrum determinatur ad productionem monstri: igitur. Item directum ab aliquo infallibili non producit aliquid praeter intentum: sed natura dirigitur ab aliquo infallibili cognoscente, scilicet a Deo: igitur.

F In oppositum arguitur: quia monstrum est quoddam peccatum in natura: sed natura non intendit peccatum: igitur. Pro solutione supponitur, quòd ad hoc, quòd natura, vel agens naturale intendat aliquod, non oportet, quòd cognoscat illud: sed sufficit, quòd cognoscatur a dirigente, quod est Deus. Hoc suppositio respondetur per aliquas propositiones. Primo, nulla natura intendit monstrum: secunda est, quòd monstrum nullatenus intendit natura. Et pro declaratione harum suppositur, quòd intendere non attribuitur naturis non cognoscentibus, nisi per similitudinem ad naturas cognoscentes, in quibus inuenitur intendere proprie, & appetere: sed sic est, quòd in cognoscentibus appetitus, vel intentio semper feruntur in rem

Buridanus in 2. q. 12.

appetitam, vel intentam mediante aliqua ratione, hoc est mediante aliqua cognitione: & inde prouenit, quòd illa verba cognosco, appeto, intendo, volo: & huiusmodi faciunt terminum sequentem, quem regunt, appellare illam rationem, secundum quam appetitus, vel intentio ferebatur in rem appetitam, vel intentam: sed si ille terminus praecedat verbum, tunc non oportet, quòd appellet rationem. Ex quo sequitur, quòd verbum bene dat termino sequenti appellationem, quam non dat termino praecedenti. Inde solet dici, q̃ prædicatu appellat formam, seu rationem. Subiectum vero appellat rationem sub disiunctione ad quodlibet aliud: & de hoc alias satis visum est in Summulis. Ex istis patet differentia inter duas prædictas propositiones: ista enim est falsa, natura intendit monstrum: quia nulla natura intendit, vel appetit rem aliquam secundum rationem peccati, vel difformitatis: immo semper secundum rationem recti, & boni: cum dirigatur ab optimo, & infallibili: ista tamen est vera, monstrum intendit natura: quia hominem intendebat, & homo est monstrum: ideo monstrum intendit. Ideo respondetur ad rationes. Ad primam enim dico, quòd natura nõ erat ex se determinata ad producendum tale peccatum: immo hoc proueniebat ex aliquo impediente ipsam naturam, vel ex aliquo agente concurrente intendente oppositũ nec propter hoc oportet, quòd illud agens concurrens intenderet peccatum, immo intendebat rectum. Verbi gratia:

A tia: dicebat Albertus, quòd aliquando ex constellatione cœli fiunt monstra in istis inferioribus: vt si aliqua constellatio sit multum conueniens generationi porcorum, & contingat tunc hominem generari: illa constellatio intendens porcum tanquã aliquid rectum, faciet in illo homine protensionem vultus, & faciet vultum lõgum quasi porcinum. Natura tamen humana intendens hominem remittit de illa longitudine quantum poterit: tamẽ erit vultus mõstruosus: & vtraq; natura intendebat rectum: vnde constellatio intendebat longitudinem vultus: non tanquàm difformem hominis: sed tanquàm conformen porco: quia porcum intendebat: ideo omnis natura intendit agere rectum: & non peccatum: & ex

B hoc patet solutio ad aliam rationem. Sed adhuc restant duo parua dubia. Primum, in quibus reperiuntur monstra. Respondetur, quòd reperiuntur in animalibus, in plantis, in mixtis, in inanimatis: vt in lapidibus, quamuis hoc nos multum lateat: etiam inueniuntur in mixtis imperfectis: sicut in impressionibus meteorologicis: etiam in elementis: vt sunt inundationes: etiã in aliquib⁹ actibus: sicut cũ bos locutus fuit: etiam fiunt monstra in artificialibus. Secundum dubium, quæ sunt causæ talium monstrorum. Respondet Commentator, quòd omnia monstra in natura, vel accidunt propter defectum materiæ: vt quando nascitur homo nimis breuis, vel deficiens in aliquo membro: vel propter abundantiam materiæ: vt quando generatur homo nimis magnus, vel cum duobus capitibus. Tertio propter disconuenientiã qualitatum: vt homo male educatus. Quarto propter maliciam qualitatum: vt quando nascitur homo leprosus. Et hæc de secundo Quantum ad tertium sit.

Arist. 3.

CONCLVSIO responsalis: Aliquid potest fieri a casu, & fortuna: quæ conclusio relinquitur probata ex dictis in primo articulo. Ad rationes ante oppositum quæstionis. Ad primam dicitur, quòd licet illud, quod dicitur casuale, vel fortuitum, fiat ab aliqua causa determinata, & intendente supplo alium effectum; non tamen a causa determinata respectu illius effectus fortuiti. Ad secundam, & tertium patet solutio. Nam de tertia ratione satis prolixe alias visum est in logica: & etiam de quarta. Ad quintam dicitur, quòd fatum non imponit necessitatem simpliciter in rebus.

C

D

In quibus monstra reperiantur, & q̃ modis eam fiant.

PHYSICORVM
LIBER TERTIVS.

T. com. 1 & inde.

QVONIAM autem natura est principium motus & status, & mutationis: scientia autem nobis de natura est: oportet non ignorare quid sit motus: necessarium enim est ignorato ipso, & ignorare naturam &c.

P

TISTE est tertius liber Phys. Arist. in quo ipse determinat de motu, & infinito. Et diuiditur in duos tractatus. In primo, determinat de motu: & diuiditur in tria capitula. In primo, ponit talem conclusionem. Ad physicum pertinet determinare de motu, quod probat: quia ad physicum spectat determinare de natura: ergo & de motu: patet cõsequentia, quia natura nõ potest cognosci, nisi per motũ, cum diffiniatur per motũ ignorato enim motu necesse est ignorare naturam. Consequenter ponit hanc conclusionem: ad physicum pertinet determinare de infinito loco vacuo, & tempore. Probat primo de infinito: qa determinato de motu, oportet determinare de his, quæ sequuntur motum, cuiusmodi est continuum: Motus enim est de numero continuorũ; sed continuum diffinitur per infinitum. Nam cõtinuum est, quod est diuisibile in infinitum. Secundo probat de loco vacuo, & tempore: quia physicus considerat de motu sed motus non potest esse sine loco, vacuo, & tempore: & hoc secundum famosam opinionem antiquorum, qui ponebat vacuum. Deinde ponit tres diuisiones valentes ad inuestigationem diffinitionis motus. Prima est, entium quædam sunt in actu: quædam vero in potentia. Secũda, entium quædam sunt in prædicamento substãtiæ: quædam quantitatis, quædã qualitatis: quædam relationis, & sic de aliis. Tertia, relatiuorũ quædam referũtur ad se inuicem secundum excessum, & defectũ; vt duplum dimidij duplum. Alia secundum agere, & pati, mouere & moueri, cuiusmodi sunt motiuum, & mobile. Motiuum enim dicitur relatiue ad mobile: quia si aliquid est motiuum, alicuius mobilis est motiuum. Ex his inferuntur aliquæ conclusiones.

Prima, motus nihil est præter substantiam, quantitatem, qualitatem, & vbi: quia motus non est præter res, ad quas est motus: igitur motus nõ est præter substantiam, quantitatem, & qualitatẽ, & vbi. Ex hoc habet, q̃ ad quatuor genera est per se motus, scilicet, ad substantiam, q̃litatẽ, qualitatẽ, & vbi: & hoc capiendo motum large. Secunda conclusio: motus non est aliquid vniuocum secundum suũ totum ambitum: quia inuenitur in pluribus prædicamentis quibus nihil videtur esse commune vniuocum. Et dicit q̃ in quatuor prædictis prædicamẽtis duplex est motus scilicet acquisitiuus & deperditiu⁹: sicut in substantia vnus est ad formã sicut est generatio. Alius est ad prinationẽ sicut corruptio: & similiter est in alijs. Finaliter infert q̃ motus & mutationis sunt tot species quot entitates, supple acquisibiles per motum.

A

T. cõ. 6. & inde.

DIVISIO autem secundũ vnum quodq; genus hæc quidem esse endelechia &c.

Motus quid.

B

ISTVD EST secundum capitulum, in quo philosophus ponit diffinitionem motus, dicens: Motus est actus entis in potentia secundum q̃ huiusmodi: quam diffinitionem probat sex rationibus. Prima generatio est actus generabilis inquantum genarabile. Corruptio est actus corruptibilis secundum q̃ corruptibile. Augmentatio, est actꝰ augmentabilis secundum q̃ augmentabile. Diminutio est actus diminuibilis secundum q̃ diminuibile. Alteratio est actus alterabilis inquantum alterabile: & etiam loci mutatio est actus loci mutabilis, inquantum loci mutabile: ergo omnis motus est actus entis in potentia: & hoc probat ista prima ratio. Secunda ratio, quæ probat q̃ motus sit actus: quia illud est actꝰ per quod aliquid dicitur actu moueri; sed mobile dicitur actu moueri per motum: igitur motus est actus. Tertia ratio, q̃ probat q̃ motus sit actus entis in potentia: quia omnis motus est actus eius qđ mouetur: sed omne hoc q̃ mouetur est in potentia. Quod probat: quia sicut se habet mouere ad actum: ita se habet moueri ad potentiam: sed omne quod mouet est in actu: ergo omne quod mouetur est in potentia: Quarta ratio probat, q̃ motus sit actus entis in potentia secundum q̃ huiusmodi. Pro qua ratione supponit, q̃ illud quod mouetur bene est in aliquo actu & in potentia ad alium actum: vt illud quod fit flatua, est in actu es, & in potentia statua: Sit ergo quarta ratio: vel es mouetur ad flatuam secundum quod est in actu, vel secundum q̃ est in potentia: nõ secundum q̃ est actu es: quia cũ esset actu flatua, adhuc moueretur ad flatuam, quod est falsum: igitur. Consequenter remouet vnum dubium: ex quo enim dictum est, q̃ idem subiectũ bene est simul in actu & in potentia; dubitaret aliquis, vtrũ actus & potẽtia eiusdem subiecti sint idem secundum rationem. Respondet q̃ actus & potentia eiusdem subiecti non sunt idem secundum rationem; ita q̃ non est eadem ratio actus & potentiæ: & hoc probat dupliciter. Primo, es mouetur ad flatuam secundum q̃ in potentia est, ita q̃ dato q̃ non moueretur ad flatuam, non minus esset es. Secundo; si illa dicerentur eadem secundum rationem; hoc esset qa sunt eadem subiectiue; sed propter hoc non debent dici eadẽ; quia potentia ad sanari & po-

C

D

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

E tertia ad ægrotari sunt idem subiectiuè: & tamen non sunt idē fin rationem: quia tunc idē posset simul sanari & ægrotari.

Quinta ratio probat totā diffinitionem; qa motus est illud, quo existente iomobili, mobile mouetur, & non prius, neq; posterius: igr motus est actus entis in potentia fin qp huiusmodi.

Sexta ratio: vel diffinitio motus est concedenda, vel aliquæ earū quam dabāt antiqui: sed non pt dici secūdū. Dicebāt.n. antiqui, qp motus est alteritas, vel qp motus est inæqualitas, vel non ens: sed nullo istorum modorum bene diffinitur: quia si motus diffiniretur, qp est alteritas: vel inæqualitas, vel non ens, cuicunq; ineslet, vnum illorum ipsum moueturiset non est necesse moueri ea, q sunt altera aut inæqualia, aut q non sunt, igitur. Ex quo infert, qp primum est dicendum .s. qp diffinitio motus est bene data. Finaliter inuestigat aliā diffinitionē motus ponens hanc cō conclusionem. Oē mouens physicum mouetur, probat tribus rōnibus. Prima: omne qd prius est in potentia & postea in actu, quodāmodo mouetur: sed mouēs prius est in potētia postea in actu: ergo mouens mouetur. Secūda rō: cuiuscunq; sua immobilitas est sua quies, huic ineſt motus: sed immobilitas mouentis est eius quies: ergo sibi ineſt motus. Tertia ratio: mouētia naturalia mouentur per contactum: in tali autem contactu mouens mouetur: quia omne agens in agendo repatitur. Ex his infert secundā diffinitionem motus dicens: Motus est actus mobilis inquantum mobile.

DVBIVM autem manifestum est: quod est motus in mobili actus enim huius & ab hoc. Motum autem actum non alius est &c. G

ISTVD EST tertium capitulum, in quo philosophus mouet tres dubitationes. Prima in quo est motus subiectiuè. Respondet qp est subiectiuè in mobili: quia actus alicuius est in eo, cuius est actus: sed motus est actus mobilis & non mouentis: igitur est in mobili. Secunda dubitatio, vtrum sit idem actus mouentis & mobilis. Respondet philosophus qp sic: qđ probat dupliciter. Primo: quia actus mouentis est qui producitur & procedit a mouente: & actus mobilis est qui recipitur in mobili: sed idem est actus q producitur a mouente & recipitur in mobili: igitur. Secundo probat per simile: quia sicut est idem spacium ascensus & descensus: ita est vnus actus agentis & passi, mouētis & mobilis: sed diuersimode: est enim mouētis tanquam causæ, & mobilis tanquam subiecti. Tertia dubitatio: vtrum actio & passio sint idem motus. Pro cuius solutione supponitur qp actiui est aliquis actus; & passiui etiam est aliquis actus: Actiui dicitur actio & passiui passio: & primo arguit philosophus quòd actio & passio non sunt diuersi motus: quia ambo vel essent in agente, vel ambo in patiente: vel actio in agente, & passio in patiente vel econtra: non possunt dici duo prima: quia tunc oē agens esset patiens & omne patiens agens: quod videtur esse falsum: nec potest dici tertiū: quia actio est quidam motus: sed motus non est in mouente, sed in mobili: igitur. Nec potest dici quartum: quia hoc esset nimis æquioce loqui de actione & passione: quia tunc agens ageret passione, & patiens pateretur actione, qđ est falsum. Finaliter ostēdit qp actio & passio non sunt vnus motus: quia si sic, sequerentur tria inconuenientia. Primum: qp diuersorum secundum speciem, puta agentis & patientis esset idem actus, quod nō videtur verum. Secundum: quia tunc doctrinatio esset idem cum doctrina, & idem esset actio & passio, quod est falsum: igitur. Tertium: quia tunc idem esset docere & addiscere, agere & pati & per consequens omnis docens addisceret. Soluit ista inconuenientia. Ad primum dicit qp non est inconueniens diuersorum secundum speciem esse eundem actū secundum tamen diuersas rōnes: vt puta vnius vt principij & alterius vt subiecti. Ad secundum dicitur qp non sequit, qp actio & passio sint proprie idem; s. si magis qp motus cui insunt actio & passio; sit vnus & idem. Vnde actio dicit actus huius ab hoc, & passio, in hoc. Ad tertium negat cōsequentiā: non.n sequit si doctrinatio & doctrina sint idem, qp docens addiscat: nec quòd actio & passio sint idem, qp agens patiatur, sicut eadem est distantia de Thebis ad Athenas & de Athenis ad Thebas: & tamen non est idem distare.

Dubitationes circa motū excitatæ.

Motus qua entitas, et vbi subiectiue. C

QVAERITVR vtrū motus sit entitas successiua respectiua vel absoluta, ens fluens subiectiue in mobili, distincta a mobili: & a termino ad quem.

Primo arguitur quod non sit entitas successiua: quia motus non est: igitur non est entitas successiua. Antecedens patet triplicīter: primo, quia quod fit, non est: sed motus fit continue: igitur motus non est. Secundo sic: Illud cuius nulla pars est, non est: sed nulla pars motus est: igitur motus non est. Tertio sic: omne ens limitatum est mobile: sed motus non est mobilis: igitur. Secundo principaliter arguitur: Motus potest habere plures partes simul: ergo non est entitas successiua. Antecedens patet: de motu alicuius mobilis: extensi; cuius quælibet pars est mobilis: & quilibet parti inest pars motus, & qualibet pars motus est motus: ergo plures partes motus possunt esse simul; quod est contra rationem successiuorum. Item motus potest fieri in instanti: ergo potest habere plures partes simul. Antecedens patet, qa virtus finita mouet in tempore: ergo virtus infinita potest mouere in instanti. Tertio sic: partes motus sunt simile ūnis ad se inuicē: ergo possunt esse cōpossibiles adinuicem. Iteꝝ post mutatum esse, quod continuat partes motus adinuicem sequit aliqua pars motus vel nonsit sic, sequit qp plures partes mot' sunt: cum quilibet pars mot' sit diuisibilis

E bilis in infinitas partes. Quarto arguitur sic: Motus est de genere absolutorum puta prædicamenti qualitatis; vt dicit Arist. 7. metaph. q duæ sunt quantitates successiuæ scilicet tempus & motus: ergo non est dicendum q si entitas successiua. Quinto arguitur sic: q non sit existens subiectiue in mobili; motus est subiectiue in mouente: ergo nō est in mobili: cum idem non sit in diuersis subiectis. Antecedens probatur: quia omnis motus est in eo cuius est actus: sed motus est actus mouentis: igitur. In oppositum videtur esse philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli.

Arti. 1.

An ignorato motu, necesse sit ignorare naturam.

PRIMO sciendum q circa textum incidit talis difficultas: vtrum ista propositio sit vera quam ponit Ari. scilicet q necesse est ignorato motu, ignorare naturam. Et videtur q non: quia dictum est q naturam esse est manifestum: modo illud quod est per se manifestum, nō indiget noticia præuia alicuius alterius ad hoc q cognoscatur: igitur ad cognoscendum naturam non est necesse cognoscere motum. Item sicut natura est principium motus, ita est principium quietis; ergo sicut natura potest cognosci per motum, ita potest cognosci per quietē: ergo dato q motus ignoretur, non oportet naturam ignorari. Item natura potest esse sine motu: ergo potest cognosci sine motu, patet consequentia: quia sicut se habet res ad esse, ita ad cognosci. In oppositum est philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur, q magna differentia inter istas duas propositiones, necesse est ignorato motu ignorare naturā; & ignorato motu necesse est ignorare naturam. Nam prima est modalis cōposita, cuius sensus est, hæc propositio est necessaria, ignorato motu ignoratur natura: & forte talis est dnbia: sed secunda est diuisa & est falsa: quia quocunq; possibili posito in esse, nunquā propter hoc fit necessarium illud, quod est merè contingens: saltem necessitate simpliciter dicta: sed merè cōtingens est q ignoretur natura; ergo q tum cunq; ignoretur motus, non est necessarium, q ignoretur natura; ideo hæc est simpliciter falsa, Ignorato motu necesse est ignorare naturam; immo q probabiliter etiam dico, q ista etiā esset falsa, ignorato motu necesse est ignorari motum. Secundo supponitur, q iste terminus ignoro, est terminus priuatiuus istius termini cognosco: ideo in ipso implicatur negatio. Ex quo sequitur q magna est dīa inter istas propositiones, ignoro motū, & motum ignoro, & motu ignorato, & ignorato motu. Nam qñ ly motus ponitur post, distribuit buitur: quando autem ante, stat determinatē: ad cuius veritatem sufficit veritas vnius suppositi. Tertio supponitur, quòd sicut istud verbum cognosco facit terminum sequentem rectū ab eo appellare suam propriam rationem: ita similiter istud verbum ignoro: ideo est differentia inter istas propositiones, ignoro motum, & motum ignoro. Nam sensus primæ est, illam rem, quæ est motus sub propria ratione: qua est motus, ignoro, sed sensus secundæ est, illam rē

quæ

A quæ est motus, ignoro: licet hoc non sit secundum illam rationē, secundum quam est motus.

Oratio in qua ponitur pars cula, Si, quomodo exponenda

SECVNDO sciendum, q vt alias visum est, oratio in qua ponitur ablatiuus absolutus potest exponi per si, quia, & dum: & secundum hoc talis propositio potest habere multos sensus. Vnde si exponatur per dum, vel quando, quod idem est: tunc sensus est, vtrum sit possibile, q natura cognoscatur, quādo nullus motus cognoscitur. Vel sic: vtrum sit possibile, quòd cognoscatur natura quando non cognoscitur motus, vel dum non cognoscitur motus. Si primo modo exponatur: tunc dico, q ista est possibilis: puta natura cognoscitur quando nullus motus cognoscitur, quod potest probari: quia possum intelligere

B compositum, & partes eius aliquo modo saltem confusè intelligendo, motum non intelligendo: quo facto natura cognoscetur, scilicet materia & forma, dato quòd motus non cognoscatur. Sed de secundo dico, quòd ista est impossibilis: cognosco naturam quando non cognosco motum: quia si ego cognoscam naturam ego cognosco illam rem, quæ est natura secundum illam rationem, secundum quam est natura, eo quòd ille terminus natura sequebatur: vnde non possum cognoscere naturam secundum suam propriam rationem, quin illum motum cognoscam: quia motus implicatur in diffinitione naturæ, ideo natura diffinitur per motum. Ex quo sequitur, quòd ista est necessaria, ignorato motu ignoratur natura: & sic loquebatur Aristote. Natura enim pro p se significato relatiuè se habet ad motum: ideo non cognoscitur natura p p se significato qn motus cognoscatur. Ex isto vlterius sequitur, quòd si talis propositio exponatur per si, quòd tales consequentiæ non sunt bonæ: si natura cognoscatur, motus cognoscitur: vel si nullus motus cognoscitur, nulla creatura cognoscitur, sed illæ sunt bonæ, si cognoscatur natura motus cognoscitur, vel si non cognoscatur motus, non cognoscitur natura: & etiā si ignoretur motus ignoratur natura: & hoc intendebat Aristot. & per ista faciliter potest videri sensus factus per ly quia. Ad rationes primi nō tabilis. Ad primam dicitur, quòd illa non est per se nota: D natura est: vt alias visum est in secundo, Dicitur tamen per se nota: quia est certa, & præsuppositа in philosophia: dato etiā quòd esset per se nota, adhuc oportet cognoscere terminos ad hoc, quòd cognoscatur.

Ad aliam dico, quòd non potest cognosci quies, quin etiam cognoscatur motus, cum priuatio non cognoscatur, nisi per habitum. Ad aliam dico, q natura potest esse sine motu saltem pro denominato: etiam potest cognosci quando motus non cognoscitur: sed non potest cognosci natura, nisi cognoscatur motus.

Ens in potētia quo modo.

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima, quomodo capitur ens in potentia in

vna

E vna diuisione textus in qua dicitur, entium quædã sunt in actu quædam in potentia. Respondetur q̃ aliquid dicitur ens in potentia dupliciter. Subiectiua qã non est & potest esse: & sic non capitur hic ens in potentia. Aliomodo capitur in potentia subiectiua, quod est, & potest aliquid recipere: & sic capitur hic ens in potentia: q̃ capitur hic ens in potentia quemadmodum illud, quod mouetur, est in potẽtia: sed illud quod mouetur est in potentia subiectiua: puta ad recipiendum terminum ad quẽ motus: igr. Secunda difficultas q̃ualiter est intelligenda diffinitio motus, in qua dicitur motus est actus entis in potentia secundum quòd huiusmodi. Respondetur primo, quòd diffinitio motus est data per additamẽtum: quia datur per mobile, quod non est eiusdem rationis cum motu: cum motus sit in prædicamento quantitatis. Dico secundo, quòd motus est actus: capiendo actum largè pro omni illo, quo actualiter aliquid est tale: & quia per motum aliquid actualiter dicitur moueri: ideo motus est actus. Dico tertio: quòd est actus entis, quod est in potentia subiectiua ad vlteriorem actum: puta termini ad quem motus. Nam omne illud quod mouetur, dicitur ad aliquid moueri, quod non habet saltem completè: aliter frustrà moueretur. Ex quo sequit, q̃ mobile anteq̃ moueat, est in potẽtia ad duos actus. Primo in potentia ad motum, q̃ actualiter mouetur: & in potẽtia ad terminũ ad quẽ illius motꝰ. Dico quarto, q̃ oẽ illud quod mouetur est verè existens: ideo est verè in actu existendi: sed fm q̃ sic est in actu existendi nõ dicitur moueri, sed secundum q̃ est in potentia ad terminum motus.

Definitio motꝰ quo modo intelligẽda.

QVARTO sciendum, quòd circa textum incidunt aliq̃ difficultates. Prima quomodo intelligitur secunda propositio, q̃ omne mouens in mouendo mouetur. Respondetur, quòd ibi propriè capitur moueꝰ pro mouente motu alterationis, quod producit in passo seu motu aliquem terminum: cuiusmodi est ignis respectu aquæ. Ex quo sequitur, q̃ talis propositio concordat cum alia propositione libri de Generatione: vbi dicitur q̃ omne agens in agendo mouetur. Dico secundo, quòd ad hoc, quòd agens agat, oportet quòd virtus actiua agentis sit fortior, virtute resistiua passi. Ex quo sequitur, quòd actio non fit nisi in maiore proportione inæqualitatis. Dico tertio quòd ad hoc, quòd illa propositio sit vera, tres conditiones requiruntur. Prima, quòd agens, & patiens communicẽt in materia: ideo licet deus moueat ista inferiora, non tamen mouetur ab ipsis. Secunda, q̃ virtus actiua passi sit fortior virtute resistiua agentis: ideo ignis aliquando agit in aquam, vbi non patitur ab aqua. Tertia quòd vtrunque sit infra q̃dam actimitatis alterius, id est quòd vtrunque habeat virtutem attingendi alterum in tanta distãtia: ideo licet cœlũ agat in ista inferiora, tamen ista inferiora non agunt in cœlum. Secunda diffi-

Oẽ mouẽs in mouẽdo mouetur q̃ã

A difficultas: qualiter intelligitur vnum dictum textus, in quo dicitur, quòd actio, & passio sunt vnus motus. Pro cuius solutione supponitur, quòd actio formaliter vt est prædicamentum, non est nisi respectus extrinsecus agentis ad passum: & passio respectus patientis ad agẽs: & sic non est intelligendum, q̃ sit vnus motus, immo sunt duo respectus extrinseci realiter distincti adinuicem. Aliomodo capitur materialiter: puta pro illa forma, quæ producitur ab agente in passum: cuiusmodi est caliditas producta ab igne in aqua: & tunc dico quòd actio, & passio sunt vnus motus, capiendo etiam motum materialiter pro forma fluente. Et ad uerte quòd actio est duplex, scilicet immanens, quæ non est nisi

B operatio immanens alicuius potentiæ, vt videre, audire. Alia est transiens: quæ non est, nisi respectus extrinsecus agentis ad passum. Ex quo sequitur, quòd talis diuisio, est diuisio æquiuoci in æquiuocata, quia actio immanens est in prædicamento qualitatis: vt audire, videre, intelligere, velle: quæ omnia important qualitates: sed actio trãsiens est in prædicamento actionis: quia non est nisi respectus agentis ad passum. Et si q̃s dicat, quare operationes potentiarum dicuntur actiones: cum sint qualitates. Respondetur q̃ hoc est propter duas conditiones, cum quibus conueniunt ei actiones. Prima: quia operatio semper est in fieri, id est in continua dependentia ad causam eandem, & secũdum idem. Secunda: quia operatio trãsit in C obiectũ sicut in terminum: & pp tales conditiones operatio significatur grammaticaliter: & habet modũ significandi verborũ actiuorum. Et si quis petat, in quo est actio subiectiuè. Respõdeo, q̃ actio vt est prædicamentum, seu formaliter capta, quæ non est nisi respectus agentis ad passum, est in agẽte tanquam in subiecto, & in forma, quæ dicit potentia actiua, vt in fundamento proximo. Similiter passio est in patiente tanq̃ in subiecto, & in potẽtia passiua tanq̃ in fundamẽto proximo. Et ex isto patet, q̃ actio est subiectiuè in agente: passio vero subiectiuè in patiente. Et si quis dicat: dicit Aristo. in textu q̃ actio & passio sunt in patiente, & q̃ actio est quidam motus. Dico q̃ ibi actio & passio capiuntur materialiter, seu D pro connorato: puta pro forma producta ab agente in passum. Et si quis iterum dicat: dicit ibi philosophus, quòd actio, & passio fundantur in moto. Dico quòd debet intelligi concomitanter: concomitantur enim motum: vel sunt in motu capiendo motum pro materiali: diuersimodè tamen: quia actio est in motu, idest in illa forma producta terminatiuè, & passio quasi subiectiuè; & de istis etiam multa fuerunt dicta in logica. Et hæc de primo articulo. Quantum ad fm articulum.

Mouẽs... do actio, & passio sunt vnus motus.

Ca. in 5. metaphy. t. 6.

Obiectio.

DVBITATVR primo. Vtrum præter subiectum alterabile & qualitatem, secundum quã est alteratio, requiratur motus seu fluxus distinctus ab illa qua litate & ab illo subiecto alterabili,

Artic. 2.

An præter subiectũ alterabile, & qualitatẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intãs alterantem requiratur tres 9 distinctus ab eis.

bili, verbi gratia: si aqua calefit, subiectũ alterabile est aqua. Nam pro regula debemus habere in philosophia, q̃ subiectũ alterationis, est quod alteratur, seu q̃ recipit qualitatem: ideo quando aqua calefit, aqua dicitur subiectum calefactionis seu alterationis: & caliditas est forma quæ acquiritur. Et arguitur primo q̃ sit ponendus talis fluxus seu motus distinctus a subiecto alterabili, & a tali forma; quia in omni motu oportet ponere aliquid qđ ex natura sua sit successiuum: sed neq; subiectum neq; talis qualitas ex natura sua est quid successiuum, cum in instanti a deo possent q̃ duci; igitur. Item omnis motus mensuratur tempore: sed neque subiectum alterationis, neque talis qualitas mensuratur F tempore; igitur. In oppositum arguitur: quia talis fluxus vel motus se haberet ad qualitatem illam vt aliquid prius vel posterius. Non potest dici q̃ talis fluxus sit posterior, quia dicitur esse via, per quam acquiritur talis qualitas: neq; dicitur prior, cum nihil dicatur alterari, nisi primo talis forma acquirat in subiecto. Item non est ponenda pluralitas sine necessitate: sed sine tali fluxu non minus talis forma successiuè acquireretur: & per ipsam aqua diceretur calefieri illo fluxu circunscripto, & igne approximato, non min⁹ produceret ignis caliditatem in aqua, & hoc successiuè: igit. Item si talis fluxus esset prior ipsa caliditate seu ipsa forma, posset esse sine tali forma: cum non dependeret ab illa forma: & per consequens per ipsum ali G quid diceretur moueri: & per consequens aliquid posset alterari & calefieri sine caliditate. Item petatur propter quid ponitur talis fluxus. Certe cum difficultate potest videri propter quid ponatur talis fluxus. Pro solutione est aduertendum q̃ de hoc dubio sunt duo modi dicendi satis probabiles. Primus qui tenet q̃ ponendus est talis fluxus seu motus distinctus a qualitate & subiecto alterabili: quia aliter non videretur quomodo motus alterationis esset motus: & distingueretur ab alijs motibus: & illi faciunt rationes ante oppositum, & habent soluere rationes aliorum. Ad primam dicunt, q̃ talis fluxus est prior natura tali qualitate: & dicunt q̃ per talem motum aliquid dicitur alterari; vt per calefactionem aliquid dicitur calefieri & non per caliditatem; immo per caliditatem subiectum dicitur esse calidum. Ad secundam dicunt q̃ non ponitur sine necessitate. Vnde dicunt q̃ propter duo ponitur. Primo, vt illa forma per ipsum dicatur formaliter successiua. Secundo, vt per ipsum subiectum dicatur taliter moueri. Ad tertiam dicitur q̃ non potest esse sine tali qualitate propter connotationem: quia connotat illam qualitatem quæ per ipsum acquiritur. Vnde licet album de suo significato formali importet albedinem, quam non implicat esse sine subiecto; licet implicet aliquid esse albũ sine subiecto. Etiam dicunt q̃ licet motus alterationis de significato formali importet entitatẽ suc-

Sco. lib. 3. d. 4. q. 1. in fol. 40. vl.

A successiuam, quæ potest esse sine tali qualitate: tamen implicat aliquid denominari ab eo sine tali qualitate. Ad quartam patet solutio, videlicet propter quid ponatur talis fluxus. Alij tenent oppositum. Scilicet non est ponendus. Et faciunt rationes post oppositum: & habent soluere rationes factas ante oppositum.

Ad primam dicunt, q̃ ibi ponitur aliquid successiuum. s. calefactio. Vnde calefactio importat caliditatem connotando ipsam successiuè habere partem post partem. Vnde quando forma est in esse quieto, dicitur caliditas, & frigiditas: sed quando est in fieri, dicitur calefactio & frigefactio: & ideo ponit quòd talis calefactio mẽsuratur tempore: licet caliditas non mensuretur tempore.

B An motꝰ localis distinguatur realiter a mobili, & a loco.

Dvbitatvr secundo. Vtrum motus localis sit res distincta à mobili & à loco. Et arguitur quòd non: quia mobile per potentiam suam, sine aliquo alio addito potest moueri; ergo non est ponendus motus distinctus ab eo vt moueatur. Item si esset talis res distincta à mobili: tunc deus posset separare illam a mobili, & separatam conseruare: quo facto ibi verè esset motus: & tamen ibi nihil moueretur. Item si motus esset res distincta à mobili, sequeretur, q̃ mobile necessario moueretur q̃ aliquod spacium: quia impossibile est, quòd mobile moueatur: & quòd non moueatur per aliquod spacium. In oppositum arguitur per philosophum in tertio huius, qui dicit, quòd esse motus consistit in fieri, & in esse successiuo: sed mobile non consistit in fieri; igitur. C Dicit etiam quòd motus est res successiua cuius pars prior non manet cum parte posteriori. Itẽ mobile est in instanti: & tamen motus non potest esse in instanti: igitur. Pro solutione ponuntur aliquæ conclusiones. Prima: Vltima sphera posset moueri motu, quo mouetur, sine aliquo loco: quia per potentiam diuinam mundus iste inferior posset corrumpi: & tamen adhuc moueretur vltima sphera: quo facto esset motus, sine loco: & per consequens motus non est locus. Secunda conclusio: Vltima sphera non solum ex eo mouetur, quòd aliter, & aliter se habet ad terram, vel ad aliquod aliud corpus: quia tunc posset sibi Ie esset, quòd ipsa quiescens moueretur: quia si vltima sphera quiesceret: & illa terra volueretur circulariter, constat quòd vltima sphera se haberet aliter, & aliter ad illam terram, sicut nunc se habet: ideo si ex hoc diceretur moueri, ipsa quiescens moueretur; & tamen hoc habent dicere illi, qui dicunt motum esse ipsum mobile: & quòd ideo mobile mouetur, quia aliter, & aliter se habet nũc, quàm prius respectu alicuius corporis. Tertia conclusio, quæ ex istis sequitur est, quòd vltimam sphæra moueri, est causa intrinsecà aliter, & aliter se hꝫ prius q̃ posterius. Quarta cõclusio: Motꝰ nõ est locus eius, ad quod mobile mouetur: quia sine loco posset esse motus, vt prius dicebatur. Vnde si totus mundus esset annihilatus præter lapidem, adhuc deus posset mouere lapidem: & tamẽ nullus esset locus:

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

E igitur. Quinta conclusio: Motus non est illud mobile quod mouetur: vt probant rationes posit oppositum. Ex quo sequitur ꝙ motus vltimæ sphęræ non est vltima sphera: quia vltima sphera secundum suum motum se habet aliter & aliter, & non se habet aliter & aliter secundum suam substantiã. Isẽ non videtur ꝙ aliquid aliter & aliter se habeat sine aliqua diuersitate in illo. Item quæro de motu lapidis sursum, qui est violentus: si talis motus esset ipse lapis, idem esset violentũ sibi ipsi: ideo respondendum est ad rationes ante oppositum. Ad primã dico ꝙ impossibile esset mobile ferri supra aliam & aliã partẽ loci sine motu & fluxu. Ad secundam dico ꝙ non repu
F to magnũ inconueniens, ꝙ motus maneret siue mobili. & ꝙ nihil dicatur mouerivt albedo potest esse, dato quòd nihil sit album: ita potest esse motus dato quòd nihil moueatur.

Ad vltimam concedimus quòd mobile necessario mouetur per aliquod spatium, & tamen per nullum spatium necessario moueatur.

Mo⁹ localis est, an sit cẽdendo.

DVBITATVR tertio. Vtrum ista sit concedenda. Motus localis est. Et arguitur quòd non: quia illud totum non est, cuius partes non sunt: sed partes motus localis non sunt: quia iam vna præterijt, & sic non est amplius: & alia adhuc est futura. Item si ista esset vera, motus est hoc esset pro tẽpore præsenti: sed hoc non: ga tunc sequeretur ꝙ motus fieret instanti: cum de tempore non habemus nisi nunc. Item sequeretur ꝙ aliquid simul fieret, & G corrumperetur: quia quãdo motus est, motus fit: & quando fit, corrumpitur: quia vel corrumpitur antequam fiat: vel quãdo fit, vel in instãti, postquam factꝰ est, non antequam fiat, vt notũ est: nec postquam factus est; ga tũc multæ eius partes prius non fuerunt; ergo quando fit. Item dicitur termo huius, ꝙ omne quod factum est, quando primo factum est tunc est: sed motus terminus primo factus est in vltimo instanti temporis, sed Ari. negat motũ esse in instanti: igit. In oppositum arg⁹: quia ois motus est actus, quo mobile mouetur; igitur motus est. Item aliquid mouetur præsentialiter & non nisi motu; igit. Item dabile est tempus præsens; ergo est dare motum præsentem. Isẽ motũ H esse accipitur tanquam manifestum & concessum in philosophia. Pro solutione supponitur ꝙ (vt iam visum est) motus est ens successiuũ, cuius esse stat in esse successiuo suarum partiũ: & non in quodam indiuisibili, vt aliqui imaginantur. Nam posit illud indiuisibile, quod vocãt mutatum esse, immediate succedit sibi diuisibile: & illud non est nisi motus, & sit præsentiali tergit. Et qñ dicebãt ꝙ de tẽpore non habemus nisi nunc; dr ꝙ verum est tanq̃ indiuisibile, cui immediate succedit continuum fluens. i. tempus successiuum: tõ dicunt aliq ꝙ qñ dr ꝙ de tempore non habemus nisi nunc; verum est tanq̃ mensurãs indiuisibile in motu. Aduerte vlteriꝰ ꝙ (vt alias visum est in logica) de tpe præteri vtimur ad libitũ huius, assignantium tpe præ-

A præsens, ideo capit tempus præsens aliquando pro vna hora: & motus, qui fiet in illa hora, dicetur motus qui sit præsentialiter: licet pars post parteur. Et quo sequitur ꝙ infinitas partes motus possimus hic quia habemus aliq̃ partem temporis & illa est diuisibilis in infinitum: ergo et motus, ꝙ fiet in illa pte tẽporis. Et quo sequit ꝙ illa est falsa. Partes motus nõ sunt: immo dico ꝙ tot sunt in esse successiuo, sicut sunt ptes tpis præsentis sed multas partes temporis accipimus, ergo & motꝰ, licet vnã prius & alia posterius. Et si dicat ꝙ vna pars motꝰ est præterita & alia futura. Dico ꝙ verũ est vtendo tempore præsenti solu pro tẽpore, cui corrãdet adequate ps motus media: vt si vtamur tẽpore præsenti ꝙ tpe cui
B adequate coexistit ps posterior; dicimus ptem priorẽ esse præteritã: & sic soluit secunda rõ. Ad alia dicunt aliq, ꝙ oẽ pars successiuũ simul est, & sit & corrũpit. Vñ ista, motus fit, sic exponit: Motus est in aliquo tempore, ante qđ non erat. Et ista, motus corrumpit, sic exponit: Motus est in aliquo tempore, post qđ non erit: & ille exponẽtes simul sunt vere; igit. Cõiter ũ aliter dicit ꝙ qñ motus fit, est: sed qñ factus est, non est. & ad Philosophũ dicunt ꝙ loquebat de permanentib⁹. Et dicũt ꝙ illa, motꝰ corrupit, sic exponit. Motus nunc non est. & immediate ante hoc fuit. Et per hoc soluit vltima rõ. Sed restãt duæ partes difficultates. Prima: verum hõ quitunc generat sit motꝰ localiter? Et vt ꝙ sic, quia de eo verum est dicere, ꝙ nunc est in loco: & prius non fuit in illo loco: igitur mutatus est localiter. In oppositum arguitur: quia de illo qui nũc generatur, nunquam fuit verum dicere ꝙ moueretur localiter: igitur. Respondetur breuiter quòd non est mutatus localiter. Dico vlterius ꝙ non bene arguitur: sed sic debet argui: istud est in loco, & ante non fuit in isto loco: & continue ante hoc mouebatur sine quiete media: igitur mutatum est localiter. Et dico notanter, sine quiete media: quia si deus nunc corrumperet hominem, & eras eum reproduceret in alio loco, certe non esset mutatus localiter, quia ante hoc non mouebatur continue sine quiete media. Alia difficultas. Verum deus possit creare motũ? Et videtur quòd non: quia creatio fit in instanti: sed motus non potest fieri in instanti: igitur. Respondetur breuiter ꝙ deus potest creare motum. Et dico ꝙ non omnis creatio fit in instanti, sed sicut res est creabilis. Dico secundo quòd deus potest reproducere motum: non in instanti, sed sicut reproducibilis est, scilicet pars post partem. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

An hõ ꝙ mouetur generetur, sit mutatus localiter.

An deus possit creare motũ.

C

D

CONCLVSIO responsalis: Motus est entitas successiua, existens subiectiuè in mobili, & realiter distincta a mobili, & a forma secundum quam est motus. Et hæc conclusio relinquitur probata ex secundo articulo. Ad rationes ante oppositum satis patet quid sit dicendum ex articulis, in quæstione factis.

Arti. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

T.c.24. & inde.

QVONIAM autem de natura scientia est circa magnitudines, & tempus, & motum: quorum vnumquodq; necesse est aut infinitum, aut finitum esse.

Quòd ad philosophum naturalem pertinet tractare de Infinito, & qd de eo opinati sunt antiqui.

ISTVD est secundus tractatus huius libri, in quo philosophus inuestigat de infinito, an sit & quomodo sit; & continet sex capitula. In primo ostendit q̃ ad naturalem philosophum pertinet determinare de infinito: quod probat rationem & signo. Ratione sic: ad physicum pertinet determinare de magnitudine, motu, & tempore: ergo ad physicum pertinet determinare de infinito. Patet consequentia; quia finitum & infinitum sunt passiones motus, temporis, & magnitudinis. Signo probat sic: quia omnes antiqui volentes tractare de rebus naturalibus fecerunt aliquam mentionem de infinito: ergo ad physicum pertinet considerare de infinito. Deinde narrat opiniones antiquorũ: & primo opinionem antiquorum non naturaliter loquentium .s. Platonis & Pythagoræ: dicebant enim q̃ infinitum est substantia per se existens; & non est sicut accẽs inhærens alicui. Dixit tamẽ ille: quia Pythagorici dicunt q̃ infinitum non potest reperiri nisi in sensibilibus: Platonici vero dicunt ipsum reperiri tam in sensibilibus, quàm in rebus abstractis a sensibilibus. Secundo dixit: quia Phytagorici posuerunt infinitum esse extra cœlũ. Plato vero non posuit ipsum esse extra cœlum. Tertiò dixit: quia Plato ponebat infinitum esse magnum & paruum: Pythagoras vero ponebat numerum parem: & hoc ostendebat ratione & signo. Ratione sic: illud quod per aliud terminatur & clauditur, de se est infinitum: & illud quod terminatur est finitum; sed numerus par terminatur per numerũ imparem nec q̃ amplius non est diuisibilis in duo æqualia, addita sibi vnitate vel numero impari. Signo sic probat: quia sicut in compositis numeris gnomonibus additis non variatur numerus, sed in numerum parem: igitur numerus par est radix infinitatis. Consequenter narrat opinionem philosophorum naturaliter loquentium de infinito: qui conueniunt cum alijs in hoc, q̃ ponunt infinitum esse principium, sed differunt ab eis: quia philosophi nõ naturaliter loquentes ponũt ipsum esse substantiam: isti vero ponunt ipsum esse accẽs & habere subiectũ, sicut Anaxagoras & Democritus. Differunt tamen inter se: quia Anaxagoras posuit illud componi ex similibus corporibus infinitis: Democritus vero posuit illud componi ex infinitis atomis differentibus in figura. Differunt secundo quòd Anaxagoras posuit quodlibet fieri ex quolibet; Democritus vero non posuit quodlibet fieri ex quolibet. Finaliter ponit aliquas proprietates, quas antiqui attribuebant infinito. Prima: infinitũ est principium: quod probant: quia infinitum est principium vel principiatum: sed non est principiatum, cum nõ habeat principium: igitur est principiũ. Secũda: infinitũ est

ingenitũ & incorruptibile qđ probant: quia omne quod generatur habet principium: sed infinitum non habet principiũ: igitur. Tertia infinitũ cõtinet & gubernat oĩa, qa primũ principium debet omnia gubernare: sed infinitũ est huiusmodi: igitur. Quarta: infinitum est quid diuinum; quia infinitum est incorruptibile & immortale: igitur est quid diuinum.

T.c.31. & inde.

ESSE autem aliquid infinitum, fides ex quinq; contingit vtiq; maxime intendẽtibꝰ.

Ars demonstrat infinitum.

ISTVD EST secundum capitulum huius tractatus, in quo philosophus ostendit, vtrũ infinitum sit vel non: & diuiditur in duas partes. In prima ponit quinq; rationes probantes infinitum esse. Prima: tempus est: ergo infinitum est consequentia patet: quia tempus est infinitum, cum secundum philosophum non inceperit, neq; desinet esse. Secunda ratio; magnitudo est diuisibilis in infinitum: ergo infinitum est. Tertia ratio: generationes & corruptiones sunt perpetuę: ergo infinitum est; quia non possunt esse generationes perpetuę, nisi sit aliqđ principium materiale infinitum: ex quo in infinitum generentur res. Quarta ratio: finitum finitur & terminat ad aliquod extra ipsum: vel ergo illud extra ipsum est finitum vel infinitũ. Si infinitum, habetur propositum: si finitum, ergo finitur ad aliquid extra ipsum, & rursum quæretur de illo alio: & sic esset processus in infinitum.

Quinta rõ: sicut est apud imaginationẽ vel intellectũ ita est in re: qa nõ cõtingit intellectũ deficere, cũ ipse moueat a rebus: sed intellectus intelligit numerũ maiorẽ quocunq; numero dato & magnitudinẽ maiorẽ quacunq; magnitudine data. Itẽ cõtingit imaginari infinitũ spaciũ: vel ergo illud spaciũ vbiq; erit plenũ, vel vacuũ. Si plenũ, hoc erit corpore infinito. Si vacuũ: ergo poterit repleri q̃ corpus, & non nisi per infinitũ: igit. Et infert q̃ si vacuũ posset repleri q̃ corpus infinitũ, erit plenũ per tale corpus: qa in perpetuis nõ differunt esse & posse. Subdit consequenter q̃ infinitum dicitur quinq; modis. Primo dicitur infinitum, quod non est finitum nec terminatũ, nec aptũ natum terminari: quemadmodum vox dicitur inuisibilis: qa non videtur, nec est apta nata videri: & istud dicitur infinitũ negatiuè. Secundo mõ dicit infinitum, quod habet quantitatẽ finitã, magnitudinẽ omno impertransibilem: & istud dicitur infinitũ contrariè. Tertio mõ dr infinitũ qđ habet quantitatẽ finitã, q̃ tñ non pr per transiri pp impotentiam trãseuntis: & sic spaciũ ab oriente in occidens diceret infinitum. Quarto modo dicit infinitũ qđ non habet finẽ, tñ aptũ natũ est hr: & illud dr infinitum priuatiue: cuiusmodi est linea carẽs punctis. Quinto mõ dicit infinitũ, in quo est semper actus coniunctus potentiæ. Et istud est triplex: scilicet secundum appositionem, & diuisionem & secundũ appositionẽ & diuisionẽ simul. In secũda parte dixit philosophus in

E finitum non esse: & ponit tres conclusiones. Prima: infinitum non est separatum a sensibilibus: Probat tribus rationibus. Prima: si aliquid sit infinitum & sit separatum a sensibilibus, tunc illud non erit magnitudo nec multitudo: cum quodlibet tale sit sensibile. Secunda ratio: impossibile est aliquod esse infinitum nisi secundum magnitudinem & multitudinem: ergo impossibile est aliquod esse infinitum separatum a sensibilibus. Patet antecedens: quia infinitum est per superationem magnitudinis & multitudinis. Tertia ratio: quia vel illud infinitum separatum a sensibilibus esset partibile vel impartibile. Non partibile: quia tunc esset sensibile: quia oporteret ipsum esse quantum. Secunda conclusio: Nullum corpus est infinitum: quia nullum corpus superficie terminatum est infinitum: sed omne corpus est superficie terminatum: igitur. Tertia conclusio: Nullus numerus est infinitus: quia nullum numeratum est infinitum, igitur nullus numerus est infinitus.

T. cō. 42. & inde. PHYSICE autem magis considerantibus ex his erit manifestum, neq; enim compositum possibile est extra neq; simplex; compositum quidem igitur non erit infinitum corpus, si finita elementa sunt multitudine.

An sit aliquid corpus sensibile actu infinitum. ISTVD EST tertium capitulum in quo philosophus ostendit, quòd nullum corpus sensibile est actu infinitum: quod probat quinq; rationibus. Prima: vel illud esset simplex, vel cōpositum: sed nullum illorum est dicendum: igitur. Primo nō cōpositum: quia vel componeretur ex infinitis, vel vno finito, & alio infinito. non ex infinitis quia non est ponenda multitudo infinita. Nec ex vno finito, & alio infinito: quia elementa, ex quibus componit corpus mixtum, seu compositum; dicuntur esse adæquata: sic quòd inter ipsa sit æqualis proportio: sed finiti ad infinitum nulla est proportio: igitur vnum nō potest esse finitum, & aliud infinitum: cum infinitum sit virtutis infinitæ: & sic corrumperet aliud. Deinde remouet vnam cauillationem: diceret enim aliquis, quòd non oportet corpus infinitū excedere aliud corpus, vel alia corpora in virtute: ga videmus multoties magnum corpus esse minoris virtutis. Respondet, q̄ quāuis virtus maioris corporis cūque non excedat virtutem minoris corporis: tamen tñ potest addi corpori maiori, q̄ eius virtus excederet virtutem minoris corporis: & si fiat additio in infinitum quemadmodum in corpore infinito, excedet aliud corpus in virtute. Secunda ratio pro qua prę mittit aliquas suppōnes Prima: omne corpus naturale est aptū natum esse in aliquo loco naturali: ita q̄ vnicuique est aliquis locus naturalis. Secunda suppositio: idem est locus toti & partis: vt toti terræ & vnius glebæ totius terræ: q̄ sic est intelligenda: totum inclinatur ad eundem locū, ad quem partes, & econtrario. Istis suppositis formatur secunda ratio: si esset aliquod corpus sensibile infinitum, vel esset homogeneum, vel heterogeneum, sed nullum est dicendum: igitur. Quod non sit homogeneum, patet: quia cum oē corpus sit in aliquo loco, tūc tale esset in loco, vel ergo in loco naturali, vel non naturali. Si in loco naturali: cum locus sit adæquatus locato, oporteret locum naturalem esse infinitum: & per consequens extra ipsum non esset alius locus: & tunc tale corpus infinitū perpetuo quiesceret in ipso loco. Si vero esset in loco non naturali, distaret in infinitum à loco naturali: & p̄ consequens nunq̄ perueniret ad locum naturalē: ergo si ponerētur tale corpus sensibile infinitū homogeneū, destrueret motus, vel quies, sed vtrumq; est impossibile igit. Quod āt tale corpus non sit heterogeneū, patet: quia tunc componeret, vel ex finitis, vel infinitis, ẽt magnitudinem & multitudinem. Nō primum; quia ex finitis non resultat nisi finitū. Nec ex infinitis: quia cū cuilibet corpori debeat locus naturalis, sequeret q̄ infinita essent loca: quia tūc essent infinita locata. Tertia ratio principalis: omne corpus sensibile est graue, vel leue. Si graue: ergo naturaliter fertur ad medium. Si leue: ergo naturaliter fertur sursum; sed in infinito non est dandum sursum, neque medium: ergo non est ponendū aliquod corpus sensibile actu infinitum. Quarta ratio: omne corp̄s sensibile est in aliquo loco: sed quilibet locus est determinat⁹ & finitus: ergo quodlibet corpus est determinatum, & finitum: ergo nullum est infinitum. Quinta ratio: nullus loc⁹ est actu infinitus: ergo nullum corpus est actu infinitum. Patet consequentia: quia vnicuique corpori debetur locus proprius. Antecedens patet: quia solum sunt sex differentiæ loci, scilicet sursum deorsum, dextrō, sinistrum, ante, & retro: quæ sunt finitæ: igitur.

T. cō. 56. & inde. QVOD quidem igitur actu nō sit corpus infinitum, manifestum ex his: quod autem si non sit infinitum simpliciter, multa impossibilia accidant manifestum est.

Quō ens finitum est, & quō infinitum est. ISTVD EST quartum capitulum, in quo philosophus inquirit, quō infinitū est, & quō infinitum non est: & intendit duas cōclusiones. Prima: Infinitum aliquo modo est, & aliquo mō non est: patet quia infinitum nō est illo mō, quo dicimus corpus sensibile esse actu infinitum: & tñ est aliquo mō: quod non pōt negari pp tria. Primo pp tps quod neq; incipit neq; desinet esse. Secundo propter magnitudines, quæ in infinitum sunt diuisibiles. Tertio propter numerum: nam omni numero dato, in infinitum potest dari maior. Secunda conclusio: Infinitum est in potentia, quæ nō reducitur ad actū completum, sed bene ad actum incompletū. Nam infinitum est in actu, sicut dies & agon: sed ista nunquam reducuntur ad actum completum igitur. Agon enim est quidam ludus, solitus fieri antiquitus in olympia: cuius partes nunq̄ erant simul: sed vna post

Universidad de Deusto
Biblioteca

E aliam. Vnde aliquid dicitur esse in potentia ad actum dupliciter. Vnomodo ad actum cõplectum: sicut cuprum est in potentia statua. Alio modo in potentia ad actum imperfectum: sicut dies & annus; q̃ nunq̃ sunt in actu cõpletorum partes eorum simul non possunt esse: sed in ipsis semper est aliquid accipiendum. Consequenter dicit philosophus q̃ infinitum reperitur tam in permanentibus q̃ in successiuis, ponens duas conuenientias inter ipsa. Prima est, q̃ vtrobiq; ratio infinitatis in hoc consistit, quod est accipere semper aliud post aliud; & nunquam est totũ acceptum. Secunda, est q̃ vtrobiq; acceptum est finitum: licet infinita sint accipienda. Ex quo infert q̃ infinitum non est tale ens sicut homo vel domus, cui⁹ omnes partes simul accipiuntur. Sed differentia est: quia in permanentibus pars prius accepta manet cum parte accipienda: sed in successiuis non manet. Finaliter ponit tres paruas conclusiones. Prima Magnitudini conuenit infinitum ſm diuisionem in partes eiusdẽ proportionis, licet non eiusdem quantitatis: quia illo modo quo magnitudo non potest consumi, ipsa est infinita; sed accipiẽdo partes eiusdem proportionis, nunquã consumetur magnitudo: igitur. Secunda conclusio Magnitudini conuenit infinitũ per appẽnem partium eiusdem proportionis, licet non per appõnẽ eiusdem quantitatis. Prima pars patet: quia quod ab vna magnitudine aufertur, potest alteri appõi: sed infinitæ partes eiusdem proportionis possunt auferri a magnitudine: igitur. Secunda pars patet: quia a magnitudine nõ possunt auferri infinitæ partes eiusdem quantitatis: igitur. Tertia conclusio: Plato male locut⁹ est de infinito: quia posse infinitum eodem modo reperiri in magnitudinibus secundum appositionem & diuisionem: non potest etiam infinitum in numeris nec secundum diuisionem, nec secundum appõnem: quia secundum eum est status ad decem: quia numeri, qui fiũt vltra decẽ sunt eiusdẽ speciei cum prioribus. G

F

ACCIDIT autem contrarium esse infinitum; quoniam sicut dicunt; non enim cuius nihil est extra, sed cuius semper aliquid est extra hoc infinitum est. *T. c. 63. & inde.* H

ISTVD EST quintũ capitulum, in quo philosophus ostẽdit quid est infinitum assignando causam infinitatis: & diuiditur in duas partes principales. In prima dicit q̃ aliter debet diffiniri infinitum, quàm antiqui diffiniebant: dicebant. n. q̃ infinitum est, extra quod nihil est. Quæ diffinitio non est bona: quia diffinitio conueniens toti & perfecto, non est bona diffinitio infiniti: sed talis est huiusmodi. Nã est diffinitio totius; ergo & perfectiicum toti & perfectum sint idem. Vnde perfectum est, cui nihil perfectionis deest notum est, cuius nihil est extra. Debet ergo aliter diffiniri infinitum: Inanitũ, est cuius quãtitatẽ accipientib⁹ sp est aliqd extra sumere. Q̃d probat *Infinitũ quid, & vnd in rebus naturalibus reperitur*

A probat signo antiquorum, qui dicebant anulos esse infinitos, eo quòd quacunq; parte accepta contingit aliam accipere. Et ex isto ponit quinque proprietates infiniti. Prima, infinitum habet modum materiæ, eo quòd est in potentia sicut materia. Secunda, infinitum non continet, sed continetur, secundum quòd infinitum. Tertia, infinitum secundum quòd infinitũ est ignotum. Quarta, infinitum magis habet rationem partis, quàm totius: quia habet rationem materiæ, quæ est pars. Quinta, infinitum non continet sensibilia, & intelligibilia: quia inconueniens est, & impossibile, ignotum & indeterminatum omnia continere. In secunda parte assignat causam infinitatis in entibus naturalibus: & intendit quinq; cõclusiones. Prima, In magnitudinibus non est procedere in B infinitum secundum appositionem, ita quòd omni magnitudine data contingat dare maiorẽ licet omni magnitudine data cõtingat dare minorem. Probat primam partem: quia quantum contingit corpus, vel magnitudinem esse in potentia, tantum cõtingit ipsum esse in actu: sed nõ contingit corpus actu esse infinitum, vt iam probatum est: igitur. Secunda conclusio: In numeris non est infinitum secundum diuisionem, quamquàm bene possit esse secundum appositionem. Prima pars patet: quia nullum compositum ex indiuisibilibus est diuisibile in infinitum: sed numerus est huiusmodi: quia componitur ex vnitatibus: igitur. Secunda pars patet: quia quantum aufertur per diuisionem a magnitudine, tantum C attribuitur numeris per appositionem: sed magnitudo est diuisibilis in infinitum: igitur numerus est augmentabilis in infinitum. Tertia conclusio, Infinitum non est vna natura, quę primo, & per se dicatur de magnitudine, motu, & tempore: quia primo dicitur de magnitudine, cum propter diuisionem magnitudinis sequatur diuisio motus: & secundo dicitur de motu: & tertio de tempore. Quarta conclusio: Magnitudinem non esse infinitam, non tollit confidratione mathematicorum: quia tali non indigent mathematici: cum in suis demonstrationibus nunquàm vrantur quantitate infinita, sed quantitate finita.

Quinta conclusio, Infinitum reducitur ad causam materialẽ: quia infinito conuenit ratio privationis, & potẽtiæ: restat enim semper aliquod eius in potentia ad vltra accipiendum: sed materia est, cui propriè conuenit priuatio, & potentia: igitur. Et hoc patet testimonio antiquorum, qui vsi sunt infinito tãquàm materia: ideo inconueniens est ipsum infinitum dici continens, & contentum. D

RELIQVVM autem est aggrediendum, secundum quas rationes infinitum esse videtur non solum potentia. *T. c. 71. & inde.*

ISTVD est sextum capitulum, & vltimum, in quo Philosophus soluit rationes factas in secundo capitulo, quę probabant, quòd esset infinitum in actu: & dicit, quòd illarum rationum quædam *Soluit rationes factas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quædam non necessario concludunt, & quædam assumuntur falsum. Et soluit primo tertiam rationem dicens, quòd licet generationes sint infinitæ per successionem, non tamen propter hoc ponendum est aliquod corpus sensibile actu infinitum; quia ad corruptionem vnius sequitur generatio alterius: & sic materia, quæ erat pars rei, quæ corrupitur, fit pars eius, quod generatur; tamen secundum fidem tenendum est, quòd generationes non sunt infinitæ secundum successionem, sed incœperunt & desinet esse. Deinde soluit quartam rationem negando, quòd illud, quod finitur, finiatur per aliquod aliud extrinsecum; sed finitur per suam superficiem: vel partem intrinsecam. Deinde soluit quintam rationem, quæ erat de imaginatione; dicens, q̃ imaginationi non est credendo; imaginationi enim credere inconueniens est: fallit enim sæpe imaginatio. Præterea soluit primam rationem dicens, quòd tẽpus non est infinitum, nisi secundum potentiam diuisibilitatis: & similiter motus. Deinde soluit secundam: dicens, quòd magnitudo non est actu in infinitum diuisa: sed est totum infinitum secundum potentiam diuisionis: & similiter numerus est infinitus secundum potentiam appositionis: neutrum tamen eorum est infinitum actu.

An sit aliquod corpus actu infinitum.

QVAERITVR, vtrum sit aliquod corpus actu infinitum.

Arguitur primo, quòd sic: quia secundum Philosophum sexto huius: motus, & tempus sunt infinita: & eadem ratione, q̃ magnitudo, motus, & tempus proportionabiliter se habent ad finitatem, & infinitatem; ita q̃ si vnum illorum sit infinitum, & alia erunt. Secundo sic: Motus, & tempus sunt passiones corporis naturalis: ergo si motus, & tempus sunt infinita, oportebit aliquod corpus naturale esse infinitum. Tertio sic, Omne cõtinuum est infinitum; sed aliquod corpus est continuum: ergo aliquod corpus est infinitum. Antecedens patet; quia continuum est diuisibile in infinitum; ergo habet infinitas partes; & per consequens est infinitum. Quarto sic: Omne finitum per ablationem finiti tandem consumitur; sed continuum per ablationem finiti nunquam consumitur; quia post quamlibet partem acceptam, est pars accipienda; ergo sequitur, quòd non est finitum; & per consequens est infinitum. Quinto sic; Intellectus noster intelligit infinitum: & virtus imaginativa ipsum imaginatur: igitur infinitum est. Et repetit consequentiam: quia intellectus est virtus passiua, quam necesse est moueri a re. Ideo de infinito est scientia; cum ad Philosophum naturalem pertineat de ipso determinare. In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli.

Art. 1. *Infinitũ quo. ad esse.*

PRIMO sciendum, quòd infinitum potest capi dupliciter; vt alias visum est in secundo huius. Vnde aduerte, quòd Arist. non definit hic infinitum syncategorematice captum, sed categorematice captum; non in actu, sed in potentia: cuius diffinitio debet sic intelligi: Infinitum est, cuius quantitatem accipientibus, idest quantumcunque accipientibus restat aliquid accipiendum. Cuius ratio est: quia infinitum in quantitate (sicut loquitur Philosophus) non potest habere esse nisi in fieri, & in potentia accipiendi semper alterum post alterum. Et ideo quantumcunque accipiatur illud nõ est nisi finitum; & quædam pars infiniti potentialiter: ideo restat aliquid ipsius infiniti accipiendum. Ex quo concludi potest, quòd infinitum nec est totum, nec perfectum. Primo non est totum: quia totum est, cuius nihil est extra: sed est in infinitum, idest extra illud, quod habetur iam de ipso semper est aliquid extra. Secundo non potest dici perfectum, quia perfectum est cui perfectionis nihil deest: sed isti infinito semper aliquid deest: igitur. Aduerte vlterius, quòd in quolibet continuo sunt duplices partes, scilicet eiusdem proportionis: & eiusdem quantitatis. Eiusdem proportionis, quæ sic se habent, quòd qualis est proportio primæ ablatæ ad secundam ablatam, talis est secundæ ad tertiam. & sic deinceps: vt si diuidatur vna linea in duas medietates: & iterum vna medietas in aliss medietates, tunc procedit per partes eiusdem proportionis: quia sicut primæ ad secundam est proportio dupla: ita secundæ ad tertiam est proportio: & secundum illas partes quodlibet continuum est diuisibile in infinitum: & magnitudo per diuisionem nunquam potest consumi per ablationem talium partium. Et si quis dicat: si hoc esset verum, sequeretur, quòd in quolibet continuo esset multitudo infinita partium actu existentium: quia si tale continuum diuidatur in illas partes, oportet, quòd componatur ex illis partibus: aliter esset vnum ficticium dicere, quòd continuum diuideretur per illas partes: & quòd ex illis non componeretur. Respondeo, quòd in quolibet continuo sunt infinitæ partes eiusdem proportionis in actu essendi, & quæ realiter existunt: sed sunt in potentia subsistẽdi, idest in potentia, vt diuidantur. Et si quis iterum dicat: multitudo entium infinita est impossibilis. Dico pro nunc quòd verum est actu separatorum ad inuicem: non tamen entium non separatorum adinuicem. Sed partes eiusdem quantitatis sunt, quæ sic se habent quòd prima est eiusdem quantitatis cum secunda, & secunda cum tertia, & sic deinceps: & tales non sunt infinitæ in continuo: immo continuum per ablationem talium partium consumitur: & istæ sunt duplices: Quædam sunt non communicantes, quarum vna nihil accipit de alia, nec e contra. Aliæ sunt communicantes, quarum vna accipit aliquid de alia.

Ric. q. 5. quæst. in prin. primi artis.

Vide Burlæũ in 1. Physicorum, Melis. de infinito, in folio 2. arg. in contrariam.

An in quolibet continuo infinitæ sint partes.

SECVNDO sciendum, q̃ circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima vtrum in quolibet continuo sint infinitæ partes? Et arguitur, quòd non: quia vel essent in actu, vel in potentia. Non in actu: vt videtur velle Aristoteles. Nec in potentia

tentia: quia non videtur quomodo illa potentia reduceretur ad actum. Item nullus numerus est infinitus: ergo partes continui non sunt infinitæ: Antecedens videtur habere Arist. Item infinito repugnat, quòd omnes partes sint acceptæ; sed omnes partes continui possunt esse acceptæ: quia totum potest esse acceptum; ergo & partes, cũ partes non sint aliud, quàm totum. Item plures partes faciunt aliquid maius, quàm pauciores; ergo si sint infinitæ, faciunt totum infinitum, & per cõsequens erit infinitum. Item sequeretur, q̃ esset multitudo maior multitudine infinita, quod est inconueniens. Consequentia patet, quia multitudo totius lineæ est maior, quàm multitudo vnius partis; sed in vna parte sunt infinitæ: igitur. In oppositum arguitur, quia si in continuo non essent infinitæ partes, sequereretur quòd non esset diuisibile in infinitum, sed hoc est falsum: igitur. Pro solutione ponuntur aliquæ conclusiones. Prima, In quolibet continuo sunt infinitæ partes eiusdem proportionis. Ex quo sequitur, quòd non sunt plures partes in cælo, quàm in grano milij. Ex isto etiam sequitur, quòd si mundus fuisset ab æterno (sicut posuit Philosophus) in toto tempore præterito nõ fuissent plures dies, quàm anni: licet quilibet annus contineat 366. dies. Secunda conclusio, In nullo continuo sunt infinitæ partes eiusdem quantitatis non communicantes: quia tunc illud esset actu infinitè extensum: licet sint infinitæ eiusdem quantitatis communicantes: vt visum est in præcedenti notabili. Tertia conclusio, Finitum, & infinitum capta categorematice opponuntur adinuicem, sicut visibile, & inuisibile; & etiam finita, & infinita in numero plurali; sed finitum, & infinitũ capta syncategorematice nõ opponũtur: nisi sicut isti termini, omnis & aliquis: immo sicut ista est concedenda, omnia sunt aliqua, ita ista, infinita sunt finita. Aduerte vlterius, quòd ad videndum veritatem multarum propositionum, quæ fiunt in istis, debemus bene aspicere ad ly omnes, captum collectiue, vel distributiue: vt ista, omnes partes continui sunt omnes partes continui. Si teneatur distributiue, est falsa: si collectiue, vera. Etiam ista, omnes partes huius totius, scilicet a, sunt b, c, d: dato quòd figneatur omnes partes illius totius: si teneatur distributiue, falsa est: si collectiue, vera est. Similiter ista, omnes partes lineæ b, habent vltra alias partas est vera, si teneatur distributiue, si collectiue est falsa. Sed restat alia parua difficultas, quomodo capitur ibi infinitum: dicendo, infinitæ partes sunt in continuo. Respondeo quòd proprie capitur syncategorematice sic exponendo: duæ partes, tres, quatuor, quinque, centum sunt in continuo: & nõ sic exponendo: aliquot partes sunt in cõtinuo, & non tot quin plures: quia tunc esset falsa.

Et aduerte, quòd de rigore omnis propositio, in qua ponitur infinitum, est distinguenda. Et dico (vt alias visum est) quòd iste terminus infinitum, quò ad significationem eius partim

A tim est categorema, & partim syncategorema: cum subordinetur conceptui complexo ex actu, & conceptu: sed si per se ponatur quò ad officium, est categorema: quia reddit suppositum verbo: sed quando ponitur cum substantiuo, est syncategorema, quò ad officium.

Sit partes continui sunt infinitæ, an sit concedenda.

TERTIO sciendum, quòd restant adhuc aliquæ difficultates. Prima, vtrum ista sit concedenda, omnes partes continui sunt infinitæ? Respondeo, quòd si ly omnes, capiatur distributiue, est falsa: quia nullæ partes continui sunt infinitæ: si autem capiatur collectiue, tunc est bene concedenda: & est sensus, omnes partes cõtinui sunt duæ, sunt tres, quatuor, centum, & sic de aliis. Dicunt tamen aliqui, quòd est falsa: & dicunt, quòd ly infinitum a parte prædicati semper tenetur categorematice, sed hoc non est verum: nam sicut ly omnes, tam a parte subiecti, quàm prædicati potest teneri syncategorematice, ita ly infinitum. Ita etiam potest concedi, In infinitas partes continuũ potest diuidi: quia in duas centum, mille, & sic de aliis. Etiam ista, In infinitas partes continuum potest esse diuisum, saltem per potentiam diuinam: quia in duas, centum, mille, continuũ potest esse actu diuisum: etiam posset concedi ista, continuum potest diuidi in infinitas partes: continuum potest esse diuisum in infinitas partes: de hoc tamen magis postea videbitur: quia multi sunt, qui no lunt concedere eas. Et aduerte, quòd ad hoc, quòd aliqua propositio de possibili in sensu diuiso sit vera, non oportet, quòd sibi correspõdeat vna de inesse in propria forma: sed sufficit, quòd ponatur subiectum per pronomen demonstratiuũ. Vnde ista conceditur, materia aeris potest esse sub forma aquæ; & tamen ista est impossibilis, materia aeris est forma aquæ: sed debet sic poni, hoc est, sub forma aquæ demonstrando per Iv hoc illud, pro quo supponebat subiectum primæ. Ad rationes prius factas in alio notabili. Ad primam dico, quòd ibi sunt infinitæ partes in actu existendi, quæ sunt in potentia in actu subsistẽdi: vt iam visum est. Et dico, quòd reducitur ad actum subsistendi per diuisionem vnius ab aliis: non tamen sic, quòd nunquàm detur vltima. Ad aliam dico, quòd verum est, quòd infinito repugnat habere omnes partes acceptas: quia semper restat aliquid accipiendum. Et si quis dicat, ista est possibilis, omnes partes continui sunt acceptæ: quia descendentes sunt veræ. Dico, quòd verum est, capiendo ly omnes, distributiue, sed non collectiue: & quando infertur totum potest esse acceptum, transeat: ergo & partes; negatur consequentia. Et ad probationem, quia totum nihil aliud est, quàm suę partes: negatur. Ad aliam dico, quòd plures partes non contentæ in aliis paucioribus, faciunt aliquid maius, quàm illæ pauciores: si autem illæ plures contineantur in aliis paucioribus, non oportet. Vnde dico, quòd illæ infinitæ continentur in duabus primis medietatibus.

Ad aliam dico, quòd multitudo

De veritate propositionis possibilis, vide Sc. in 2. d. 2. q. 9.

Vide Sc. in 2. dist. 2. q. 9.

Infinitæ partes sunt in continuo, quomodo.

Sco. li. 2 dist. 2. q. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B tudo partium totius nõ est maior, quam multitudo partium vnius partis: & hoc capiendo ly maius, proprie: quia si improprie caperetur, tũc posset concedi, q̃ numerus partiũ totius esset maior, quam numerus partium partis. Vnde maius proprie idem est, quod tot, & plures: sed impropriè idem est, quod illud, & aliquid aliud: modo totum contineat omnes partes partis: & cum hoc multas alias, sed non plures.

Continuum potest diuidi in vltimata, an esse diuisa.

QVARTO sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas: vtrum illa sit cõcedenda, cõtinuum posse diuidi in omnem partem ideam? & videtur, quòd sic: quia omnes singulares illius sunt verę: nam ista est vera, cõtinuum potest diuidi in hanc partem: & continuum potest diuidi in hanc partem: & sic de aliis: igitur. Respondetur, quòd hoc nõ sufficit ad veritatem vniuersalis de possibili: sed quod singulares fiant compossibiles adinuicem: cum vniuersalis æqualem copulatiuę, quæ est impossibilis, si partes eius non fiant compossibiles. & si arguatur contra hoc ex illa inductione, in quo vnaquæque illarum est vera, & illa ergo simul compossibiles. Dico, quòd verum est: vel ly simul determinat ly possibile: sed non, vt determinat actum terminatè potentiam.

Sect. 11. d. 2. q. 3. in fine ad 2. oppositi

Et si quis dicat contra, illæ singulares sunt verę, & inferunt aliquam vniuersalem, & nonnulli igitur illa vniuersalis erit vera, aliàs ex vero sequeretur falsum. Respondeo, quòd singulares propositiones de possibili absolutè non inferunt formaliter vniuersalem de possibili: sed est fallacia figuræ dictionis, a pluribus determinatis ad vnam: possunt enim singulares vi sermonis vnitè prędicatum cum subiecto pro aliquo nunc vbi vniuersalis vnit prędicatum cum subiecto pro quolibet nunc. Et si quis quæratqualiter ergo erunt accipiendę singulares de possibili, vt sufficienter inferant vniuersalem. Dico, quòd debent accipi in cõpositione specifica pro eodem numero: vt: possibile est cõtinuum diuidi secundum a. pro aliquo nunc & possibile est illud diuidi secundum b. pro eodem nũc, & sic de aliis: & tũc sequitur vniuersalis. Et si arguatur, illæ singulares nõ sunt illius vniuersalis: sed illius continuum possibile est diuidi in quodlibet signum secundum vnum nunc: quæ differt ab alia. Respondetur, quòd licet illę differant secundum vocem: non tamen secundum significationẽ. Et si quis dicat adhuc illę singulares sic acceptę pro eodem nũc sunt compossibiles: vt pro illo nunc, in quo est diuisibile secundum a. non repugnat diuidi secundum b. pro eodem nunc. Respondetur, quòd cuilibet singulari acceptę, vel acceptabili nulla singularis determinata acceptæ, vel acceptabilis repugnat ſ determinata compositione pro eodem nũc: tamen cuilibet acceptę repugnat infinitè indeterminatè: & illud videtur esse de mẽte Scoti: & hoc etiam multi tenent. Et per hoc soluitur etiam ista consequentia: in hac parte horæ Deus potest creare vnum lapidem, & in ista parte horæ Deus potest creare lapidem: & sic de aliis: ergo Deus in qualibet parte horæ potest creare lapide. Respondetur, q̃ licet quælibet

Sco. li. 2. d. 2. q. 3.

nem' cum primũ potest diuidi.

A bet pars antecedentis sit possibilis, & cuilibet alteri cõpossibilis, non tamen oẽt partes sunt compossibiles adinuicem. Et hæc de primo art. Quantũ ad secundum.

Art. 2. An Deus possit facere corpus simul sale alio infinitũ.

DVBITATVR primo: Verũ Deus possit facere aliquod corpus sensibile actu infinitũ, i. infinitę extensionis, seu habens magnitudinem infinitatis partium eiusdem quantitatis. Et arguitur primo quòd sic: Nulla est implicatio cõtradictionis aliquod corpus esse actu infinitũ: igitur Deus potest facere ens in finitum. Antecedens probatur: quia infinitas non tollit rationem magnitudinis, nec aliquid conueniens magitudini: igitur. Respondetur, quòd implicat, quia ex quo illud corpus esset productum esset corruptibile & esset incorruptibile: cum esset infinitæ virtutis, & per cõsequẽs æqualis potentiæ cum Deo: & per consequens non posset corumpi a Deo rum inæquali proportione non fiat actio. Secundo sic: Deus potest facere aliquid corpus infinitæ magnitudinis: igitur. Antecedens probatur: nam capiatur aliquod corpus longitudinis decem palmarũ, & latitudinis vnius palmę: tunc in illo corpore sunt infinitæ partes proportionabiles: quarum quælibet secundum latitudinem est vnius palmæ & per consequens quælibet est æqualis secundum latitudinem: tunc arguitur sic: Deus potest dividere illud secundum omnes illas partes, & vnire vnam alteri secundum longitudinem: quo facto illud corpus erit infinitę longitudinis. Respondeo negando, quòd Deus possit omnes partes huiusmodi diuidere, & cõserare hoc. n. est contra rationem continui: sicut cõtra rõnem infiniti in potentia, q̃ fit actu diuisum, seu totũ accepti. Tertio sic: magnitudo sortis habet infinitas partes eiusdem extensionis: ergo est infinita. Antecedẽs probatur: quia magnitudo sortis est diuisibilis in infinitas partes eiusdem proportionis: & quælibet est æqualis extensionis: quia quælibet continet tot partes: sicut & altera, scilicet infinitas. Respondetur, quòd licet quælibet contineat infinitas partes, non tamen sequitur, quòd quælibet sit eiusdem quantitatis cum alia, vel ejusdem extensionis. Quarto sic: Deus potest producere magnitudinem aliquantam, & non tantam quin maiorem: ergo Deus potest producere lineã infinitam. Dico, quòd verum est capiendo ly infinitum syncategoreme tice: sed non capiendo ly infinitum categoreme tice.

Rectissimus super 1. Phys. par. 4. & 5. 3. cap. 8. 9. 10. 11.

Quinto sic: sequeretur, quòd Deus non esset omnipotens: consequens est falsum: igitur. Antecedens probatur: quia illud nõ est omnipotens, quod nõ potest facere ea possibilia fieri. Rndeo quòd infinitum in actu non est possibile fieri: modo omnipotentia Dei habet pro obiecto solum possibile. Sexto sic: omnes partes continui Deus distincte cognoscit: ergo potest quamlibet a qualibet separare, & alteri magnitudini coniungere: quo facto erit aliquod corpus actu infinitum. Respondeo quòd non quodlibet, quod Deus cognoscit, potest facere: tamen seipsum distincte cognoscit, & tamen seipsum facere non potest:

quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

B etiam Deus cognoscit totum & suas partes essentiales: & tamen non potest facere totum sine suis partibus: cum illud non sit sic factibile. Etiã dato, quòd cognoscat omnes partes continuitamen non potest ipsum dividere secũdum quamlibet partem cum illud non sit sic factibile. Septimo sic, Deus in qualibet parte proportionabili vnius horæ potest facere vnum lapidem, & illos ad inuicem in fine illius horæ coniungere: quo facto erit lapis infinitæ magnitudinis. Et quòd ita posset, patet: quia possibile est, quòd in ista totali hora Deus faciat vnum lapidem continue partẽ post partem: ergo in qualibet parte proportionabili facit vnum lapidẽ: nam quælibet pars lapidis est lapis, sed in qualibet parte proportionabili facit aliquam partem lapidis: igitur. Pro istis notato, quòd aliquando distributio non conceditur vbi singularis repugnat singulari: sed ita talis distributio non potest fieri, eo quòd sunt infinitæ partes: ideo quãdo sunt aliquæ adhuc, semper sunt aliæ, quæ sunt præter omnes. Dico etiam quòd magna est differentia inter istas propositiones: In qualibet parte proportionabili Deus facit lapidem in toto continuo: & In qualibet parte proportionabili, Deus facit lapidem pedalem: quia faciendo lapidem in toto continuo, non oportet illis medietatibus vti: sed bene ad faciẽdum lapidem pedalem,

F Regula.

Audiatur posti alia qua i. ar inf.

DVBITATVR secundo: Vtrum sit dabilis aliqua qualitas infinitæ intensionis. Et videtur quòd sic: quia dabilis est ali qua qualitas infinitæ perfectionis: ergo dabilis est aliqua qualitas infinitæ intensionis. Antecedens probatur: supponendo, quòd omnis albedo omni nigredine est perfectior: quia non est dare duas species æqualis perfectionis: immo a tota specie vna species excedit aliam speciem, vel exceditur ab alia. Supponitur etiam quòd omnis gradus albedinis est albedo: quo supposito arguitur sic: albedo omni nigredine est perfectior: ergo omnis gradus omni gradu est perfectior: tunc sic, hæc albedo est in duplo perfectior sua medietate: & est in centuplo perfectior sua centesima parte graduali: & sic in infinitum: tunc capio illam, quæ est perfectior in infinitum, tunc illa est perfactior nigredine: ergo illa erit in infinitum maioris perfectionis.

G *Vtrũ sit dabilis aliqua qualitas infinita.*

Scot. in 1. d. 1. q. 1. & 2.

H Respondetur, quòd talis argumentatio non valet, vbi non est recta comparatio excedentis ad excessum: modo in his, quæ sunt diuersarum specierum non est recta comparatio secũdum certum numerum: vnde nõ potest dici hõ inquãtũ homo est perfectior asino. Item arguitur sic; quælibet albedo est infinita: qa quælibet talis componitur ex infinitis partibus æqualis perfectionis: vt capio albedinem decem graduum, quæ fit in digito: tunc sic: illa habet infinitas partes æqualis perfectionis: quia ipsa est in cõtinuo, & in qualibet parte continui: & sunt ibi infinitæ partes continui: ergo habebit infinitas partes, quarum quælibet est æqualis perfectionis: quia quælibet est decem graduum: cum gradus alicuius qualitatis

A litatis penetrent seinuicem. Respondetur, quòd habet infinitas partes: sed illæ non sunt æqualis perfectionis: immo maior magis continet de albedine, quàm alia. Et quando dicitur: quælibet pars est decem graduum: dico, quòd non: sed decem partiũ graduum: & hoc capiendo gradum vniformiter. Et quando tu dicis ibi gradus albedinis penetrant se. Dico, quòd verum est sic, quòd totus gradus totum gradum, & pars partem; sed nõ quælibet pars quamlibet partẽ.

Scot. in 1. dist. 17. q. 3.

Item calefaciens aquam in vna hora producit infinitam caliditatem in aqua: igitur. Antecedens probatur: quia volo, qꝫ illud calefaciẽs calefaciat aquã frigidam: tunc in mediate horæ corrumpit medietatem frigiditatis, & generat aliquam caliditatem, quæ sit duorum graduũ: tunc cõstat, quòd post illam medietatem horæ, medietas resistentiæ in aqua est ablata, scilicet medietas frigiditatis: ergo motus debet esse velocior in duplo: ergo sequit, qꝫ in medietate secundæ medietatis horæ tantũ de caliditate generabitur quantum generabatur in prima medietate horæ: & sic erit caliditas vt quatuor; & tunc iterum erit ablata medietas resistentiæ, quę remanst: ideo motus in duplo velocitabitur. Et sic procedendo semper sequetur, quòd in qualibet medietate proportionabili tantum de caliditate generabitur quantum generatum fuit in prima medietate: ergo cũ infinitæ sint medietates proportionales horæ generabuntur infiniti gradus caliditatis, quorum quilibet erit, sicut duo, qui primo generabantur. Respondetur negando consequentiam: quia calefaciens non calefacit, nisi ratione contrarietatis, quã habebat ad passum: modo volo qꝫ fuisset decẽ ad decẽ: tunc illa facta est minor in subduplo: qa prius erat contrarietas decem ad decem: modo non est contrarietas nisi decem ad quinque: & cum æqualiter diminuta est resistentia passi, & contrarietas agentis ad passum: ideo semper remanebit æqualis velocitas. Item homo potest in primo instanti vnius horæ mereri, & actum suum per illam totã horam continuare; quo facto merebitur in infinitum: cum ibi sint infinita instantia. Respondetur negando consequentiam: cuius ratio est, quia licet primo instanti possit correspondere certum præmium; tamen pro nullo instanti post correspondet certum præmium secũdum se totum, sic videlicet, quòd ipsum, & quælibet pars eius correspondeat merito alicuius instantis. Et ratio huius est; quia post primum actum non potest continuare actum suum, nisi continuet per infinita instantia.

C

D

DVBITATVR tertio; Vtrum sit dabilis aliqua multitudo actu infinita. Et videtur, quòd sic; quia quælibet continui actualiter sunt infinitæ partes; ergo sunt possibiles; ergo est possibile aliquam multitudinem esse actu infinitam. Antecedens probatur; quia continuum habet plures partes; & nõ tot finitas numero quin plures; & omnes istas partes actualiter, & simul habet: igitur.

Vtrũ sit aliqua multitudo actu infinita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E Ad istud dubium respondetur, quòd iam dictum est, quòd multitudo infinita entium non separatorum, sed facientium vnum per se est possibilis. Secundo sic: non est magis impossibile simpliciter esse aliquam multitudinem aliquorum non facientium vnũ per se in actu: quàm aliquorum per se facientium vnum: quia vel hoc esset, quia totum esset æquale, aut minus perfectum sua parte, vel quòd infinitum esset minus infinito: vel quia actualitas existentiæ repugnet tali infinito: sed quicunq; detur certe talis apparet esse etiam in multitudine entiũ non separatorum. Respondetur, quod hoc est propter implicationem: nam sequeretur, ꝙ aliquid esset & continuum, & diuisibile: & non continuum, & indiuisibile: & quòd cõtinuum componeretur ex non continuis: nam capiatur vna illarum partium, tunc ipsa erit quid cõtinuum, & diuisibile: & tamen per aduersarium non erit plus diuisibilis. Item Deus potest in quolibet tustati vnius horę producere vnum angelum, & illũ conseruare: quo facto in instanti terminante illam horam erũt infiniti angeli. Dico, quòd hoc multoties fuit solutum. Sed aduerte, quòd Gregorius de Arimino tenet oppositum omniũ istorum dubitorum. Et ponit tres cõclusiones oppositas. Prima: dabilis est magnitudo actu infinita per potentiã diuinã. Secundo, dabilis est forma infinite intẽsa. Tertia, dabilis est multitudo actu infinita. Sed contra istam conclusionem vltimã arguitur: si possibile esset aliquam multitudinem actu esse infinitam: sequeretur, quòd pars non esset minor toto cuius est pars, vel quòd vnum infinitum esset minus alio infinito: nam detur illa multitudo infinita, & sit multitudo animarum remouẽdo decem, adhuc sunt infinitæ: ergo pars non est minor toto: & vnum infinitum esset minus alio: quia ille qui remanet decẽ depositis est minor: cum non tantum contineat sicut alter.

Greg. in 1. d. 42. 2. & 4. q. 1.

G

Item contra idem arguitur: quia detur illa multitudo infinita Deus potest producere adhuc vnam animam: quo facto numerus non erat infinitus.

Pro omnibus istis rationibus ponit aliquas distinctiones. Prima, totum potest capi dupliciter. Vnomodo, pro illo, quod includit aliquid: & cum hoc aliquid aliud, quod non est illud, aliquid: & sic totum est semper maius sua parte: & vnum infinitum potest esse pars alterius infiniti. Aliomodo, pro illo, quod includit tot, quot non includit aliud: & sic nulla multitudo infinita esset totum isto modo. Ponit etiam vnam differentiam de maius, & minus de qua iam supra visum est: & per ista soluit primam rationem. Ad aliam dicit, quòd Deus potest creare infinitas animas: quo facto potest adhuc creare alias & finitas multitudines, & infinitas: non tamẽ potest habere plures: quia illæ secundario creatæ cũ aliis non faciunt plures. Et si dicatur, quælibet vnitas addita multitudini constituit maiorẽ multitudinem. Dicit, ꝙ hoc non est verum, nisi de multitudine finita, quæ non est maior, nisi contineat

Totũ duplicit.

H

A neat pluries vnum. Vel põt dici, ꝙ licet illa multitudo contineat istam vnitatem, cũ prioribus, non tn cõtineat plures: sed bene aliquid aliud, quod prius non continebat. Sit hæc de secũdo art. Quantum ad tertiũ sit.

Conclvsio responsalis: probabile est, quòd non sit aliquod corpus infinitum actu: & ista satis patet ex prædictis. C *Art. 3.*

Ad rationes ante oppositum patet quid sit dicendum in articulis.

PHYSICORVM
LIBER QVARTVS.

T. com. 1 & seqq.

Similiter autẽ necesse est physici de loco, sicut & de infinito considerare si est, aut non: & quomodo est, & quid est. Et ea namq; quæ sunt, omnes opinantur alicubi esse. Quod enim nõ est, nusquam est; vbi enim tragelaphus aut &c. B

Quid locus sit, quãdiuersis eius cõsideratio, & qd ad physicum spectat determinare de eadem.

Est quartus liber Physic. Arist. i quo determinat de loco vacuo, & tempore: & diuiditur in tres tract. In primo, determinat de loco, & continet septẽ cap. In primo, disputat, an sit locus præmittẽs hanc cõclusionẽ: Ad Physicum spectat determinare de loco si est, quo est, & qd est: probat duabus rõnibus. Prima, ad physicũ spectat determinare de passionibus cõuenientibus entibus naturalibus: sed locus est hmõi. Nã dicebãt antiq, ꝙ quicquid est, est in loco: & qđ nõ est, nullibi est: vt ficticia sicut chimera, & tragelaphus. Secunda rõ: ad physicũ pertinet determinare de motu locali, qui non est sine loco: ergo etiã habet determinare de loco. Deinde ponit secundã cõclusionẽ, quę est hæc. Cõsideratio de loco est difficilis: quod probat, quia consideratio loci considerantibus diuersas proprietates loci apparet esse alia, & alia, nam ꝙ terminare locatum, vt ꝙ sit forma: & propter recipere locatum, vt ꝙ sit materia: igitur. Consequẽter ponit tertium conclusionẽ, quæ est hæc: locus est, quod probat quadrupliciter. Primo sic: transmutatio localis est: ergo locus est. Antecedens patet, quia vbi nũc est aqua, aliqñ fuit aer: & e contra. Cõsequentia patet: quia transmutatio localis nõ potest esse sine loco, cũ locus sit receptaculum corporis moti localiter. Ex quo patet, ꝙ locꝰ est aliud a locato: quia manet idem locus vt iriato locato. Secũdo, sequit, ꝙ põt esse successiuo diuersorũ corporum in eundem locũ

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

E numerat. Secundo probat illud ad quòd tẽdunt naturaliter corpora naturalia: est aliquid in rerum natura locus est huiusmodi: igitur. Videmus enim aliqua corpora ferri sursum, & aliqua deorsum: & hoc, quia locus habet virtutem conseruatiuam locati: & subdit, quòd sex differentiæ loci non solum reperiuntur in vniuerso per comparationẽ ad nos: sed ex natura rei: quia illæ differentiæ loci semper manent eædem: sed sursum, & deorsum, quæ sunt in respectu ad nos non semper manent: igitur. Tertio probat eõclusionem principalem, auctoritate antiquorum dicentium mundum generari, & ante generationem esse vacuũ, & quoddam chaos: ex quo dicebant mundum generari, & postea recipi in illo

P vacuo tanquam in loco: igitur

Hesiod. Quarto probat auctoritate Hesiodi poetæ dicentis factum esse vnum chaos, & vacuum: & postea ex eo facta est terra lata, vt sit receptaculum eorum, quæ sunt. Consequenter posuit sex rationes probantes locum non esse. Prima: Si locus esset, vel esset corpus, vel aliud a corpore, non corpus, quia cum locatum sit corpus, & est simul cum loco, duo corpora essent simul, quod est falsum: nec secundum, quia locus habet tres dimensiones, sed omne tale est corpus: igitur. Secunda ratio, si sit ponendum aliquod receptaculum corporis naturalis, aliud a corpore, quod sit locus: ergo a simili erit ponendum aliquod receptaculum distinctum a superficie, quod erit locus superficiei, & etiam aliquod, quod erit locus lineæ, & puncti, quod est

G falsum: quia locus puncti cum sit indiuisibilis, & sibi cõueniat diffinitio puncti non distinguitur a puncto: igitur. Tertia ratio, si locus sit, vel est elementũ, vel de numero corporeorum, vel incorporeorum: sed nullum illorum est dicendum: igitur. Primo, quòd non sit elementũ patet: quia elementum corporis sensibilis est corporeum. Secundo, quòd non sit corporeum: quia omne tale est corpus: sed locus non est corpus: igitur. Tertio, quòd non sit de numero incorporeorum: quia nullũ corporeum habet magnitudinem: sed locus habet magnitudinem cum sit æquatus locato: igitur. Quarta ratio, si locus esset aliquid, aut esset principium, aut causa rei: cum habeat virtutem conseruatiuam locati: sed hoc

H est falsum: quia tunc oporteret, quòd esset materia, vel forma, quod non est dicendum, cum locus sit extrinsecus rei locatæ. Quinta ratio, omne quod est, alicubi est: ergo si locus sit, erit in loco: & sic loci erit locus, quod est falsum: igitur. Sexta ratio, si locus esset aliquid, esset æqualis locato: ergo augmentato locato, augmẽtabitur locus: quod est falsum, quia omne, quẽ augmentatur est corpus: igitur.

T. cõ. 16. & inde.

QVONIAM autem aliquid quidem secundum se, aliud vero secundum aliud dicitur &c.

Locus an sit materia, vel forma.

ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus inquirit, vtrum locus sit materia, vel forma. Pro quo supponitur, quòd duplex est locus, scilicet

A cet communis, & proprius. Locus proprius est, qui nihil aliud continet, quàm corpus, cuius est locus: sed locus communis est, qui cum alio corpore continet alia, vel aliquid aliud: tunc arguit, quòd locus sit forma: locus est terminus rei locatę: cũ sit illud, quod acquiritur per motũ: sed de ratione formæ est terminare, & esse terminus rei locatæ: igitur locus est forma. Quod sit materia probat dupli citer. Primo, quia locus recipit locatum: sed de ratione materię est recipere: igitur. Secundo, probat auctoritate Platonis in Thimeo dicentis locum, & materiam esse idem. Consequenter probat Philosophus quinq; rationibus, quòd locus non sit nec materia, nec forma. Prima ratio, proprietates loci non conB nenint nec materiæ, nec formæ: igitur. Vnde tres sunt proprietates loci. Prima, quòd corpus locatum sine sui corruptione dimittit locum, in quo est, & non potest dimittere materiam, nec formam eius: igitur. Secunda, locus non est pars locati: sed materia, & forma sunt partes locati: igitur. Tertia, locus habet modum vasis continentis rem extrinsece, & est separabilis ab ipsa, sic autem non est de materia, & forma: igitur. Secunda ratio, omne corpus naturale mouetur naturaliter ad suum locum, & nõ mouetur ad materiam, & formam, quia habet eas in se: & locus non est materia, nec forma. Tertia ratio: sursum, & deorsum sunt differentiæ loci, & non materiæ, vel formæ: igitur. Quarta ratio, si locus esset materia, vel formæ: sequeretur, quòd locus mo-C ueretur de necessitate cum locato: sed hoc est falsum: igitur. Quinta ratio, si locus esset forma, tunc quando ex aere fit aqua locus esset corruptibilis, quod est falsum: quia dicimus illam aquam nunc esse, vbi ante fuit aer: igitur.

T. cõ. 19. & inde.

POST hoc autem accipiendum est, quot modis aliud in alio dicitur esse, &c.

Modi essendi in, qui, & quas.

ISTVD est tertium capitulum, in quo Aris. determinat de modis essendi in; dicens, quòd octo sunt modi essendi in. Primus, quando aliquid est in alio, sicut pars integralis in toto, vt digitus in manu: Secundus, sicut totum in partibus: & domus in parietibus; non enim præter partes est totum, ideſt totum non potest habere D esse extra suas partes. Tertius, sicut species in genere, vt homo in animali. Quartus, sicut genus est in specie; & oẽs partes speciei in specie. Quintus, sicut forma in materia, vel accidens in subiecto. Sextus, sicut res est in suo efficiente: vt regnum in Rege. Septimus, sicut res ordinata in finem dicitur esse in fine. Octauus, sicut aliquid est in vase: & vt vniuersaliter locatum in locato.

Deinde remouet vnam dubitationem, scilicet, vtrũ aliquid sit in seipso? si quis diceret, & si aliquid esset in seipso; tunc non oporteret locum esse aliquid aliud a re locata. Pro cuius solutione supponitur, & aliquid dicitur esse in aliquo tripliciter, scilicet primo, quod est in aliquo secundum se totum, & secundũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quamlibet partem sui: vt albedo est pariete. Secundo, aliquid dicitur esse in aliquo primo, sed non per se, sed per accidens: puta, quod est in aliquo ratione alicuius extrinseci, quod est in illo: vt homo dicitur esse in mari: quia est in naui, quæ est in mari. Tertio, aliquid dicitur esse in aliquo per alterum: puta, quòd est in aliquo ratione partis: & sic albedo dicitur esse in homine: quia est in corpore. Item scientia dicitur esse in homine secundum alterum, id est partem, puta secundum animã. Tunc respondet Philosophus ponendo duas conclusiones.

Prima, non contingit aliquid esse in seipso primo, & per se, quemadmodum albedo est in corpore, quod probat: quia si aliquid esset in seipso primo, & per se, puta amphora vini, intelligendo per amphoram vini aggregatum ex vino, & vase sequeretur, quòd amphora esset vinum: quia vinum positum in amphora est in ea per se primo, ergo si amphora vini sit in seipsa per se primo, sequeretur, quòd amphora, & vinum essent idem. Secunda conclusio: non contingit idem esse in seipso primo, & secundum accidens: quia sequeretur, quòd duo corpora essent simul in eodẽ loco, quod videtur falsum: patet consequentia: quia ponatur, quòd amphora sit in seipsa primo, hoc est secundum se totam continet se totam: & ex quo amphora est in seipsa per accidens, oportet q̃ aliquid sit sibi ipsi minimus, scilicet illud ratione cuius per accidens dicitur esse in seipso, & vbi est illud, ibi est ipsa amphora: ergo duo corpora essent simul in eodem loco. Deinde remouet opinionem Zenonis dicentis, quòd locus nõ est: quia si esset esset in aliquo loco: & per consequens esset processus in infinitum: igitur. Respondet Philosophus, quòd consequentia non valet, locus est in aliquo: ergo locus est in aliquo loco: quia potest esse in alio secundum alium modum essendi in.

Quid autem forte sit locus sic fiet vtique manifestum. Accipiamus autem de ipso, &c.

Istud est quartum capitulum, in quo præmittit quasdã suppositiones, siue conditiones valentes ad diffinitionem loci: quarum Prima est: locus continet locatum, & nihil est ipsius loci: hoc est nõ est pars eius. Secunda, locus non est maior, nec minor locato: sed est æqualis locato: quod sic intelligitur: locus proprius tantum continet quantum est adequate ipsum locatum, & non plus, nec minus. Tertia, nulli corpori deficit locus: sed omne corpus habet locum. Quarta, locus est separabilis a locato: & econuerso sine corruptione. Quinta, in loco inueniuntur differentiæ positionum ex natura rei, scilicet sursum, & deorsum, & sic de alijs. Deinde ponit quatuor conditiones requisitas ad bonã diffinitionem. Prima est: diffinitio debet explicare quid est res significata per diffinitum. Secunda, quòd per diffinitionem possint solui obiectiones circa diffinitum contingentes. Tertia, q̃ per illam diffinitionem cognoscantur proprietates conuenientes diffinito. Quarta, quòd per diffinitionem manifestẽtur omnes difficultates circa diffinitũ contingentes: & subdit, quòd quando habeatur ista: diffinitio erit bona. Consequenter ponit quasdam suppositiones valentes ad diffinitionem loci. Prima, si non fuisset motus localis non fuisset facta inquisitio de loco. Secũda, Aliquid mouetur dupliciter: per se, & per accidens. Illud mouetur per se, quod est aliquid per se existens diuisum ab omni alio, quod nõ est pars eius, & homo, vel lapis: sed illud mouetur per accidẽs, quod mouetur ad motum alterius: & istud est duplex: quia quædam est, quod natum est moueri per se naturaliter: aliud est, quod non põt per se moueri naturaliter: sicut accidẽtia, quę nõ possunt p̃ se subsistere. Tertia, corpus cõtinẽs locatũ aliquã nõ est proprius locus ipsius locati: quia locus proprius debet esse æqualis locato: ita q̃ non debet plus continere, quàm locatum: sed corpus cõtinens non est aliquando æqualę locato: cum aliquãdo plus contineat: sicut aer continens fortẽ non est p̃prius locus fortis. Quarta, quando cõtinens est continuũ cõtento: tũc corpus contentũ non est in illo sicut in loco: sed sicut pars in toto. Quinta, in primo vltimo, siue in vltima superficie corporis continẽtis est res, sicut in loco. Vnde locatũ per se mouetur in loco, & non ad motum loci.

Iam igitur manifestum est ex his qd locus: sere enim quatuor sunt.

Istud est quintum capitulum, in quo Philosophus inuestigat diffinitionem loci, ponendo aliquas conclusiones.

Prima, locus videtur esse forma: & tamen non est. Ratio primi est: quia formæ est determinare: sed locus terminat locatũ, & est terminus motus localis: ergo locus videtur esse forma. Ratio secũdi est: quia forma est terminus corporis locati: sed lõcus est terminus corporis continentis: igitur locus non est forma. Secunda conclusio, locus videtur esse spacium separatum: sed tamen non est tale spacium. Ratio primi est, quia locus materiæ idem vbi corpora, scilicet aer, aqua, & huiusmodi transmutantur: & ibi semper manet eadem distantia iterum, & vasis aquæ. Secundum probat dupliciter. Primo, quia si tale spaciũ poneretur esse locus: sequeretur, q̃ essent loca actu infinita: sed hoc est falsum: igitur. Cõsequentia patet: quia quælibet pars locati, puta aeris, vel aquæ haberet locũ æqualem sibi, sed infinitæ partes sunt in locato: ergo essent loca actu infinita. Secundo sic, quia illud spacium esset corpus: sed omne corpus est in loco: ergo locus esset in loco: & sic esset processus in infinitum. Et quia aliquis soluendo primam rationem posset dicere q̃ vna pars non habet locũ per se diuisum a loco alterius partis: ideo non est in loco per se. Rũdet Philosophus, q̃ talis cuasio est nulla: quia sequeretur, q̃ nullum corpus quantumcunq; esset, haberet per se locum, nisi totus mundus: quia totus mũdus esset in vno spacio vbi

E æquali: sed nullum alium habe
ret locum discontinuatum a lo-
co alterius. Tertia conclusio,
locus videtur esse materia: & ta
men non est. Ratio primi est:
quia vtrumq; est receptiuum
transmutationis: nam sicut in
eodem subiecto per alterationem prius est nigredo, postea albedo: ita in eodem loco prius est aer, & postea aqua. Secundū probatur dupliciter. Primo, quia non eiusdem transmutationis est susceptiuus locus, cuius est materia; locus enim susceptiuus corporum actu existentium; materia vero formarum substantialium. Secundo, materia non est diuisa a re, cuius est materia, sed locus est diuisus a locato: ergo locus non est materia. Quarta conclusio, locus est terminus corporis continentis, vt patet per præce-
F dentia, quia locus non videtur esse, nisi materia, vel forma, vel spacium separatum, vel terminus corporis continentis: sed non est materia, nec forma, nec spacium: ergo est terminus corporis continentis. Quinta cō clusio, locus est immobilis, probat per differentiam vasis, & loci: licet enim vas, & locus multum conueniant cum vtrumque sit continens extrinsecum, & diuisum a re; tamen differunt, quia continens dicitur vas, secundū quòd in eo defertur contentum: sed continens dicitur locus, secundum quod ab ipso, & ad ipsum natum est moueri locatum. Ex his patet diffinitio loci; locus est terminus corporis continentis immobilis primum quod probat a signo, quia locus sursum dicitur proprie superficies cœli versus nos, cum
G ad eum moueatur ignis: locus vero deorsum dicitur esse medium mundi; & ista videtur esse immobilis: igitur Probat etiā primam partem, quia locus debet continere locatum ad modum vasis: & etiam locus debet esse cum locato simul, ideō sine medio; sed vtrumque horū conuenit termino superficiei corporis continentis: ergo locus est terminus corporis continentis.

T. cō. 45. & inde.

CVI quidem igitur corpori inest aliquid extra corpus continens ipsum hoc in loco est: cui vero non minime.

Esse in loco multiplicater

ISTVD est sextum capitulum, in quo Philosophus ostendit quomodo aliquid diuersimode est in loco; & intendit duas conclusiones. Prima, omne corpus habēs extra se aliud cor
H pus est in loco: corpus vero nō habens extra se aliud corpus non est in loco. Secunda, totum vniuersum, seu mundus nō est in loco secundum se totum, sed solum secundum suas partes: patet, quia eodem modo aliquid est in loco, quomodo mutat locum: sed mundus non mutat locum secundum se totum, quāmuis partes eius bene mutent locum. Vnde si totum vniuersum esset aqua, tota aqua nō mutaret locum, quamuis partes eius bene mutarent locum. Vnde partes vniuersi possunt tribus modis moueri: quædam enim mouentur circulariter: quædā motu recto, qui fit in sursum, vel deorsum: quā motu mixto. Deinde dicit, q eorū, quæ sunt in loco, quædā sunt in actu alia vero in potentia: illa vero sunt

A actu in loco, quæ non sunt partes alicuius totius, sed partes integrales alicuius sunt in loco p potentiam. Item eorū quæ sunt in loco, quædam sunt in loco per se: sicut omne corp⁹ mobile motu recto quod secundum se totū potest mutare locum. Alia sunt in loco per accidens: sicut anima, & accidentia alicuius subiecti; anima enim est in loco eo, q corpus in quo ipsa est, est in loco. Ex quibus patet, q omnia corpora, alia à cœlo sunt in cœlo: non tamen ipsum cœlum est locus: sed eius superficies: terra vero est in aqua: aqua vero in aere: aer vero in igne, & ignis in cœlo; cœlum autem non est amplius in alio.

T. c. 47. & inde.

MANIFESTVM autē ex his quoniam & rationes om-
B nes soluuntur sic vtique dicto loco.

ISTVD EST septimum capitulum, in quo philosophus soluit rationes prius adductas ad probandum locum non esse ponendo aliquas proprietates loci. Ad primam: ergo & tertiā quæ arguunt duo corpora esse simul: negatur consequentia: quia locus non est corpus. Ad secundam dicit q nō est necesse punctum habere aliquē locū nisi per accidens: solum enim habens locum in quo est corpus, vel linea cuius est termin⁹ habet locum per accidens. Ad quartam patebit solutio ex proprietatibus loci. Ad quintam dicitur q non oportet locum esse in alio loco, nisi forte per accidens: sed bene oportet locum esse in aliquo puta in corpore termināte, sicut est terminus in C terminato. Ad sextam dr, q non sequitur locum augmentari, nisi per accidēs. Partes enim continentis cedunt locum cum corpore augmentato. Tualiter ponit duas proprietates loci. Prima: vnumquodq; corpus graue, vel leue fert ad suū locum naturalem: quia vnumquodq; mouetur naturaliter ad illud, in quo conseruatur: sed corpus graue, vel leue conseruatur in suo loco: igitur. Secunda proprietas: vnumquodque corpus naturale natum est quiescere in suo loco naturali: quia vnumquodque natum est quiescere vbi conseruatur. Ex quibus patet solutio ad quartam rationem: etiam dr, q locus in ordine ad motum localem quodammodo se habet vt causa finalis, sed in ordine ad lo- D catum, vt causa efficiens conseruatiua.

An locus sit entitas respectiua realiter distincta a superficie concaua corporis cōtinentis, & in eo subiectata.

QVAERITVR Vtrū locus sit entitas respectiua à superficie concaua corporis continentis realiter distincta, & in ipso corpore locante subiectiue existens. Primo arguitur, q non: Omnis quantitas est entitas absoluta: sed locus est quantitas: igitur. Minor probatur: quia locus est superficies vt habetur in textu: & in prædicamē tis ponitur superficies enantiatis continuæ. Etiam nulli respectiuo possunt conuenire pprie-

tates

Universidad de Deusto
Biblioteca

B tates conuenientes loco: vt puta habere virtutem conservatiuam locati, continere locatum, & sic de alijs; igitur. Secundo arguitur. Si locus esset entitas respectiua distincta realiter à superficie corporis continentis, maxime esset respectus fundatus in ea & terminatus ad locatum, sed hoc non; igitur. Minor patet, quia seclusō omni tali respectu à superficie corporis locantis, & sibi applicato locato, verum est dicere, quòd est in loco: igitur. Tertio arguitur sic; Loca corporum simplicium distinguuntur specie; sed respectus corporum simplicium ad sua loca non distinguitur specie; igitur locus non est respectus: Maior est philosophi in textu & commentatoris in primo cœli & mundi; igitur. Quarto arguitur sic. Corpora simplicia mouentur naturaliter ad sua loca & naturaliter quiescunt in eis; sed vnus respectus non facit magis quiescere, quàm alter, cum videantur esse eiusdem rationis: igitur. Quinto sic. Omnis forma, quæ dicit de aliquo subiecto denominatiuè est in eo subiectiuè, loc⁹ dicitur denominatiuè de locato: igitur est subiectiuè in locato. Minor patet, quia corpus dicitur esse locatum a loco: igitur. In oppositum arguitur: illud quod de sua ratione dicitur ad aliud est entitas respectiua: sed locus est huiusmodi: nam locus dr alicuius locati locus. In quæstione erunt tres articuli.

Arti. 1.

Loc⁹ dupliciter.

PRIMO sciendum, quòd locus potest capi dupliciter. Vnomodo pro denominatore: & sic locus nō est nisi superficies corporis continentis rem locatā: vt superficies concaua aeris continentis me, vocatur locus meus capiendo locum pro denominatione: & sic est bene species quantitatis nō tā distincta a superficie. Aliomō capit pro per se significato, ut sic dico q⁹ locus non est nisi respectus superficiei concauę rei continentis ad rē locatā. Ex quo sequit q⁹ locus pro q⁹ se significato non est aliud, q; vbi actiuum quod verè acquirit q⁹ motum: & pe esse duplex, s. vbi circunscriptiuum, & vbi præsentiale. Vñ vbi circunscriptiuum non vī esse, nisi præsentialitas, vel continentia qua aliquod totum continet aliquod locatum, & pars partem sic, q⁹ non aliā, & de isto dīt aliqui, q⁹ non est aliud q; ordo partium corporis continentis ad partes corporis contentiī: vel ordo partiū corporis contenti ad partes corporis continentis: ideo volunt dicere, q⁹ vbi circunscriptiuum est in prædicamento situs: sed de hoc alias magis videbitur. Et si quis dicat, q⁹ vbi seu locus successiuè per motum acquiritur: & tñ est indiuisibile, cū oīs respectus videatur esse indiuisibilis. Rādetur q⁹ verum est, quòd successiuè acquiritur, nam vna pars corporis locati est primo præsens vni parti loci quàm alteri: sic videlicet, quòd corpus successiuè secundum partem aliam & aliam sit præsens eidem parti loci: ita quòd tam ex diuisibilitate corporis, quàm loci sequitur diuisibilitas circunscriptionis. Ex quo sequitur quòd vbi secundum se est forma diuisibilis cum per se possit esse terminus motus: & ideo tale vbi

Sen. li. 2. d. 2. q. 5.

Obiicitur.

Corollarium.

A vbi circunscriptiuum non conuenit nisi diuisibili & per modum diuisibilis se habenti: corpus autem quod non extenditur loco, sed est totum præsens cuilibet parti illius loci non habet modum diuisibilis in comparatione ad locum, nec habet tale vbi circunscriptiuum: sed tantum vbi præsentiale. Et ex isto sequitur, quòd falsum est q⁹ omnis respect⁹ sit indiuisibilis.

An loc⁹ sit æqualis locato.

SECUNDO sciendum, q⁹ circa textum incidit talis difficultas. Vtrum locus sit æqualis locato. Et vī quòd non: quia ignis est in cœlo tanquam in loco suo proprio: & tamen nō est sibi æqualis; igitur. Item continens vī esse maius contento, & tamen locus continet locatum: igitur. Item dicit Aristot. quòd idem est locus totius, & partis: sed nihil est æquale toti, & parti: igitur. Item sequeret quòd locus augeretur quando augeretur locatū, sed hoc est falsum; igitur. In oppositum est Aristot. in textu. Pro cuius responsione supponitur, quòd duplex potest esse locus, scilicet communis & proprius. Vnde locus proprius est, qui præcisè continet locatum: sic quòd præter locatum non continet aliud corpus quod non sit pars illius locati. Sed locus communis locati est, qui continet illud locatum, & cum hoc aliud locatum, sicut cœlum est locus communis aeris & terræ: quia cum eis continet alia corpora: & est locus proprius aggregati ex omnibus elementis, & omnibus contentis in insis. Ex quo sequitur, quòd non est inconueniens eundem locum esse proprium, & communem respectu diuersorum. Sequitur etiam quòd non omne corpus habet locum proprium: vt patet de vltima sphæra, quæ non habet locum: totus etiam mundus, non habet locum proprium, capiendo mundum pro aggregato ex omnibus corporibus tam superioribus, quàm inferioribus. Sequitur etiam ex isto, quòd totius & partis non est idem locus proprius: licet bene sit idem locus communis. Diceretur etiam quòd aqua, & terra non habent aliquem locum proprium: quia quicunque locus assignaretur terræ, vel aquæ contineret multa alia ab aqua: vt puta pisces: & sic de alijs. Dicitur vlterius, quòd necesse est locum proprium esse æqualem locato suo proprio secundum continentiam: ad istum sensum, quòd quantum locus continet tantum est locatum: quia continet totum locatum, & nihil plus: & per ista soluuntur rationes. Ad primam dico, quòd cœlum non est locus proprius ignis, sed cōmunis. Ex quo sequitur, quòd ignis non habet locum proprium. Ad aliam dicitur, quòd licet continens sit maius quo ad extensionem dimensionis: non tamen oportet, quòd sit maius quo ad cōtinentiam. Dicitur vlterius, quòd totius & partis bene est idem locus naturalis: nam ad illum locum, ad quem inclinatur totum est & partes: non tamen est idem locus proprius ipsis. Ad aliā dico, q⁹ non sequitur: dico tñ q⁹ si locatū augetur oportet bene latera loci extendi.

Loc⁹ duplex.

Corollarium.

Corollarium.

TER-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum locus sit terminus corporis continentis.

E TERTIO sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas, vtrum locus sit terminus corporis contenti. Arguit primo quòd nõ: quia terminus corporis est eius superficies: sed locus non est superficies: quia Arist. in prædicamentis ponit locum & superficiem esse distinctas species. Secundo sic: superficies est quantitas: sed locus non est quantitas: quia quantitas non est de potentijs actionis: sed locus est de potentijs actionis cum sit principium generationis & conseruationis rei locatæ. Item loca contrariantur ad inuicem: vt locus sursum, & locus deorsum: sed superficies non cõtrariantur adinuicem: igitur. Item locus est de prædicamento vbi: sed superficies est in prædicamento quantitatis: igitur.

F Item aqua est locus terræ, sed aqua non est superficies: igitur. Itẽ sequeretur, q̃ idem corpus factũ continue in alio & in alio loco non moueretur, quod videtur implicare. Probatur cõsequentia: quia ista domus videtur esse continue in alio & in alio loco: puta in alio & in alio aere. In oppositum est Arist. in textu. Pro solutione supponitur quòd locus vt iam vltimũ est potest capi multipliciter. Vnomodo pro denominato: & sic non est nisi superficies concana corporis continentis: & sic est in prædicamẽto quantitatis, nec est species distincta a superficie. Et ad Art. dicitur, quòd loquebatur disputatiue & recitando opinionem aliquorum antiquorũ qui dicebant locum esse spacium. Et sic dico quòd capiendo locum pro superfici nõ est conseruationis rei locatæ nec est de potentijs actionis. Aliomodo capitur locus pro superficie corporis continentis vt sibi sunt iunctæ qualitates actiuæ & passiuæ: & sic est bene conseruationis rei locatæ: & est de potentijs actionis. Aliomodo capitur pro per se significato: & sic locus non est nisi vbi acquisitum per motũ, seu respectus superficiei rei continẽtis ad rem contentam: & sic est in prædicamento vbi & non q̃ntitatis. Hoc supposito respondetur, ad rationes. Ad primam & secundam patet solutio. Ad tertiam respondetur q̃ quinque mutationes dicuntur contrariè opponi, nisi termini earum contrariè opponantur, sed nulli termini motuum localium contrariantur: igitur. Et si dicatur cõmuniter, q̃ locus sursum, & locus deorsum contrariantur. Dico quòd tunc debent capi pro superficiebus quibus sunt iunctæ qualitates contrariæ. Ad aliã dico q̃ quando dico aqua est locus terræ, debet intelligi aqua. i. superficies aquæ. Ad vltimã dico quòd de rigore posset concedi q̃ est in alio & alio loco: tamen quia non habet locum per motum suum localem: & quia manet idem secundum æquiualentiam non dicitur moueri.

G QVARTO sciendum, quòd cuilibet corpori præter vltimũ, cuius nõ est aliud extra: quinq; conueniunt proprietates. Primo conuenit sibi esse in loco actuali. Secundo conuenit sibi esse in loco determinato æquali. Tertio esse in loco commensuratiuè. Quarto esse sin loco determinato. Quinto esse in loco na-

Sco. li. 2. d. 2. q. 5. ponit sex conditiones.

A turaliter, vel violẽter quatuor prima conueniunt loco, vel corpori inquantum quantũ vel inquantum corpus. Quintũ conuenit inquantum corpus naturale: & hoc vult habere philosophus in isto quarto, q̃ si corpus poneretur in aere, vel in aqualibet nullam haberet actionem naturalem, tamen faceret distare tantum quantum est ipsum corpus, & hoc sibi non cõuenit inquãtum naturale. Vnde omne corpus aliud à primo est in loco. i. in continente immobili: vt patet in textu vbi dicitur, q̃ locus est immobilis primum. Vnde corpus sm illam dimensionem secundum quam est indiuisibile non potest immediatè esse applicatum alicui vt continens, seu præcisum continens est indiuisibile non simpliciter

B licet secundum quid: contingendi est superficies. Et si quis dicat potest esse locus, & tamen non erit terminus, vel vltimum continentis: igitur. Vnde si deꝰ faceret superficiem, sine corpore continente adhuc posset continere locatum: & tamen non esset vltimum alicuius corporis continentis. Respondetur, q̃ locum esse quid vltimum non est de ratione loci, sed magis de ratione quantitatis cui conuenit terminare rem cuius est q̃tas: ideo pt esse locus: & tñ non erit terminus corporis continentis.

Locus quomodo dicitur esse immobilis.

Aduerte vltra, q̃ locus dr esse mobilis immobilitate. i. oppositã motui locali: non. n. potest moueri localiter, nec per se, nec per accidens: quia tunc sequeretur, q̃ loci esset locus, vel per se, vel p̃ accẽs, quod est falsum. Et si quis dicat q̃ subiectũ loci mouetur, & locus mouetur: quia C moto subiecto mouentur accidentia eius. Rideo q̃ cũ subiectum mouetur magis locus corrumpitur, q̃ moueatur: & hoc capiendo locũ maxime pro per se significato. Vnde moto aere localiter non manet in eo eadẽ ratio loci quæ prius: nec manet eadem ratio loci in aqua succedente: quia idem accidẽs numero non potest manere in duobꝰ subiectis: illa tñ ratio loci succedẽs est bene eadem sm æquiualentiam: ideo pñt poni tres conclusiones. Prima: locus est immobilis motu locali tam per se quam per accẽs: & hoc capiendo locum in ratione loci & pro per se significato; Nam qui caperet locum suum pro superficie; certe esset bene mobilis per accidens. Secunda, locus potest dici immobilis sm æquialẽtiam. Tertia, locus est D bene mobilis per corruptionẽ. Et hæc de primo art.

Arti. 2.

DVBITATVR primo. Vtrum aliquid dicatur ex eo moueri localiter: quia mouetur de vno loco ad alium locum. Et vi quòd non: quia vltima sphera, quæ non habet locum, cum nõ habeat corpus continens non mouetur de loco ad locum: & tamẽ mouetur localiter igitur. Item pluuia mouetur localiter in aere ad motum aeris, & tamẽ ipsa non mutat locum suum: q̃a continuè manet in eodem aere: igitur. Item arguitur de arbore quiescẽte in campo, quæ cõtinuè est in alio & alio loco. quia continuè est alius, & alius aer qui continet eam, & tamen non dicitur moueri localiter: igitur. In oppositum arguitur: quia

Vnde aliquid dicitur moueri localiter.

non magis debet dici motus secundum locum, quam locundum albedinem si non mutaretur locus: ergo ex eo aliquid mouetur localiter, qui mutat locum; & hoc non est nisi moueatur de vno loco ad alium locum: igitur. Pro solutione supponitur quòd aliquis dicitur moueri localiter dupliciter. Vnomodo quo ad locari: quia secundum se totum, vel secundum partes: & adhuc secundum quodlibet dupliciter. Vnomodo quo ad locari: quia secundum se totum vel ſm partes aliter continetur vel alibi q̄ prius: & sic vltima ſphera non dicitur moueri localiter, neq; mutare locum: neq; ſm se neq; ſm suas partes. Aliomodo quo ad locare: sic videlicet q̄ ā ſm se vel ſm suas ptes cōtinue aliud F & aliud locat: & sic vltima ſphera dr bene moueri seu mutari localiter. Aduerte tamen q̄ nos non dicimus aliquid propriæ moueri ſm locum, nisi q̄ mouetur ſm approximationē vel distantiam ad aliquid quiescens quod imaginamur vel ponimus; ideo non dicimus arbores in capis moueri quāuis continue ab alio & alio aere contineanturquia hoc non est ſm exitum loci, vel ſm approximationem vel distantiam alicuius: & ſm hoc possunt faciliter solui rationes. Aduerte vltra q̄ locus proprius dicit immediationem ad locatum si debeat dici locus proprius: etiam dicit immobilitatem s. licet q̄ non conueniat sibi moueri cum locato secundum illam rationem secundum quam dicitur locus: licet aliquando sibi possit conuenire secundum aliam rationem puta secundū illam rationem ſm quam dr vas. Vnde licet aliq̄n idem sit vas & locus; hoc est ſm diuersas rōnes. Dr enim vas ſm illam rationem secundum quam contentum mouet cum eo: & dicit locus ſm illam rōnem ſm quam locatū potest ex re locum & ſm rōnē quandam immobilitatis. Sed restat alia difficultas de loco non quantorum vt puta de loco angelorum. Pro cuius solutione ponuntur aliquæ propositiones. Prima: angelus dicitur esse in loco diffinitiuæ: est enim præsens toti loco & cuilibet parti eius: non enim potest esse in loco circunscriptiuę cū solum quantum dicatur sic esse in loco. Vnde angelus sic est in loco quòd nō potest esse in loco quantumcunq; magno H cum sit virtutis finitę: & sic habet esse in loco finito. Secunda propositio angelus sic est præsens tanto loco q̄ non potest esse ꝑs maiori loco. Tertia ꝓpō: angelus non determinat sibi vnum locū diuisibiliquia quocūq; loco dato diuisibili pōt esse in minore. Et sīgs quare vtrū possit se facere in loco punctua li: dicitur Sco q̄ est problema. Quarta propositio: angelus nō est in loco naturaliter nec violē ter: q̄a tunc aliquod corpus haberet naturalē hitudinē ad eū cōseruandū & aliud ad ipsum corrūpendū. sed hoc est falsum: igit & angelus est indifferēs ad quæcūq; locū. Ex quo sequit q̄ motus angeli non est naturalis vel violentus. Quinto ꝓpō: angelus virtute ꝓpria non pōt esse in duob⁹ locis simul quorū vterq; G

De his in de scot. li. 2. d. 2. q. 5. 6. 7. o. 5.

A vterq; sit sibi adæquatus: vt si possit esse in loco milij non potest esse simul in duobus talib⁹. Sexta: angelus sua naturali virtute non potest esse in duobus locis adęquatis & discontinuis: quia ordo præfixus a deo non potest præmitti: sed inter duo extrema est aliquod medium: igitur angelus nō potest esse in duobus extremis quin sit in medio illorum. Septima: plures angeli possunt esse in eodem loco naturali: quia angelus non occupat locum nec replet eum: igitur. Vltima propositio: anima intellectiua est in loco totius corporis: ita quod non est in potestate eius esse in maiori loco vel in minori: quia habet totum corpus vt vnum per fectibile: licet anima separata B posset esse alteri præsens.

Vtrum terra sit in aqua, siue in superficie aquæ.

DVBITATVR secundo. Vtrum terra sit in aqua, siue in superficie aquæ tāquam in suo loco proprio naturali. Et arguitur quòd non: quia locus debet cōtinere locatum, sed aqua non continet terram: quia magna pars terræ inuenitur non cooperta aquis. Item quāuis aqua contineret terram: tamē non esset adhuc locus proprius eius: quia contineret cum terra multa alia, vt lapides, metalla, & sic de alijs. Item sequeret quòd gleba terræ posita iuxta aquam moueretur ad aquam, cum quodlibet naturaliter moueatur ad suum locum proprium, sed hoc est falsum: igitur. Item arguitur, quòd magis sit oppositum: quia videmus aquā extensum supra terram descendere ad terram: ergo videtur q̄ terra sit magis locus aqua q̄ econtra. Item vbi aqua generat, C & conseruatur ibi vr esse locus proprius eius: sed aqua generat in concauitatibus terræ, & ibi conseruatur: igitur. In oppositum est Aristo. in textu, & posset argui ratione: quia elementa contraria debent ordinari quātum ad situm eorum, s. ſm exigentiam suæ cōtrarietatis: ideo ignis debet esse supra aerem, aer supra aquam, & aqua supra terram, quia terra est grauissima inter omnia elementa.

Pro solutione ponuntur aliquę conclusiones. Prima: nullus est locus proprius terræ, vt patuit superius cum aliquid aliud a terra contineat locus terræ, quod non est pars eius secunda conclusio: aer magnam partē terræ continet: quia continet totam terram habitabilem cū illa non contineatur ab aqua: igit. D Et siquis dicat, Arist. dicit quòd locus terræ est aqua. Respondetur q̄ hoc dicit: quia maior ps continetur aquis: vel quia elementa si essent dimissa in suis propr js naturis, tunc terra contineretur ab aqua, sed nunc ꝓ salutem viuentium terra nō est cooperta aquis, sicut erit post diem iudicij. Etiam dicit Ari. q̄ aqua continet terram, & non aer, quia aqua conuenit cū terra in vna qualitate, puta in frigiditate non autem aer: immo aer contrariatur terræ secundū vtranq; qualitatum primarum. Et siquis quærat, vtrum aer possit dici locus naturalis terræ saltem partialis. Et videtur quòd non: quia locus naturalis debet esse conueniens locato conseruatiuus locati: sed aer non sic se habet cum sit sibi contrarius

Vtrum aer dicatur proprius locus terræ saltē per gratia etc.

E trarius in vtraq; qualitatū suarum : igitur . Respondetur probabiliter vt viderur dicere . Cōmentator q̄ locus terræ, vel aq̄ habet duplicem virtutem : vna elementarem aliam cœlestem si bi influxam a cœlo secundum exigentiam tanta distantiæ : ita q̄ cœlum remota influit virtutē conuenientem grauibus : & sibi propinquis influit virtutem conuenientem leuibus secundū quas virtutes cœlum ordinat illum modum indifferenter . Et dicit Commentator q̄ elementa in suis motibus naturalibus magis intendunt loca sua naturali : ratione illius virtutis cœlestis, quàm ratione virtutis elementaris : ideo si terra descenderet ad fundū maris, ipsa magis intenderet remotionem suis ipsius a cœlo quàm intendat esse in aqua . Vnde si terra descendat in aere : dicitur q̄ aer nō alt locus eius naturalis , nec sibi conueniens secundum virtutes eius elementares : tamen est locus sibi conueniens secundum q̄ sic distat ab orbe: & secundum q̄ per ipsum influuntur cœlestis virtus in terra conueniens ipsi terrę & conseruatiua ipsius terrę & per hoc faciliter respondetur ad rationes . Ad primam & secundam patet solutio . Ad tertiam dicitur q̄ gleba posita iuxta aquam non mouetur localiter ad illā aquā : quia non intendit præcisè esse in aqua : sed distare a cœlo. Etiā dicitur ad aliā de terra q̄ bene mouetur ad fundum maris, non q̄ contineatur ab aqua : sed vt magis distet a cœlo . Ad aliam dicitur q̄ illa fiunt propter exquisitionem vacui . Nam in terra sunt multi pori pleni aere naturaliter inclinantur ascendere sursum: ideo generatur ex ipso aqua in illis poris : etiam dicetur de aqua expansa supra terram quæ intrat terram ne sit dare vacuum.

An vltima sphera sit in loco.

DVBITATVR tertio. Vtrum vltima sphera sit in loco . Et videtur q̄ sic : quia vltima sphera est alicubi: ergo est in loco, consequentia patet: quia esse alicubi & esse in loco idē sunt . Secundo sic: vltima sphera mouetur in loco: igitur est in loco: consequentia est nota . Et antecedens patet : quia vltima sphera describit circulū in aliquo tēpore. Tertio sic : vltima sphera mouetur motu locali . igitur est in loco : consequentia patet, quia illud quod mouetur localiter successiuè est in alio & & in alio loco . Antecedens patet quia vltima sphera mouetur & non nisi motu locali : igitur . In oppositum est philosophus in textu: dicens, q̄ cœlum non amplius est in alio cū nullū sit continens ipsum : & hoc nō vt verum nisi de vltima sphera: igitur. Pro solutione est aduertendum q̄ aliud est loqui de vltima sphera secundum veritatem & fidem & secundum mētem Ari. nam ipse Ari. dicebat octauam spheram esse vltimā, quod non est verum : nam vltra ipsam ponunt theologi tres scilicet nonam, decimam & vndecimam : & istam vndecimam vocant immobilē & vltimam : & in ipsa dicunt esse paditum . Et ex isto posset faciliter responderi q̄ vltima sphera sm veritatem est immobilis : & non est in loco : sed capiendo vltimam

A sphæram sicut capiebat Ari. pro octaua sphera, ipsa sit mobilis, & potest dici esse in loco saltē quo ad locare licet non quo ad locari. Et si quis dicat, etiā posset sic dici de vltima sphera, quā ponunt Theologi, q̄ moueatur quo ad locare : quia continuè suæ partes aliud, & aliud locāt. Respondetur q̄ verum est, sed hoc non est propter motum vltimæ sphęræ: sed propter motū aliorum corporum, quæ circa ipsam mouentur : sicut si essent aquæ molæ, quarum vna quiesceret, & alia moueretur circa ipsam, tunc quiescens continuè aliud, & aliud locaret secūdum suas partes propter motum alterius molæ. Et ex istis patet qd respondēdū est de vltima sphera . Ad rationes : ad primam dicereture secundum Ari. q̄ vltima sphera non est alicubi: quia non continetur ab alio corpore: Etiam sic diceretur ad secundā de vltima sphera sm Ari. q̄ bene mouetur & describit aliquē circulum : sed non acquirit aliquem locum quo contineatur : licet bene successiuè aliud & aliud contineat secundum partes . Ad aliam diceretur q̄ vltima sphera secundum Arist. est bene in loco capiendo esse in loco large, pro illo quod q̄ motum suum continue secundum partes suas aliud & aliud locat: & non capiendo esse in loco q̄ contineri in loco. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit .

Virtus.

Sec. q. 11 quæst.

Arist. 3. de cœlo. t. 14.

Artic. 3.

CONCLVSIO responsalis : Locus captus pro per se significato est entitas respectiua de prædicamento vbi, a superficie concaua corporis locantis realiter distincta & in ipso corpore locante realiter existens . Et hæc conclusio patet ex dictis. Ad rationes ante oppositum . Ad primam dicitur q̄ locus pro denominato seu materialiter captus, est quantitas seu superficies cōcaua corporis cōtinentis: sed non capiendo pro per se significato . Ad confirmationem dicitur, q̄ proprietates loci attribuuntur loco ratione fundamenti seu pro fundamento. Ad secūdam dicitur: q̄ posito illo casu, superficies nō esset locꝰ sicut partes sine albedine non esset albus . Ad tertiam dicitur : quòd non oportet loca corporum naturalium distingui specie : nisi capiatur locus pro aggregato ex superficie & qualitatibus primis . Ad quartam patet solutio . Ad quintam dicitur ; quòd locatum dicitur locatum loco denominatione extrinseca.

C

D

EODEM autem modo accipiendum est esse physici cōsiderare de vacuo ; & si est aut non.

T. cō. 31. & mō.

ISTE EST secundus tractatus huius libri, in quo determinat philosophus de vacuo : & dividitur in sex capitula . In primo disputat vtrum vacuum sit : & ponit talem conclusionem . Ad physicum pertinet determinare de vacuo . quod probat : quia ad physicum pertinet determinare de loco : ergo de vacuo : quia sicut propter motum localem ponitur locus : sic etiam propter motum localem a multis ponitur vacuum . Deinde ostendit

Ad quē spectat determinare de vacuo, vtrum sit vel non, & vtrum sit dare vacuū

B dit modum, seu rõnem pp quã antiqui ponebãt vacuum: & dicit primo ꝙ multi pp insensibilitatẽ aeris crediderunt aerem nihil esse: & crediderũt, locum esse vbi est aer: & illud vocabãt vacuum. Dicit consequenter ꝙ aliqui philosophi crediderunt sufficienter ostendere vacuum non esse pp hoc, ꝙ ostendebãt aerem aliquid esse, & illi ostendebant aerẽ esse duobus signis. Primum est: vtres repleti aere non possunt comprimi sine ruptura: & hoc non est nisi pp aerem. Secundum signum quia aqua non potest subintrare clepydram. i. instrumentum quo hortulanus irrigat herbas per foramina inferiora si foramen superius sit obstructum; & hoc non est nisi propter aerem, qui non potest exire: igitur. Et ex
F istis concludebant vacuum nõ esse propter hoc, quod ostendebant aerem aliquid esse. Pma liter ponit quinq; rationes quibus antiqui ostendebant vacuum esse. Prima: si motus localis est, vacuum est: sed motus localis est: ergo vacuum est. Maiorem probat: quia illud quod mouetur recipitur in plenum, vel in vacuum: si in vacuum, habetur intentum: si in plenum, duo corpora erunt in eodem loco, quod est impossibile: quia tunc pari ratione infinita corpora essent simul: & per consequens minimus locus posset continere maximũ corpus. Secunda rõ, si cõdensatio est possibilis vacuũ est possibile. Sed cõdensatio est possibilis igit vacuũ est possibile. Maior ꝓbat: quia qũ aliqua cõdensãt partes efficiunt propinquiores, vel ergo recipiuntur in G
pleno, vel in vacuo: si in vacuo hĩ ꝓpositũ: si in pleno, duo corpora erunt simul. Tertia rõ: augmentatio est possibilis: ergo vacuum est. Cõsequentia patet: quia vel partes aduenientes per quas fit augmentatio recipiuntur in pleno, vel in vacuo, si in vacuo hĩ intentum: si in pleno, duo corpora erũt simul. Quarta ratio erat per experientiam de vase pleno cineribus cum quibus potest adhuc poni magna aqua, quod non fieret, nisi ibi essent vacuitates. Quinta ratio: quia non appareret vnde corpora quæ prius erant continua remanent: discõtinua nisi propter vacuitatem; ergo vacuum est ponendum.

AD quale autem se habeat H
oportet accipere quid significet nomen. *T. c. 67. & inde.*

ISTVD est 5m capitulum, in quo philosph⁹ reprobat diffinitiones datas ab antiquis de vacuo: diffiniebant. n. antiqui vacuum quadrupliciter. Primo sic: vacuum est in quo nullum corpus est. Secundo sic: vacuũ est locus in quo nihil est. Tertio sic: vacuum est, in quo nihil est graue vel leue. Vnde secundum eos omne corpus est tangibile: & oẽ tangibile est graue aut leue. Quarto sic; vacuũ est in quo non est hoc aliquid, nec aliqua substantia corporea. Ad reprobãdum igitur tres primas diffinitiones quæ se consequuntur, & quæ videntur esse de mẽte eorum qui ponebant locum esse spacium separatum ponit hic cõclusio. Tres primæ descriptiones vacui sunt insufficientes: quia

Error⁹ antiquor⁹ defenentiũ vacuum.

A quia conueniunt puncto. Secundo: quia vacuum non bene diffinitur dicẽdo ꝙ est locus in quo nihil est graue aut leue; ita hęc diffinitio conueniret pleno si esset locus repletus corpore habẽte sonum: & colorem sine grauitate & lenitate. Ad reprobandum quartam descriptionẽ quæ videtur esse eorum qui posuerunt locum esse materiã ponitur hęc conclusio. Vacuũ non est materia: quia materia non est separabilis a rebus: sed vacuum est separabile: igitur. Sed ad videndum qualiter antiqui debuerunt diffinire vacuũ: ponitur hæc tertia conclusio: Vacuum est locus priuatus corpore: vel vacuum est locus non repletus corpore aptus natus repleri probat: quia omnes antiqui dicunt vacuum esse receptiB
num corporum: sed nihil aliud a loco est huiusmodi: igitur vacuũ est locus: & ponitur priuatus corpore ad diam pleni.

Deinde soluit rõnes factas ad probandum vacuum esse. Ad primam, negatur consequentia manifestũ est. n. ꝙ non valet de motu alterationis: neq; etiã valet de motu locali sicut de motu locali corporum circulariter motorum: sicut patet de circulationibus aquarũ vbi vna pars cedit alteri parti & vnus circulus impedit alium. Ad secũdã negatur maior: quia contingit corpora condentari & partes subintrare seinuicem: non quia pars subintrans vadat in locum vacuum; sed quia cedit sibi aliquod corpus simile. Ad tertiam negatur cõsequentia; quia potest fieri augmentatio per alterationem nullo corpore extrinseco adueniente: vt si ex C
aqua fieret aer. Ad quartam dicitur, quòd non concludit: si enim cõcluderet oporteret vas repletum cineribus esse totaliter vacuum; cum tantũ de aqua recipiatur ac si esset omnino vacuum. Ad quintã dicitur, ꝙ non concludit: nam corpora per aliud distinguuntur, ꝙ per vacuum.

QVONIAM autem non est vacuum, sic diuisum sicut quidam dicunt. *T. c. 64. & inde.*

IN hoc tertio capitulo ostẽdit vacuum non esse ex rationibus sumptis ex parte motus. *Seu rõnibus probatur, nõ dari vacuum.*

Prima: natura, est causa motus localis: ergo vacuum non est. Tenet consequentia: quia vacuum ponitur vt sit causa motus localis: Añs patet: quia vnũquodq; corpus simplex per suã natura mouetur ad suũ locũ: vt D
ignis sursum & terra deorsum. Secunda ratio: si corpus fuerit positum in vacuo aut omnino non mouebit aut 5m se totum mouebit ad loca contraria: sed añs est impossibile: ergo non est ponendũ vacuũ pp motũ, cõsequentia tenet: quia non maiorẽ inclinationẽ habet cũ vna pte vacui, ꝙ cum alia: ergo non plus mouebit ad vnam partem, ꝙ ad aliam. Tertia ratio: si vacuũ sit non erit motus; ergo vacuũ non debet poni pp motũ. Añs patet: quia cum vacuum sit simile in oibus suis partibus; tũc in quocunq; fuerit mobile ipsum quiesceret. Pro quarta rõne supponit primo, ꝙ omnis motꝰ est violẽtus vel naturalis. Supponit secundo, ꝙ motus violẽtus est posterior naturali; tũc ar-

E sic arguitur in vacuo nihil moueretur naturaliter: ergo nec violenter. Tenet consequentia: quia destructo priore, destruitur posterius. Quinta ratio quæ probat q̃ in vacuo non potest fieri motus violentus, sicut motus proiectorum: qui a ipsum proijciens imprimit virtutem ipsi aeri: & talis aer imprimit alteri & alter iterum alteri vsq; quò cessat ipsa virtus impressa, quæ est causa motus proiectorum post recessum a primo proijciente: sed illa non possunt fieri si esset vacuum: cum tunc ibi non esset aer: igitur. Sexta ratio: nulla potest assignari ratio quare illud q̃ mouetur in vacuo, quiescet magis in vna parte, q̃ in alia: ergo oporteret semper ipsum quiescere, aut in infinitum moueri nisi impediatur ab aliquo: sed hoc est falsum: igitur.

F

T. c. 71. & inde.

Amplius autem & ex his manifestum est quod dicitur.

Probatur non dari vacuum.

Istvd est quartum capitulū huius secundi tractatus, in quo philosophus ostēdit vacuum non esse per rōnes sumptas ex parte velocitatis & tarditatis motus, ponens hanc conclusionē. In vacuo non pōt fieri motus. Pro cuius probatione supponit q̃ duæ sunt causæ velocitatis & tarditatis in motu. Prima: est diuersitas medij secundum raritatem & densitatem: qualis enim est ꝓportio medij ad medium in raritate & densitate, talis est proportio motus ad motum in velocitate & tarditate, & temporis ad tempus in brevitate & longitudine: vt si aer sit rarior aqua, motus factus per aerem erit velocior motu facto per aquam: & si in duplo sit rarior, motus erit in duplo velocior: & hoc debet intelligi ceteris paribus. Secunda causa est diuersitas mobilis in grauitate & leuitate: exteris.n. paribus mobile graue magis descendit in minori tempore, quàm mobile minus graue. Probatur ergo dicta conclusio duabus rationibus. Prima omnis motus ad omne motum habet proportionem: sed si motus fieret in vacuo, non haberet proportionem ad motum factū in pleno: igitur. Minorem probat, quia omnis motus fit in tempore: sed omne tempus habet proportionem: vt patet ex suppositione; talis enim est proportio motus ad motum, qualis est medij ad vacuum, sed medij vacui ad medium plenum nulla est ꝓportio in raritate & densitate: igitur. Secunda ratio sumitur ex parte mobilis: & est hæc: si in vacuo fieret motus: tunc magis graue non moueretur velocius, quàm minus graue: nec magis leue, quàm minus leue: consequens est impossibile: igitur. Consequentia probatur: q̃a mobile velocius mouetur, eo ꝓ̃cius & fortius diuidit medium: sed in vacuo nullum est medium: ergo in vacuo nihil dicitur velocius aut tardius moueri. Et sic patet q̃ non oportet ponere vacuum propter motum: immo magis oportet ipsum negare propter motum.

G

H

Et per secundum considerantibus videbitur vtique dictum vacuum, sicut veræ vacuum.

T. cō. 96. & inde.

Istvd

A

Rōnes ꝓbātes vacuum nō esse: sumpta ex parte vacui.

Istvd est quintum capitulum, in quo philosophus ostendit vacuum non esse rationibus, sumptis ex parte vacui: & dicit primo quòd videbitur considerātibus naturam vacui, q̃ ex propria ratione vacui manifestum est, q̃ vacuū bene nominatur vacuum: quia vacuum omni entitate caret, & per consequens non est ens: & hoc probat quatuor rationibus. Prima: quæ est per experientiam: quia si cubus alicuius ligni ponatur in aqua, tanta aqua cedit sibi, quantus est cubus, & ita fieret si poneretur in aere; quāuis non sit manifestum sensui: Vniuersaliter enim omne receptiuū alicuius corporis tantum cedit quantum est corpus receptum: cedit.n. vel per cōdensationem vel per motum localem: qui fit secundum naturā corporis moti: ita q̃ si fit ignis mouebitur sursum, si terra deorsum: sed hoc non potest esse in vacuo: quia cum vacuum non sit corpus, non potest moueri aut condensari: ergo vacuum non est aliquod tale, quod sit receptiuū alicuius corporis, sicut ponunt antiqui. Secunda ratio: si poneretur vacuum sequeretur, q̃ duo corpora simul & semel essent in eodem loco, & pari ratione tria, & mille: consequens est falsum, & consequentia patet: quia secundum ponentes sic vacuum ipsum non potest cedere corpori ipsum ingredienti: quia ex quo non est corpus naturale non potest moueri: ergo dimensiones vacui simul erāt cum dimensionibus corporis ipsum ingredientis: & cum duo corpora non habeant repugnantiā quo ad esse simul in eodem loco pro prio nisi ratione suarum dimensionum, sequitur q̃ dimensiones corporis locati, & ipsius vacui, quæ sunt duo separata per se existentia, possunt esse simul: & per cōsequens duo, tria, & sic de alijs. Tertia rō: si vacuū esset, frustra esset: ergo non est ponendum. Assis patet: quia ex quo corpus motum habet proprias dimensiones; non apparet ratio ꝓp quam indigeat alijs dimensionibus eiusdem rationis locātibus ipsum: immo si indigeret alijs, tunc adhuc illę indigerent alijs, & sic in infinitum. Quarta ratio: si vacuum esset alicubi deberet apparere: sed nullibi apparet: ergo non est ponendum vacuum tanquam spacium ab omnibus corporibus naturalibus separatum.

B

C

D

T. c. 79. & inde.

Svnt autem quidam, q̃ per rarum & densum opinantur manifestum esse quod sit vacuum &c.

Istvd est septimum capitulum & vltimum huius tractatus, in quo philosophus ostēdit q̃ vacuum non est corporibus ibibitum. Pro quo supponit primo, q̃ præter opinionē Anaxagoræ dicentis nō esse vacuum: & præter opinionē Pythagoræ, ponentis vacuum esse spacium separatum a corporibus, ponitur opinio Democriti, & quorundam aliorum dicentiū vacuū corporibus esse imbibitum: quia si contingat corpora condensari & rarefieri, vacuū esse: sed hoc contingit: ergo vacuū est, & isti rēnē faciunt q̃

E tenent vacuum esse. Secundo supponit ꝙ ponentes vacuum corporibus imbibitum sunt inter se diuisi: quidam enim ponunt paruos poros omnino priuatos corpore. Alij vero ponunt vacuum esse mixtum corporibus: ita ꝙ in corporibus vacuum non est separatū a pleno secundū locum. Sed pro re probatione huius ponitur hæc prima conclusio. Non est ponendum vacuum corporibus imbibitum: sic ꝙ in corporibus sint quædam paruæ partes vacuæ, & distinctę ſm locū a partibus plenis. Probat quinq; rationibus. Prima: quia per pōnē talis vacui, nō seruatur nisi motus sursum: quia ſm ponentes sic vacuum, vacuū est causa raritatis: rarū autē est leue & non mouetur nisi sursum: igit. Secunda rō quia tunc vacuū non
F se hꝫt ꝙ modū loci: sed magis ꝙ modum deferentis secū corpus fient vrres: quod vł falsum: igit. Tertia rō: sequeretꝫ ꝙ vacuū moueretur motu corporis cui est immixtum: sed nō quod moueꝫ localiter habet locū: ergo vacuū habebit locum: & ꝙ consequens loci erit locus: & vacui erit vacuū. Quarta ratio si ponatur vacuū imbibitū corporibus deferens corpora sursum non poterit assignari ratio motus deorsum quod est falsum: igitur. Quinta rō: si ꝙ vacuum aliquid moueretur sursum: tunc quod est magis vacuum velocius moueretur sursum: sed hoc est falsum: igitur. Deinde ponit diuersitatē philosophorum de raritate & densitate: aliqui n. imaginantur raresactionem fieri per elongationē paratiū corporis naturalis aduenientibus inter eas quibuſdā vacuitatibus. Alij imaginantur rarefactionem fieri per aduentum vacui ab extrinseco quod admiscetur corpori: & condensationem fieri per exitū talis vacui. Alij dicunt rarefactionem fieri per generationē quorundam corporum subtilium subintrantium quasdam vacuitates corporis rarefacti, & condensatio sit per exitum talium corporum. Pro maiori tamen declaratione ponit philosophus aliquas propositiones. Prima: eadem est materia contrariorum: vt calidi, & frigidi, & rari, & densi. Secunda propositio: materia non est separabilis ab vtroq; contrariorum: immo manet eadem sub raro & denso. Sit ex hoc ponitur conclusio contra modum philosophorum de raritate: nō H oportet quòd in rarefactione, vel condensatione aliquid ab extrinseco aduenias vel aliquid ab intra recedat: immo eadem est materia magni & parui. Quod probat aliquibus exēplis. Primum: est de generatione substantiali aeris ex aqua quæ non fit per aduentum alicuius existentis alterius extrinseci: sed per hoc quòd forma aeris educitur de potentia materiæ. Secundum est de curuatione circuli; quando enim portio maioris circuli fit portio minoris, vel econtra; tunc aliquid fit magis, vel minus curuum nullo tamen aduenient extrinseco recto vel curuo; & tamen ibi fit rarefactio vel condensatio: igitur.

E *An ſit poſſibile vacuum eſſe.*

QVAERITVR Vtrū, sit possibile vacuum esse. Primo arguitur quòd sic; quia illud quod mouetur motu locali recto recipitur in plenum vel in vacuo; si in vacuo habetur intentum; si in pleno vel ergo illud quod replebat prius locum adhuc manet in eo; & tunc duo corpora simul essent in eodem loco, quod est impossibile; vel recedit & tunc recederet in pleno vel vacuo; & sic consequenter; & per consequens tandem deuenietur ꝙ duo corpora erunt in eodem loco, vel ꝙ esset dandum vacuū; sed quodlibet est impossibile, igitur. Secūdo sic: quando ex corpore denso generatur corpus rarum; vt ex terra ignis; tūc
F corpus genitum occupat maiorem locū, quàm corpus ex quo generat; ergo oportebit ꝙ corpus genitum recipiatur in vacuo: vel ꝙ duo corpora sint simul vel ꝙ aliquid mouebitur in instanti; ergo si duo corpora non possunt simul esse; tunc oportebit quòd aliquod corpus moueatur in instanti de loco suo in quo recipitur corpus rarum nouiter genitum. Nec potest dici quòd cōdensetur; quia cum aliquid condensatur partes extremæ accedunt ad medium; vel ergo recipiunt in pleno vel in vacuo: si in vacuo, habetur intentum; si in pleno, sequitur vt prius. Tertio sic: bene sequitur plenum est; ergo vacuum est iuxta plenum & vacuum' opponuntur priuatiuè; sed si vnum priuatiuè oppositorum fuerit in natura reliquū potest esse. Quarto arguitur G sic: quodlibet corpus non esse hic est possibile: vt patet inductiuè: ergo possibile est hæc esse vacuū. Quinto argꝫ sic: ſm Commentatorē illi, qui ponunt mūdū esse factum de nouo hīt ponere vacuū: sed mundus factus est de nouo: ergo vacuum est. In oppositū est philosophus in textu. In hac quæstione erūt tres articuli.

PRIMO sciendum, ꝙ pro declaratione qōnis ponunt aliqua dicta. Primum vacuū capit dupliciter. Vnomō pro spacio in quo non est corpus naturale, nec mathematicum ſt tñ esse: vt si deus destrueret aerem in aliqua aulaira ꝙ ibi inter latera. i. inter parietes nihil omnino remaneret: & sic non capit philosophus vacuum qñ arguit contra antiquos. Secūdomodo D ſt capi pro spacio, in quo non est corpus naturale: licet bñ mathematicū: puta q̄titas separata à substantia & qualitatibus, q̄ dīr dimēsiones separatę: & hoc mō acceperunt antiqui philosophi ꝙ imaginabantur, ꝙ ibi erant dimēsiones sine subiecto, .l. longitudo, latitudo, & profunditas: adeo si in vacuo poneret aliquod corpus tunc illę dimensiones essent simul cum illo corpore cum non possent tali corpore cedere: quia non possent moueri si cum solum corpus naturale etiam per ipsos est mobile: ideo si poneretur aliquod corpus oporteret, quòd ibi esset penetratio dimensionum: quod negat Aristot.

Artic. 1.

Vacuum duplicatur.

Vacuum quid importat.

Secundum dictum: vacuum nō V est iuxta vacuum nihil aliud importat q̄ spaciū separati ab oī

E corpore naturali aptum natum recipere corpus: sed nullum est tale igit. In omni enim spacio est corpus; vt patet per experientias in textu. Tertium dictum: non est possibile vacuum esse naturaliter, quocunque mõ capiatur vacuum: quia natura abhorret vacuum. Vnde si tota terra esset perforata, certe illud foramẽ repleretur aere, vel alio corpore. Et si quis dicat, quæ est illa natura, quæ sic abhorret vacuum. Respondeo: quòd est natura vniuersalis: non tamen per naturam vniuersalem solũ intelligo cœlum, vel deum: sed intelligo totum ordinem entiũ, & corporum tam inferiorum, quàm superiorum. Non videtur etiam quare naturaliter nõ possint comprimi latera follis, nisi natura abhorreret vacuũ.

Quæ natura abhorret vacuum.

F Quartum dictum: non implicat contradictionem vacuũ esse immo est possibile per potentiã diuinã quæ est possibile duo corpora esse in eodẽ loco, & fieri penetrationẽ dimensionũ: et possibile est, q̃ deus annihilet quodlibet corpus inter aliqua latera: quo facto erit ibi spacium, siue vacuum.

Si vacuũ esset, an in eo fieret motus.

SECVNDO sciendũ, quod circa textum incidit talis difficultas: Vtrum si vacuum esset, posset fieri in eo motus: & ibi loquimur de motu locali: quia de alio motu forte non esset difficultas. Respondetur breuiter, quòd si esset vacuum, adhuc in illo vacuo posset vere fieri motus localis: sic videlicet, quòd si poneretur vnus lapis in vno latere, posset ibi vere moueri deorsum, etiam non videtur, quin aliquis posset adhuc verè ambulare supra terram: dato, quòd deus destrueret omnia corpora intermedia inter cœlum & terram. Etiam non videtur quin angelus non verè posset moueri: quia si angelus non posset moueri: hoc maxime esset: quia esset aliquod medium resistens sibi: sed hoc non est dicendum: quia nullum est medium, quod resistat angelo; supple quo ad velocitatem & tarditatem motus eius: quia bene est resistentia medij quo ad successionem essentialem motus eius. Vnde non magis resistit aqua angelo, quàm aer, immo ita velociter moueretur per aquam sicut per aerem: & per terram sicut per aerem. Et similiter diceretur de anima separata à corpore: & de corpore glorificato, sicut de Christo, qui intrabat domum ianuis clausis. Sed hoc tenendo oporteret soluere rationes, quas facit Aristo. in textu probando, quòd si vacuum esset, nullus motus ibi fieret. Ad primam cũ arguit: quia vel talis motus esset naturalis, vel violentus: non naturalis: quia in vacuo non est natura; nec violentus: quia non videtur à quo proiectum moueretur; cum diuisum esset a proijciente. Ad istam dicitur, quòd talis motus adhuc esset naturalis, attendendo naturalitatem ex parte mobilis, & non ex parte medij. Dicitur vlterius, q̃ proiecta non mouentur à medio deferente: sed quadam virtute eis impressa a proijciente: de qua alibi magis videbitur. Ad aliã cũ arguebat: qualitẽ resistentiæ medij ad motũ in raritate & densitate: ra-

A ritatis est motus ad motum in velocitate, & tarditate: sed medij pleni ad medium vacuũ nulla est proportio: igitur, nec motus facti in pleno ad motum factum in vacuo: Respondetur, q̃ successio in motu non solum est ex resistentia medij ad mobile; sed ex resistẽtia mobilis ad motorem: ideo maior eius esset vera: si medium esset tota causa resistentiæ. Ad tertiam dicitur cum arguit: si mobile moueretur in vacuo: eadem ratione, qua mouetur ad vnam partem, eadem ratione moueretur ad aliam: ergo ad omnes simul, vel ad nullam. Respondetur, quòd tale mobile mouetur ad vnam differentiam, puta sursum, vel deorsum secundum exigẽtiam suæ naturæ: vt si esset lapis moueretur deorsum.

B TERTIO sciendum, quòd circa textum incidunt adhuc aliquæ difficultates. Prima, an in vacuo possit fieri motus successiuus. Pro solutione supponitur primo: quòd successiuum est de quidditate motus sic, scilicet, quòd implicat contradictionem motum esse, & non esse successiuum: immo hæc est per se motus est successiuus. Secundo supponitur, quòd secundum Sco. 2. sententiarum causa successionis in motu essentialis est resistẽtia mobilis ad motorem: non quidem talis, quòd moueri non posset mouere mobile: nec talis, quòd mobile inclineretur ad oppositum: quia sic est precise in motu violento: sed sic, quòd mobile semper est sub aliquo vbi, cui non posset immediate succedere terminus intentus a motore virtutis finitæ: quia mobile non est in plena obedientia motoris virtutis finitæ: est tamen in plena obedientia motoris virtutis infinitæ: scilicet Dei: ideo Deus posset quodlibet mobile mouere in instanti: sed hoc facto ibi non esset motus proprie dictus, sed mutatio localis. Sed successio accidẽtalis in motu prouenit ex resistentia medij pleni rarioris, vel densioris: subtilioris, vel grosioris impeditiui motus. Tertio supponitur, quòd mobilium quædam sunt animata: & quædam inanimata. Inanimata sunt duplicia: quædam sunt simplicia: sicut elementalia mixta: vt lapides. Animata sunt quadruplicia: quædam mouentur motu ambulationis: & quædam motu volationis: & quædam motu natationis, & quædam motu dilationis, & restrictionis: vt cochę. His suppositis dicitur primo, quòd in vacuo nullum animatum posset moueri successiue motu animalis: quia omne animal motum, habet aliquod sustentans ipsum, quòd non est in vacuo: si tamen esset terra, & poneretur supra eam, posset adhuc ibi moueri: tamen auis nõ posset volare, si aer destrueretur: nec posset fieri visio aut audition: quia illa requirunt medium extrinsecum tanquam deferens species ad potentias. Dicitur secundo, quòd in vacuo corpus inanimatum mixtum, sicut lapis: posset moueri successiue successione prouenitre ex resistentia mobilis ad motorem: licet non ex successione proueniente ex resistentia medij. Dicitur tertio, quòd corpus simplex inanimatum, sicut

Anima non possit fieri motus successiuus.

Dictum. 2 q. 9.

elementum

Universidad de Deusto
Biblioteca

elementum posset moueri in vacuo, etiam successiue successione proueniente ex resistentia mobilis ad motorem. Ex quibus patet, quòd in vacuo posset fieri motus successiuus successione proueniente ex resistentia mobilis ad motorem. quæ dicitur successio essentialis: sed non posset fieri successio accidentalis, quæ prouenit ex resistentia medij pleni rarioris, vel densioris: quia in vacuo non esset tale plenum.

An naturaliter sit possibile.

QVARTO sciẽdum, quòd adhuc est alia difficultas an vacuum naturaliter sit possibile. Et videtur primo, & sic: quia si poneretur aliquod vas plenum aqua tempore frigido, in quo vase non posset aer intrare tunc si aqua congelaretur occuparet minorem locum, quã prius: & per consequens relinqueretur vacuum in eo. Secundo sic: si ponerentur duæ tabulæ omnino planæ applicatæ adinuicem sine aliquo medio, & alligaretur funis in centro superioris, sequeretur, quòd non posset eleuari: & si eleuaretur necessario sequeretur vacuum: quia aer non posset ita cito attingere medium sicut extremum: nisi diceretur, quòd motus fieret in instanti. Ad hanc difficultatem respondetur, quòd natura abhorret maxime vacuum, & quòd vacuum non posset esse per naturam. Ad primam ergo rationem dicitur, quòd omnibus omissis antequam aqua in tali vase congelaretur illud vas frangeretur virtute naturæ vniuersalis. Et si dicatur, quòd non, videtur quòd illud vas posset frangi: quia non est ratio quare potius frangeretur in vna parte, quàm in alia: & hoc maxime si esset vniforme. Dicitur, quòd influentiæ cœli fortius ipsum abhorrent in vna parte, quàm in alia: & prius rumperetur superius versus cœlum, quã inferius: quia virtus naturæ vniuersalis esset fortior in parte superiori, quàm in inferiori. Ad secundam dicitur secundum Philosophum secundo de anima, quòd duo corpora dura nó possunt se tangere nisi mediante aere, vel aqua: si ergo essent tales tabulæ inter ipsas esset aer: ideo quãdo superius eleuaretur esset aer intermedius qui in eleuatione rarefieret: & si poneretur, quòd ibi non esset aer: dico, quòd poneretur consequenter vacuum: & secundum Aristo. tunc non posset fieri motus. Et hæc de primo articulo.

H

Art. 2.

DVBITATVR primo: Vtrũ ipliceat cõtradictionẽ duo corpora esse simul in eodem loco, idest vtrum ad duo corpora esse simul in eodem loco sequatur aliqua contradictio: id est, quòd duo contradictoria de eodem affirmentur vere, vel de eodem vere negentur. Pro cuius solutione, inquirendum est vnde aliqua habeant repugnantiam adinuicem. Pro quo supponitur, quòd aliqua dicuntur esse repugnantia ad se inuicem dupliciter. Vnomodo formaliter: aliomodo virtualiter. Virtualiter repugnant causa naturalis, & oppositum sui effectus. Verbi gratia: si cœlum de hac materia produceret vermem: & si agens fortius superueniret, & duceret in eandem materiam formam aliquam oppositam formæ vermis: ista virtualiter opponeretur cælo, vel soli. Sed formalis repugnantia est illorum, quæ secundum se, & suos effectus opponuntur, vt album, & nigrum. Sed in proposito inter dimensionem, & dimensionem non est forma lis repugnantia: quia talis scilicet formalis repugnantia non est nisi quo ad idem subiectum: si ergo repugnent, non repugnant nisi virtualiter, & respectu loci: quia vnum corpus replet locum vnum quantum est natus repleri: ergo aliud corpus, quo ad hoc opponitur sibi, quòd non potest habere illum effectum in illo loco. Relinquitur ergo, quòd duo corpora ad esse in eodem loco simul habent solum repugnantiam virtualem: quia effectus eorum, scilicet repletiones repugnant respectu vnius loci, quòd idem locus his repleatur repugnantia est. Non repugnat ergo corpori esse in alio corpore: nisi quia est repletivum loci naturaliter quantum natus est repleri: & quia iam repletum est: igitur non potest adhuc repleri. Sed quia Deus potest facere causam naturalem sine suo effectu: & suspendere eam a suo effectu, sicut calefactionem a calore: vt patet in tribus pueris. Etiam potest facere effectum sine tali causa, qui naturaliter non sequitur, nisi ex tali causa, vel tali, vt virginem parere, siue concipere. Potest etiam facere duas dimensiones sine suis effectibus, qui sunt repletiones; & cum tales dimensiones non repugnent, nisi quia sui effectus repugnant: sequitur, quòd si suspendantur ab illis effectibus, quod non repugnabunt. Ex omnibus sequitur, quòd virtute illius, qui potest suspendere effectum dimensionum, qui est replere, seu facere distare latera corporis continentis ab inuicem duo corpora possunt esse simul: sicut fuit quando Christus exiuit de vtero Virginis Mariæ sine fractione. Etiam quando intrauit domum ianuis clausis. Sed restant ibi duæ difficultates: Vtrum naturaliter duo corpora possint simul esse in eodem loco. Respondetur breuiter, quòd non. Sed arguitur, quòd sic: quia quando ferrum ignitur ibi simul sunt duo corpora in eodem loco, scilicet ferrum, & ignis: quia ferrum ignitum habet propriam actionem ignis, & ferri. Vnde si est acutũ scindit, & ignit. Patet etiam de vino cum pane, vbi est vinum, & panis. Respondet Scotus, & primo de igne, & ferro: quòd ferrum est corpus alterabile ab igne: non tamen ferrum ignitum est ignis. Vnde ferrum est corpus difficulter recipiens alterationem ab igne in qualitatibus: ideo per ipsas fortiter agit: non tamen ibi est ignis, sed qualitates ignis: nisi forte in poris ferri vbi est ignis: quia est corpus subtile, & penetrationum. Ad aliud de pane, & vino: dicitur quòd ibi in poris panis est vinũ. Et si quis dicat contra: quia in ipsomet pane est subiectiue humiditas vini: quæ non potest separari a suo subiecto, sicut a vino. Dico quòd

Arist. An imaginatio sit dux corporum esse in eodem loco.

Sco. li. 4. dis. 10. q. 2. & dis. 49. q. vlt. & quæst. 11. quæst. Sco. li. 4. dist. 49. q. vlt.

B quòd talis humiditas non est in pane: sed in vino circunstante: sicut patet de digito posito in aqua, qui est humidus humiditate circunstante, quæ non potest separari a suo subiecto: tamen præter istam humiditatem potest digitus aliam humiditatem recipere. Alia dubitatio: quomodo duo corpora possunt esse simul in vno loco: vtrum circumscriptiue, vel quomodo. Respondeo, quòd nũquàm duo corpora possunt esse simul repletiue, puta, quòd quodlibet adæquate repleat locum: sed bene vnum potest esse repletiue, & aliud nõ. Possunt etiam duo corpora esse simul virtute diuina sacramentaliter, & etiã præsentialiter. Aduerte tamen, quòd vnum corpus potest esse præsens alicui sic, quòd totum erit præsens toti, & pars parti: F & tamen non erit circumscriptiue, capiendo circumscriptiue, idest repletiue. Et si quis iterum dicat, duo corpora gloriosa nõ possunt esse simul. Respondeo, quòd corpus gloriosum ratione dotis subtilitatis potest se facere simul cum corpore non glorioso, sed non cum corpore glorioso: tamen virtute diuina duo corpora gloriosa possunt esse simul, sicut & alia duo corpora non gloriosa.

Vtrũ duo corpora possint simul esse in eodem loco.

An idẽ corpus simul esse possit in diuersis locis.

DVBITATVR secundo: Vtrum vnum corpus simul possit esse in diuersis locis: Respondetur breuiter per aliquas propositiones. Prima, nõ est possibile per potentiam naturalem idem corpus simul esse in duobus locis: idest nullum agens creatum potest facere idem corpus esse simul, & semel in diuersis locis. Secunda propositio, virtute diuina idem corpus potest esse simul in diuersis locis: vt Deus potest facere me esse simul hic, & Romæ. Et istud potest probari primo: quia cũ vnitate prioris stat simul sine contradictione pluralitas posterioris sed ipsũ vbi sunt posteriora ipso corpore locato tanquàm accidentia eius: ergo potest stare, quòd vnum corpus maneat idem: & quòd habeat plura vbi. Probatur etiam sic: quia non minorem potentiã habet Deus supra corpus meum, quàm supra corpus Christi: sed Deus facit corpus Christi esse simul sub diuersis hostiis: igitur. Potest etiam probari per multas experientias miraculosas: legitur enim de quibusdam sanctis cũ celebrarent in vno loco, interfuerunt sepulturæ alterius sancti in alio loco. Sed cõtra ista H arguitur sic primo: quia impossibile est aliquod corpus esse simul vbique: cum hoc sit proprium solius Dei: ergo impossibile est idem corpus simul esse in diuersis locis: quia non est maior repugnantia, quòd sit in infinitis locis, quàm in duobus, vel in tribus. Secundo, si idem esset in diuersis locis, sequeretur, quòd simul posset calefieri, & frigefieri: cum in vno loco possit sibi apponi frigefactiuũ, & in alio calefactiuum. Etiam sequeretur, quòd idem posset simul saturari & esurire: nam in vno loco posset assumere cibũ, & non in alio. Etiam sequeretur, quòd simul posset viuere, & mori. Nam in vno loco posset occidi, & non in alio. Item sequeretur, quòd vnus solus homo

Vide pro hac difficultate Scot. in 4. dist. 10. q. 2 alias ar. 2. q. 1.

tussitis.

A mo faceret magnum exercitum magnum bellum: cum posset poni in multis locis. Item sequeretur, quòd contraria verificarentur de eodem, puta moueri sursum, & moueri deorsum. Nam in vno loco posset accedere scalam, & in alio descendere. Item sequeretur, quòd priuatiue opposita possent simul de eodem verificari. Nam in vno loco posset moueri, & in alio loco quiescere, ad quod sequitur, q̃ idem moueretur, & quiesceret, quæ sunt priuatiue opposita, ad quæ sequuntur contradictoria. Item sequeretur, quòd supra vnam guttam aquæ possent fieri nauigia: cum ipsa posset poni in tot, quot mare. Item sequeretur, quòd mulier prægnans posita in diuersis locis posset parere in vno loco, & non in alio. Item B sequeretur, quòd idem homo simul gauderet, & tristaretur: nã in vno loco posset gaudere propter aliquod delectabile ibi positum: & in alio loco tristari propter aliquod tristabile ibi positum. Item sequeretur, quòd idẽ homo posset simul peccare, & mereri: ista videntur inconuenientia, & implicare contradictionem: igitur. Sequeretur etiã, quòd eadem materia numero posset informari simul diuersis formis: nam si aliquod nutrimentum ponatur in diuersis stomachis: tunc materia eius informabitur diuersis formis: nã in vno informabitur forma Petri, & in alio informabitur forma Guilermi: igitur. Pro solutione istorũ ponit Scotus tres regulas: quarum prima est ista: Quæcumque sunt priora essentialiter ipsõ, vbi, vniformiter in-

Lib. 4. de sens. 10. q. 2. in fi. Ioann. ad 3m.

sunt corpori habenti tantum C vnum vbi, & habenti plura: sed quæ sunt simul natura, vel posteriora ipsõ vbi, variantur ad variationem ipsius vbi. Et ratio huius regulæ est, quia prius essentialiter non variatur ꝓpter variationem posterioris: Sed posterius bene variatur ad varietatem prioris: quæ etiam sunt simul natura cum aliquo, variantur cum illo. Secunda regula, sicut passum existens in vno vbi recuperet formã a duobus agentibus sibiinuicem approximatis: sic ipsum in duob⁹ locis existens, reciperet ab eisdem in diuersis locis sibi approximatis. Et ratio huius regulæ est quia ad hoc, quòd patiens patiatur ab agente recipiendo formam: non oportet nisi quòd sit in potentia passiua: & agens habeat potentiam actiuam: & D sint debite approximata, & non impedita. Tertia regula: sicut corpus se habet in ratione actini ad diuersa passa sibi approximata, quando est in vno vbi: similiter se habet quando est in diuersis, sicut vnus homo existens in vno loco non potest debellare viginti homines: nec etiam ipse existens in diuersis locis. Istis regulis positis respondetur ad rationes: Ad primam dico, quòd licet vbique esse conueniat soli Deo de facto: tamen non est proprium Dei, nam potest conuenire alteri a deo: sicut homini; posset enim Deus facere, quòd homo esset vbique. Dico etiam, quòd non semper Deus fuit vbique: nam ante creationem mundi Deus non erat vbique: ideo esse vbique, nõ est proprium ipsius

Dei

E Dei: sed necessario esse vbicũq; est locus est bene propriũ Deo. Ad secundam dico, quòd quia caliditas, & frigiditas sunt compossibiles adinuicem in aliquibus gradibus: ideo non est etiã impossibile idem calefieri, & frigefieri. Nec est dicendum, ficut aliqui dicunt, quòd illa duo agentia impediunt se adinuicem: nam vel impedirent se adinuicem, sic quòd vnum ageret in aliud, & sic non vel quòd illa quæ producunt sunt incompossibilia: sed hoc non saltem secundum Scotum, qui tenet, q caliditas, & frigiditas in aliquibus gradibus sunt compossibiles. Ad aliud dico, quòd bene in vno loco posset assumere cibum, & non in alio: tamen si saturaretur in vno loco. & in
F alio: vel si fameat in vno loco, ita in alio. Ad aliud dico, q si moriatur in vno loco, etiam mo rietur in alio loco, ideſt si aia se pararetur a corpore in vno loco, etiã separabitur a corpe vbicunq; fuerit corpus cum illa nõ sequatur vbi. Dicitur ad aliud, quòd proprie non faceret exercitum cum exercitus sit aggregatio hominum: tamẽ vnus homo occuparet tot loca ac si essent multi homines: & vnus homo posset se ducere per manũ, & facere chorcam. Ad aliud dicitur, quòd contraria nunquã possunt esse in eodem subiecto adequate, & in esse permanenti licet bene in fieri, vt alias magis videbitur. Dico vlterius, quòd moueri sursum, & deorsum non sunt cõtraria: quia motus non sunt contrarij, nisi termini ad quos sint contrarij: sed nulli termini ad quos motuum localium sunt contrarij; igitur G &c. Ad aliud dico, quòd impossibile est priuatiue opposita de eodem verificari: ficut ista nunquam concedituꝛ, hoc monetur, & quiescit. Et signis di *Vbi sup.* cat. Scotus concedit; nam dicit, quòd bene sequitur monetur Romæ; ergo monetur; quiescit Parisiis: ergo quiescit. Dico, quod ipse nõ capit ibi quiescit, vt opponit priuatiue ad ly moueritsed capit ibi, vt idem est, q in aliquo loco non exit locum: & tunc bene sequitur quiescit Romæ: ergo quiescit, ideſt in aliquo loco non exit locum. Ad aliud negatur consequentia: quia vna gutta aquæ posita in diuersis locis non habet maiorem potentiam, quàm in vno solo loco: sed in vno solo loco non posset portare na- H uem: igitur neque in multis. Et similiter diceretur de aliquo homine qui esset in multis locis: & etiã de paruo igne. Dico ad aliam, quòd parere non dicit nisi exitum ab vtero: ideo non est inconueniens, quòd pariat in vno loco, & non in alio. Dico ad aliam, quòd si gaudeat in vno loco gaudebit vbicunque ponatur, cum gaudere dicat entitatem absolutam. etiã dicatur ad aliud puta. q si peccet in vno loco etiã in alio. Dico ad aliud, quòd impossibile est eandem materiam simul informari duabus formis specificis. Vnde dico, quòd duo stomachi nunquam possunt sic se habere, quòd qualibet conuertat totum in substantiam alti: quia vel illi duo stomachi sunt æqualis virtutis: & sic

A sic impediunt se sic, quòd nullus conuertet: vel vnus excedit alium: & tunc impediet ipsum, nec conuertat.

An condensatio pariter et rarefactio sit possibilis.

DVBITATVR tertio: Vtrum condensatio sit possibilis, & etiam rarefactio. Pro cuius solutione supponitur, q de isto dubio sunt quattuor modi dicendi modernorum. Vnus est aliquorum, qui dicunt, quòd condẽsatio terminatur ad densitatem, quæ est vna qualitas de quarta specie qualitatis; & rarefactio terminatur ad raritatem: quæ est etiam vna qualitas de quarta specie qualitatis. Sed iste modus videtur esse grossus, & non verus: quia remota illa qualitate, & partibus corporis rarefacti eodem modo remanentibus, non minus corpus dicitur rarefactum, vel densum: igitur illa qualitas superflue B ponitur. Est alius modus, quòd per condensationem aliqua quantitas deperditur: & per rarefactionem aliqua quantitas acquiritur. Vnde imaginatur iste modus, quòd sicut aliquid dicitur intendi per additionem noui gradus: ita corpus dicitur extendi per additionem nouæ quantitatis: & sicut qualitas dicitur remitti per deperditionem alicuius gradus: ita corpus dicitur fieri minus extensum per deperditionem alicuius quantitatis. Et sic vult habere iste modus, quòd in rarefactione semper acquiritur aliqua pars quãtitatis: & in condensatione semper deperditur aliqua pars quantitatis. Sed contra istum modum dicendi arguitur: quia tunc sequeretur, quod penetratio dimensionum esset possibilis: sed hoc est falsum: igitur. Consequentia patet: quia cum magnitudine præexistente acquiritur noua magnitudo simul extensa cum illa magnitudine præexistente: & per consequens illę se penetrant. C

Secundo ficsequeretur, quòd accidentia migrarent de subiecto in subiectum: consequẽs est falsum: igitur. Consequentia patet: quia si aliquod corpus pedale fiat bipedale per rarefactionem: pedalitas, quæ prius erat extensa toti corpori non est extensa nisi vni parti corporis, cum illud corpus fit bipedale: nam si inhereat alteri parti, tunc accipitur aliud subiectum. Item sequeretur, quòd magnitudo, quæ acquiritur per rarefactionem superflueret: quia magnitudo, quæ prius erat an- D te rarefactionem maneret per totum corpus rarefactum: ergo illa sufficit ad denominandum illud sic extensum. Sed, quia iste modus est probabilis: ideo respondendum est ad rationes. Ad primam dicitur, quòd Aristo. voluit, quòd plures dimensiones extra se inuicẽ existentes non possent simul esse penetratiue: & hoc est verum naturaliter loquendo. Vel potest dici, quòd plures dimensiones esse simul in eodẽ subiecto, & nõ reddere illud subiectũ extẽsius, q̃ vna illarũ est impossibilis: sicut plures gradus albedinis faciũt subiectum albius, q̃ faceret vnus illorũ: ita ẽt in proposito plures dimẽsiones simul existentes debẽt reddere subiectum extẽsius: & hoc nõ est impossibile. Dicit. n. iste, q in rare

factione

B factione cum dimensione præcedenti, & dimensione, quæ acquiritur in rarefactione, sit maior extensio. Ad secundam negatur consequentia: & ad probationẽ dicitur breuiter, quòd quantitas præcedens rarefactionem, post rarefactionem inhæret ipsi toti, sicut prius: sed cum illa acquisita est vna noua magnitudo, quæ duæ sufficiunt denominare simul subiectum tantum: & neutra illarum se sola sufficeret sic denominare subiectum. Ad tertiũ dicitur, quòd licet illa magnitudo sic extensa inhæreat totitamen non est sufficiens sic denominare subiectum. Alius est modus dicendi, quòd in rarefactione acquiritur de nouo vna quantitas maior, quàm præcedens: & quòd præcedens totaliter corrumpitur. Etiam in condensatione acquiritur quantitas noua minor
γ quàm præcedens: quia præcedens totaliter corrumpitur: & iste modus etiam est probabilis & multum cõformis modo præcedenti. Alius est modus dicendi, qui dicit, quòd rarefactio, & condensatio fiunt præcisè per motũ localem: immo sunt met motus locales. Vnde rarefactio est motus, per quem partes ab inuicem elongantur, vel fiunt distantiores. Et condensatio est motus, per quem partes approximãtur, vel fiunt proximiores.

Instãtia. Sed contra ista arguitur: & primo de rarefactione, quia si rarefactio sic fieret, sequeretur, quòd esset penetratio dimensionum: quia quando aliquod corpus rarefit, tunc partes eius elõgantur ad inuicem: vel ergo in tali elongatione partes recipiũtur in pleno, vel in vacuo: non
α in vacuo: ergo in pleno: vel ergo illud plenum cedit, vel non: si non, ergo erit penetratio dimensionum: si cedit, vel ergo iterum recipitur in pleno, vel in vacuo, non in vacuo; & sic in infinitum. Secundo sic; si sic, oporteret, quòd omne, quod rarefit, moueretur localiter; sed hoc videtur falsum. igitur: consequentia tamen probatur: quia illud mouetur localiter, cuius qualibet pars mouetur localiter: sed tota rarefit quælibet pars mouetur localiter: igitur. Tertio sic: sequeretur, quòd pedale esset bipedale; sed hoc est falsum igitur: consequentia probatur, & volo, quòd sit vnũ corpus, cuius quantitas est pedalis, ipsa per rarefactionem est bipedalis sine aliquo intrinseco addito, vel remoto igitur. Deinde arguitur contra modum
II condensationis: nam si in condensatione partes approximarentur ad se inuicem: vel ergo reciperentur in pleno, vel in vacuo: sed nullum est dicendum: igitur. Minor probatur sicut probatum fuit de rarefactione.

Secũdo sic, sequeretur, quòd partes alicuius corporis immediatę ponẽt fieri imediatiores, quàm sunt: sed hoc est falsum: quia non possunt fieri immediatiores, quàm quòd continuẽtur per indiuisibile sicut continuantur. Item sequeretur, quòd duo corpora possent esse simul in eodem corpore adæquate: cõsequens est falsum: consequentia probatur ponendo, quòd a sit corpus bipedale, cuius medietates sunt pedalitas, & condensetur quousq; fiat pedale; tunc duo

A duo pedalia, puta illæ duæ medietates erunt adæquatæ in eodem loco. Sed quia iste modus est multum probabilis inter cæteros modos: ideo respondendũ est ad rationes. Ad primam dicitur breuiter, quòd in rarefactione alicuius corporis partes cedunt in plenum. Dicitur vlterius, quòd illud plenum, vel aliud propinquum condensatur: & sic non oportet cælum rumpi. Et si quis dicat, ergo sequitur quòd nunquàm fieret rarefactio sine condensatione. Dico certe, quòd verum est. Ad secundam dicitur, q̃ illud, quod rarefit, oportet moueri localiter vel secundum se, vel secundum suas partes. Ad tertiam dicitur, q̃ pedalitas, & bipedalitas: bicubitũ, & tricubitum non sunt species quantitatis: sed sunt
B species situs, ita quòd bipedalitas dicit talem distantiam duarum partiũ ad partes loci: ideo non est inconueniens successiue idem esse pedale, & bipedale: immo quantitas eadem numero manens, quæ prius erat pedalis, in rarefactione fit bipedalis: quia eadem quãtitas, quæ erat parua in rarefactione, est maior. Ad alias rationes de cõdensatione. Ad primam dicitur, q̃ recipiuntur in pleno, & quòd partes adinuicem cedunt. Ad secundam dicitur, q̃ in condensatione non omnes partes efficiuntur proximiores, neq; immediatiores; sed solum partes distantes, sicut tertia, quarta, quinta, sextana: & maxime partes extremales. Ad aliam eodẽ modo dicitur. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

CONCLVSIO respõsalis: C
Licet non sit possibile naturaliter vacuum esse: tamen supernaturaliter est possibile, nec implicat contradictionem, vt patuit in primo articulo. Ad rationes ante oppositum. Ad primam, & secũdam patet solutio. *Art. 1.*

Ad tertiam dicunt aliqui, q̃ vacuum, & plenum non opponuntur priuatiue: sed magis contradictorie: nam vacuum est locus non plenus: ideo dicunt, quòd vacuum, & plenum opponuntur, sicut plenum, & non plenum: modo non oportet, quòd si vnum contradictoriorum sit in rerum natura, quòd etiam reliquũ sit: & istud est multum probabile. Ad quartam dicitur, quòd illa propositio est falsa in sensu composito: sed non potest esse vera in sensu diuiso. Ad quintam dicitur, quòd si aliquis poneret mundum secundum se totũ esse per se in loco tanquàm in aliquo cõtinente, & factum esset de nouo, necessario haberet vacuum ponere: sed talis modus est fictus: igitur. D

CONSEQVENS autem dictis est aggredi de tempore: primum autem bene se habet opponere de ipso. *T.c.87. & inde.*

ISTE EST tertius tractatus huius libri, in quo Philosophus determinat de tempore: & diuiditur in sex capitula. In primo determinat de tempore inquirendo, an sit tempus: & diuiditur in duas partes. In prima probat, quod tempus non sit duabus rationibus: quarum Prima est; nullum ens componitur ex his, quæ non sunt: sed *An tempus sit.*

E tẽpus nõ est. Minorem probat: quia vna pars temporis est præterita. & non est plus: alia vero est futura, & nondum est; igitur. Secunda ratio, cuiuslibet, quod est necesse est omnes, vel aliquas partes eius esse; sed nullæ partes temporis sunt; igitur tempus non est. Demde removet vnã dubitationem; vtrũ sint plura nunc in tempore, vel tantum vnum. Et arguitur primo, quòd non sint plura: quia si sic: vel essent simul vel non: nõ simul: cum fiat indivisibilia: nec vnum est prius alio: quia adueniente alio, necesse est primum corrumpi: quod tamen est falsum: quia vel corrumperetur in instanti, vel in tempore. Non in instanti, quia quando corrumperetur, esset: nec in tẽpore: quia duraret plusquãm per instans. Sed quòd non sit

F Idem nunc in toto tempore probat, quia tunc sequeretur, quòd illa, quæ fuerunt ante millesimum annum essent nunc: & sic essent simul tempore cum homine, qui est nunc: sed hoc est falsum: igitur. In secunda parte ostendit, quòd non sit tempus: & intendit quatuor conclusiones. Prima, tempus non est circulatio ẽjus, quod probat duabus rationibus. Prima, nulla pars circulationis est circulatio: sed quælibet pars temporis est tempus: igitur tempus non est circulatio. Secundo sic: si tempus esset circulatio; sequeretur, quòd simul essent plura tẽpora: cum simul sint plures circulationes: hoc est falsum: igitur. Secunda conclusio, licet omnia sint in tempore, & omnia sint in sphæra: tamen tẽpus non est sphæra: sicut dicebant G antiqui: nam stultius est dicere tempus esse vltimam sphæram, quàm de tempore cõstituere impossibile. Tertia conclusio: tẽpus non est motus, probat dupliciter. Primo, tẽpus est vbiq; & apud oia: sed motus non est vbiq; sed solũ in illo, quod movetur: ergo tempus non est motus. Secũdo sic, omnis motus est velox, vel tardus; sed tempus nõ est velox, nec tardum: igitur.

Quarta conclusio: tẽpus non est sine motu, quãmuis non sit motus. probat signo, quia quando nos non percipimus motum etiam non percipimus tempus: ergo signum est. quòd tempus non est sine motu. Antecedens probat de dormientibus in Sardo, qui ex eo, q̃ non cognouerunt motum, non cognouerunt tempus, in quo dormierunt.

H

ACCIPIENDVM autem *T.cõ. gl. & mẽs.* quoniam quærimus quid sit tempus: hinc incipientibus quid motus est.

ISTVD est secundum capitulum huius tractatus, in quo Philosophus ostendit, quid sit *Tempus quid sit.* tempus, soluendo rationes probantes tempus non esse. Et diuiditur in duas partes. In prima, ponit duas conclusiones, quarũ Prima est: Tempus est aliquid ipsius motus. Quod probat, q̃a quæcunque simul percipiuntur vnum est aliud, vel aliquid alterius: sed tempus simul percipitur cum motu: igitur tempus est motus, vel aliquid ipsius mot^{us}: sed non est motus: ergo est aliquid ipsius motus. Minorẽ probat: quia si sint tenebræ, & nihil percipiatur amplius: tunc si fiat aliquis

A aliquis motus in anima, statim videtur fieri quoddam tempus: igitur. Secunda conclusio: Tempus est aliquid ipsius motus secundum prius, & posterius. Pro cuius probatione supponitur, quòd continuitas temporis est a continuitate motus, & continuitas motus est a continuitate magnitudinis: ergo cõtinuitas temporis est a continuitate magnitudinis. Secundo supponitur, quòd prius, & posterius in tempore sunt a priori, & a posteriori in motu. Quod probat: quia prius, & posterius in motu sunt a priori, & a posteriori in magnitudine. Tunc arguit: tempus est aliquid ipsius motus, secundum illud, quo cognito in motu, cognoscitur tempus: sed cognito priori, & posteriori in motu: cognoscitur tempus: igitur. Minorem probat;

B quia si accipiantur duæ partes motus, vna prior, altera vero posterior statim cognoscitur tẽpus. In secunda parte ponit diffinitionem temporis, dicens: Tempus est numerus motus secundum prius, & posterius. Vltimam partem probat, quia tempus est numerus motus secundum illud, quo cognito in motu, cognoscitur tempus: sed cognito priori, & posteriori in motu, cognoscitur tempus: igitur. Primam partem probat a signo: quia illud, quo iudicamus aliquid esse plus, vel minus, illud est numerus eius: sed tempore iudicamus motum esse maiorem, vel minorem: ergo tempus est numerus motus. Vltimo soluit rationes probantes tempus non esse: dicens quòd esse tẽporis, est sicut esse motus. Nam sicut motus semper est C alius; & alius; & nunquam sunt duæ partes motus, sic nec temporis; sed differunt; quia idem est tempus in toto tempore omnium rerum temporalium; sed non idem motus omnium, quæ simul mouentur.

ET notum autem maxime, hoc est: & motus enim propter id, quod mouetur: & loci mutatio p̃p id, q̃d fertur. *T.c.104. in fin.*

ISTVD est tertium capitulum, in quo Philosophus determinat de proprietatibus temporis, & ipsius nunc. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit proprietates ipsius nũc quarum. Prima est, ipsum nunc mẽsurat tempus. Quod probat; q̃a vnũquodq; maxime mẽsuratur per illud, q̃d est maxime notũ in suo genere; sed nunc est maxime notũ in tempore; igit. Se- D cũda ꝓprietas nũc est simul cũ tẽpore; quia nõ põt esse sine tẽpe, nec ecẽtra; igit. Ni sicut se hñt mobile, & mot^{us}, ita nũc, & tẽs; sed nõ est possibile motum esse sine mobili, nec mobile sine motu; ergo non est possibile tẽpus esse sine nũc, neq; ecõtra. Tertia proprietas; tẽpus est cõtinuum secundũ ipsum nũc, & secundũ ipsum diuidit: q̃a secũdũ mobile diuidit p̃s ꝓtransita in motu & pars ꝓtranseunda. Et similiter est de tẽpe respectu ipsius nunc igitur. Maiorem probat per simile de puncto, & linea, cuius partes diuidũtur per punctũ: igitur. Quarta ꝓprietas nunc non est pars tẽpis. Quod ꝓbat p̃ simile de punctõ in linea, quæ non est pars lineæ. Quinta proprietas licet ipsum nunc sit *Proprietates tẽpis & nunc.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

E rationē secūdum quam dicitur terminus sit solum ipsius temporis tñ ſm rōnem, ſm quā dicitur numerus siue mensura est bene aliorum: quia numerus in eo, quòd numerus refertur ad ea, quæ numerat: sed nunc numerat omnia mutata esse: igitur. In secunda parte ponit proprietates temporis, quarum Prima est: in tempore quodam modo est assignare minimum, & quodāmodo non. patet: quia in numero assignatur minimū: sed tempus est numerus: igitur. Secundo patet, quia tempus est quid continuum: sed in continuo non assignatur minimum: igitur. Secunda proprietas temporis dicitur multum, vel paucum: breue, vel longum: sed non dicitur velox, vel tardum.

F primum patet, quia multum, & paucum, sunt passiones numeri: sed tempus est numerus: igitur. Quod dicitur breue, vel longum, patet: quia tempus est continuum: sed breue, & longum sunt passiones continui: igitur. Quod nō dicatur velox, vel tardum, patet: quia illa non attribuuntur motui nisi secundum, quòd est mensurabilis: sed de ratione temporis non est, q̄ sit mensurabile: igitur. Tertia proprietas: omnium simul existentium est idem tempus: non est tñ idem secundum prius, & posterius: quia non est idem in motu prius, & posterius: ergo nec in tempore: primum patet: quia potest esse eadem mensura extrinseca diuersorum mensurabilium: tempus autem est mēsura extrinseca: igitur. Quarta proprietas: sicut motus est reiterabilis: ita & tempus: vt patet de hyeme, & vere. Quinta proprietas: non solum mēsuramus motum per tempus: sed mensuramus etiam tempus per motū. Probatur multipliciter. Primo per experientiam: quia per motum nostrum iudicamus tempus esse multum, vel paucum. Secundo probat per simile de numero, & rebus numeratis: quia viso vno equo, & postea alio deuenimus in rationem discretiuam eius, per quam cognoscimus quanta est multitudo equorum.

G

T. c. 111. & inde.

QVONIAM autem quod mouetur ex quodam in quiddam. & cum omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinem motus.

H *Tempus, quo mensurat motum, & quo se habet ad tēpora ante.*

ISTVD est quartum capitulum, in quo Philosophus cōparat tempus ad ea, quæ sunt in tempore: sed primo oportet scire quomodo mensurat motum: mensurat enim sic: quia tempore primo mensurat aliqua pars motus, quæ potest mēsurare totum motum: sicut bicubitus mēsurat vnam partem magnitudinis, quæ vlterius mēsurat totam magnitudinem: tempus etiā mēsurat motum: motus ēt est in tēpore, quod nō est aliud, quā motum mensurari tempore. Pōt aūt tripliciter aliq̄d esse in tempore. Vnomodo sic; quia est qñ tempus est. Secūdo, quia est aliquid tēporis, vel pars, vel passio. Tertio aliquid dicitur in tēpore sicut in numero, vel mensura, quia. 1. ipsum mēsurat tempore. Et subdit, q̄ aliquid dī esse in numero duobus vltimis modis. Primo aliquid dicitur esse in numero, quia est aliq̄d ipsius numeri: sicut vnitas, vel passio; sicut par, & impar. Aliomodo aliq̄d dī esse in numero: q̄a mēsurat p ipsum. Secūda conclusio: esse in tēpore, nō est esse qñ tēpus est, qđ probat tripliciter. Primo, q̄a esse in loco nō est esse qñ locus est: sed potius est cōtineri a loco. Secūdo, q̄a esse in motu non est esse qñ motus est. Tertio, q̄a tūc oēs res essent in quolibet, & eqlū in grano milij quia cœlum est qñ miliū est.

Tertia cōclusio: oīa, quę sunt in tēpore continentur a tpe: sicut mēsuratū cōtinetur a mēsura: sicut illa quæ sunt in loco cōtinētur a loco. Et subdit q̄ oīa, quę sunt in tempore patiuntur in tēpore: ſm q̄ vulgariter dicitur omnia senescunt in tempore: quia tempus est per se cā corruptionis: cum faciat distare rem a termino qui est esse rei. Ex dictis infert vnum correlariū, q̄ illa, quæ sunt semper, ſm q̄ sunt semper nō sunt in tpe. probatur quia omnia, quę sunt in tempore continentur tempore, & mensurantur tempore: sed illa, quę sunt semper, ſm q̄ sunt semper, non sunt sub tempore, nec mensurantur tempore sic, q̄ tēpus excedat illa: igitur. Ex dictis infertur vlterius, q̄ tempus est mensura quietis: quia quies mensuratur mensura qua mensuratur motus: igitur quies mensuratur tempore. ideo infert, q̄ quies est in tempore, quod non est aliud, quàm quietē mēsurari tempore: & aliq̄d mēsurari tempore nō est aliud, q̄ cognoscere p tempus q̄dia illud mouet, vel quiescit: ió infert, q̄ res q̄rum

ad motus, & quietes ipsarū sunt in tēpore: hoc est p tempus pōt cognosci quādiu res moueatur, vel quiescat. Infert vlterius, q̄ ea, quæ nec mouent, nec quiescunt non sunt in tempore: quia nulla sunt in tempore nisi pro quanto motus eorum mensuratur tempore: ideo infert, quod non entia sine entia impossibilia non sunt in tempore.

I

T. c. 131 & inde.

IPSVM autem nunc est contiguitatio temporis, vt dictum est prius.

Nunc, tunc, ſm modo q̄ & quotiplicitter.

ISTVD est quintum capitulum, in quo Philosophus cōplet determinationē ipsius nūc ponendo aliquas differentias inter nunc, & aliqua, quæ important tempus. Dicit primo, q̄ ipsum nunc est continuatiuū temporis: & accipitur dupliciter. Vnomodo proprie: & sic dicitur esse quoddam indiuisibile. Aliomodo impropriē: & sic capitur pro tempore præsenti. Consequenter ponit tria dicta de ipso nunc. Primum: nūc cōtinuat tempus, scilicet præteritum cum futuro: & est terminus temporis, scilicet finis præteriti, & principium futuri. Secundū dictū: tempus diuidit secundū ipsum nūc, secundū qđ est principium, & finis tēporis. Tertiū dictū: nunc diuidēs tempus, & cōtinuās ipsum est vnū, & idē ſm substātiam in toto tē pore differens secūdū esse. Determinat de tūc dicens, q̄ ipsum tūc est tēpus præteritum determinatū p præcedēs nūc siue ꝓpinquum siue remotū: vt dicimus: q̄ ñ est destructa Troia tunc factū est dilauiū. Deinde

A mouet vnam dubitationem: vtrum tempus sit perpetuum. Pro solutione ponit hanc conclusionem: tempus non incepit esse, nec desinet esse: quia omne tempus terminatur ad nũc; sed de ratione ipsius nunc est, quòd sit principium futuri, & finis præteriti: ergo nullum tempus potest esse: quin ante ipsum sit tempus præteritum, post quod sit tempus futurum. Deinde determinat de iam, & modo: dicẽs, quòd illud dicitur esse iam, quod est propinquum præsenti siue sit præteritum siue sit futurum: sed modo significat præteritum tempus propinquum ipsi præsenti nunc; sed repẽte significat tempus insensibile propter eius paruitatem; sed olim significat tempus præteritum remotum a præsenti nunc. Deinde ponit duas conclusiones.

F Prima, tempus est magis causa oblitionis scientiæ, quàm generationis scientiæ. Secunda conclusio; tempus est magis causa corruptionis, quàm generationis; probat ratione, & signo. Ratione sic; quia mutatio est magis causa corruptionis, quàm generationis: ergo tempus est magis causa corruptionis, quàm generationis: cũ omnis mutatio fiat in tempore: Signo sic probat: quia nihil videmus generari nisi appareat aliquod agẽs determinatum aliud a tempore; sed videmus res corrumpi vbi non apparet aliud corrumpens a tempore. Finaliter ponit talem cõclusionem: omnis mutatio est in tempore, quod probat: quia in omni mutatione inuenitur velocius, vel tardius: sed ista dissimiliuntur per motum, qui fit in tempore igit. G

DIGNVM autem consideratione est, quomodo igitur se habet tempus ad animã. *T. cõ. sit. & inde.*

Tempus quo se habet ad animam.

ISTVD est sextum, & vltimum capitulum huius tractatus, in quo Philosophus mouet, & soluit tres quæstiones. Prima est quomodo se habet tẽpus ad animam. Secunda est, propter quid tempus est vbiq; scilicet in mari, in cœlo, & in terra. Tertia, vtrum tempus sit mẽsura cuiuslibet motus. Pro solutione primæ dubitationis ponuntur duæ conclusiones. Prima, impossibile est tempus esse si anima non sit: quod probat: quia si anima non sit non erit numerus: sed tempus est numerus: igitur. Secunda conclusio: tempus esset, quamuis anima non esset. patet: quia quamuis anima non esset, motus esset: sed motus non est sine tempore: igitur. Pro solutione secundæ dubitationis ponit Philosophus talem conclusionem: tempus reperitur in omnibus rebus vbi motus reperitur: quia tempus est passio motus: ideo vbi est motus ibi est tempus: ideo concludit, quòd res quibus conuenit motus sunt in tempore per motum illarum rerum. Pro solutione tertiæ dubitationis, scilicet vtrum tempus sit mẽsura cuiuslibet motus aut alicuius, & alicuius nõ: & si sit mẽsura cuiuslibet motus, vtrum sit mẽsura omniũ motuum eque primo aut alicuius primi, & aliorum secundarios: Et ponit tres conclusiones. Prima tempus est mensura cuiuslibet motus: quia vt supra dictum est: *Propter quid ens magis. & An sit mẽsura cuiuslibet motus.*

A est: motum esse in tempore est ipsum mensurari per tempus: sed omnis motus est in tempore igitur. Et si arguatur, quia tunc sequeretur, q̃ essent plura tempora cum motus sint diuersi vnus velox alter tardus: vnus circularis, alter rectus. Respondet Arist. q̃ nõ oportet ad multiplicationem temporum sequi multitudinem temporum. Ideo infert secundam cõclusionem: eodem tempore possunt mensurari plures motus: quod probat per similes: quia diuersorum numerabilium potest esse idem numerus falcem in specie vt septẽ equorum. & septem canũ. Tertia conclusio: tempus primo, & principaliter est mensura motus primi mobilis: & secũdario mensura aliorum motuum, qđ probat duabus rationibus. Pri-

B ma: quia primum in vnoquoq; genere est mẽsura omnium aliorum: sed motus primi mobilis est primus in genere motuum: igitur. Secunda ratio: mensura debet esse notissima: sed motus cœli est omnibus alijs motibus notior: igitur.

An tempus sit ens reale mensurativum motus, & ab eo realiter distinctum.

QVAERITVR vtrum tempus sit entitas præter animam existens mensurativa motus, & ab eo realiter distincta.

Primo arguitur, q̃ non sit entitas præter animã: quia partes eius non sunt præter animam: nam partes eius sunt præteritũ, & futurum: quæ non sunt præter animam: igitur. Secundo arguitur sic: si tempus haberet esse præter animã, vel esset in tẽ C pore, vel in instanti: non in tẽpore: quia temporis esset tempus; nec in instanti: quia tunc tempus esset indiuisibile: & corrupto illo instanti non plus esset tempus; quod est falsum; igitur. Tertio sic; omnis mensura est notior mensurato; sed tempus non est notius motu; quia motus est sensibilior tempore; motus enim est sensibile commune, & perceptibile pluribus sensibus exterioribus; & tempus est solum sensibile sensit interiori, scilicet per imaginatiuã potẽtiã; igit. Dicit in texto, q̃ nullus percipit tempus nisi percipiat motũ; igit. Quarto sic: motus, & tps sunt idẽ realiter igitur. Antecedens patet, q̃a prius, & posterius in motu sunt partes motus, & temporis, vt vĩ D dicere in text. igitur. Quinto sic, omne absolutũ prius natura liter alio, põt ab illo separari: sed impossibile est motũ esse sine tpe: quia nõ põt esse motus, quin sit prius, & posterius: sed non põt esse prius, & posterius sine tempore: igitur. In oppositum est Philosophus in textu. In ista qõne erunt tres articuli.

Art. 1.

PRIMO sciendũ, q̃ pro declaratione istius termini tẽpus, supponitur, q̃ tps essentialiter est entitas successiua, sicut motus: ita q̃ sicut impossibile est motũ fieri in instanti: ita impossibile est tps fieri in instãti: ideo Deus nõ posset creare tps in instanti: cũ illud repugnet entitati suæ: creat enim Deus res, sicut sunt creabiles: ideo nõ oportet, quòd omnis creatio sit instantanea. Supponitur secũdo, q̃ tps est entitas cõtinua, cuius partes copu-

Tempus quid, & quotuplex sit.

lantur adinuicem per instãs seu nunc, quod idem est. Ex quo sequitur, ꝙ tempus est diuisibile in semper diuisibilia: ideo non est dare minimum temporis: sed quocunque dato, dabile est minus. Vnde sicut quælibet pars lineæ est linea, ita quælibet pars temporis est tempus: & sicut in linea sunt infinita puncta, ita in quolibet tempore sunt infinita instantia: cum ibi sint infinitæ partes in esse successiuo. Vnde sicut motus habet esse suum in esse successiuo suarum partiũ, ita & tempus. Et si dicatur, dicit Arist. in tex. ꝙ idẽ est nunc in toto tempore ꝟm substãtiam differens secundum esse. Respõdetur breuiter diuisis multis expositionibus, ꝙ ibi Arist. non intellexit per instans indiuisibile cõtinuatiuũ partiũ temporis adinuicem: sed capit ibi instans

P improprie ꝙ ipso mobili, quod sub toto motu, & tẽpore manet idem ꝟm substantiam, & entitatem eius differens tantũ ꝟm esse accidentale: quia cõtinue habet aliam, & aliam partem motus: & per cõsequens in alia, & alia parte temporis: & hoc volebat habere Arist. Et si quis vlterius dicat tempus solum esse ab ãa: vt videtur dicere Arist. in tex. ergo non videtur, ꝙ sit entitas continua. Respondetur, ꝙ tempus potest capi dupliciter. Vno modo, quo ad eius entitatem, & continuitatem: & sic nõ potest esse ab anima. Aliomodo, quo ad discretionem suarũ partium: & sic bene habet esse ab anima: nam partes eius, quæ continuãtur ad inuicem per instãtia non possunt accipi vt discrete, diuise, & separate ab inuicẽ, nisi ab anima: & sic quo ad hoc tempus bene dicitur esse ab anima. Et si quis uerum dicat tẽpus est numerus: igitur non est entitas successiua. Dico, quod est numerus numeratus, sed non est numerus formalis, quo res formaliter numerantur: sicut est numerus binarius, ternarius, & sic de aliis. Ex quo sequitur, quod in diffinitione temporis numerus proprie capitur pro mensura. Q

SECVNDO sciendũ, quod triplex est mensura, scilicet perfectionis, adæquationis, & reduplicationis. Vnde mensura perfectionis est illud, quod perfectius est in aliquo genere: & de ista loquebatur Arist. cum dicebat, quod in quolibet genere est vnum, quod est metrum, & mensura omnium illorum, quæ sunt in illo genere, sicut in genere substantiæ diceretur illa substãtia mensura, quæ est perfectior in prædicamento substantiæ: cuiusmodi est primus angelus, scilicet Lucifer: etiam in genere coloris albedo in genere animalis homo: & de ista non est hic ad propositum. Sed mensura adæquationis, est, quæ adæquate continet mensuratum: & nihil plus, nec minus: sic quarta vini dicitur esse mensura vini contenti. Alia est reduplicationis, quæ per reduplicationem mẽsurat totum: vt vlna mensurat pannum. Et tunc dico, quod tempus potest dici mensura reduplicatiua nisi una pars temporis potest accipi ad mensurandum vnam partem motus, & istum alia aliam. Supponitu vlterius, quod mensurare non est aliud

Mensura quantitatis & quid mensurare.

A aliud quàm quantitatem ignotam per quantitatem notiorem notificare, & hoc quo ad nos, vel ex natura rei. Notanter dixi quo ad nos: quia mensura aliquando non est magis nota mẽsurato ex natura rei vt vlna ex natura rei non est magis nota, quàm quantitas panni. Et ex istis patet ꝙ tempus mensurare motum non est aliud, quàm per tempus notificare motum: venimus enim ex cognitione temporis in cognitionem motus: vt si quis dicat, iste iam ambulauit quatuor horis: inferimus tale spacium pertransisse, & tantum motum fecisse. Item ad quæstionem factam de quantitate motus respondetur per tempus: vt si quæratur quantus est ille motus? Respondetur motus vnius horæ, vel duarũ horarum. Sed

B quæreret aliquis quæ sunt illa, quæ mensurantur tempore; Vtrum soli motus, vel res permanentes. Pro cuius solutione.

Mensuratum quadruplex.

TERTIO sciendum, quòd quadruplex inuenitur adhuc mẽsura scilicet æternitas, æuum, tẽpus, & instans. Vnde æternitas est mensura dei: & dicit ipsam existentiam deitatis ꝙ æternitas importat actualem & perfectam existentiam dei connotando ꝙ nunquam desinit esse nec incepit esse & independentiam & inuariationem, seu negationẽ successionis. Et si quis dicat, ꝙ verba, quæ significant res successiuas & connotant tẽpus dicuntur de ipso deo: igitur deus videtur habere aliquã variationem & successionem. Respondetur, ꝙ verba omnium tẽporum dicuntur de deo: vt deus fuit, fuit fuit. Sed quæreret aliquis, quid significant illa verba, quæ dicunt de deo. Respondetur ꝙ talia verba, quæ dicuntur de deo magis dicuntur connotare nunc æternitatis, quàm differentias temporis: non tamẽ illud nunc absolutæ: quia tunc non esset variatio diuersorum modorum significandi: sed inquantum coexistit partibus temporis: vt cum dicitur deus genuit deum, cõsignificatur nunc æternitatis, inquantũ illud nunc coexistebat præterito: deus generat. i. deus habet actum generandi in nunc æternitatis inquantum nunc æternitatis coexistit præsenti. Alia est mensura quæ vocatur æuum. Vnde Angelus, & oĩs substantia creata, & omnis operatio inferior Angeli, & omne ens, qđ habet esse vniformæ in modo manendi, siue omne ens permanens cuius totum esse potest acquiri in instanti mẽsuratur quo. Ex quo sequitur quòd æuum angeli nõ est aliud, quàm existentia Angeli connotando ipsam coexistere tempori vero, vel imaginario: vnde secluso omni æuo, quod non est Angelus: adhuc Angelus durat. Vnde si angelus esset ab æterno: ita æuo mensuraretur sicut nunc: etiam si duraret solum per instans. Ex quo sequitur ꝙ accidit æuo ꝙ aliquid incipiat esse, vel desinat esse. Sequitur vlterius, quòd æuum angeli non est alia res ab angelo.

Sco. in 2. d. 2. q. 4. concedendo &c.

Sco. q. 6. quæst. ult. princ.

C

D

Alia est mensura, quæ vocatur tempus, quod primo habet mensurare motum: & per accidens mobile, & substantias. Et si quis quærat, quomodo tempus est men-

B mensura quietis. Respondetur breuiter, quòd per se mensurat quietem. Vnde sic vacuum mensuraretur eadem magnitudine si esset qua mẽsuratur plenum: ita in proposito quies mensuraretur eodem tempore quo mensuratur motus si esset: ideo mensurator per se tempore: licet prius quo motus eius positiuè mensuraretur. Alia est quæ vocatur instans quæ habet primo mensurare mutata esse in motu: etiam mutationes instantaneas: sicut generationes, & corruptiones: & per accidens res quæ generantur, & corrumpuntur.

An ipsi sit per se causa corruptiõis.

QVARTO sciendum, q circa textum incidit adhuc vna difficultas. an tempus sit per se causa corruptionis. Pro cuius solutione supponitur, quòd

F duplex est corruptio: quædam est ab intrinseco: alia est ab extrinseco. Illa quæ fit ab intrinseco fit multis modis. Vno modo per actionem mutuam contrariorum inter se, & infra corpus, vel propter actionem vnius excedẽtis actionem alterius, vel propter defectum alterius contingentem: scilicet propter subtractionem alimenti: sed causa extrinseca fit dupliciter. Vno modo propter dispositionem contrariam continentis, vel propter violentiam. Primo modo fit dupliciter. Vno modo, quando continens directè corrumpit contentum: vt ignis corpus, quod continet. Alio modo, quando continens non directè corrumpit contentum: sed solum prohibet illud quod est necessarium ad vitam: cuiusmodi est aqua quæ priuat

G aspirationem, & respirationem quæ necessaria requiruntur ad vitam. Sed causa violenta fit etiam multis modis, aliquando per amputationem capitis, & sic de alijs. Supponitur vlterius, quòd aliquid dicitur agere in aliud tripliciter. Primo modo: quia tranmutat illud causando in eo aliquam qualitatẽ. Alio modo: quia applicat sibi contrarium agens in illud: sicut homo dicitur comburere domum: quia applicat ignem domui: & istis modis tempus nõ dicitur agere in ista inferiora. Alio modo aliquid dicitur agere in aliud: quia est illud quo continuatur applicatio contrarij agentis in ipsum: & sic tempus dr bene agere in ista inferiora: & diceretur causa corrupti-

H onis, idest illud quo cõtinuatur applicatio contrarij agẽtis in ipsum corrumpendum. Secunda dubitatio: quomodo capitur prius & posterius in distinctione temporis. Dico breuiter, quòd capiuntur pro denominato, pro parte præcedenti, & parte subsequente: nam tempus proprie secundum se totum nõ est mensura motus: sed secundum partem præcedentem, & partem subsequentem. Aduerte etiam q quantitati continuè non conuenit primo ratio mensurandi; nisi quia prius mensurata est quantitate discreta, vt patet de vlna & alijs mensuris, quæ non mensurant, nisi quia prius sunt mensuratæ; vel duobus, vel tribus pedibus. Et hæc de primo artic.

Agere in aliud tripliciter.

Prius & posterius in distinctione temporis quo modo.

Artic. 2.

DVBITATVR primo. V. trum

A trum tempora multiplicanda sint secundum multitudinẽ motuum: sic videlicet q tot sunt tẽpora ꝑticularia quot motus particulares: sic videlicet q motus quem facto nouiter habeat suum proprium tempus & de nouo productũ per quod adæquate mensuretur. Respondetur breuiter q tempora nõ sunt multiplicanda secundum multitudinem motuum: sed tantum est vnum tempus quo omnes isti motus particulares mensurantur, scilicet tempore primi mobilis, quod dicitur tempus commune: quia mensurat omnes istos motus particulares. Quod potest sic probari: quia illo mensurãtur isti motus particulares quo vnus dicitur velocior altero: sed vnus non dicitur velocior altero, nisi respectu temporis communis: igitur. Minor probatur: quia vnus nõ dr velocior altero per tempus sui proprium: quia nulli motus cõueniunt in aliquo tali tempore particulari: ergo ꝑ ipsum vnus non dicitur velocior altero.

Tẽpora ẽpe multiplicanda.

B

Obiectio.

Sed contra istud arguit: qa destructo illo communi tempore adhuc remanent tempora particularia: ergo præter ipsum ponenda sunt alia tempora particularia. Assũpt probat quia post diẽ iudicij cessabit motꝰ primi mobilis; ergo & tempus cum tempus videat esse passio primi motus; & tũc erunt tẽpora particularia: quia erit veri motus; quia in damnatis erunt veri motꝰ alterationis & adhuc ibi erit prius & posterius: igitur. Respondetur ꝙ post diem iudicij non erit aliquod tempus actua-

C le positiuum, licet posim esse veri motus. Dico vlterius q licet ibi inueniatur pars præcedens & pars succedens; tamẽ non erit tempus positiuum: qa illæ partes sic erunt q vna dicetur præcedens & alia succedens respectu temporis potentialis & priuatiui. Et istud videtur diccre Scotus q nullo motu existente posset esse quies aliqua & propriæ accepta; quia nullo corpore moto posset aliquod corpus vniformiter se habere; & cum hoc aptum natum aliter & aliter se habere: & sic illa vniformis existentia habebit tempus non quidem actuale & positiuum; sed potentiale & priuatiuum. Vnde intellectus habens noticiam temporis actualis & positiui applicãdo eam ad

D istam durationem vniformem potest cognoscere quantitatem ipsius: puta quòd tanta habebit positiuè si esset tempus positiuum; & sic patet quòd sufficit quòd sit tempus potentiale & priuatiuum ad hoc quòd sit distantia temporis inter aliqua secundum quòd hoc dicitur esse prius vel posterius. Et similiter diceretur de motu locali beatorum post diem iudicij q ibi erit prius & posterius & respectu temporis potentialis & priuatiue accepti, similiter dicatur de omnibus alijs motibus qui possint fieri tempore actuali & positiuo non existente.

q. 11. quæst. 1. lib. 1. in pl. 3. arg. in 2. artic. primo.

Tps ens realiter distinctũ a motu.

DVBITATVR secundo. Vtrum tempus sit entitas realiter distincta a motu. Et arguit q sic; quia motus non inuenit nisi in eo q mouetur; sed tẽpus inue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

B uenitur tam in rebus quiescentibus, q̄ in rebus motis: quia sicut dicimus omne motum: moueri in tempore: ita dicimus omne quiescens quiescere in tẽpore: ergo tempus non est motus. Item in diuersis motis separatis loco & subiecto non est idem motus: & tamen omnium illorum est idem tempus: igitur. Item omnis motus est velox vel tardus: sed tempus non est velox nec tardum: igitur. Item si tempus esset motus sequeretur q̄ esset motus primi mobilis: sed hoc est falsum: quia tunc essent plura temporat cum sint plures primi motus. Itẽ incarcerati bene percipiunt tempus: & tamen non percipiunt motum primi mobilis: igitur. Item tempus est numeras motus: sed motus non est numerus: igitur. Item possunt esse
F duo motus eiusdem rationis: & tamen tempus eorum non est eiusdem rationis: igitur. Antecedens probatur; quia volo q̄ vnum mobile moueatur in vna hora per spacium vnius leuce: tunc ibi est motus vnius hore. Volo iterum quòd aliquid moueatur per illud spacium, in dimidia hora: quo facto ille motus est dimidiæ horæ: igitur. Et istam rationem in substantia videtur formare Scotus: quia capiatur, vnus motus qui habeat decẽ partes integrantes ipsum cum decem partibus temporis; tunc ille partes non sunt eędẽ: quia cum eisdem partibus temporis possunt esse plures partes motus: puta si dupla virtus moneat idem mobile. Item aliud est continuatiuum temporis, quàm partium motus: quia nunc est continuatiuum partium temporis & non tamen esse partium motus: ergo sequitur q̄ non sit idem. Alius est modus dicẽdi qui tenet q̄ tempus non distinguitur a motu. Et arguit sic primo: quia prius & posterius in motu sunt tempus: sed prius & posterius in motu sunt partes motus: igitur. Item diffinitio motus conuenit tempori: quia si tempus sit quantitas successiua sicut motus & in eodem mobili, sicut mobile est in potentia ad actũ per motum: ita per tempus: igitur nõ videtur assignare qualiter illud ens successiuum debeat distingui a motu nisi forte in hominibus. Si enim tempus sit ens successiuum sicut motus; tunc subiectum se habet continuè aliter vel aliter: igitur. Item non de
H bent multiplicari entitates nisi aliqua expientia vel aliqua auctoritas scripturæ hoc cogat: sed nulla est experientia de tali quantitate successiua distincta a motu: igitur. Vnde quia isti duo modi sunt multum probabiles soluentur rationes hinc & inde. Vnde iste secundus modus dicendi habet ponere aliquas propositiones. Prima: tempus non differt a motu primi mobilis: immo est ipsemet motus primi cœli. Vnde ratione temporis est quòd sit mensura motuum: sed motus primi mobilis est notior inter alios: ideo magis sibi conuenit ratio mensuræ, quam alijs motibus. Secunda propositio secundum vulgares motus solis dicitur magis tẽpus, quàm alij

Sco. li. 2. d. 2. q. 2. parte 2.

A alij motus: qa ille motus apud vulgares dicitur tẽpus quo vulgares mensurant alios motus: sed hoc est per motum solis; igitur, & ob hoc nomina temporum accepta fuerunt a motu solis vt annus, dies, hora hebdomada, hyems, æstas, ver, autumnus: & sic de alijs: igitur vulgus vtitur motu solis p̄ tempore: etiam motibus illorum inferiorum vtitur pro tẽpore: quia ipsis sępe mensuramus alios motus: vt per motũ horologij mẽsuramus motus nostros. Et ille modus habet soluere rationes factas contra ipsum. Ideo ad primam respondet q̄ tempus non inuenitur successiuè nisi in ipso primo mobili: sed ī alijs inuenitur tanquam mensura extrinseca mensurato: similiter dicunt idem ad alium q̄ in diuersis motis subiectiuæ sunt diuer
B si motus: sed idem tempus. Est apud omnia. Ad aliam dicunt q̄ tempus est realiter velox vel tardum sicut motus: sed non ita proprie attribuit sibi sicut motui; nam non dicit tempus nisi ſm discretionẽ suarum partiũ quam habet ab aia: ſm quã rõnem habet rõnem numeri qui magis dicitur multus vel paucus. Ad aliam dicunt q̄ tempus proprie importat motũ primi mobilis: ideo si essent plures primi motus; tunc essent plura tempora. Ad aliam dicunt q̄ illi non percipiunt motum primi mobilis: quia illi non vtuntur illo motu pro tempore: sed aliquo alio qui est ipsis notior. Ad aliam dicunt q̄ motus sub illa ratione qua est continuus non dicitur numerus: nisi sub illa ratione qua partes eius ab anima accipiũtur vt discretæ, dicitur bene numerus. Ad aliam rationem quæ vł ratio Scoti: dicerẽtur breuiter q̄ bene probat q̄ tempus nõ est motus aliquis particularis; sed non probat q̄ tempus non sit motus primi mobilis. Vnde motus primi mobilis dicitur tempus & motus. Dicitur enim motus secundum q̄ mobile continue aliter & aliter se habet secundum prius & posterius. Sed dicitur ipse secundum quod ipso possumus mensurare alios motus secundum prius & posterius. Dicunt etiam q̄ idem est q̄ dicit, instãs & mutatum esse: sed dr instans ſm q̄ est mensura mutatorum esse in motibus particularibus: & dicitur mutatum esse secundum q̄ continuat partes motus adinuicem: Sed quia
D alius modus dicendi est etiam multum probabiles: Ideo respõdendũ est ad rationes alterius modi. Ad primam dico quòd prius & posterius in motu non sunt nisi partes ipsius motus, scilicet pars procedens, & pars succedens, quæ non sunt partes temporis. Ad aliam dicitur, q̄ diffinitio motus non conuenit tempori; quia per tempus mobile non dicitur primo moueri, neque per ipsum mobile est in potentia ad aliquem terminũ; sicut per motum. Ad aliam dicitur q̄ bene assignatur dfia ab illis qui cognoscunt, cum in ipsis sint primo alia continuata: aliam est alia successio partium: & per hoc soluuntur alię rationes. Dixit etiam ista opinio q̄ tempus & motus sic sunt
C entita-

B entitates realiter distinctè quòd deus posset separare vnam ab alia sicut tempus a motu: quo facto, ille motu mensuraretur tempore potentiali. Sed adhuc est alius tertius modus qui tenet q̃ tempus non est aliqua entitas successiua sed tantum est ipsum mobile. Et sunt illi q̃ tenent quòd motus est metipsum mobile: & quia fuit probatum tertio quòd motus distinguitur a mobili; ideo sufficiebat contra ipsos est probatũ quòd tempus distinguitur realiter a mobili.

An de tempore non habemus, nisi nunc.

DVBITATVR tertio. Vtrum illud dictum quod solet communiter dici, de tempore non habemus nisi nunc, sit verum vel falsum. Respondetur quod illud dictum potest habere duplicem sensum. Vnus est: F quod quicquid coexistit nobis de tempore, est nunc: & q̃ nihil aliud de tempore nobis coexistit nisi nunc; & hic est falsum nam aliqua pars temporis nobis coexistit, immo infinite: licet vna post aliam; nã volo q̃ illud instans sit a, tũc arguitur sic: post illud instans succedit aliud instans, vel aliqua pars tẽporis. Non instans: quia duo instantia non sunt sibijnuicem immediata; ergo succedit aliqua pars temporis: & illa coexistit nobis, licet in esse successiuo igitur. Alius sensus est, quod de tempore non habemus nisi nunc: supple q̃ sit mensura mutati esse in motu, & sic illud dictum est verum: mirum enim est ponere tempus futurũ quod nunquam sit præsens; sed anteqũ sit præsens sit præteritum. Et ex isto sequitur quòd præter præ- G terium, & futurum ponendũ est tẽpus præsens, quod habet suas partes in esse successiuo. Sed restat alia difficultas; Vtrum instans possit corrumpi? Et videt quòd non: quia vel hoc est quãdo est, vel quando non est. Non quando est: quia tũc simul esset & non esset, nec quando non est: quia tunc corrumperetur in tempore, & plus duraret quàm per instans: etiam si posset corrumpi, sequeretur quòd simul inciperet esse & desineret esse, quod est impossibile: quia simul tunc esset & non esset. Ad hãc difficultatem dicitur, quòd instans potest corrumpi, & corrumpitur quando est. Et quando infertur: ergo simul est, & non est negatur consequentia. Et ratio est: quia in rebus durantibus tantum per instans, H ad corrumpi nõ sequitur ipsum non esse. Vnde ista sic exponitur: instans corrumpitur: instans est & immediatè post hoc non erit. Similiter ista: instans desinit esse: ideo tales entitates habent primum instans sui esse: & vltimum instans sui non esse. Sed vtrum possit esse aliqua res, quæ tantum duret per instans, dicetur in octauo. Et hæc de secundo art. Quantum ad tertium sit.

Artic. 3.

CONCLVSIO responsalis ad quæstitum: Tempus est entitas successiua præter animã existens mensuratiua motus & ab illo realiter distincta: q̃ conclusio patet ex dictis. Ad rõnes ante oppositũ. Ad primã patet solutio. Ad secundam dr, q̃ tempus non habet esse in tempore,

A pore, nec in instanti: sed habet esse quando ipsum est, vel quando partes eius sunt in esse successiuo. Ad tertiam diceretur secundum vnum modum, quòd motus secundum sensum exteriorem est notior tempore: quia est sensibile commune: sed tamẽ tempus percipitur vno sensu in C teriori, ideſt sensu communi, vel imaginatione perfectiori, & intensiori modo, quàm motus. Ad quartam dicitur, secundum diuersos modos in secundo articulo. Ad quintam etiam patet solutio in secundo art.

PHYSICORVM

LIBER QVINTVS.

Text. c. 1. & inde.

B RANSMVTATVR autem transmutãs omne: aliud quidem secundum accidens: vt cum dicimus musicum ambulare.

Moueri, & mouere quomodo fiat.

SEPTIMVS liber Physicorũ, in quo philosophꝰ determinat de partibus subiecti motus. Et diuiditur in tres tractatus. Primus tractatus diuiditur in tria capitula. In primo ponit aliquas diuisiones motus, quarum. Prima est: Aliquid dr moueri tripliciter. Vnomodo ſm accũs: sicut dicimus musicũ ambulare. Secũdomodo ſm partem: vt homo sanatur quia pars eius sanat. Tertiomodo per se primo: sicut q̃ aliqd subiectum transmutat ſm se totum, & ſm quamlibet partem eius. Secũda diuisio: Aliquid dr esse mouens tripliciter. ſ. per accidens: sicut ista, musicus ædificat. Aliomodo rõne partis, vt homo percutit, quia eius manus percutit. Aliomodo per se primo, vt ædificator ædificat. Consequenter ponit aliquas conclusiones. D

Prima. In quolibet motu sunt quinq; ſ. mouens, mobile, tẽs, terminus à quo, & terminus ad quem. Et infert quòd mobile differt ab vtroq; terminorũ. Quod probat exem; laniterive si lignũ frigidum transmutetur ad calorem lignum est mobile: frigus est terminus à quo: calor terminus ad quem, & illa differunt: igitur. Secunda cõclusio: Motus est in mobili sicut in subiecto, & non in termino ad quẽ, siue in forma ad quam est motus. Secũdã partem probat: quia motus est in illo, quod mouet, sed forma ad quã est motus non mouet: ergo motus nõ est illa forma, seu in termino ad quẽ. Tertia conclusio: Licet in motu sint duo termini, scilicet terminus a quo, & termi-

Motus in quo est sicut subiecto non autem sicut in termino.

nus

Universidad de Deusto
Biblioteca

B nus ad quem: tamen magis denominatur motus à termino. ad quē, quàm à termino à quo: sicut corruptie denominatur à nō esse, qui est terminus ad quē eius: & generatio denominatur ab esse quod est eius terminus ad quem: igitur. Et ex isto infertur ꝙ terminus ad quem motus est immobilis: quia omne illud est immobile quod non perficitur per motum: igitur.

Ex quo remouet vnum dubiū: Vtrum termini ad quos motus: idest formæ quæ acquiruntur p motum, sint motus, vel non.

Respondet quòd forma ad quā est motus, non est motus: quia tunc ad motum esset motus, qđ est falsum: igitur. Ex quo infert tertiam diuisionem: dicens ꝙ sicut mobile, & mouens est triplex: ita terminus ad quem

F motus est triplex. ſ. secundum accidens, secundum partem, & per se primo. Dicit vlterius, ꝙ mutatio per accidens est dimittenda: nec est determinandum in scientijs de his, quæ per accidens pertinent ad motum. Quod probat: quia illa quæ sunt infinita & indeterminata sunt ab arte demonstratiua relinquenda: quia de infinitis non est ars: sed illa quæ sunt per accidens, sunt infinita: quia si aliquid moueat per se ad albedinem, per accēs mouetur ad infinita: quia infinita accidunt eidem: quia quod p se mouetur ad album: per accidens mouetur ad illud quod intenditur. Deinde ponit aliam cōclusionem: dicens quòd mutatio per se, & illa quæ ad mutationem per se pertinent, sunt cō sideranda in scientia: quia illa, quæ sunt finita, & determinata, sunt in scientia consideranda: sed illa, quæ per se pertinent ad mutationem, sunt finita, & determinata: igitur. Minorem probat: quia quæ pertinent ad mutationem tanquam termini, nō sunt nisi contraria media, aut contradictoria, sed omnia illa sunt finita: igitur. Et hoc patet inductiuè: vt generatio est de non esse ad esse. Infert finaliter remouendo dubitationem, quòd medium inter contraria est quodammodo vtrunque: vt fuscum respectu albi dr nigrū: & respectu nigri dr album. ex quo infert quod mutatio per se potest esse ab extremo in medium.

G

T. c. 9. & vnde.

QVONIAM autem oīs mutatio est à quodā in quod dam manifestat vtique quod vnum nomen: post aliud. n. aliquid & aliud &c.

H

Sēs mutationis, ꝙ & quid.

ISTVD est secundum capitulum huius primi tractatus in quo determinatur de diuersitate specierum mutationis: Et diuiditur in duas partes. Prima intendit ostendere, quòd tantum sunt tres species mutationis. Pro quarum declaratione supponitur quòd omnis mutatio est à quodam in quoddam: Et hoc manifestat nomen mutationis, quod importat quòd aliquid fit post alind: puta illud ex quo fit, fit prius: & illud in quod fit, fit posterius. Et subdit quòd solum quatuor modis contingit opinari mutationem esse ab aliquo in aliud. Primo ex subiecto in subiectum. Secūdo ex subiecto in non subiectum.

Tertio

A Tertio ex non subiecto in subiectum. Quarto ex non subiecto in non subiectū. Et subdit philosophus ꝙ tantum tribus primis modis contingit mutationē fieri & non quarto modo: quia omnis mutatio per se est ab opposito in oppositum: sed nō subiectum & non subiectum sunt duo negatiua, q̄ non opponunt nec priuatiuè, nec contradictoriè nec cōtrarie. Et dicit ꝙ subiectū vocat oē quod est affirmatiue monstrabile. i. positiuū: per nō subiectum intelligit illud ꝙ significat nomine infiniti, vel priuatiuo. Cōsequenter ostendit quæ sunt illa tres species mutationis. Et primo quæ. est illa quæ est a non subiecto in subiectum: dicens ꝙ illa est generatio quæ est duplex scilicet simpliciter & secundum quid. Simpliciter, quæ est in substantiam:

B Et secundum quid, quæ est in accidens: cum enim substantia generatur, dicimus simpliciter aliquid generari: sed cum accidens generat, dicimus aliquid secundum quid generari. sed illa mutatio quæ est de subiecto in non subiectum, dicitur corruptio: & est duplex sicut generatio. Sed illa quæ est a subiecto in subiectum, est motus. In secūda parte principali vult ostēdere quæ mutatio sit motus. Pro cuius declaratione ponit diuisionem non entis: dicens ꝙ non ens dicit tripliciter. Vno modo dicitur non ens secundū compositionem & diuisionem: cuiusmodi est propositio falsa & impossibilis, siue affirmatiua siue negatiua. Secundo modo dicitur non ens quod non est in actu, est tamen in potentia. Tertio modo dicitur nō ens

C Fm quid, puta non ens tale: vt album. nigrum. Et subdit ꝙ nō ens duobus primis modis dictū non mouetur, sed bene nō ens. Tertio modo dictum mouetur secundum accidens: vt homini qui mouetur accidit esse non ens album. Hoc supposito ponit hanc conclusionem: Generatio nō est motus: probat duabus rationibus. Prima: quod non est, non mouetur: sed quod generatur, non est: ergo quod generatur, non mouetur: & per consequens generatio non est motus. Secunda ratio: omne qđ mouetur, est in loco: sed quod generatur, non est in loco: ergo quod generatur, non mouetur. Minorem probat quia quod generatur, non est: & quod nō est, non est in loco: igitur. Consequenter ponit aliam conclusionem, dicens: Corruptio non est motus. Quod probat: quia omni motu icontrariatur motus & quies: sed corruptioni non contrariatur motus neq; quies: ga corruptioni contrariatur generatio quæ non est motus neq; quies: igitur. Ex quo concludit philosophus ꝙ sola mutatio q est de subiecto in subiectum est motus: quia mutatio quæ est de non subiecto in subiectū: & mutatio quæ est de subiecto in non subiectum, non sunt motus: ergo oportet ꝙ mutatio q est de subiecto in subiectum, sit motꝰ.

D

Non ens ꝙt mutatū dicitur.

SI igitur prædicamenta diuisa sunt substantia, & qualitate, & vbi, & quando &c.

T. c. 9. in fine.

ISTVD est tertium capitulū in quo philosophꝰ ostēdit de

Motꝰ differt a fluxu; ad quæ prædicamenta est per se motus, & quæ ad quæ non est motus.

E distinctione motuum, & etiam ad quæ prædicamenta est per se motus: dicẽs primo ꝙ ad substantiam non est per se motus: quia omnis motus est de contrario in contrarium: sed in substantia non est contrarietas; igitur. Dicit secundo ꝙ ad relationem non est per se motus. Qđ ꝓbat: quia ad illud quod acquirit in aliquo nulla mutatione per se facta in eo non est per se motus: sed relatio acquiritur de nouo in aliquo subiecto nulla permutatione in eo per se facta: igitur. Minorem probat: qa si solus Plato in mundo sit albus; & cras nascatur Sortes albus: in Platone acquiritur relatio scilicet similitudo: & tamen nulla mutatio facta est in eo: igitur. Dicit consequẽter ꝙ nec ad actionem & ad passionem F est per se motus: quia ad motum non est per se motus: sed actio & passio sunt motus: igitur. Et subdit ꝙ dupliciter potest intelligi ꝙ ipsius motus sit motus. Vnomodo ꝙ motus sit subiectum motus. Aliomodo ꝙ motus sit terminus motus. Et ꝓbat primo ꝙ ad motum tanq; ad terminum non sit per se motus tribus rationibus. Prima: si motus esset motus tanquam termini mobile semper moueretur: nec quiesceret in terminus ad quẽ motus; quia terminus ad quẽ motus esset motus: sed illud cui inest motus, moueretur: igitur. Secunda: si motus esset per se motus tanquam termini, sequeretur quòd idem mobile simul posset moueri motibus contrarijs, cum omnis motus sit de contrario in cõtrariũ: hoc est falsum: igit. Tertia rõ: si motus esset motus G tanquam termini sequeretur ꝙ esset processus in infinitũ in motibus. Consequens est falsum: quia tunc non esset dabilis primus nec vltimus motus. Patet consequentia: quia si ad motum esset per se motus tanquam ad terminum, tunc semper in mobili esset motus & in infinitum; igitur. Consequenter probat ꝙ motus non sit per se subiectum motus quinq; rationibꝰ. Prima: quia tunc sequeretur ꝙ motus esset per se subiectum quietis: hoc est falsum: igitur. Consequentia patet: quia quies & motus sunt priuatiuè opposita quę habent fieri circa idem subiectum: igitur. Secunda ratio: si motus esset subiectũ motus, cũ in omni motu oporteat aliquid subijci, sequeretur quòd esset ꝓ H cessus in infinitum in subiectis motuum: cõsequens est falsum: igitur. Patet consequentia: quia si vnus motus est subiectũ per se motus, tunc illius motus qui est subiectũ alterius motus: aliꝰ motus posset esse subiectũ illius motus: & sic in infinitum: igit. Tertia ratio: illud est subiectum motus quod mouet: sed motus nõ mouet: igit. Quarta ratio; doctrina nõ est subiectũ doctrinæ; igitur nec motus est subiectum motus. Quinta rõ: tres sunt species motus: & tis nulla videtur per se subiectum motꝰ: igitur. In secũda parte oñdit ad ij prædicamenta est ꝓ se motus: & ponit talẽ cõclusionẽ: Cũ nec ad substãtia nec ad aliquid facere aut pati sit motus: relinquitur ꝙ ad qualitatem, quantitatem, & vbi, est ꝓ se motus: qđ probat dupliciter. Primo: quia in vno-

A in vnoquoq; istorum prædicamentorum est contrarietas sufficiens ad motum: ergo ad illa est per se motus. Secundo probat: quia ad illa prædicamenta est per se motus, quæ possunt esse termini motus: sed talia prædicamẽta sunt huiusmodi: igit. Et dicit ꝙ motꝰ ad qualitatẽ vocat alteratio: sed motus ad quãtitatem non nominat vno nõe, sed duobus: nam motus qui est ad quantitatem perfectã vocatur augmentatio: & qui est ad ꝙntitatẽ imperfectã vocat diminutio: sed motus ad vbi vocat loci mutatio. Deinde remouet vnam obiectionem circa alia quæ prius dictã dictum est. n. quòd omnis mutatio est de cõtrario in contrarium. Contra hoc potest sic instare aliquis: quia aliquis est motus de ma- 2 gis in minus vel econtra: & tamen ibi non videtur esse contrarietas: igitur. Respondet philosophus ꝙ illa sunt contraria sufficientia ad motum. Finaliter ostendit quot modis dr aliquid immobile: dicens ꝙ aliqd dr tripliciter immobile. Vno modo, quia nullo mõ potest moueri: sicut sonus dicit inuisibilis. Secundomõ: qa cũ difficultate mouetur: sicut motus dr immobilis. Tertio modo quod nõ mouetur, & natum est moueri pro illo tempore in quo nõ mouetur: & istud vocatur mobile quiescens. Circa textum.

An solum ad quantitatẽ, qualitatẽ, & vbi sit per se motus.

QVAERITVR Vtrũ, solum ad tria prædicamenta sit ꝓ se motus, scilicet ad quantitate, qualitatem, & vbi. Arguitur primo ꝙ non: quia ad substãtiam est per se motus: igitur. Antecedens patet: quia Fin Commentatorem secũdo cęli: cões formæ substantiales cõtrariant: & possunt suscipere magis & minus: ergo ad eas potest esse motus: quia inter quęcunq; contraria potest esse motus. Secũdo sic: Diffinitio motus data a philosopho tertio huius cõuenit generationi: nã generatio est actꝰ generabilis in quantũ generabilis: vt patet ibidẽ: igit generatio est motus. Tertio sic: Ad relationẽ est per se motus: igit. Antecedens patet: quia relatio suscipit magis & minus: potest enim quis continuo fieri similior vel dissimilior alteri. ergo ad relationẽ est per se motus. Quarto sic: Assimilatio est quidã motus; & non potest terminari ni- D si ad similitudinem; igitur ad relationem est per se motus.

C *Vide Burlæum in 5. phy. c. 3. prima tract.*

Quinto sic probando ꝙ ad nullum trium prædicamentorũ sit per se motus. Et primo ꝙ nõ ad qualitatem; quia vel esset ad omnem qualitatẽ, vel ad aliquam & ad aliquã non. Non ad oẽm, vt vr; nec ad aliquam & aliã non: cum nõ sit maior ratio de vna, quàm de alia cum qualitates videant suscipere magis & minus. Secundo sic, ꝙ non ad quantitatem: quia quantitati nihil est cõtrarium: ergo non est motus ad quantitatem: cum omnis motus sit de contrario in contrarium. Tertio quòd nõ sit ad vbi: quia vbi non suscipit magis nec minus, cum sit quidam respectus, qui videtur simul acquiri; igitur. In oppositum est philosophus in textu.

E In quęstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Arti. 1.

PRIMO sciendum, quòd pro declaratione textus supponitur cieca illud, quòd aliquid dicitur moueri per accidens, ꝙ per accidens dupliciter accipit. Vnomodo illud dicitur competere alicui per accidens, quod conuenit illi per aliud quodcunque sit illud aliud: siue sit eius accidens, siue eius pars: siue qđ conq; aliud fuerit. Et isto modo inter per se, & per accidens nō est dare medium: quia nē quod ineſt alicui, aut ineſt sibi per aliud, aut nō per aliud. Aliomodo aliquid dicitur ineſſe per accidens: quia sibi ineſt non per aliquod intrinsecū ei: quia nec per se, nec per partem. Et per oppositum per se dr quod conuenit alicui per aliquod intrinsecum: siue sit gra totius, siue gra partis: & sic illud quod cōuenit alicui per partē, ꝑ dici conuenire per se. 1. per intrinsecum.

Mouet per accidens quo tupliciter

F

Et ex isto sequitur, ꝙ moueri p accidens, & moueri ſm partem differunt: nam illud dr moueri per accidens, qñ motus attribuitur ei gratia alicuius quod non est natum per se moueri: vt cū dicimus muſicum per accidens currere, ille motus est per accidens ratione muſicæ, quæ non est nata per se moueri. Sed illud dicitur moueri gratia partis cui attribuit motus gratia suæ partis: quæ tamen si per se esset, nata esset per se moueri. Supponitur vlterius ꝙ differentia est inter moueri per se, & primo. quia omne illud dr moueri primo, quod secundum quamlibet partem mouetur, & non ratione alicuius extrinseci: quod dr ꝓp illud quod mouetur, in naui ſm quamlibet sui partem: sed hoc est ratione alterius extrinseci. ſ. nauis. Sed illud dr moueri per se, quod non mouetur rōne alicui⁹ extrinseci. Sed restat vna difficultas: vtrum totum dicatur moueri ad motionem alicuius suę partis. Et videtur ꝙ non: quia tunc sequeretur quòd idē moueretur motibus cōtrarijs, quod est falsum; igitur. Consequentia probatur: quia possibile est partes alicui⁹ moueri motibus contrarijs: quia vna pars potest calefieri & alia frigefieri: ergo si totum dicatur moueri ad motionem partis, tunc mouebitur motibus contrarijs. Respondetur breuiter ꝙ dispositio est duplex: Quædam est quæ solum nata est ineſſe alicui parti: vt ſimitas: & ad motionem partis ad talem dispositionem, totū dr bene moueri. Alia est quæ nata est ineſſe cuilibet parti indifferenter: & ad motionem partis ad talem dispositionem non debet dici ſimpliciter, ꝙ totum mouetur: ſed ſolum cum determinatione, quæ est ſm partem.

Totū non mouetur ad motionē alicuius ſuæ ꝑtis.

H

Cōtrarietas quotu pliciter

SECVNDO sciendum, ꝙ contrarietatis est vna, alia acceptio præter acceptiones, quæ alias dictæ, ſunt de cōtrarietate, .Cq est ab esse imperfecto ad esse perfectū, vel à minore ad maius: vt qñ aliquid mutat̄ à minori albedine ad maiorem: vel ecōtra à maiori ad minorem. Et de tali dico, quòd ſufficit ad motum, ideſt quòd in illo quod acquiritur per motum, ſufficit ꝙ ſit cōtrarietas isto modo dicta. Et ſi quis dicat: termini motus ſunt incompoſibile, ſimul in eodem: ſed forma perfecta & imper-

A imperfecta ſunt ſimul compoſibiles: igr: Reſpondetur ꝙ duplices ſunt termini motus. ſ. primi, & concomitantes, Vnde termini primi mutationis ſunt forma & priuatio illius formæ, vel ecōtra: & iſti ſunt incompoſibiles ſimul in eodem: nam impoſsibile eſt, ꝙ aliquid habeat formam & priuet ea. Et de talibus intelligit propriè, cum dicitur ꝙ oīs motus eſt de cōtrario in contrariū, tanq̄ ex terminis primis: qa eſt, vel à priuatione in formam, vel econtra. Sed termini concomitantes poſſunt eſſe compoſibiles, & ſunt illi qui iūgunt terminis primis: vt in ꝓpoſito qñ aliquid mutatur à minori forma ad maiorem formā. Minor eſt terminus a quo concomitās, ſed non primus. Et ex iſtis ſequitur, quòd cū poſsit fieri mutatio à minori quantitate ad maiorem, q̄ in quantitate eſt contrarietas ſufficiens ad motum. Et ſiquis dicat ſi eſſet aliqua mutatio de minori quātitate in maiorem ſequeretur quòd duæ q̄tates eſſent ſimul: & ſic eſſet penetratio dimēſionum, vel quòd vna corrūperetur. Dico quòd de iſto ſuit ſufficienter dictum in quarto: in dubio de rarefactione, & condenſatione: vbi dictum eſt quòd eadem eſt q̄tas numero, quæ prius erat minor, & poſtea maior: ideo eſt mutatio à ſeipſo minori ad ſeipſum maius: ſed illud ſit in rarefactione, vel econtra ſicut in condenſatione, vbi nulla quantitas de nouo acquiritur, & non ſit hoc per augmentationem, & diminutionem, niſi extenderetur augmentatio, & diminutio ad condenſationē & rarefactionē: nam

Se. m 4. d. 10. q. 2. ſupri.

B

augmentatio propriè dicta de C
qua loquitur philoſophus in libris de generatione nunq̄ ſit niſi quando connectitur nutrimētum in ſubſtantiā alii in qua fit generatio alicuius ſubſtātiæ cū ſua quantitate ex qua cū præcedente ſit maior q̄tas: & etiam augmentatio per additionē alicuius quanti alteri quanto: vt qñ vna gutta aquæ miſcetur cū alia: aliquando etiam per additionem quantitatis in ſubiecto quantitati, quæ non eſt in ſubiecto: vt ſi quis ſpecielus vini in ſacramento miſceat verum vinum, vel econtra. Et de hoc magis alias dicetur.

TERTIO ſciendum, quòd qualiter fiat motus ad qualitatem non eſt difficultas. Primo, cum qualitas ſuſcipiat magis & minus. Secundo, cū qualitati aliquid ſit contrarium: & cū ſucceſſiue acquiri poſsit: ſed de ipſo vbi eſt dubiū qualiter ad ipſum eſt per ſe motus. Pro cuius declaratione ſupponitur, quòd duplex eſt vbi. ſ. actiuum & paſſiuum. Vbi paſſiuū, eſt terminus immediatus motus localis: quia illud per motū localem in mobili acquiritur, poſtquā mobile eſt circunſcripti⁹ aliqua ſuperficie. Secūdo ſupponitur, quòd ad vbi melius eſt per ſe motus, quàm ad aliquam relationē intrinſecus aduenientem: nam reſpectus extrinſecus cuiuſmodi eſt vbi, poteſt acquiri in aliquo nullo alio de nouo acq̄ſito: ideo ꝑt per ſe terminare motū cū habeat propriā acq̄ſitionē. Sed relatio intrinſecus aduenies nūq̄ acquirit in aliquo niſi de nouo aliquid prius acquirat in ipſo, vel in alio. Et ſi quæratur qđ

D

Vbi duplex.

E potest vbi terminare motū cum
Obiectio. non videatur qualiter successiuè possit acquiri? Respondetur quod corpus ſm aliam, & aliā partem sit præsens eidem partē loci: similiter corpus ſm eandē partem sit successiuè præsens alteri, & alteri parti loci: ita quòd tā ex diuisibilitate corporis, q̄ loci sequitur diuisibilitas circunscriptionis passiuæ, seu vbi passiui. Non est ergo diuisibilitas in respectu sine diuisibilitate in absoluto: licet possit esse successio in respectu, qui est vbi sine successione in forma absoluta corporis, vel loci. Et siquis dicat:
Instātia. vbi nō suscipit magis & minus, cum in instanti videatur acquiri: cum mobile in quolibet instanti sui motus sit in alio, & in alio, vbi sibi adæquato. Respondetur quòd licet vbi non suscipiat magis & minus intensiuè:
F tamen bene extensiuè: quia extenditur ad extensionem corporis in quo est. Vnde vbi de quo est ibi ad propositum nūquam in alio inuenitur nisi illud sit extensum loco, & circunscribatur loco. Et ex isto sequitur vlterius quòd in ipso vbi est sufficiens contrarietas ad motum, quæ est de vno vbi ad aliud vbi: cui immediatè repugnat naturaliter succedere aliud vbi, vel etiam est contrarietas à priuatione ipsius vbi ad ipsum vni, vel econtra. Et ex omnibus istis sequitur finaliter, quòd istud vbi ex natura sua est diuisibile: quia diuisibiliter acquiritur; nec vnquā est nisi in aliquo diuisibili per modum diuisibilis se habēti: ita quòd corpus, quod non est circunscriptiuè in loco sicut corpus Christi nō habet istud vbi.

Et de isto iam aliqualiter tractatum est in tertio. ●

QVARTO sciendū, quòd ad hoc, quòd aliquid dicat̄ mutari, oportet quòd maneat aliqd sub vtroq; termino mutationis: ideo transubstantiatio panis in corpus Christi non est p̄prie mutatio: neq; creatio & adnihilatio dicuntur propriæ mutationes: cum in ipsis non maneat aliquid sub vtroq; termino transubstantiationis, sicut in alijs. Vnde quando aqua mutatur de frigiditate in caliditatem manet eadem aqua: ideo ibi dicitur esse mutatio: etiam generatio, & corruptio sunt veræ mutationes, cum in vtraque aliquid idē maneat sub vtroq; termino: ſmateria. Et siquis dicat: illud quod generatur, non mutatur: nec illud quod corrumpit̄ mutatur: cum illud quod generatur, prius non fuit: & illud qđ corrumpitur, post non est: ergo generatio & corruptio non vñr mutationes. R. fidetur ibi per aliquas propositiones. Prima generatio, & corruptio sunt verę, & essentialiter mutationes: sed corruptum & generatum nō dicuntur mutari. Secunda propositio: generatio & corruptio magis dicunt ordinem ad subiectum, cui ineſt mutatio: ideo materiæ ineſt generatio, & corruptio concreta, tamen verba, vel participia magis imponuntur, & magis dicunt ordinem ad illa, quæ acquiruntur, vel deperduntur. Et ex isto sequitur, quòd materia bene dr̄ mutari: sed nō dr̄ propriè generari, vel corrumpi: quia corrumpi & generari dicuntur à corruptione, & generatione; vt respiciunt terminū

Mutari quid requirit.

A minū & non subiectū: ideo seqū ꝙ ista consequentia non valet, generatio est mutatio: ergo qđ generat̄ mutatur: nū añs est verum & consequens falsum: nam terminus ad quem generat̄: & tū non mutatur, cum nunquam prius fuit. Et ex isto sequitur vlterius, ꝙ non oportet, ꝙ si abstractum de aliquo alio abstracto dicatur ꝙ concretum illius abstracti dicatur de concreto alterius, & hoc maximè est qñ talia concreta non dūr̄ à suis abstractis ſm eundem modū. Vnde mutari dr̄ à mutatione, prout respicit subiectum, & generari dr̄ à generatione prout respicit terminum: ideo non eodē modo dicuntur à suis abstractis secundum eundem modum. Et hæc de primo art. Quantum ad
B secundum.

Mutari vnde dicatur.

Art. 2. DVBITATVR primo. Vtrum generatio sit mutatio
An generatio sit mutatio successiua. successiua: sicut quòd veræ posset dici motus propriæ dictus. Pro cuius solutione supponitur, quòd præter ea, quæ dicta sunt de successione mutationis in tertio, supponitur quòd mutatio potest adhuc dici extrinsece successiua tripliciter. Vno modo ratione intensionis, vel remissionis formæ per ipsam acquisitæ. Secundo propter extensionem quantitatiuam subiecti, in quo inducitur forma acquisita per talem mutationem. Tertiomodo ratione vtriusque. Hoc supposito dicitur primo, quòd generatio non dicitur mutatio successiua ratione intensionis vel remissionis formæ acquisitæ: nam forma substantialis (vt alias visum est in logica) non intenditur nec remittitur: sic quòd eadem materia habeat plures gradus, seu plures partes formæ in eodem loco & situ. Et oppositum huius multi tenent: vt ibidem in logica discussum est: & isti capiunt Commentatorem in ſecundo cœli dicentē ꝙ formæ substantiales elementorum possunt intendi: & remitti. Ad quem tamen breuiter dicitur, quòd ipse Commentator dicebat formas substantiales intendi, eo quòd aliquæ successiuè secundum aliam & aliam partem acquiruntur in alia, & alia parte materiæ: vt potest videri de virga, quæ successiuè pro alia, & alia parte fit mortua. Dicitur secundo, quòd si proper hoc mutatio dicatur successiua, quia forma acquisita recipitur in aliquo quanto: tunc generatio posset dici successiua, cum multæ formæ in corpore quanto recipiantur: sicut est in animatis: vt in homine, in quo anima recipitur in corpore. Si autem dicatur successiua: quia forma acquiritur in aliquo quanto: & cum hoc ꝙ vna, & eadem forma ſm se totam, vel vnam partem informat primo vnam partem materię quantam, & post aliam: tunc dico, ꝙ sola forma specifica viuentis informat materiā quantam: capiendo adhuc materiam pro altera parte compositi: sicut anima rationalis quæ informat corpus; etiam sensitiua in brutis: quæ immediate creantur a solo deo. Et de istis potest dici quòd simul informant totum corpus debitæ organizatum: licet forte non ita cito exerceant operationes in vna parte sicut in alia. Dicitur

B viterius q̃ formæ substantiales mixtorum inanimatorum immediate informant materiã nudam.i. non quantam. Vnde nõ ex aere fit aqua in eodem instãti in quo forma aquæ informat materiam aeris nihil quantitatis aeris nec accidentia aeris ibi sunt: sed forma aquæ informat talem materiam sine talibus accidentibus & in eodem instanti temporis a formæ ipsã vel toto composito producitur quantitas secundum exigentiam talis formæ: & etiam qualitates conuenientes tali mixto requisitæ ad hoc q̃ forma maneat in materia: & de istis potest dici q̃ tales formæ secundum vnam partem prius possunt informare vnam partem materiæ, quàm aliam: licet forte talis pars formæ in instanti acquiratur & nõ successiuè. Dico viterius q̃ generatio quandoq; capitur pro alteratione præuia requisita ad hoc q̃ forma informet materiam de nouo: & sic generatio est verè motus. Aliomodo capitur pro ipsã mutatione quæ est de non esse formæ vel geniti ad eius esse: & sic videtur dicere Sco. q̃ generare dicit relationẽ productiuam per naturã, sicut dicere dicit relationem productiuam per intellectum: & per consequens generari dicit relationẽ productũ per naturam ad producens. Ex quo sequit q̃ generatio actiua quo ad eius significatum non est nisi relatio producentis ad productũ q̃ naturã. Et generatio passiua est relatio productũ per naturã seu q̃ modũ naturę ad producens: cõtat, tñ (vt dicit aliqui) formã de nouo informare materiam quã prius nõ informabat: connotat etiam genitum accipere esse de nouo post non esse. Et si quis dicat: si hoc esset verum, sequeretur q̃ Petrus semper generaret quandiu ipse & pater eius essent: cum tunc sit illa productio passiua: Respondetur q̃ licet illa productio passiua sit, deficit tamen connotatum: ideo non sequitur. Ex istis clare patet q̃ generatio tã actiua, quàm passiua quo ad significatũ sunt relationes intrinsecus aduenientes: ideo intrinsece non dicuntur mutationes successiuæ: ideo si dicantur successiuæ, hoc solum erit ab extrinseco & ratione alicuius connotati. Ad uerte finaliter circa vnum dictum textus, in quo dicit quòd duplex est generatio scilicet simpliciter & secundum quid quòd generatio simpliciter exprimitur solum per duos terminos: vt cum dicitur, Petrus generatur ideſt Petrus fit. Sed generatio secundum quid exprimitẽ per tres terminos: vt homo fit albus: homo fit niger.

F

H

An ad mutationem fit per se motus.

Ex in 4. d. 3. q. 1.

Dvbitatvr secundo, Vtrum ad relationem sit per se motus? Et videtur quòd sic: nam Arist. in textu dicit quòd ad qualitatem, quantitatem, & vbi, est per se motus: quia in ipsis inuenitur contrarietas: sed in relationem etiam inuenitur contraristas: igitur. Item assimilatio est mutatio: & non dicit nisi relationem, puta similitudinem: cum nihil videatur esse aliud: igitur. Item ita est per se ista, assimilatio est ad similitudinem: sicut ista, calefactio est ad caliditatem: sed ista est per se, calefactio

A lefactio est ad caliditatem: igitur & alia. Pro solutione supponitur primo, quòd in aliquo prædicamento esse per se motum, potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt hæc determinatio per se determinat motum, & sic in omni prædicamento est per se motus, cuius entitas est successiue acquisibilis. Alio modo sic, quòd determinet esse: & sic in prædicamento est per se motus: cuius entitas gratia sui, & non gratia alterius terminat motum. Secundo supponitur quòd aliquid dicitur per se terminare motum dupliciter. Vno modo per se primo sic, scilicet quòd ipsum non necessario præsupponat aliquid aliud prius terminare illum motum, vel aliquẽ alium. Aliomodo per se, sed non primo: & sic illud terminat motum aliquem, quod nihil aliud, quàm ipsum terminat: tamẽ necessario præsupponit aliquid aliud terminare alium motum. Et sic potest dici, quòd similitudo per se terminat motum assimilationis: quia nihil videtur terminare assimilationem, nisi similitudo: tamen ipsa non potest eam terminare, nisi aliquid prius terminet alterationem. Et ex isto infertur corollarium, q̃ ad relationem potest esse per se motus, licet non per se primo: & hoc vult Arist. cum dicit, q̃ ad relationem non est per se motus. Dicunt tamen aliqui, q̃ similitudo non per se terminat assimilationem, cum necessario præsupponat aliquam qualitatem necessario terminare alium motum. Etiam quia similitudo acquiritur in aliquo, in quo nõ est motus assimilationis: puta in illo, quod non mouetur ad aliquam qualitatem. Supponitur finaliter, quòd ex prædictis potest elici, quòd duæ conditiones requiruntur ad hoc, quòd aliquid per se terminet motum. Primo, quòd terminet illum motum intrinsece: ideo locus non terminat per se primo motum localem, sed vbi patiuum. Secundo requiritur, q̃ sic terminet illum motũ, quòd nihil aliud, quàm ipsum terminet eum. Ex istis faciliter possunt solui rationes: puta, quòd bene probant, quòd ad relationem est per se motus: sed non quòd sit per se primo. Alij do alio modo dicerent, quòd bene probant: quia relatio per accidens terminat motum: sed non per se.

C

B

D

An sit aliqua qualitas, quæ non possit continuè acquiri per motum.

Dvbitatvr tertio, præter illa, quæ dicta sunt de qualitate. Vtrum sit aliqua qualitas, quæ possit continue acquiri per motum? Et videtur, quòd non: quia tunc sequeretur, quòd aliqua qualitas posset continue intendi: hoc est falsum: igitur. Minor probatur, quia si aliqua qualitas continue intenderetur, sequeretur, quòd illa forma esset infinita: igitur. Consequẽtia probatur, quia volo, quòd sit tempus vnius horæ, cuius instans initians sit a, & instãs terminans sit b: tunc arguitur sic: in infinitum minor pars albedinis, quàm illa tota albedo acquisita in b, fuit acquisita post a: ergo hæc tota albedo acquisita in b, est infinita. Consequentia probatur, quia quælibet pars albedinis acquisitæ post a, est alicuius magnitudinis intensiuæ: igitur & infinitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A tum aliqua est minor: igitur illa est infinita. Antecedens probatur: quia plusquàm in duplo minor albedo, quàm est hæc tota albedo est acquisita post a: & similiter plusquàm in triplo, & sic in infinitum: igitur. Item bene sequitur: in infinitum minor pars albedinis, quàm hæc tota albedo est acquisita post a: ergo hæc tota albedo in infinitum est maior, quàm illa pars albedinis acquisita post a: ergo est infinita. Pro solutione huius rationis ponuntur aliquæ propositiones probabiles. Prima posibile est aliquam formam continue intendi. Quod probatur: aliter se quereretur, quòd per aliquod tempus agẽs naturale potens agere in passum esset sufficienter approximatum passo potenti ab illo pati: & in omni dispositione necessaria ad agendum, & patiendum: & nullum esset impediens actionem agentis in passum: & tamen non agere, vt si esset aliquod calefactiuum approximatum corpori: aut hoc calefactiuum in qualiber parte temporis suæ præsentiæ agit in parte aliquam, aut non. Si sic, habeo intentum: si non, ergo in nulla: cum in qualibet sit æque approximatum.

F Secunda propositio: omnis qualitas continue, & secundum se totam partibiliter acquisita habet, vel habuit primũ instans sui esse, antequàm aliquid eius & cuiuslibet, quod est aliquid eius fuit: quia quælibet talis continue acquiritur in aliquo tempore primo: ergo in instanti terminante illud tempus, ipsa fuit primo complete acquisita. Et quòd aliquid eius, & cuiuslibet quod est aliquid eius præfuerit, G patet, quia aliter aliquid eius totum simul acquireretur, puta in illo instanti terminãte illud tps.

Tertia propositio: omnis forma continue, & secundum se totam partibiliter perdita habet primum instans sui non esse antequàm aliquid eius, & cuiuslibet qđ fuit aliqd eius prius non fuit: & potest probari sicut præcedens. Quarta propositio: nulla forma secũdum se totam partibiliter perdita habuit vltimum instans sui esse, in quo aliquid eius fit: & post quod nihil eius sit. Quinta, & vltima propositio: omnis forma secundum se totã partibiliter perdita habuit vltimum instans sui esse, in quo ipsa fuit: & post quod nõ quodlibet eius fuit. Tunc respondetur ad rationem negando consequentiam. Et ad probationem concedo istam: in infinitum minor pars albedinis, quàm hæc tota albedo complete acquisita in h, fuit acquisita post a: ista tamen est falsa, aliqua pars albedinis in infinitum minor, quàm est hæc tota albedo fuit acquisita post a. Et probatio secundæ consequentiæ procedit: ac si daretur ista, minor pars albedinis in infinitum &c. Ad secũdam probationem consequentiæ dicitur, quòd si ly illa, in consequente primæ consequentiæ teneatur relatiue, vltima consequentia non valet, qua scilicet infertur: ergo hæc albedo est infinita: si vero teneatur demõstratiue, consequentia est bona: sed antecedens est falsum. Et hæc de secundo articulo. Quãtum ad tertium articulum sit.

CONCLVSIO respõsalis: Art. 3.

Ad

A Ad tria prædicamenta est per se motus, scilicet ad quantitatem, qualitatem, & vbi: vt patet ex prædictis. Ad rationes autẽ oppositum. Ad primam, secundam, tertiam, & quartam patet solutio ex dictis. Ad quintam negatur antecedens: ad probationem primæ partis dicitur, quòd ad aliqui qualitatem est per se motus, & ad aliquã non: vt patebit septimo huius. Ad alias probationes patet quid sit dicendum.

T. cõ. 21. & mod. POST hoc autem dicamus, quid est simul, & extractum, & quid est tangere &c.

ISTE est secundus tractatus huius libri, in quo Philosophus determinat de vnitate motus. Et diuiditur in duo capitula. In primo, declarat aliquos terminos: & primo declarat ea, *Simul loca qua dicuntur.*

B quæ dicuntur esse simul simultate lucidicens, quòd illa dicuntur esse simul, quæ sunt in eodem loco proprio, sicut materia, forma, & totum compositũ. Ex quo sequitur, quòd ad hoc, quòd aliqua dicatur esse simul, non sufficit, quòd sint in eodem loco communi: quia tunc omnia essent simul secundum locum. Deinde diffinit medium: *Ad eium quid.* dicens, q̃ medium est, ad quod continue mutans prius peruenit, quàm in vltimum. Et ibi solum loquitur de medio secundum transmutationem, quod non est aliud, quàm illud, in quod mobile transmutatur: ad cuius medium prius peruenit, quàm ad extremum. Sed illud dicitur continue moueri, quod sic se habet, quòd nihil aut paruissimum sibi rei deficit, sed nõ

C *Contraria secundum locũ qua.*

D

Contrarium & continuum.

ibi

E ibi non est contactus. Similiter omne continuum est contactum, & non econuerso: quia quæcunq; habent idem vltimũ, habent vltima simul: sed non quæcunq; habent vltima simul habent idem vltimum: igitur.

Puncti, & vnitatis diuersimus.

Consequenter ponit duas differentias inter punctum, & vnitatem. Prima differentia est, quòd puncta sunt in illis, quæ nata sunt se tangere, sed non vnitates. Secunda, quia necesse est inter quæcunq; puncta in eodem saltem continuo esse aliquod medium.

T. c. 31. & inde.

VNVS autem motus dicitur multipliciter vnum, quidem enim multipliciter dicimus &c.

ISTVD est secundum capitulum huius tractatus, in quo F Philosophus determinat de vnitate motus: dicens, quòd motus dicitur vnus multipliciter, scilicet genere, qui terminatur ad terminos eiusdẽ prædicamẽti, sicut esse albefactio, & nigrefactio. Secũdo modo dicitur vnus specie: quia terminatur ad eundem terminum secundum speciem specialissimam. Deinde mouet vnam dubitationem: vtrum semper motus, qui sunt de eisdem terminis secundum speciem, sint idem motus secundum speciem? Respondet Philosophus, q̃ non: quia aliquando vnitas specifica motum non solum sumitur ex vnitate specifica terminorum, sed etiam ex vnitate mediorum siue spacij: per quæ fiunt illi motus. Vnde licet motus localis rectus, & motus localis circularis sint ad eosdem terminos secundum speciem, non tamen sunt eiusdem G speciei specialissimæ: quia linea circularis non est eiusdem speciei specialissimæ cum linea recta. Deinde ponit tertium modum vnitatis motus: dicens, q̃ motus vnus simpliciter est motus vnus numerus. Ad cuius vnitatem tria requiruntur, scilicet vnitas numeralis mobilis, vnitas numeralis termini ad quem, & vnitas numeralis temporis. Consequẽter mouet duas parvas dubitationes. Prima, vtrum ad vnitatem numeralem motus requiratur, quòd non fit interruptio tẽporis: vt si Socrates primo moueatur ad sanitatem, & postea iterum quiescat & postea iterum moueatur ad sanitatem vtrum ibi sit idẽ motus? Respondet, quòd si contingat corruptum redire idem numero, tunc illi motus possunt esse idem numero. Secunda dubitatio, vtrum sit eadem sanitas, quæ hodie erat in forte, & nunc est, cum substantia, in qua fit transmutabilis. Respondet, quòd si substantia transmutabilis maneat eadem, etiam qualitates possunt esse eędem. Deinde ostẽdit, quòd ad vnitatem simpliciter dictam ipsius motus requirit, q̃ sit continuus: & omnis talis est vnus: quia omne constitutũ ex partibus, quarum vltima sunt vnum, est simpliciter vnum: sed omnis motus continuus est huiusmodi: igitur.

H

Sco. in 4. di. 43. q. 3

Et subdit, quòd non quodlibet potest continuari cum quolibet: sed quorum extrema sunt vnum: ideo specie, vel natura differentia non possunt adinuicem continuari: quia eorum vltima non possunt esse vnum: iõ ambulatio non potest cõtinuari lineę, nec sanatio ambulationi: licet illi motus possint esse consequenter se habentes. Deinde ostendit motum esse vnum ratione perfectionis: dicens, q̃ motus dicitur vnus quando est perfectus: quia in alijs entibus illud, quod est perfectum, & cõpletum, & cui nihil deficit, dicitur vnum: igitur, & motus. Dicit etiam motum esse vnum ex parte regularitatis: dicens, q̃ motus regularis est magis vnus quàm motus irregularis: quia est minus diuisibilis, quàm irregularis: quia motui irregulari plures proprietates disconuenientes, & dissimiles sibi conueniunt, quàm motui regulari. Vnde motus irregularis est diuisibilis in velocitatem, & tarditatem, & non motus regularis igitur. Et subdit, q̃ licet tales motus differant secundum magis, & minus: quia regularis est magis vnus, quàm irregularis: non tamen differunt specie, sed solũ secundum magis, & minus.

A

B

C

Deinde ostendit quot modis motus dicitur irregularis: dicens, quòd duobus modis. Primo ex diuersitate illorum, super quibus mobile mouetur: nõ enim est possibile motum esse regularem sup magnitudine nõ regulari: ideo motus factus super magnitudinem tortuosam non est regularis. Secundo modo ex dispositione mobilis: quia mobile natum est moueri velocius in vna parte temporis, & tardius in alia. Finaliter infert duo corollaria. Primum, velocitas, & tarditas nõ sunt differentiæ specificę motus: possunt enim duo motus esse eiusdẽ speciei: quorum vnus est velox, alter vero tardus. Secundum corollarium est, q̃ maior, & minor granitas, non faciant motus differre specifice.

T. c. 46. & vlds.

AMPLIVS autem determinandũ est, qualiter motus contrarius motui, & de dimentione eodem modo.

Motus, qui ad inuicem contrariantur.

ISTE est tertius, & vltimus tractatus huius quinti libri, in quo Philosophus determinat de contrarietate motuum. Et diuiditur in tria capitula. In primo ostendit qualiter motus cõtrariantur adinuicem: dicens, q̃ quinq; modis potest imaginari vnum motum contrariari alteri motui. Primo, quòd illi motus dicantur contrarij: quorum vnus est ab vno termino, alter vero in illum terminum. Secundo, quòd illi dicantur contrarij qui sunt a terminis contrarijs. Tertio, q̃ sunt ad terminos cõtrarios. Quarto, quia vnus est ex vno contrario, alius est in suum contrarium. Quinto, quia sunt a terminis cõtrarijs ad terminos contrarios. Et ad sciendum, qui sunt proprie contrarij, ponit aliquas conclusiones.

D

Prima, Motus, qui est ab vno contrario non est cõtrarius motui, qui est ad aliud cõtrarium. Probat: q̃ sanatio sanationi cõtrariatur: & ęgrotatio ęgrotationi: sed cõsequẽs est falsum: igit. Consequentia patet: quia vna, & eadem sanatio est ab ęgritudine ad sanitatẽ: & vna, & eadẽ ęgrotatio est a sanitate in ęgritudinem: ergo si motus, qui est ab vno contrario, contrariatur motui, qui est ad aliud contrarium: tunc sanatio sibipsi cõtraria-

Universidad de Deusto
Biblioteca

E trariaretur. Secunda conclusio: Motus, qui sunt a contrariis terminis ad vnũ contrariũ, vel ad mediũ illorũ contrariorũ nõ sunt cõtrarij. Quod probat: qa motus, qui sunt ad idẽ in specie, nõ sunt cõtrarij: sed motus, qui sunt a cõtrariis terminis possũt esse ad idem in specie: igitur. Minorem probat: quia motus, qui est a calidissimo, potest esse ad tepidiratẽ. similiter motus, q̃ est a frigidissimo. Tertia cõclusio, Contrarietas morũ magis attendẽda est penes terminos ad quos, q̃ penes terminos a quib⁹, quia motus accipiunt suas denominationes a prdictis terminis: igitur. Quarta conclusio: Illi motus, qui sunt a terminis contrarijs in terminos cõtrarios cõtrariatur. Probat rõne, & inductione. Ratione sic: quia motus contrarij debent esse a termino affirmato in terminum affirmatum: ergo penes contrarietatem vtrorumq; terminorũ debet attendi contrarietas motuũ. Inductione sic: quia ꝗrotatio, & sanatio sunt motus cõtrarij, & sũt a terminis cõtrarijs in terminos cõtrarios: igitur. Similiter mot⁹ sursum, & motus deorsum: igit. Quinta conclusio: Non sufficiẽter attẽditur cõtrarietas motuũ penes terminos, ad quos contrarios, quod probat: quia si essent mutationes ad terminos cõtrarios, & nõ a contrarijs terminis non essent ꝗprie motus, sed magis generationes: igitur. Sexta conclusio, & vltima: motus qui sunt inter media, & extrema sũt quodãmodo inter cõtraria: qa mediũ cõparatũ ad extrema, & quodammodo vtrũq; terminorum: vt iam prius visum est.

Q VONIAM autẽ motui non solũ videtur esse motus cõtrarius: sed & quies, &c. *C T.cõ. 55. & inde.*

Istvd est secundum capitulum in quo Philosophus determinat de contrarietate quietum, ponendo aliquas conclusiones. Prima, sicut motus, qui sunt a terminis cõtrarijs ad terminos contrarios contrariãtur adinuicem: sic quietes terminorum contrariorum contrariantur adinuicem. Ex quo sequitur, q̃ motus non solum contrariatur motui; sed etiam quies contrariatur motui; non tamen contrariatur motui simpliciter, sicut motus motui; sed sibi opponitur priuatiue. Deinde mouet vnam dubitationem, scilicet cui quieti contrariatur motus. Pro cuius solutione ponit secundam conclusionem: Motus cõtrariatur quieti in termino a quo, & non in termino ad quem: vt motus, qui est a sanitate in ꝗritudinem contrariatur quieti, quæ est in sanitate, & non quieti, quæ est in ꝗritudine, quod probat: quia motus non contrariatur quieti quam facit, sed motus facit quietẽ in termino ad quem: ergo non cõtrariatur sibi. Tertia conclusio, quies in termino a quo, & quies in termino ad quem, contrariãtur ad seinuicem: vt quieti in sanitate cõtrariatur quies, in ꝗritudine. Consequenter determinat de immutatione ponendo aliquas conclusiones. *Quietes quæ contrariantur.*

Prima, immutationes in terminis contradictorijs sunt cõtrariæ, vt immutatio, quæ est inesse cõtrariatur mutationi, quæ est ad non esse. Secunda conclusio

A clusio: immutatio non est ges: quia immutatio non contrariatur nisi generationi, vel corruptioni: ergo si esset quies sequeretur, quod generatio, & corruptio essent motus: vel q̃ nõ omnis quies contrariaretur motui, quod est falsum; igitur. Tertia cõclusio: sicut ges est prima tio motus ita immutatio est prima immutatiõrum: nõ immutatio opponit mutationi sicut ges motui.

T.cõ. 56. & inde. Dvbitabit autẽ aliquis quare in mutatione quidem secũdum locum sunt, & secundum naturam, &c.

Dubitationes de motu. Istvd est tertium, & vltimum capitulũ huius tractatus vbi Philosophus mouet, & soluit quasdam dubitationes.

B Prima est: vtrum in alijs motibus a motu locali inueniatur contrarietas secundum naturã, & non natura, sicut inuenitur in motu locali. Soluit Arist. dicens, q̃ sic, & dicit, quòd quædam sunt corruptiones extra naturam seu violentę: sicut illę, quæ fiunt cum gladio, vel regimine malo: quædam fiunt secũdum naturam: sicut corruptiones, quæ fiunt propter senium quas vocat Philosophus dulces. Similiter quædam sunt generationes extra naturam siue extra communem modum naturæ: vt generationes fiorum in hyeme, aliq̃ sunt secundum naturam: vt generationes florum in ęstate. Similiter aliqua est alteratio secũdum naturam: sicut sanatio in diebus criticis. alia vero extra naturã: vt sanatio in diebus nõ criticis. Secũda dubitatio; vtrum quies violẽta sit generata. Et arguitur, q̃ sic: qa oĩs quies, quæ non est semper, C sed habet esse potẽ non esse est generata: sed quies violenta est huiusmodi: igitur. In oppositum arguit sic: Si quies violenta esset generata generaret a motu violento; sed omnis motus generans quietem est propter quietem quam generat; igitur motus violẽtus esset propter quietem: sed omnis motus, qui est propter quietẽ velocitat in fine, qđ est falsum de motu violẽto: igit. Ad istam dubitationem non soluit Philosophus: sed potest solui, q̃ sicut ad motũ non est motus, sic ad quietẽ non est motus. Tertia dubitatio: vtrũ quies in termino a quo contrariatur motui sicut dictum est. D Arguit Philosophus, quòd nõ: quia mobile dum mouetur habet aliquid illius, a quo mouet; ergo si quies in termino, a quo cõtrarietur motui sequit̃, q̃ contraria erũt simul, qđ est falsum; igit. Soluit Philosophus dicẽs; q̃ ges nõ cõtrariat motui simpliciter; sed quodammodo.

Quarta dubitatio, q̃ cũ mot⁹ naturalis ignis sursum, & mot⁹ ei⁹ violẽtus deorsum; & mot⁹ naturalis terræ est deorsum, & mot⁹ violẽt⁹ ei⁹ sit sursum; quo cõtrariãtur isti motus. S. vtrum mot⁹ ignis sursum sit cõtrarius motui deorsum ignis, vel motui terræ deorsum. Rñdet, q̃ motus ignis sursũ cõtrariat vtriq; istorũ motuũ deorsum; sed diuersimode: qa mot⁹ ignis sursũ cõtrariat motui ignis deorsũ sicut naturalis nõ naturali, & motui terræ sicut naturalis naturali: & eodẽ mõ dicat de gete, puta, q̃ quies ignis sursum cõtrariatur geti ignis deorsũ, & geti terræ.

An ad vnitatem motus requiratur necessaria vnitas temporis mobilis, & termini ad quem.

QVAERITVR, Vtrum ad vnitatem motus necessario requirat vnitas temporis mobilis, & termini ad quem. Primo arguitur, quòd non: quia nullus motus est vnus: ergo ad vnitatem motus non requiruntur illa tria. Antecedens patet: quia ille motus, qui est in vna parte temporis non est vnus, & idem illi, qui est in alia parte tẽporis cum præteritum non sit idem cum futuro: ergo cum motus fit se habeat, quòd vna pars eius fiat in alia parte temporis, & alia in alia nullus motus erit vnus. Secundo sic, quia tunc totus motus æternus esset vnus. F Consequens est falsum: quia resolutio hodierna nõ est eadem cum illa, quæ fuit heri. Tertio sic: quia ad vnitatem motus sufficit vnitas mobilis: ergo nõ necessario requiruntur vnitates illorum trium. Antecedens patet, quia omne accidens numeratur ad numerationem sui subiecti, & ab ipso accipit distinctionẽ, & vnitatẽ: igitur. Quarto sic: Realiter motus distinguitur a mobili termino ad quem, & tẽpore: ergo Deus potest facere motum sine illis tribus: quo facto motus adhuc erit vere vn⁹: igitur. Quinto arguitur: Si canis cadat deorsum, & cadendo moriatur, ibi erit vnus motus continuus: & tamen mobile non est vnum, cũ canis sit mortuus: igitur ad vnitatem motus non requiritur vnitas mobilis. In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum. G

PRIMO sciendum pro declaratione quæstionis, q⁹ Philosophus in textu non intendit loqui de vnitate intrinseca mot⁹: sed solum de vnitate extrinseca. Pro cuius declaratione supponitur, quòd duplex est vnitas, scilicet intrinseca, & extrinseca. Intrinseca est, q̃ sequitur propriam entitatem rei, cuius est vnitas: & ista vnitate motus est vnus, sicut etiam aliæ res ita quòd si quis petat, vnde habet motus talem vnitatem? respondetur, quòd talem habet a sua propria entitate: & de ista tam multoties visum est. Sed vnitas extrinseca est, quam accipit res ab aliquo extrinseco realiter distincto ab eo: cuiusmodi scientia, & notitia dicitur vna ab obiecto: etiam accidens dicitur vnum a subiecto, & motus ab vnitate termini, ad quem: & de ista est hic ad propositum. H

Pro cuius declaratione supponitur secundo, quòd termin⁹ ad quem motus est, qui per motum acquiritur: & non debet dici terminus ad quem motus sic, quòd terminat motum saltem intrinsece permutatum esse: sicut linea per punctum, & tempus per instans. Et potest esse duplex terminus ad quem, videlicet principalis, & vltimatus, qui principaliter intenditur a mobili. Alius est partialis, & minus principalis, sicut est quælibet pars formæ, quæ successiue acquiritur per motũ: & de isto proprie nõ intelligitur hic, sed de termino ad quẽ motus principali, & totali. Et aduerte, quòd

Art. 1.

Vnitas duplex.

Termin⁹ ad quem quid, & quotuplex

A quòd quando acquiritur aliqua forma successiue, sicut caliditas, ipsi⁹ nõ est dubius prima pars: sicut ipsius motus non est dubius prima, neque vltima pars: quia quæcunque data, ipsa est diuisibilis in infinitum: sicut etiã nullius mobilis continue moti est dubius eius primus locus: nam alias sequeretur, quòd duo instantia essent sibimuicem immediata: nam accipiatur instãs, in quo mobile incipit moueri, & capiatur instans, in quo mobile habet primum locum, vel sunt mediata, vel immediata: si immediata, habetur intentum: si mediata, ergo inter ipsa est tempus ergo mobile mouetur, & ibi sunt infinita instantia, & in aliquo illorum fuit in loco.

Vnde, vt iam dictum est, mobile, quod continue mouetur, non est in loco sibi æquali secundum se, & quodlibet sui. nisi per instans: cum ergo sit tempus medium inter illa instantia & mobile moueatur, notum est, quòd in illo tempore est in loco situr. Vnde sicut inter quælibet duo instantia sunt infinita instantia media: ita inter quæcunq; loca, inter quæ potest esse motus sunt infinita loca media: ita quòd mobile non potest transire de loco in locum, nisi transeundo infinita loca media. B

Quid requiratur ad vnitatem motus, vt vnus dicatur in genere, numero.

SECVNDO sciendum, q̃ circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima, vtrum ad hoc, quòd motus dicatur vnus numero, requiratur vnitas numeralis mobilis temporis, & termini ad quem. Et videtur, quòd non: nam dicit Aristot. in opposito huius, quòd motus proiectorum non est vnus: & tamen ista tria inueniuntur: igitur. Iterũ volo, quod aliqua aqua deorsum descendat, & descendendo aliquæ partes eius corrumpantur: quo facto non manet idem mobile quod prius: & tamen ibi est vnus, & idem motus: igitur. Item motus progressiuus animalis potest esse continue: & tamen non est idem mobile numero continue motum: nam quando animal mouet vnum pedem, figit alium pedem: igitur. Item si aliquod animal moueatur deorsum, & mouendo moriatur, motus esset vnus: & tamen mobile non esset vnum: igitur. Pro solutione suppono, quòd ad vnitatem numeralem motus requiritur vnitas numeralis mobilis per se, & dicitur notanter per se, ad remouendum mobile per accidens, & mobile, quod mouetur secundum partem: nam potest remanere idem motus numero, dato, quòd mobile per accidens varietur: vt lapis mouendo poterit deperdere aliqua accidentia, quæ dicuntur moueri per accidens, & tamen motus erit vnus. Vnde aliquid dicitur moueri per accidens tripliciter. Primo, sicut actus in potentia, vel sicut pars in toto: vel sicut aliquid necessitate naturali coniunctum alteri: vt grane illi, cui mouetur. Requiritur etiam vnitas temporis, id est, quòd non sit interruptio tẽporis: seu quies media: & hoc secundum communem cursum naturæ: quia bene posset esse vnus motus numero, dato, q̃ esset quies media: vt si lapis moueretur deorsum, & postea C

Sco. in 4. d. 10. q. 6. coclus. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E quiesceret; & Deus reproduceret illum, & eundem motum si cut potest ibi effet idem motus, qui ante; & tamen est quies media. Requiritur etiam vnitas termini ad quem in actu, vel in potentia propinqua: quod notanter dicitur, nam si Deus destrueret omnia corpora a cœlo, & moueretur cœlum circulariter: ibi esset motus idem numero: & tamen non esset terminus ad quem: cum nõ acquiratur ibi aliquod vbi, nec actiuum, nec passiuum; acquireret tamen sufficienter vbi potentiale. Dicunt etiam aliqui, quòd requiritur vnitas mouentis: ideo dicunt cum Arist. quòd motus proiectorum non est vnus cum non sit ibi idem mouens: & dicunt isti, quòd talis vnitas intelligitur per vnitatem mobilis: & p

F hoc patet quid sit dicendum ad primam rationem. Ad secundam dico, quòd si aliquod corpus mouetur deperdendo partes suas continue hic est aliquis motus continuus, puta ille, qui fuit subiectiue in parte, quę mouetur; & motus aliarum partium non sunt. Ad aliam dicitur, quòd motus progressiuus animalis non est proprie continuus, & vnus simpliciter: sed componitur ex multis motibus, scilicet ex motu pulsus, & motu tractus; immo forte componitur ex multis motibus, & multis quietibus. Ad aliam potest dici, quòd licet non maneat idem mobile quo ad denominationem: tamen bene quo ad adhęsionem motus. Dicunt tamen aliqui, quòd ille motus non est vnus.

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidit alia difficultas: vtrum motuum differentium specie termini sint differentes, ideſt verum sequatur, illi motus differunt specie: ergo termini ad quos differunt specie. Et videtur, quòd non, quia motus circularis, & motus rectus differunt specie, vt videtur dicere Philosophus 7. huius: & tamen termini non differunt specie: igitur. Etiam motus naturalis ignis sursum, & terrę sursum differunt specie: cum vnus sit naturalis, & alius violentus: & tamen termini nõ differunt specie: igitur. Respondetur, quod ista propositio, motuum differentium specie termini ad quos sunt differentes specie non est immediata, sed mediata: Ad cujus veritatẽ requiritur veritas H duarum aliarum propositionũ: Prima est, quòd formæ fluẽtes, ideſt secundum quas fiunt motus differunt specie. Secunda, q forma fluens seu forma secundum quam fit motus sit eiusdẽ rationis cum forma terminante: & tunc istis duabus propositionibus veris propositio est vera. Ex quo sequitur per oppositum, quòd ad vnitatem speciei cam motus requiritur vnitas specifica termini ad quem: & q forma fluens sit eiusdem speciei cum forma terminãte: ideo non requiritur vnitas specifica motorum, nec etiam termini a quo, nec mobilis. Tunc respondetur ad rationes. Ad primam dicitur, quòd motus rectus, & circularis possunt esse eiusdem speciei: & per ipsos potest acquiri vnum vbi etiam vbi fluens est eiusdem rationis

G An sequatur Motũ differentes specie, ergo & termini, ad quos differunt ita.

A nis cum vbi terminante. Dico vltẽrius, quòd linea recta, & curua sunt eiusdem speciei essentialis, licet differant specie accidentali: sicut homo albus, & homo niger. Ex quo sequitur, quòd curuitas, & rectitudo bene differunt specie: & quantum ad hoc motus rectus, & motus circularis possunt esse incomparabiles.

Ad aliam dico, quòd non habeo proinconuenienti aliquem motum naturalem, & violentum esse eiusdem speciei immo nec motum regularem, & irregularem; sed solum illi motus, qui sunt ad terminos ad quos differentes.

Alia qõ de motu.

QVARTO sciendum, quòd circa textum incidit alia difficultas: vtrum in omni motu possit esse regularitas, & irregularitas cum motus cœli nullam

B habeat irregularitatem. Pro solutione supponitur, quòd differentia est inter motum regularem, & irregularem pro vna parte: & motum regularem & vniformem pro alio alia parte. Vnde motus regularis est, qui non est velocior in vna parte temporis: quam in alia, vt motus cœli. Sed motus irregularis est, qui est velocior in vna parte temporis, quam in alia: vt motus lapidũ deorsum, qui est velocior in fine, quam in principio. Ex quo sequitur, quòd idẽ motus pro vna parte potest esse tardus: & pro alia velox. Ex quo sequitur, quòd velocitas, & tarditas sunt accidentia motus. Et ex isto sequitur, quòd nulli motui quantum est de se repugnat esse velox pro vna parte, & tardus pro alia: licet forte

Aver. 8. Phy sicorũ. q. 28.

posset repugnare ex parte mobilis: vt motus cœli quantum est ex se non repugnat, quòd sit velox pro vna parte, & tardus pro alia parte: licet sibi forte repugnet saltem per accidens ex parte ipsius cœli. Sed motus vniformis est quando vna pars mobilis non mouetur velociori modo, quàm alia: sicut motus lapidis deorsum. Ex quo sequitur, quòd cum vna pars cœli velociori modo moueatur, quàm alia, quòd non est vniformis. Vnde partes circumferentiales cœli velocius mouentur, quàm partes centrales, ideſt quàm partes, quę sunt circa centrum, seu circa polos: quia inæquali tempore maius spacium pertransiunt, quam partes illæ centrales: & similiter diceretur de motu rotæ. Et siquis quæret de motu animalis, vtrum sit regularis, vel irregularis. Respondetur, vt iam visum est, quòd non est vnus motus: & de hoc magis aliàs dicetur. Et hæc de primo articulo.

C

D

Alia dubitatio de motibus specie differentib.

DVBITATVR primo: Verum motus differentes specie, vel genere possint continuari ad inuicem: sicut calefactio, & frigefactio. Et videtur, quòd sic: nam aliqua, quæ tantum differunt sicut tales motus differentes specie, vel genere possunt continuari adinuicem: sicut patet de virga pro media parte viua, & pro media parte mortua: ergo etiam illi motus poterunt continuari adinuicem. Itero arguitur sic: & volo, q aliquod corpus calefiat per vnam horã: tunc in instanti terminante illã

E horum potest tale corpus incipere frigefieri: igitur. Minor probatur: quia non magis repugnat tali corpori incipere frigefieri in tali instanti, quàm in instãti alicuius alterius temporis, in quo erit tanta caliditas sicut in illo instantisited in instanti alterius temporis posset incipere frigefieri: igitur. Pro solutione supponitur, quòd mens Arist. fuit in. 8. Phy si. quòd solus motus localis potest esse cõtinuus, & perpetuus: & quòd nullus alius motus, nec alia mutatio potest esse perpetua: quia omnes aliæ mutationes sunt ex oppositis in opposita: vt termini generationis, & corruptionis sunt esse, & non esse, & termini alterationis sunt qualitates contrariæ: si ergo aliquis istorũ motuum, vel mutationum posset esse perpetuus, & continuus, hoc esset ab vno termino ad alium terminum tantum: sed hoc nõ: quia dicit Arist. in 6. huius, ꝙ nulla vna mutatio est infinita: ergo oportet, quòd hoc fiat per continuam reflexionem a termino ad terminum: vt si alteratio sit a calido in frigidum, & alia continuetur a frigido in calidum: sed in tali reflexione non possunt continuari illi motus, & facere vnum motum. Quod probatur: quia tunc mobile moueretur motibus oppositis: quia in motu continuo verum est dicere a principio motus, quòd mobile mouetur ad vltimum terminum: sicut si vltimus terminus motus cõtinui est calor; verum est dicere de mobili in principio motus, quòd caleat si calefactioni possit cõtinuari, frigefactio: & sic a principio huius talis motus continui verum est dicere, quòd calefit, & frigefit, quod est falsum. Et propter consimilem rationem probabit, quòd generationi non potest continuari corruptio, vt ex ipsis fiat vna mutatio: quia tũc idem mutaretur mutationibus oppositis. Videtur ergo esse mens Arist. quòd illi motus oppositi seu differentes specie, vel genere non possunt continuari adinuicem. Motus autem, qui non sunt oppositi sicut motus cœli possunt continuari adinnicem: quia illud inconueniens non ibi sequitur. Videtur etiam esse de mente Arist. quòd generatio, & corruptio non possunt esse immediata neq; continuata: quia videtur habere, quòd generatio fiat in instanti, & etiã corruptio: & secundum hoc negãda est secunda ratio: puta, ꝙ posset continuari frigefactio ipsi calefactioni. & quòd in illo instanti terminãte calefactionẽ posit incipere corpus frigefieri: bene tamen concederet, ꝙ tales motus possunt continuari, & consequenter se habere adinuicem: sed non possunt cõtinuari. Et si quis dicat: termini ad quos calefactionis, & frigefactionis possunt esse simul: ergo non videtur esse inconueniens aliquid moueri simul illis motibus: non videtur etiã quin Deus posset producere caliditatem in vna hora continuata alteri horæ, in qua producebat frigiditatem: ideo qui istud vellet tenere, haberet excusare Aristotelẽ. Prima ratio conceditur, & non est simile: nam sicut idem potest esse successiue animatum, & inanimatum: ita viuum, & nõ viuum: ergo pro vna parte potest aliquod corpus esse viuum: & pro alia parte mortuum: vel animatum pro vna parte, & nõ pro alia.

dicit. in quæst. 12. ar. 3 in solu. ad 3 quæsti.

Qui sit motus cõtinuabiles adinuicem.

Motus contrarius motui, & quies quieti, & motui.

DVBITATVR secundo, Verum motus contrarietur motui, & quies quieti, & etiam motui. Et videtur, quòd non: quia tantum vnum vni opponitur, & etiam contrarium. Secundo, quia quies opponitur priuatiue motui. Tertio, quia duæ quietes adinuicem non possunt contrariari cum sint entitates respectiue. Pro solutione supponitur primo, quòd sicut alias visum est, quòd motus potest capi dupliciter. Vno modo pro per se significato: & sic motus non est nisi quidam fluxus, vel acquisitio successiua, qua aliqua forma successiue acquiritur. Alio modo capitur pro significato materiali: & sic non est nisi ipsa forma fluens seu ipsa forma, quæ partibiliter acquiritur: vt caliditas, quæ quandiu partibiliter acquiritur dicitur motus. Dicitur secundo, quòd quies etiam potest capi dupliciter. Vno modo proprie: & sic non est nisi priuatio motus in subiecto apto nato. Ex quo sequitur, quòd non omne, quod non mouetur quiescit. Vnde Deus non mouetur neq; quiescit, quia non est natus moueri. Et si quis dicat: aliquid est, quod non mouetur, & natum est moueri: & tamen non quiescit: igitur. Antecedens probatur: quia mobile, quod continue mouetur: in instanti temporis, in quo tempore mouetur non mouetur neq; quiescit: igitur. Respondetur, quòd mobile non mouetur in instanti neq; quiescit: quia in instanti non est natum moueri neq; quiescere. Vnde sicut motus non potest fieri nisi in tempore: ita nec quies: verum est tamen, quòd mobile in instanti mutatum est: quia tunc est in loco sibi æquali secundum se, & quodlibet sui. Et si quis arguat. si mobile, quod continue mouetur, esset solum per instans in loco sibi æquali: sequeretur, quòd ab illo simul indui sibiliter mutaretur ad aliud vbi: sed hoc est falsum: quia sequeretur, quod duo instantia essent immediata: vel quòd simul essent in vno loco, & non essent in illoquia quod sic indiuisibiliter, & secundum se mutatur, in instanti mutatur. Respondetur, quod illud non mutatur, nec aliquibiliter, nec indiuisibiliter; sed bene mutatum est in instanti; sed in illo instanti non primo mutatum est. Aduerte, ꝙ omne illud, quod continue mouetur, necesse est ipsum moueri per aliquod spatium; & tamen per nullum spatium necesse est ipsum moueri; nam quodcunq; detur possibile est, quod moueatur per partem eius tantum.

Motus, partiter et quies duplicatur.

Aliomodo capitur quies pro forma sub qua quiescit mobile; & sic videtur capere Philosophus in textu cum dicit, quòd motus opponitur quieti in termino a quo, & non in termino ad quem; & etiam quando dicit, quòd quies in termino a quo, & quies in termino ad quẽ opponuntur; & etiam capit motus pro forma fluente. Et secundum hoc ponuntur aliquę propositiones Prima, motus capitur pro significato formali, &

A quies proprie dicta opponuntur priuatiue: sed motus captus pro forma fluente: & quies capta improprie pro termino a quo, sub quo mobile quiescebat vel quo incipit moueri bene possunt opponi cõtrarie: & per hoc soluuntur faciliter rationes. Sed restat parua difficultas: quomodo capitur naturale in textu: cum dicitur aliqua est generatio naturalis, & alia extra naturam. Dicitur, quòd non capitur naturale, vt distinguitur contra violentum: nam nulla est, sic generatio violenta, cũ subiectum generationis ad omnem formam inclinetur: capitur ergo naturale pro conuenienti, & pro illo, quod fit secundum communem cursum naturæ: & extra naturam capitur pro disconuenienti, scilicet pro illo, B quod fit extra modum communem naturæ.

An sit ne esse in motu reflexo mobile quiescere

DVBITATVR tertio: Vtrum necesse sit in omni motu reflexo mobile quiescere in termino reflexionis. Et arguitur, quòd non: quia si mola grossissima tendat deorsum, & cadendo obuiet fabæ iectæ sursum: notum est, quòd faba sine quiete reflectitur, & mouetur deorsum. Et quòd moueatur sine quiete patet: quia tunc sequeretur, quod illa mola etiam quiesceret: quod est falsum: igitur. Etiam si quis ascendendo ad turrim per chordam, chorda frangatur, notum est, quòd mouetur deorsum sine quiete media: igitur. Item pila proiecta ad terram reflectitur sursum: & si nõ quiesceret, quæro tunc, a quo postea moueretur: non a terra: quia hoc esset tractu, vel pulsu: quod tamen est impossibile: C quia terra ponitur quiescere: & tamen omne trahens, vel pellens mouetur: nec mouetur ab aere, sicut dixerunt aliqui moueri proiecta: nec ab impetu sibi impresso, cum cessaret talis impetus quiete facta. Item si lapis proiectus sursum quiesceret in puncto suæ reflexionis: tunc quæritur a quo ibi detineretur: nõ a motu priore cum non sit: nec ab impetu, cum videatur cessare cessante illo motu: igitur. Item si musca ascenderet per vnam lanceam, & ascendendo lancea caderet, tunc ibi musca moueretur motu reflexo: & tamẽ nulla est ibi quies media.

In oppositum videtur esse Arist. aliqualiter in textu & maxime in octauo huius. Pro cuius solutione supponitur, quòd illi motus dicuntur reflexi, quorum terminus a quo vnius est terminus ad quem alterius, & econtra: vt si aliquid moueatur ab a, in b: & iterum a b, in a: tũc ille motus dicitur esse reflexus: nec oportet, quòd fiat ab eodẽ puncto ad eundem punctum in numero: sed sufficit in specie.

Quæ motui dicantur reflexi.

Punctus reflexionis duplex.

Secũdo supponitur, quòd duplex est punctus reflexionis, scilicet naturalis, & violentus. Naturalis dicitur ille, ad quem mobile mouetur naturaliter: vel a quo mobile naturaliter reflectitur. Sed violentus est, a quo reflectitur contra naturam eius: ita quòd mobile non mouebatur naturaliter, vt ibi in illo pũcto quiesceret. Tunc dicitur, quòd in puncto violento reflexionis, non oportet quod illud, quod reflectitur quiescat, vt videntur bene probare rationes ante

A ante oppositum. Dicitur secundo, quòd in puncto naturali reflexionis mobile ante reflexionem naturaliter quiescit: licet hoc non appareat fieri naturaliter: & hoc magis adhuc videbitur in octauo huius. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium articulum sit.

Art. 3. CONCLVSIO responsalis: Ad vnitatem numeralem motus requiritur vnitas mobilis temporis, & termini ad quem: quæ probata est satis ex dictis in quæstione. Ad rationes ante oppositum. Ad primam, & secundam patuit, quid sit dicendum. Ad tertiã negatur antecedens: licet enim accidens accipiat vnitatem extrinsecam a subiecto: non tamen propter hoc sequitur, quin ab aliquo alio possit haberi. C

Ad quartam dicitur, quòd si Deus faceret motum sine illis tribus, tunc non haberet vnitatem extrinsecam ab illis, haberet tamen suam propriam vnitatem intrinsecam. Ad quintam patuit quid sit dicendum in primo articulo.

PHYSICORVM
LIBER SEXTVS.

B *T. cõ. 1. & inde.* SI autem est continuum, & quod tangitur: & consequenter sicut diffinitum est prius continua, quidẽ quorum vltima vnum &c. D

Continuũ non est cõpositum ex indiuisibilibus.

HIC est sextus liber Physicorum Aristotelis, in quo Philosophus determinat de diuisione motus in partes eius integrales. Et diuiditur in tres tractatus. In primo, ostendit continuum non esse compositum ex indiuisibilibus, & diuiditur in tria capitula. In primo, probat continuum non esse compositum ex indiuisibilibus rationibus generalibus: & intendit duas conclusiones. Prima, nullum continuum est compositum ex indiuisibilibus: vt linea non componitur ex punctis, probat duabus rationibus. Prima, Si linea componeretur ex punctis, oporteret illa puncta ad inuicem esse continua, vel contigua: sed hoc est impossibile: quia punctorum non sunt vltima: quia cuius est vltimum, aliud est, quod est vltimum, & illud, cuius est vltimũ, quod non conuenit puncto igitur. Secũda ratio: Si linea componeretur ex punctis ipsa pũcta tangerent se adinuicem: sed hoc est falsum: quia vel totũ tangeret totũ, vel pars partẽ: vel pars totum: non

B potest dici duobus modis vltimis: quia punctum non habet partes: nec potest dici primum; quia si tamen tangeret totum, illa non essent extra seinuicem situaliter: & per cõsequens nullam faceret extensionem: Si vero dicatur, quòd essent consequenter se habentia: hoc nouum est: quia vel medium inter ipsa esset punctum, vel linea: nõ punctum: quia inter consequenter se habentia non debet esse medium eiusdem rationis: nec linea: quia tunc non cõponeretur præcise ex punctis. Secunda conclusio: Omne continuum est diuisibile in semper diuisibilia: quia alias sequeretur, quòd in diuisione eius esset deueniendum ad indiuisibilia: & per consequens, cum omne quod est componatur ex his, in quæ resoluitur, continuum esset compositũ ex indiuisibilibus.

F

T. cõ. 1. & inde. EIVSDEM autem rationis est, & magnitudinem, & tempus, & motum ex indiuisibilibus componi.

Probationes ad eam. ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus probat nullum continuum esse cõpositum ex indiuisibilibus per rationes sumptas ex parte motus, & magnitudinis: & intendit quinq; conclusiones. Prima, si magnitudo esset cõposita ex indiuisibilibus; oporteret motũ cõponi ex indiuisibilib⁹. patet, quia si supra magnitudinẽ cõpositam ex tribus indiuisibilibus, puta a, b, c, fiat motus: necesse est cuilibet magnitudini ineſſe aliquam partem motus, & econtra: & per consequens necesse est tot, & non plures esse partes magnitudinis, sicut & motus: & econtra: ergo ille motus erit compositus ex tribus indiuisibilibus, sicut magnitudo: igitur. Secunda conclusio: Supra indiuisibile nihil mouetur. patet: quia tunc esset mobile esse simul in termino, & moueri ad terminũ quod est falsum, nam prius oportet moueri, quàm motum esse: & prius ire, quàm itum esse: sequitur supra indiuisibile nihil potest moueri. Tertia conclusio: Si magnitudo esset composita ex indiuisibilibus nullus motus fieret supra eam. Procuius probatione supponit, quòd magnitudo sit composita ex tribus indiuisibilibus, scilicet a, b, c. & motus factus supra eam ex d, & f: & quòd supra a, quod est indiuisibile, non sit motus: vt probatum est: nec eadem ratione super b, & c. Tunc probatur conclusio, ducendo ad alia inconuenientia. Primum est, quòd motus componeretur ex non motibus, quod si non reputetur inconueniens, adducatur secundum, quòd aliquid esset transitum, quod nunquàm transiebatur. patet, quia a, esset transitum, quod nunquàm transiebatur: cum super a, nihil posset moueri. Similiter est de b, & c. Quarta conclusio; motus non componitur ex indiuisibilibus: quia vel illę partes indiuisibiles essent motus, vel nõ: sed vtrumque est impossibile. Primo, quòd non sint motus, patet; quia quælibet istarum partium est supra indiuisibilia magnitudinis, supra quæ non fit motus; nec potest dici, quòd sint non motus: quia vt prius motus componeretur ex nõ motibus

A tibus. Quinta conclusio: idẽ est iudicium de magnitudine, motu, & tempore quantum ad hoc quod est compositi est diuisibilibus vel indiuisibilibus, sic q⁹ si magnitudo vel motus cõponatur ex indiuisibilibus, tempus etiam componetur ex indiuisibilibus. patet: qa si magnitudo superat quam sit motus, sit diuisibilis: oportet q⁹ in minori pars tẽporis transeatur pars eius, quàm totum. ergo si magnitudo est diuisibilis, oportet tempus esse diuisibile: & ecõtra: & si vnũ componatur ex diuisibilibus ita & reliquum.

T. cõ. 11. & inde. QVONIAM aut m omnis magnitudo in magnitudines diuisibilis ostẽsum est &c.

Prosequitur probationes E *rationes eiusdem.* ISTVD EST tertium capitulum huius tractatus, in quo philosophus ostẽdit nullum cõtinuum esse compositum ex indiuisibilibus per rationes sumptas ex parte velocitatis & tarditatis. Et intendit septem conclusiones. Prima: mobile velocius in æquali tempore pertransit maius spacium: supponendo q⁹ semper moueatur. Secunda conclusio: velocius in minori tempore pertransit maius spacium & hoc semper præsupponendo quòd moueatur. Tertia conclusio; mobile velocius in minori tempore pertransit æquale spacium: hæ probantur istæ tres conclusiones per diffinitionem velocioris: nam velocius est quod inæquali tempore maius spacium pertransit: vel in minori maius: vel in minori æquale: quia velocior semper citius mouetur & C semper citius attingit terminum. Quarta conclusio: omnis magnitudo, & omne tempus est diuisibile in semper diuisibilia: & hæc conclusio satis probata est in prioribus capitulis. Quinta conclusio: impossibile est magnitudinem finitã transiri in tempore infinito: dũmodo in qualibet parte illius tẽporis infiniti pertranseatur aliquid de illa magnitudine sine reiteratione. Probatur supponendo, q⁹ magnitudo finita sit a, b, & tempus infinitum sit c, d, tũc in illo tempore sumatur aliqua pars finita, & in illa aliquid magnitudinis p⁹ transeatur: tunc arguitur sic: illa pars magnitudinis multotiens replicata excedit totam magnitudinem: & nõ in infinitis partibus: igitur. Sexta conclusio: in tempore finito nõ potest pertransiri magnitudo infinita: quæ conclusio potest probari, sicut præcedens. Et ex illis patet solutio ad rationem Zenonis volentis probare non esse possibile aliquid moueri vel pertransire aliquod spacium in tempore finito, sic arguendo: in quolibet spacio sunt infinitæ partes: quarum quamlibet oportet pertransire, & tangere ipsum mobile, si debeat totum spacium pertransiri: sed impossibile est infinita pertransire & tangere in tempore finito: igitur. Potest dici quòd licet in quolibet spacio sint infinitę partes eiusdem proportionis: non tamen sunt infinitæ partes eiusdem quatitatis, quas mobile debet pertransire.

Septima conclusio & principalis: nullum continuum est com

posi-

E positum ex indiuisibilibus : quia tunc sequeretur q̃ indiuisibile posset diuidi, quod implicat contradictionem. Consequentia p̃batur : ponendo quòd sint duo mobilia quorum vnum sic velocius, altero in duplo ponatur vltra quòd velocius mobile in tempore trium indiuisibilium transeat magnitudinem trium indiuisibilium : tardius in eodem tempore trãsibit solum dimidium illius magnitudinis : ergo transibit tantum vnum in diuisibile cum dimidio : & per consequens indiuisibile erit diuisibile. Iuxta hunc textum.

An omne continuum sit diuisibile in semper diuisibilia.

QVAERITVR primo. Vtrum omne continuum sit diuisibile in semp diuisibilia. Primo arguitur quòd non : quia continuum est diuisibile in partes indiuisibiles, cum in rebus naturalibus sit dare minimum vt videtur dixisse Arist. in primo huius : cum dicebat dabilis est minima caro. Secundo arguitur sic : quia si ex tribus partibus resultet aliquanta magnitudo tunc ex quatuor resultabit maior : & ex quinq; maior : & sic in infinitum : ergo si infinite partes sunt in continuo tunc erit infinitæ magnitudinis. Tertio arguitur; Cœlum est vnum continuum : & tamen non est diuisibile in semper diuisibilia : quia non est simpliciter diuisibile : vt videtur dicere Arist. 2. cœli & mundi. Quarto arguitur : Si continuum non esse compositum ex partibus indiuisibilibus sequeretur, quòd deus non cognosceret omnes partes continui distincte : quod est manifestè falsum : cum deus omnia distincte cognoscat. Quinto arguitur sic. In continuo in diuisibile est immediatum indiuisibili : ergo continuum est compositum ex indiuisibilibus; & per consequens non est diuisibile in semper diuisibilia. Antecedens, patet : quia si punctus terminans lineam separaretur a tali linea adhuc illa linea erit finita : & non nisi per punctum : ergo illi puncto erat aliud punctum immediatum. Etiam si corpus sphericum moueatur supra planum certum est quòd non tangit ipsum nisi in puncto : alias sphericum esset aliqualiter planum : ergo continue tãgitur punctum post punctum absque medio : & per consequens in illo corpore plano sunt puncta sibijuicem immediata. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum, quòd ut iam visum est in tertio satis de diuisione continui & de partibus eius tam eiusdem proportionis, quàm in potentia subsistendi, in quolibet continuo sunt infinitæ : & etiam de partibus eiusdem quantitatis, quæ sunt in continuo finitæ : & quomodo in quolibet paruo continuo sunt tot partes eiusdem proportionis, sicut in alio : sicut in grano milij sunt tot partes eiusdem proportionis, sicut in eglo; & qu-

A quomodo totum continuum habet aliquas partes quas non habet pars eius : & tamen non plures habet; & etiam visum est verum continuum sit diuisibile in omnes suas partes; & vtrum illa sit concedenda, continuum potest diuidi in omnem suam partem : & vtrum deus cognoscat omnes partes continui vel non; & de multis alijs de quibus recurrendum est ad illum tertiũ. Ideo vltra illa supponitur q̃ aliquid potest dici diuisibile dupliciter. Vnomodo; quia habet partem extra partem vel partes quarũ vna non est alia. Et sic cœlum est diuisibile cum habeat partes, quarum vna nõ est alia. Aliomodo aliquid dicitur diuisibile; quia naturaliter potest diuidi per actualem separationẽ vnius partis ab alia; & sic dicebat Aristo. cœlum esse

Diuisibile dupliciter.

B indiuisibile, & infrangibile. Supponitur secundo, q̃ indiuisibile ea parte qua est indiuisibile non facit maius; vt linea est indiuisibilis secundum latitudinem; ideo secundum latitudinẽ non facit aliquid maius; licet bene secundum longitudinem, sed puncta sunt indiuisibilia ex omni parte : ideo punctum additũ puncto nunquam facit aliquid maius, neq; secundum longitudinem, latitudinem, & profundi tatem. Ex illis sequitur q̃ indiuisibilia ex ea parte qua sunt indiuisibilia possunt esse simul adæquate; vt duæ lineæ possunt esse simul adæquate ea parte qua sunt indiuisibiles; puta secundum latitudinem, sed non secundum longitudinem, si enim linea addatur lineæ secundum longitudinem, ita quòd vna tan-

C tum est q̃ non sunt simul adæquate, immo forte includit contradictionem. Et ex isto habetur commune dictum q̃ indiuisibile additum indiuisibili non facit aliquid maius, ea supple parte qua est indiuisibile. Et si quis dicat: ex duabus vnitatibus quæ sunt indiuisibiles fit aliquid maius, quàm ex vna illarum, quia fit numerus binarius qui est maior vnitate, cũ omne totum sit maius sua parte. Item ex intellectu & specie intelligibili, quæ sunt duo indiuisibilia fit aliquid maius, quia fit aliquod totum quod est maius sua parte. Respondetur ad primam q̃ aliquid additum alteri facere maius potest intelligi dupliciter. Vnomodo entitatiuæ : & sic omne totum est maius sua parte. Dico etiam quòd omne totum est maius sua parte, ideſt perfectius sua

D parte. Dico vlterius quòd illud propriæ debet intelligi de toto per se & non de toto per accidens, cuiusmodi est totum ex subiecto & accidente, sicut ex intellectu, & specie intelligibili quæ solum faciunt vnum per accidens. Aliomodo potest intelligi quãtitatiuæ, & hoc dupliciter. Vnomodo secundum quantitatem discretam, & sic vnitas addita alteri bene facit maius secundum quantitatem discretam. Aliomodo secũdum quantitatem continuam; & sic videtur intelligi commune dictum q̃ indiuisibile additum indiuisibili ea parte qua est indiuisibile non facit maius supple secundum quantitatem continuam.

SEXTVS

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrū an sit compositus ex indiuisibilibus.

SECVNDO sciendum, q̄ circa textum incidūt aliquæ difficultates. Prima, vtrum motus, cum sit quid cōtinuum sit compositus ex indiuisibilibus. Et vī q̄ sic: quia motus est compositus ex illis, per quæ exiit: sed motus, & quodlibet successiuum est in actu per indiuisibile, & solum existit per indiuisibile: quia si aliquid eius esset actu diuisibile; simul esset successiuum, & non successiuum: quia plures eius partes essent actu. Respondetur, vt iam alias visum est, q̄ successiuum non solum est in actu per indiuisibile, sed etiam per aliquod diuisibile, vel multa diuisibilia. Nam illo indiuisibili cedente, succedit diuisibile: aliàs duo indiuisibilia essent immediata, & illud diuisibile non est aliud quàm aliqua pars continua fluens, ideſt habens partem post partem. Et si quis dicat ergo motus non semper habebit esse vniformiter: quia aliquando erit actu per indiuisibile: aliquando per diuisibile. Dico quòd hoc non est inconueniens, immo hoc conuenit naturæ successiuæ, quòd in diuisibili succedat diuisibile, & indiuisibili indiuisibile. Et si quis iterum arguat: dabilis est prima pars motus, & illa est indiuisibilis: quia alias non esset prima, sed eam præcederet alia. Et antecedens videtur esse ipsius Aristot. in 8. huius vbi videtur habere, quòd alteratio, vel aliquid alterationis fiat in instanti. Respondetur quòd non est dabilis prima pars motus, neque primum mutatum esse: sed ante omne moueri est mutatum, & ante omne mutatum esse moueri. Et istud magis postea declarabit. ●

Et si quis iterum dicat, quòd forma acquisita per alterationem, vel aliquid eius in instanti acquiritur: ergo ipsa erit indiuisibilis, vel saltem aliquid eius: & per consequens motus per quē acquireretur. Antecedēs probat: quia inter contradictoria non est dare medium: sed non esse, & esse formæ inducendæ cōtradicunt: igitur inter ipsa non erit medium; sed in primo instanti temporis in quo alterās incipit alterare, est non esse formæ: ergo inter istud & mensuram quę mensurat esse formæ, non erit medium, & per cōsequens talis forma videtur indiuisibiliter acquiri. Respondetur q̄ immediatum potest capi dupliciter. Vnomodo, inter quod ſm se totum, & aliud non est medium, & sic continuum potest esse immediatum suo termino: quia inter indiuisibile terminans, & interminatum non est dare medium. Aliomodo capitur immediatum quod secundum se totum est cum altero statim, vel post alterum: & sic continuum non est immediatum suo termino, sed vna pars post aliam: immo nihil est immediatum indiuisibili terminanti continuum: quia nihil secundum se totum sequitur illud indiuisibile, sed pars illius totius, quod est immediatum, prior sequitur indiuisibile secundū partem ante partem in infinitum. Tunc dicitur, quòd sicut istæ mensuræ se habent adinuicem: ita mensurata: sic videlicet, quòd si mensuræ sint immediatæ: ita illa mensurata, quæ acquirentur in ipsis: si non sint immediata, nec

Sext. vbi supra.

tæ, nec mensurata erunt immediata: ideo videndum est qualiter mensuræ illorum contradictoriorum se habent adinuicē.

Primo mutato instanti; motū an immediatè succedat motus, vel pars motus.

TERTIO sciendum, quòd incidit alia difficultas. Vtrum ista sit concedenda: primo mutato instanti motum immediatè succedit aliquis motus, vel aliqua pars motus. Et videtur q̄ non: quia vel ille motus est continuus, vel non: si continuus: ergo est diuisibilis, & per consequēs habebit partem immediatorem. Si dicas quòd immediatè non succedit aliquis motus: ergo instans succedet: quod est inconueniens: vel erit discontinuatio. Respondeo quòd post primum instans temporis immediatè erit tempus, seu post mutatum esse immediatè erit motus, & tamē nullum tempus erit immediatè post illud indiuisibile. Vnde est aduertendum q̄ immediatè, facit propositionem vniuersalem cuius prædicatum stat confusè tantum sub quo non contingit descendere ponendo illud a parte subiecti. Etiam secundum aliquos facit propositionem negatiuam, a qua non contingit arguere affirmatiuè. Et si quis dicat: immediate post illud istans succedit tempus: ergo omnia instantia temporis succedentis succedūt tempori: ergo aliquod tempus erit ante omnia indiuisibilia temporis succedentis. Dico quòd istud vltimum non sequitur: quod potest declarari: vt ponatur q̄ a fit aliquod instans; tunc hæc est vera, immediatè post a ponetur tempus in esse; & tamen ista est falsa: tempus ponetur immediatè inesse ante omnia instantia temporis sequentis a instans; sed bene sequitur immediate postea ponetur tempus: ergo ante omnia instantia temporis sequentis a instans ponetur tempus: quia consequens est vna vniuersalis, cuius omnes singulares sunt verę. Et quòdista sit falsa: tempus ponetur inesse ante omnia instantia temporis sequentis, patet: quia poneretur in esse ante omnia sua instantia; quia sequitur: illud tempus poneretur in esse ante omnia sua instantia temporis sequentis a: ergo in esse ante hoc instans demonstrato quocunq; instanti temporis sequentis a: & sic esset tempus ante omnia instantia eiusdē temporis, quod est impossibile; ideo caute respondendum est in talibus propositionibus.

An in motu sint aliqua indiuisibilia.

QVARTO sciendum, q̄ ad huc incidit alia difficultas. Vtrum in motu sint aliqua indiuisibilia. Ad quam respondetur breuiter, q̄ sicut in linea sunt puncta indiuisibilia, per quæ partes lineæ continuantur adinuicem; ita in motu sunt indiuisibilia per quæ partes motus continuantur adinuicem, & vocantur mutata esse; sicut indiuisibilia in tempore vocantur instantia: ita quòd sicut dictum est de instantibus in quarto huius; ita suo modo dicendum est de istis mutatis esse: ita q̄ sicut instans in tempore solum durat per instans; ita quòd habet primum instans sui esse, & vltimum instans sui esse; ita etiam mutatum esse; sic videlicet, q̄ quando mutatum esse incipit esse, est; & immediate ante hoc non fuit, & quando desinit esse est;

Universidad de Deusto
Biblioteca

B se est; & immediatè post illud non erit. Et sic patet, quòd propositiones de definit dupliciter exponuntur. Ex quo sequitur quòd illud mutatum esse in motu solum durat per instans, & si quis dicat: Aristot. in octauo huius dicit; quòd nihil generatur vt duret solum per instans. Respondetur q̄ loquitur ibi de permanentibus & non de illis quæ raptim transeunt, cuiusmodi sunt instantia, & ista mutata esse, & de hoc magis in 8. videbitur. Et si arguatur contra hoc; quia tūc sequeretur, quòd aliqua res esset corrupta, & tamen nunquam esset corrupta. Quod probat: quia vel illud mutatum est corruptum in instanti, in quo producitur, vel in alio. Si in alio, vel in alio mediato, vel immediato, non immediato, quia duo instantia non sunt immediata, nec mediato, quia tunc duraret plusquam per instans, nec in tempore, quia qđ secundum se totum destruitur, & indiuisibiliter destruitur in tempore non destruitur. Potest dici breuiter, quòd non est corruptum, nec in aliquo instanti, nec in aliquo tempore, sed immediatè post instans est corruptum, potest etiam dici, q̄ in instanti est corruptū, in nullo eñ instanti est primo corruptum: in infinitis est corruptum, quia in omnibus instantibus temporis, in quo est corruptum. Dico etiam, quòd licet sit idem simul corrumpi, & non corrumpi partem ante partem. Similiter idē est indiuisibiliter corrumpi, & nō primo vna pars post aliam, tamen non est idem simul corrumpi, vel indiuisibiliter corrumpi, & in instanti corrumpi. C

Et per hoc potest sufficienter solui quæstio in qua quæritur. Vtrum deus posset creare duos Angelos vnum immediatè post alium. Et hæc de primo art. Quātum ad secundum.

Sco. in 2. d. 2. q. 9.

Arist. 2. Au in li nea vadē da sint in diuisibi lia.

DVBITATVR primo. Vtrum in linea sint ponenda aliqua indiuisibilia. Respondetur breuiter sicut alias visum ē in multis locis, & præcipue in logica, quòd in linea sunt ponēda indiuisibilia simpliciter. i. secūdum omnem dimensionem, quæ vocantur puncta, quæ ponuntur vt partes lineæ continuantur adinuicem, & nō sunt partes ipsius lineæ: & sunt in subiecto, in quo sunt partes quarum sunt termini, & ista conclusio satis fuit probata in logica: & contra eam fuerint factæ multæ instantiæ ad quas recurrendum est: ideo pro nunc dimittendæ sunt illæ rationes: & aliæ H sunt adducendæ: quarum Prima est, & capio vnam lineam, q̄ sit a: tunc arguitur sic: vel in a, est tantum vnum punctum, vel plura: non est dicendum, quòd vnum tātum: quia tunc esset aliqua pars lineæ sine puncto, qđ est falsum: etiam non vī in qua parte lineæ esset. Si plura: tunc arguitur sic: aut præter singula, & quælibet & omnia simul sumpta ipsius a est aliqua entitas in a, aut non: si non: ergo a precisè constat ex punctis, cuius oppositum postea dicetur. Si sic: ergo in a, est aliqua entitas, quæ nec est punctum, neq; includit punctum, alioquin præter singula, & omnia ipsius a daretur punctum. Respondetur quòd præter singula, & omnia puncta est ali-

A se aliquam entitatem in a, potest intelligi dupliciter. Vnomodo q̄ præter singula, & omnia puncta possit aliqua entitas ipsius a esse. & sic est impossibile. Alio modo quòd præter singula, & omnia puncta sit aliqua entitas, quæ non sit punctum, nec puncta: & sic ipsa est vera. Secūdo sic: volo q̄ deus sicut potest destruat præcisè omnia puncta ipsius a: aut tunc ipsius a, remanet aliqua entitas, q̄ prius fuit aut non: si non: ergo non destruxit præcisè puncta: si sic: ergo erit aliqua linea, sine punctis. Respondeo quòd impossibile est, q̄ deus precisè destruat omnia puncta ipsius a: immo si destruat omnia puncta destruet simul infinitas partes ipsius a, cum partes lineæ dependeant ab ipsis punctis. Tertio sic: volo quòd magnitudo a supponatur magnitudini b, sibi æquali: & deinde quòd de' conseruet omnia puncta a, nullam alia entitatem ipsius a conseruando, & similiter nullum punctum in situ alio statuendo: tunc, quæro aut illa puncta occupant magnitudinem b, sicut prius occupat tota magnitudo ipsius a, vel non: sed remanent aliquæ partes vacuæ: si primum: sequitur quòd punctum erat immediatum puncto, & q̄ a, nullam aliam entitatem continebat, quàm puncta. Si secundum: ergo partes illæ occupabant aliquem locum, & non habebant puncta. Respondeo quòd istud argumentum continet multa falsa. Primum q̄ puncta habeant proprium situm, quod est falsum: quia non habeut situm nisi ratione illorum quorum sunt termini. C

Secundo quòd occupent locū, quod est falsum cum sint indiuisibilia simpliciter: ideo dico, quòd nullam partem magnitudinis b, occuparent: sed partes lineę quas continuabant adinuicem illam occupabant. Et cum vlterius infers, quòd tunc erunt partes lineæ, sine punctis: nego consequentiam. Quarto sic: nulla est experientia, neque ratio, neque auctoritas, quæ cogat ponere talia puncta: igitur non sunt ponenda talia puncta. Dico ad hoc, quòd multæ sunt rationes, quæ alias fuerunt vīsæ, & etiam multæ auctoritates: vt patet in 6. Metaphysic. Et si dicas propter quam rationem ponis? Dico vt terminent lineam, & continuent partes lineæ adinui- D cem. Et si arguas: vel per punctum terminare lineam tu intelligis, quòd linea per punctum est certæ magnitudinis, & mensuræ, vel aliquid aliud. Non primum: quia sine tali puncto esset æqualis magnitudinis, & mensuræ: nec aliquid aliud: quia detur illud: nec vt continuentur partes lineæ adinuicem: quia destructo puncto continuante partes adinuicem, adhuc illæ partes remanerent, in eodem situ, & adinuicem proxime, sicut prius. Ad primum dico, quòd punctum terminare lineam non est ratione eius esse certæ quantitatis vel mensuræ: sed est ipsum esse finis lineæ. Dico secundo, quòd licet remaneant partes lineæ in eodem loco, & situ,

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non tamen essent continuæ: sed solum contiguę; ideo non facerent aliquid vnum per se sicut prius.

An' linea componatur ex indiuisibilibus.

DVBITATVR secundo. Vtrũ linea & generaliter continuum componatur ex indiuisibilibus. De isto dubio fuerunt diuersæ opiniones antiquorum philosophorum. Prima fuit Democriti, dicentis continuum esse compositum ex indiuisibilibus; vt corpus ex indiuisibilibus corporibus: videlicet ex atomis, quæ sunt corpora indiuisibilia secundum ipsum; & superficies ex superficiebus indiuisibilibus & linea ex lineis indiuisibilibus: non autem ex punctis. Secunda opinio fuit Platonis dicentis ꝙ linea componebatur ex punctis, & superficies ex lineis, & corpus ex superficiebus: & generaliter quodlibet continuum ex indiuisibilibus. Et istam opinionem tenet quidam modernus, qui vocatur Geraldus Odonis. Et potest ista opinio aliquibus rationibus probari. Primo: omnis potentia potens componere continuum ex omnibus suis partibus, potest diuidere illud in omnes suas partes: quo posito vel illę partes sunt diuisibiles vel indiuisibiles: si indiuisibiles, habeo intentum: si diuisibiles: ergo non fuit diuisio in omnes partes: quod est contra positum. Secundo sic: aut omni parte magnitudinis est aliqua minor, aut non omni parte magnitudinis aliqua est minor: si secundum: ergo aliqua parte magnitudinis nõ est aliqua minor: vt patet per æquipollentiam: ergo illa est indiuisibilis; cum non sit aliqua minor: & per consequens magnitudo erit resolubilis in indiuisibile. Etiam si omni parte magnitudinis aliqua est minor: aut illa est diuisibilis vel indiuisibilis: non diuisibilis: quia non esset omni parte minor: si indiuisibilis, habetur intentum vt prius. Tertio ficitur inter primum punctũ & quodlibet aliud eiusdem lineę est punctum medium aut non: si sic: tunc illud punctum medium, vel erit medium inter primum punctum & seipsum, quod est impossibile: vel non esset aliquod ex illis punctis illius lineę: & per consequens non mediaret inter primũ & alia eiusdem lineę: ergo inter primum punctum & omnia puncta illius lineę non est punctum medium: & per consequens puncta erunt sibimuicem immedia ta. Quarto sic: aut aliquod punctum est medium inter primum punctum huius lineę, & omnia alia puncta eiusdem lineæ: vel nullum est medium, cũ talis disiunctiua cõponatur ex contradictorijs est vera: si nullum: ergo primum punctum & omnia alia sunt immediata: si aliquod est medium: ergo illud est immediatum priori puncto: ꝙ per consequens puncta erũt sibi immediata. Sed istæ rationes non concludunt: ideo ponitur alia opinio, quæ fere ab omnibus modernis tenetur scilicet, ꝙ nullum continuum componitur ex indiuisibilibus; & ista opinio probatur aliquibus rationibus. Prima: quia tũc sequeretur ꝙ nihil posset condensari, quòd est falsum, consequẽtia probatur: quia illud qđ cõdensatur, occupat minorem locum, quàm prius: sed indiuisibilia non possunt occupare minorem locum, quàm prius: igitur. Secundo sic: sequeretur ꝙ indiuisibile esset diuisibile: quia quocunq; motu dato, contingit dare velocitorem in duplo: sed per aduersarium dabilis est motus, qui constat ex tribus indiuisibilibus: & mensuratur tempore composito ex tribus instantibus: ergo motus velocior in duplo mensurabitur vno instanti cũ dimidio. Tertio sic: quia tunc sequeretur, ꝙ diameter esset æqualis costę: qđ est contra sensum. Cõsequentia probatur: quia capiantur duo puncta immediata in vna costa, & duo in alia costa opposita: & ab istis ad alia ducantur duæ lineæ æque distantes: istæ lineæ diuident diametrum: aut in punctis mediatis, aut immediatis, aut per idem punctum: Si per idem punctum tunc costa erit maior diametro: quia duobus punctis in costa correspondet solum vnus in diametro: Si in punctis immediatis, tunc non erunt plura puncta in diametro quàm in costa: Si mediatis, tũc capiatur punctum medium inter ista duo puncta mediata, & ab illo ducatur linea in rectum: & illa intersecabit costam, & in neutro puncto prius dato, sed in aliquo puncto medio inter vtrunq; : alioquin concurrerent cum linea, cũ qua ponitur æquè distans: quod est contra diffinitionem æquè distantium.

Vide supra d. 2. q. 3.



RESTAT ergo soluere rationes aliorum opinionis. Ad primam dicitur, quòd non est simile de compositione, & diuisione: ideo non sequitur: potest enim fieri compositio per vnum actum, sed non diuisio: quia non contingit deuenire ad vltimam partem, vnde componens continuum componit semper ex aliquibus partibus priùs cõtinuatis adinuicem: ideo pos-

set dici q̃ cõponens non cõponit ex omnibus partibus continuis prius diuisis adinuicem. Ad secundam dicitur q̃ ista est concedenda, omni parte magnitudinis aliqua est minor: & etiam ista, nulla pars magnitudinis est omni parte magnitudinis minor: & ista est falsa, aliqua pars magnitudinis est minor omni parte magnitudinis. Vnde si mundus duraret ęternaliter ista est concedenda, omni homine futuro est aliquis homo futurus posterior. Dico vlterius q̃ ista copulatiua potest concedi, omne parte magnitudinis aliqua est minor, & illa est minor omni parte magnitudinis; & cum vlterius infers, vel illa est diuisibilis, vel indiuisibilis: potest dici q̃ illa est diuisibilis. Dico tamen q̃ ista disiunctiua est falsa; aut illa pars, quæ est omni parte magnitudinis minor est diuisibilis vel indiuisibilis, propter falsam implicationem subiectis: implicat enim q̃ sit aliqua pars minor omni parte magnitudinis quod est falsum. Ad tertiam dicitur, q̃ inter primum punctum & quodlibet aliud est punctum medium: nullum tamẽ punctum medium est inter primum punctum & quodlibet aliud eiusdem lineæ: ideo non procedit vlterio deductio quæ tota supponit q̃ ad illã vniuersalem sequatur ista particularis: aliquod punctum est inter primum punctum & quodlibet aliud eiusdẽ lineę. Ad quæ cõ dicitur, q̃ nullum est mediũ inter primum punctum & omnia alia: & cũ infers: ergo primum & omnia alia sunt immedi-

G

Virũ alia eiusdem magnitudinis partes sint infinita.

ata: posset concedi: si ly omnia teneatur collectiue.

Dvbitatvr tertio, Vtrum alicuius continui vel alicuius magnitudinis sint infinitę partes eiusdem proportionis. Respõdetur quòd sic breuiter, vt iam alias visum est, scilicet quòd in quolibet continuo sunt infinitę partes eiusdem proportionis in potentia subsistendi: licet sint in actu essendi. Sed præter rationes alias factas sunt adhuc aliqua rationes: quarũ Prima est: dabilis est vltima pars eiusdem proportionis alicuius continui; igitur in continuo non sunt infinitę partes. Antecedens probatur & capiatur duę magnitudines continuatę se adinuicem, scilicet a, & b, & sumantur in b, partes partes proportionabiles, sic q̃ prima sit medietas eius: & secunda

H

medietas medietatis & sic deinceps. Tunc arguitur sic: multitudo omnium partium ipsius b, coniungit illi a: ergo aliqua pars illius multitudinis immediatè coniungitur illi a: quia impossibile est imaginari q̃ aliqua magnitudo coniungatur alicui nisi aliqua vnitas illius magnitudinis immediatè coniungatur illi: & si sic illa erit vltima: igitur. Potest dici ad istud conformiter ad dicta superi⁹, quòd alicui puncto nulla est pars sibi immediata: licet bene immediatè sibi sit aliqua pars vnita: vel potest responderi negando istã consequentiam multitudo omnium partium proportionabilium b, coniungitur a: ergo aliqua est sibi immediata: & cum probatur, quia illud non potest imaginari: dico quòd si alicui

A cui hoc sit impossibile imaginari; hoc ideo est; quia imaginatur multitudinem illarũ partium esse in numero certo: sed hoc non est impossibile imaginari illi qui bene imaginatur puta quòd sint infinitæ. Secũdo arguitur sic; volo quòd aliqđ mobile incipiat moueri a puncto continuante a, & b, & moueatur versus b, tunc c, immediatè post illud punctum & post illud instans pertẽsit aliquam partem ipsius b, & non nisi vltimam: patet consequentia: quia alias non inciperet moueri in puncto & in instanti.

Respondeo q̃ ista potest concedi: mobile immediatè post instans pertransit aliquam partẽ ipsius b: & cum infertur; ergo illa est vltima negatur consequentia quia ista implicat, q̃ sit aliqua quam immediatè pertranseat: quod est falsum. Tertio sic: ponatur q̃ sint duo mobilia scilicet a, & b, & q̃ moueantur super c, versus d: & q̃ a, moueatur velocius in duplo, quàm b ita q̃ semper cum venerit ad finem alicuius partis proportionabilis quiescat ibi donec b, veniat ad illud super eandem lineam vel æqualẽ: vel ergo ista duo simul perueniunt ad d, vel vnum post aliud; non primũ: cum a quamlibet partem proportionabilem prius pertransit, quàm b: ergo restat secundũ scilicet a, prius, quàm b, peruenit ad d; figuretur ergo illud tempus in quo a, prius peruenit ad d: aut ergo in illo tempore b, pertransit tantum vnam partem proportionabilem, vel plures: non plures: quia tunc a, non expectasset b, in qua-

B

libet parte proportionabili: si tantum vnam: tunc illa erit vltima: quod est principali intentum: igitur. Respondet breuiter q̃ istud argumentum procedit ex falsa imaginatione: imaginat enim q̃ aliquod mobile possit solum transire vnam partem proportionabilẽ: quod est falsum: immo transeundo vnam transit infinitas. Dico vlterius quòd si expectaret eũ in qualibet parte proportionabili nunquam deueniret ad vltimam partem cum post quamlibet sit aliqua pars &c. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

C

Conclvsio responsalis. Omne continuũ est diuisibile in semper diuisibilia: vt patet ex prædictis. Ad rõnes ante oppositũ. Ad primam alias patuit solutio. Ad secundam dr q̃ ex infinitis partibus eiusdem proportionis non fit aliquid maius, quàm ex duabus medietatibus: cum illæ duæ medietates includunt omnes alias partes. Vnde omne quantum additum alteri facit aliquid maius nisi ab illo includatur. Ad tertiam patuit solutio in primo articulo. Ad quartam etiam patuit solutio in tertio. Ad quintam patuit solutio in primo articulo.

Arti. 3.

D

Necesse est autẽ & ipsum nunc quod non secundũ alterum, sed per se & primũ.

T. c. 24. & inde.

Istebst secundus tractatus, in quo philosophus vult ostendere q̃ instans seu ipsum nunc copulans partes temporis adinuicẽ est indiuisibile; & diuidit in sex capitula. In primo

Nunc copulãs partes temporis, est indiuisibile est.

E ponit aliquas conclusiones. Prima: in tempore est nunc: quia in tempore præterito est nunc: quia tempus præteritum est terminatum, & non nisi ipso nunc: igitur. Etiam in tempore futuro est nunc: quia tempus futurum est terminatum, & nō nisi ipso nunc: igitur. Secunda conclusio; nunc est indivisibile: quia si esset divisibile, vel oporteret, quòd ipsius temporis præteriti esset aliud nunc, quàm temporis futuri: vel quòd vna pars eius esset præterita & alia futura: vel q̄ ipsum nunc secundum se totum non terminaret totum tempus præteritum, vel totum tempus futurum: sed quodlibet est falsum: igitur. Primo q̄ primum sit falsum, scilicet q̄ ipsius temporis præteriti sit vnum nunc, & ipsius futuri aliud nunc; quia vel vnum tãgeret reliquum, aut non; non est dicendum primũ: quia continuum esset compositum ex indivisibilibus: nec reliquum, quia nunc inter illa mediaret tempus, quod est falsum: igitur. Secundum & tertium non est posibile: quia si sit divisibile, aut secundum se totum terminabit tempus præteritum, aut secundum partem. Non secundum partem: quia vna pars eius terminaret aliam partem. Nec secundum se totum, quia secundum se totũ non immediate sequeretur tempus præteritum vel futurum: sed ẽm partem post partem: Nec est dicendum, q̄ vna eius terminet præteritum & alia futurum: qa tunc vna pars eius esset præterita & alia futura, quod est falsum; igitur. Tertia conclusio: in nunc nihil potest moueri: quia tunc sequeretur q̄ esset divisibile, cuius oppositum probatum est: Consequentiam probat: quia capiatur mobile tardum, quod in instanti transeat aliquod spacium, tunc mobile velocius in duplo transit illud spacium in mensura minori in duplo: & sic in mediotate instantis. Quarta conclusio: in nunc nihil cõtingit quiescere, quod probat duabus rationibus. Prima: in quo nihil aptum natum est moueri, in illo non potest aliquid quiescere: sed in nunc nihil natum est moueri: igitur. Secunda ratio: si aliqd quiesceret in nunc, sequeretur quòd vnum & idem simul moueretur & quiesceret: quod est falsum. Consequentiã probat: quia capiatur aliquod mobile, quod moueatur per aliquod totum tempus: tunc in illo mouebitur, & etiam quiescet: igitur. Quinta conclusio: omne quod mouetur; est divisibile, quod probat: quia omne mobile dũ mouetur, partim est in termino a quo & partim in termino ad quem: sed omne tale est divisibile: igitur.

F

G

H

T. c. 32. & inde.

Quod mutatur autem omne necesse est divisibile esse: vno enim diuiso omne diuidentur.

Motus q̃o divisibilis.

Istud est secundum capitulum, in quo philosophus ostendit qualiter diuiditur motus: ponens aliquas conclusiones. Prima: motus diuiditur secundum diuisionem mobilis: ita quòd si totus mobilis sit totus motus; cuiuslibet partis mobilis erit aliqua pars motus. Probat philosophus: nam si totũ mobile moueatur, tunc quælibet pars eius mouetur: sed vna pars non mouetur illo motu, quo mouetur alia pars: nam vna pars posset quiescere, dum alia moueretur: igitur. Probat secundo quia nisi sic: tunc motus non esse adæquatus mobili: cum nulla pars eius conueniret alicui parti mobilis: igitur mobile secundum se totum non mouetur. Secunda conclusio: motus diuiditur secundum diuisionem tẽporis, quia sicut totus motus est in aliquo toto tempore; ita partes illius motus sunt in partibus illius temporis. Ex quo infert q̄ omne quod factum est, quando primo factum est, est: & omne quod corruptum est, quando primo corruptũ est, non est: ergo omne quod mutatum est quando primo mutatum est, est in eo, ad quod primum mutatum est. Secunda conclusio: illud in quo aliquid primo mutatum est, est indivisibile: quia si sit divisibile: capiatur illud & signentur partes suæ scilicet a, b, vel ergo illud quod primo mutatum est; mutatum est in vtraque parte, vel in altera tantum, vel in nulla: non est dicendum tertium: vt notum est: neque primum & secundum: quia tunc non esset mutatum in aliquo primo: immo prius in vna parte, quam in alia: igitur. Et subdit quòd duplex est mutatum esse scilicet completum & perfectum, quod est terminans ipsum motum: & incompletum & imperfectum, quod est continuans partes motus: Tertia conclusio: dabile est primum mutatũ

B

C

D

T. cõ. 40. & inde.

Quoniam autem omne quod mutatur ex quodam in aliquid mutatur: necesse est quod mutatur &c.

Mutatũ esse qd. & quotuplex.

Istud est tertium capitulum, in quo philosophus

esse completum & perfectũ, qđ probat: quia nisi sic nunquam mutatio esset perfecta & finita: cum finis mutationis sit mutatum esse. Quarta conclusio: in motu non est dabile primum mutatum esse incompletum, & imperfectum: quia tale continuat motum cum motu; sed in quolibet motu sunt infinita mutata esse, quorum non est dabile primum: igitur. Secundo probat: quia si esset dare primum mutatum, esset incompletum. etiam esset dare primam partem motus; quod est falsum, quod probat, quia non est dabilis prima pars mobilis, neque temporis, neque spacij supra quod sit motus; igitur non est dabilis prima pars motus. Probat tertio, quia quacunque data illa est divisibilis in infinitas partes; igitur.

T. c.50. & inde.

QVONIAM autem omne quod mutatur in tempore mutatur; dicitur autem in tempore mutari &c.

Mouri ad mutatum esse q; modo se habet.

ISTVD EST quartum capitulum huius tractatus, in quo philosophus determinat de ordine ipsius moueri ad mutatum esse & econtra. Et dicit primo, quòd omne, quod mutatur, in tempore mutatur, quod contingit dupliciter. Vnomodo aliqd dicitur mutari in tempore primo, quia in qualibet parte tpis dicitur mutari. Aliomodo secũdum alterum, quod in alia parte temporis dicitur mutari, & nõ in toto tempore. Hoc supposito ponit aliquas conclusiones: quarum Prima est; ante omne mutari est mutatum esse. quod probat tripliciter. Primo ponendo, q; sit aliquod mobile, quod moueatur per aliquã magnitudinem, in aliquo toto tempore; tunc mutatum esse medietatis illius moueri præcedit totum illud moueri, & iterum mutatum medietatis præcedit totum moueri illius medietatis, & sic deinceps: igitur. Secunda ratio; omne tempus est diuisibile, in semper diuisibilia; similiter partes temporis quarũ quælibet præcedit instans, & similiter est dicendum de motu; igitur. Tertia ratio; omne quod mouetur continuè per aliquod totum tempus necesse est, quòd in quolibet instanti illius temporis mobile moueatur, vel q; mutatum sit, sed non mouetur: quia in instanti nihil mouetur: ergo mutatum est, & talia mutata esse sunt infinita, & quamlibet partẽ motus prẽcedit mutatum esse: igitur. Secundo conclusio: ante omne mutatum esse est mutari, quod probat tribus rationibus. Prima, quia si aliquid mutetur ex a, in b, vel ergo in vno & eodẽ nunc mutatur ex a, & est in b, vel in alio & alio non in eodem; quia tunc simul & semel esset in a, & in b, quod est impossibile; igit. Secũda ratio; quia omne quod mutatum est pervenit ad illud, in quo mutatũ est in tempore; igitur; etiam per motum, qui fiebat in illo tempore, & nihil pervenit ad illud, in quo mutatum est nisi per motum; ergo videtur quòd ante omne mutatũ sit moueri. Tertia ratio; quælibet magnitudo divisibilis est in infinitum; ergo non est dabilis prima pars eiusdem; ergo etiam nec in mutari, quod sit supra il

lam magnitudinẽ erit dare primam partem, & per cõsequens ante omne mutatũ erit mutari.

T. c.60. & inde.

QVONIAM autem omne, quod mouetur in tempore mouetur &c.

Conclusiones definitæ, & infinitate motus.

ISTVD EST quintum capitulum, in quo philosophus determinat de finitate, & infinitate motus, & ponit aliquas conclusiones, quarum prima est; impossibile est aliquid moueri in tempore infinito per spacium finitum. Probat philosophus, quia motus tempus & spacium proportionabiliter se habent, quo ad hoc, quod est diuidi; ergo si motus sit finitus, & spacium finitum, oportet tempus esse finitum. Secundo probat, quia parti motus correspondet aliqua pars temporis, & alteri altera, & ille partes motus non faciunt motum infinitum; ergo tempus, in quo sit talis motus non erit infinitum. Secunda conclusio, impossibile est aliqd tempore finito moueri per spacium infinitum, & posset probari, sicut præcedens conclusio. Tertia conclusio; impossibile est mobile infinitum pertransire spacium finitum in tempore finito, quod probat; quia tunc sequeretur, q; mobile finitum in æquali tempore transiret idem spacium; nam signetur illud spacium & sit a, tunc sic, spacium finitum in aliquo tempore potest pertransiri a mobili finito in tempore finito, ergo mobile finitum velocius in duplo potest pertransire illud spacium in minori tẽpore, & iterum aliud in minori: igitur.

T. c.67. & inde.

QVONIAM autem omne aut mouetur, aut quiescit quod aptum natum est moueri quando aptũ natum est.

Diuisiones status, & quietis.

ISTVD EST sextum capitulum, in quo philosophus determinat de diuisione status, & quietis ponens aliquas conclusiones. Prima, omne quod stat mouetur. Probat; quia omne quod natum est moueri eo tempore quo natum est moueri, & sicut natum est moueri quiescit, vel mouetur: sed illud quod stat vbi, & quando stat natum est moueri, & non quiescit, cum simul tenderet ad quietem & esset in quiete, ergo mouetur. Ex quo infert primo, quòd omne quod stat, stat in tempore; quia omne quod mouetur, mouet in tempore; igitur. Secundo infert, q; omne quod stat in aliquo tempore; primo stat in qualibet parte illius temporis. Secunda conclusio; in statu non est dare primum mutatũ esse, vel statum esse, quia in motu non est dare primum motũ esse: ergo nec in statu, tenet cõsequẽtia: quia status est motus. Tertia conclusio: omne quod quiescit, in tempore quiescit, qđ probat: quia illud quod quiescit, quiescit in tempore, vel in nunc sed non quiescit in nunc, cum in nunc nihil contingat moueri: ergo nec quiescere: illud ergo quod quiescit in tempore quiescit. Ex quo infert, quòd non est dandum primum, in quo primo aliquid quiescit: quia omnis quies est in tempore: sed in tempore non contingit dare primum sic: quòd

E fit omni alio prius: igitur nec in quiete.

T. c. 75. & inde.

ZENO autem ratiocinatur & paralogizat, si enim semper dicit quiescit omne, aut mouetur: cum sit secundum æquales &c.

Rationes Zenonis probantes non esse motum.

ISTE EST tertius tractatus huius libri, in quo philosophus recitat rationes aliquorum philosophorum, quas faciebant cõtra positionem ipsius de motu. Et primo recitat rationes Zenonis, per quas probabat motum non esse: quarum Prima est: oẽ mobile existens in aliquo loco sibi æquali quiescit, vel mouetur in illo loco: sed mobile in quolibet instãti est in loco sibi æquali: ergo hic mouetur, vel quiescit. F Respondet philosophus negando maiorem: quia plus requiritur, scilicet quòd natum sit hic moueri, vel quiescere: cuiusmodi non est instans. Secunda ratio: impossibile est infinitum pertransire tempore finito: sed in qualibet spacio sunt infinitæ partes: igitur. Respondet quòd licet, in quolibet spacio sint infinitæ partes in potẽtia sub sistendi: non tamen in actu supple subsistendi, quæ scilicet sint actu diuisæ adinuicem. Tertia ratio: si possibile esset aliquid moueri de loco ad locum: sequeretur, quòd velocissime motum nunquam attingeret tardissimè motum: consequens est falsum: igitur. Consequentia patet: quia ponatur velocissime motum in principio alicuius spacij, & tarde in medio spacij, & simul incipiant moueri: vel ergo quando velocissimè motum venit ad medium, tardissimè motum transiit aliquod, vel non: si non: ergo quiuit: si sic: ergo velocissimè motum non attingit ipsum in medio: & sic deinceps. Respondet philosophus, quòd argumentum bene procedit, si tales signationes fierent per partes eiusdem rationis. Quarta ratio: omne quod est in loco sibi æquali non mouetur: sed semper continuè motum est in loco sibi æquali: igitur. Respondet philosophus, quòd minor est vera: si ly semper distribuat pro instantibus: non autem si distribuat pro partibus ipsius temporis. Quinta ratio; si sic sequeretur, quòd mobile tardum velocius pertrãsiret aliquod spacium, quàm mobile velocius, patet: quia ponatur vna linea quæ vocetur a, & alia quæ vocetur b, & ponatur vnum mobile: quod transeat super a, quod sit velocius in duplo, quam b: & a, & b, mouentur contra seinuicem: tunc b, citius, vel eqnè cito transiret a, quàm aliud mobile. Figura.

H



RESPONDET philosophus, quòd ibi non est bona comparatio mobilium adinuicem.

OSTENSIS autem his dicimus, quòd impartibile nõ contingit moueri nisi secundum accidens.

T. c. 76. & inde.

Istud

A *Indiuisibile non est mobile.*

ISTVD est secundum, & vltimum capitulum huius sexti, in quo Philosophus vult ostendere, quòd indiuisibile non potest moueri: & ponit aliquas conclusiones: quarum Prima est, non contingit impartibile, seu indiuisibile moueri. Probat aliquibus rationibus. Prima, quia tunc simul moueretur, & quiesceret, quod est falsum: igitur. Maiorem probat, quia aut indiuisibile moueretur, secundum quòd est in termino ad quem: vel secundum quòd est in termino a quo: vel secundum quòd partim in termino a quo, & partim in termino ad quem: Non primum, quia quod est in termino ad quem mutatum est, & non mouetur: Nec secundum: quia mobile in termino a quo quiescit: Nec tertium: quia in B diuisibile non habet partes: ergo non est partim in termino a quo, & partim in termino ad quem. Secunda ratio: omne quod per se mouetur de loco ad locum, prius pertransit locum sibi æqualem, vel minorẽ, quàm maiorem: sed ipsum indiuisibile non potest pertransire locum minorem, eo quòd indiuisibili nihil est minus: nec locum æqualem: quia tunc indiuisibile esset immediatum indiuisibili.

Secunda conclusio, impossibile est generationem, corruptionem, augmentationem, diminutionem, aut alterationem esse infinitas: quia inter certos terminos finales non est mutatio infinita: sed omnes illæ mutationes sunt inter certos terminos finales: igitur. Maiorẽ probat, quia vel sunt inter terminos cõtrarios: vt augmentatio, diminutio, & alteratio: aut inter C terminos contradictorios, sicut generatio, & corruptio.

Tertia conclusio non omnis mutatio localis est finita: quia non omnis est inter terminos contrarios: vt patet de motu circulari: omnis tamen mutatio localis recta, est finita: quia impossibile est aliquid moueri ad aliud, ad quod impossibile est motum esse: sed impossibile est mobile, quod mouetur motu recto, esse motum ad infinitum: igitur. Circa textum.

Vtrum motum fieri in instanti implicet contradictionem.

QVAERITVR vtrum implicet contradictionem motum fieri in instanti. Primo D arguitur, quòd non: quia successio accidit ipsi motui: igitur potest esse motus sine successione, seu dicitur esse successimus. Antecedens patet: quia motus habet successionem a tempore: igitur. Secundo sic: Velocitas, & tarditas motus accidunt ipsi motui: ergo etiam successio: quia successio velocitas, & tarditas videntur esse idem: cum omne successiuum sit velox, vel tardum.

Tertio sic: Angelus in instanti potest acquirere, vbi, sibi propinquum: cum ibi non sit aliquod impedimentum: & hoc non sit, nisi per motum localem: igitur. Quarto sic: Deus potest mouere in instanti angelum de cœlo ad terram: & hoc nõ fit nisi per motum localem: igitur. Quinto sic: Bene sequitur, motus sit, ergo in instanti sit: patet

E patet, quia bene sequitur motus fit: ergo motus nunc est, & immediate ante hoc non fuit; ergo fit in instanti. In oppositum videtur esse Philosophus in textu, vbi habet, quòd motus, & quies non fiunt nisi in tempore. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Art. 1.

PRIMO sciendum, quòd (vt iam aliàs visum est) motus est entitas successiua; sic quòd successiuum est de essentia eius, sicut animal de essentia hominis: ita quòd sicut implicat contradictionem hominem esse, & nõ esse animal, ita implicat cõtradictionem motum esse & non esse successiuum: licet tamen mutatio localis, vel aliqua alia mutatio posset fieri in instanti: vt Deus posset in instanti causare caliditatem in aqua: sol etiam in instanti potest illuminare vnam partem aeris sibi debite approximatam, & non indispositam: & tunc sunt ibi mutationes: sed non sunt ibi motus. Et si quis arguat virtus infinita in minori mensura potest aliquid mouere, quam virtus finita: si ergo sol in instanti posset illuminare aerem: ergo Deus in minori mensura poterit aerem illuminare: & per consequens aliqua mensura erit minor instanti: & per consequens minus indiuisibilis: quod est falsum. Respondetur, quòd maior est simpliciter falsa, si vniuersaliter capiatur: si autem indefinite capiatur sic, quòd virtus finita moueret in mensura diuisibili: tunc posset concedi. Ex istis sequitur primo, quòd si alicubi inueniatur, quòd motus fit in instanti, debet simpliciter negari: vel debet accipi motus large, vt se extendit ad mutationem. Sequitur secundo, quòd successio motus est effectiue ab illo, a quo est motus cum sint idem realiter: ideo cum quæritur a quo prouenit successio in motu: debet responderi ab illo effectiue, a quo est motus. Ex quo sequitur tertio, quòd successio in motu velocitas, & tarditas non sunt idem. Nam velocitas, & tarditas simpliciter accidunt motui, nõ autem successioni: ideo dictum est prius, quòd motus potest esse velox in principio, & tardus in fine. Ex quo sequitur quarto, quòd motus non potest fieri nisi in tempore vero, vel potentiali, vel priuatiuo, vel imaginario.

Quid sit motus.

Ar. in 2. dis. 2. q. 1.

SECVNDO sciendum, q circa textum incidunt adhuc aliquæ difficultates. Primaverũ quies componatur ex diuisibilibus, sicut motus, cuius est priuatio. Respondetur, quòd sicut iam pluries visum est: quies nõ dicit, nisi negationem motus in subiecto apto nato: sed negatio non componitur nisi forte priuatiue: quod tamen nõ est componi. Vnde potest probabiliter dici, quòd priuatiue eodem modo loquendum est de quiete, quemadmodum positiue dicitur de motu: sic videlicet, quòd quies supple priuatiue componitur ex diuisibilibus, quæ continuantur per indiuisibilia, quæ vocantur immutationes: & sicut motus terminatur per indiuisibilia: ita quies. Vnde sicut ipsius motus non est dabilis prima pars: ita nec ipsius quietis: & sicut ista exponitur motus

G

H *An qđ componatur ex diuisibilib.*

A tus incipit esse, motus desinit esse: ita ista quies incipit esse; quies desinit esse. Ex quo sequitur, quòd sicut in motu sunt duo positiua, scilicet partes ipsius motus, & mutata esse, quæ sunt indiuisibilia in motu continuantis partes motus adinuicem: ita in quiete sunt duo priuatiua, scilicet partes quietis, & immutationes, quæ sunt indiuisibilia, quæ mensurantur instantibus. Secũda difficultas quomodo intelligitur, quòd omne quod mouetur partim est in termino a quo, & partim in termino ad quem. Respondetur supponendo, quòd duplices sunt termini a quo, & termini ad quem: quidam sunt vltimati, quibus habitis cessat motus: & de istis non intelligitur: quia non oportet, quòd illud, quod mouetur de cœlo, ad terram partim sit in termino a quo, puta in cœlo: & partim in termino ad quem, puta in terra. Alij sunt propinqui, & non vltimati: & de illis intelligitur: ita quòd sit sensus, omne quod mouetur ali quid habet de termino a quo, & aliquid de termino ad quem propinquo, & non vltimato. Ex quo sequitur, quòd non oportet, quòd omne illud, quod mouetur, habeat vnam partem in termino a quo, & aliam in termino ad quem. Nam aliquid potest simul calefieri secũdum se totum, & non prius secũdum aliam, & aliam partem. Etiam angelus mouetur, & tamen non habet partes: igitur. Dicitur, quòd illa propositio debet intelligi de mobili ratione, cuius fit successio in motu: cuiusmodi est mobile diuisibile, quod secundum partem sui est in termino, & termino: & de hoc magis postea dicetur: ideo si propositio vniuersaliter debeat esse vera, debet intelligi de partibus terminorum, & non de partibus mobilis.

Termin. a quo, & termini ad quem duplices

B

Ar. in 2. dis. 2. q. 1. quasi in fine.

C

TERTIO sciendum, quòd vt iam visum est aliàs in quarto huius, quòd causa successionis in motu, idest quare mobile non mouetur in instanti, prouenit ex resistentia mobilis ad motorem. Non quidam talis, quòd mouens non possit mouere mobile: vel quòd mobile inclinetur ad oppositum, cuiusmodi est in motu violento: sed talis, quòd mobile semper est sub aliquo, cui immediate non potest succedere terminus intẽtus a mouente: & talis resistentia mobilis ad motorem, est propter defectum virtutis mouentis: & cum hoc propter resistentiam medij ad mouens, & mobile: per quod medium potest intelligi omne illud, quod necessario præcedit inductionem termini ad quem, quod non est nisi respectu virtutis limitatæ: ideo respectu virtutis infinitæ non est necessario talis resistentia, cum talis virtus infinita possit statim ponere mobile in termino ad quem. Sed possibilitas successionis in motu est ex resistentia medij ad mobile, & motorem: mobile enim in quantum habet talem formam, inter quam & terminũ nata sunt esse talia media potest continue moueri per illa ad terminum ad quem: & per illa media, quæ resistunt mobili, vt possit nõ statim esse in termino, potest intelligi diuisibilitas partiũ

D

Vnde ꝓ uenias successio in motu vide Scotum ubi supra.

mobilis, vel diuisibilitas formæ secundum quam est motus, vel vtraq; simul. Sed necessitas successionis nunquam est ex tali resistentia: sed precisè ex resistentia mobilis ad agens seu ad motorem: ita quòd nõ sequitur, ibi est resistentia medij ad motorẽ, & mobile: ergo mobile successiue mouetur: quia stat, quòd inter terminum a quo, & terminum ad quem, erit talis resistentia medij, idest plura media: & tamen non mouebitur successiue ab vno ad aliud. Ex istis sequitur, ꝙ cum angelus sit virtutis finitę, in ipso inuenitur tota resistentia, quæ requiritur ad successionem motus: est enim primo resistẽtia mobilis ad motorem, & medij: cum enim inter terminum a quo, & terminum ad quẽ, sint multa mędia, quæ non potest simul facere, & terminum ad quem: sed oportet, ꝙ prius faciat illa media, quàm terminum ad quem: & ideo non põt in instãti moueri a termino a quo, ad terminum ad quem: sed oportet eum successiue trãsire media. Et ex istis sequitur, ꝙ ex aliunde prouenit successio in motu, & velocitas, & tarditas eius. Num successio essentialis motus prouenit ex diuisibilitate spacij seu ex distantia extremorum spacij: ideo si esset vnum vacuũ, adhuc ibi inueniretur causa successionis essentialis in motu. Sed velocitas, & tarditas proueniunt ratione conditionis accidentalis medij in raritate, & densitate: ideo potest dici, quòd cum in vacuo non sint tales conditiones accidentales medij, quòd nulla esset ibi tarditas, vel velocitas in motu: & quòd esset motus, qui non esset neq; velox neq; tardus, qui tamen vere esset successiuus; & similiter posset dici respectu angeli, quòd motus eius non esset velox neq; tardus.

Corollarium.

Ex quo sequitur, quòd si in vacuo mouerentur duo mobilia, vnum non moueretur velociori motu, quàm aliud: cum nullus motus eorum sit velox, vel tardus.

QVARTO sciẽdum, quòd circa textum incidit talis difficultas: vtrũ omne illud, quod continue mouetur: prius pertrãseat spacium ęquale, vel minus, quàm maius. Ad hoc respondetur, quòd pertransire potest capi dupliciter. Vnomodo pro trãsitione diuisibili, & indiuisibili. Si indiuisibili falsa est propositio: nam si intelligitur, quòd ante omne pertransiri maius vniuersaliter diuisibile pertranseat ęquale, falsum est: quia tũc oporteret concedere, quòd esset dare primam mutationem in motu locali: quod est falsum. Oporteret etiã dicere, quòd ante omnem mutationem successiuam, quæ est maior ipso mobili, precedat transitio indiuisibilis. Si de transitione diuisibili: tũc potest intelligi de toto non ratione totius, sed ratione partis: nõ adhuc ratione partis respectu proprij vbi ęqualis sibi: neque etiam comparãdo totum ad vbi sibi ęquale: quia pars prius pertransit spacium sibi correspondens: & etiam totum pertransit spacium sibi correspõdens: sed debet intelligi respectu alicuius certi puncti in spacio: Ex videlicet ꝙ totũ respectu partis prius pertransit illud, quod est minus

An quod mouetur prius pertranseat spacium ęquale vel minus, quàm maius.

se, quàm pertranseat ęquale, vel maius: & hoc est per accidens in quantum mobile potest habere minus vbi suo totali vbi. Et si quis arguat: angelus mouetur, & tamen pertransit spacium maius, quàm sibi ęquale, vel minus igitur. Respondetur, quòd si loquamur de vbi maiori, minori, & ęquali, secundum quę attenditur continuitas in motu; tunc prius pertransit maius, quàm minus, vel ęquale. Si iterum dicas punctum, quod de per accidẽs mouetur super spacium, semper est in spacio sibi ęquali, & pertransit totum: igitur mensurat totam lineam suppositam; & ita illa linea supposita erit composita ex punctis. Respondetur, quòd semper, idest in quolibet indiuisibili est in spacio sibi ęquali: non autẽ semper, idest in qualibet parte temporis: sed in tempore medio inter duo instantia fluit semper medium continuum inter illa extrema: Et per hoc posset solui argumentum, quod sit de corpore spherico moto supra planum, quòd semper id est in quo libet indiuisibili tangit punctum: sed non semper, idest in qualibet parte temporis: sed fluit spaciũ inter illa extrema.

Vbi supra.

Art. 2. An in motu detur primũ mutatiõ essẽ.

DVBITATVR primo: Vtrum in motu sit dare primum mutatum esse, & vtrum ante omne moueri sit mutatum esse, & econtra: & vtrum illud, in quo aliquid primo mutatum est, sit indiuisibile. Pro responsione primæ partis supponitur primo, quòd duplex est mutatum esse: quia quoddam est cõpletum, quod nihil aliud est, quàm terminus totius motus:

& sic dico, quòd bene est dare primum mutatum esse. Aliud est incompletum, quod est vnitium partium motus adinuicem: & sic dico, quòd in motu non est dare tale mutatum esse primum, cum non sit dabilis prima pars ipsius motus, saltem diuidendo motum per partes eiusdem proportionis, cum ante omnem partem motus sit alia pars motus. Sed pro responsione secundæ partis supponitur primo, quòd aliquem motum esse priorem alio motu potest intelligi dupliciter.

Vnomodo quo ad inceptionem eius: sic quòd prius inceperit, quàm alter. Aliomodo quo ad eius desitionem: sic, quòd ante ipsum desierit alius motus esse. Secundo supponitur, quòd istæ propositiones differũt: Ante omnem motum est motus: & motus est ante omnem motum: & etiam istę: ante omne mutari est mutatum esse; & mutatum esse est ante omne mutari. Nam in duabus primis prædicata supponunt confuse tantum: in alijs determinate: de quo alias multotiens visum est. Tertio supponitur, quòd postquàm motus sit in tempore, proportionabiliter oportet loqui, quo ad diuisibilitatem de eo sicut de tempore: & similiter de omnibus alijs, quæ successiue fiunt in tempore. Nam sicut ipsius temporis non est dabilis prima pars, nec vltima: sic nec illorum, quæ fiunt successiue in tempore: sed mutatum esse non fit in tempore: sed in instanti. His suppositis dicitur primo, quòd ante omnem motum est dare motum priorem

quo

E quo ad desitionem; licet non quo ad inceptionem, ideſt quòd ante desitionem cuiuslibet motus prius desinit alius motus: sed non ante inceptionem cuiuslibet motus incipit alius motus. Prima pars patet: quia quocunq; motu dato adhuc ille est diuisibilis: & ante desitionem eius desinit eius medietas, quæ est motus. Secunda pars patet: quia capto aliquo motu toto, qui fit in aliquo tempore ante susceptionem eius non incipit alius motus. Dicitur secundo, quòd post omnem motum est motus quo ad inceptionem: sed non quo ad desitionem, ideſt, quòd post inceptionem cuiuslibet motus incipit alius motus: sed non post desitionem cuiuslibet motus desinit alius motus:

F Prima pars patet: quia dato quocunq; motu ipse est diuisibilis: & post inceptionem eius incœpit eius medietas. Secunda pars patet: quia capto vno totali motu, qui fit in vno totali tempore, post desitionem eius non desinit alius motus. Ex istis infertur, quòd omne, quod mouetur prius mouebatur. Sequitur secundo, quòd de omni, quod mutatum est verum erat dicere, quòd ipsum mouebatur in tempore priori saltem quantum ad desitionem; & hoc voluit Philosophus quando dicit, quòd ante omne mutatum est mutari. Tertio sequitur, quòd de omni, quòd mutatur in aliquo tempore verum erat dicere, quòd ipsum mutatum erat in aliquo instanti priori: & hoc voluit Philosophus cum dicit, quòd ante omne mutari est mutatum esse. Sequitur vlterius, quòd sicut ante omne mutari ○ est mutatum: ita ante omne mutari est mutari saltem quo ad desitionem. Sequitur vlterius, quòd omne, quod mouetur mouebitur. Sequitur etiam, quòd ante omne mutatum continuatum est mutatum. Ad aliam partem respondetur sicut in textu, quòd illud, in quo primo mutatum est, mutatum est in aliquo indiuisibili.

An indiuisibile possit mutari.

DVBITATVR secundo, Vtrum indiuisibile possit mutari. Et respondetur breuiter, quòd duplex est indiuisibile: scilicet substantiale, & quantitatiuum, quòd habet positionem in continuo: & istud est duplex: scilicet indiuisibile simpliciter, sicut punctum in linea, mutatum esse in motu, & instans in tempore. Aliud est indiuisibile secundum quid: quod secundum aliquam dimensionem est indiuisibile: sed non secundum omnem: cuiusmodi est linea, & superficies. Vnde de indiuisibili subsantiali, cuiusmodi est angelus, & anima, ponuntur ali quæ propositiones. Primaran gelus potest continue moueri siue habeat vbi: punctale siue diuisibile; posset enim forte continue moueri, vt in puncto semper existens: ideſt de vno puncto ad aliud punctum: & de tali sicut de anima non est dubium quin non possit per se moueri: sicut anima post separationem eius a corpore per se potest moueri: & etiam motu successiuo: non quidem successiuo cuius successio prouenit ex parte mobilis: sed ex parte spacij. Vnde dicitur, quòd successio in motu attenditur

A ditur ex parte duorum: scilicet ex parte diuisibilitatis mobilis: & ex parte diuisibilitatis spacij. Et si quis dicat, dicit Arist. quòd omne, quod mouetur partim est in termino a quo: & partim in termino ad quem. Respondetur, vt iam prius dictum est: quòd talis propositio est intelligenda de mobili ratione cuius sit successio in motu: tale enim mobile secundum partem sui est in termino, & termino; & non solum, sed secundum idem sui est partim in termino vno, & partim in alio: ideo secundum partibilitatem partium mobilis indiuisibile non est partim in termino a quo, & partim in termino ad quem: sed bene secundum secundam partibilitatem, quę est partibilitas, spacij. Secunda propositio: talo indiuisibile substantiale, potest moueri motu alternationis saltem alternationa spirituali: sed non potest moueri motu augmentationis, neque diminutionis. Sed de indiuisibili quantitatiuo saltem simpliciter dicto sicut est punctum de quo est dubitatio ponuntur aliquæ propositiones. Prima, tale indiuisibile mouetur per accidens puta ad motum illius cuius est punctus: sic, quòd semper erit in spacio sibi æquali: vt iam prius visum est. Secunda propositio: si indiuisibile quantitatis esset per se existens esset per se mobile semper in spacio sibi æquali. Nam si corpus perfectæ sphæricum moueatur supra planũ: notum est, quòd in plano describit lineam: & tamen non tangit illud nisi in punctũ: ergo illud pũ C ctum pertransit totam lineam: & tamen nõ propter hoc illa linea, quæ pertransitur a puncto componitur ex punctis. Similiter nec hoc sequitur si illud punctum esset per se exiſtẽs. Tertia propositio: punctũ nõ potest moueri motu augmentationis vel diminutionis: sic ꝙ augmentetur, vel diminuatur: sed vtrũ possit moueri motu alterationis: puta quòd aliquem certum gradum qualitatis recipiat dubium est; & de hoc magis alias.

Ar. in 2. in passu prius allegato.

B

DVBITATVR tertio, Vtrum indiuisibile possit alterari, ideſt vtrum indiuisibile, sicut punctus possit recipere aliquam qualitatem: sic, quòd mutetur de vna qualitate in alią. Et arguitur, quòd sic: quia indiuisibile potest moueri localiter: ergo etiam potest alterari, ideſt moueri motu alterationis; D cum non magis videatur ratio de vno, quam de alio. Secundo sic, anima intellectiua potest alterari, & est diuisibilis: igitur. Antecedens patet: quia alteratur ab vna opinione cõtraria in aliam opinionem contrariam. Itẽ superficies põt alterari: quia potest mutari ab albedine in nigredinem: igitur: & tamen est indiuisibilis: igitur. Item nisi punctus esset æqualis, vt calidus sequeretur, ꝙ nihil esset vniformiter calidum: cõsequens est incõueniens. Et cõsequentia probatur: ga vniformiter calidum: dr cuius quilibet pũctus est æqualiter calidus. Itẽ nisi pũctus esset calidus sequeretur, quòd nihil secundum se totum esset calidum cum aliquid eius punctus non esset calidus.

In

E In oppositum videtur esse Philosophus in textu, qui dicit, quòd indiuisibile nõ potest moueri. Pro solutione huius dubij est aduertendum, quòd duo sunt modi extremi huius dubii. Vnus, qui tenet, quod punctus potest alterari: & facit rationes supradictas: Alius est, qui tenet, quod punctus non potest alterari: & facit aliquas rationes difficiles. Prima, quia tunc sequeretur, quòd esset dabilis minima albedo, & minima caliditas: quia esset dabilis qualitas pũctualis: vt albedo pũctualis, qua nõ posset dari minor: cum non esset diuisibilis. Item sequeretur, quòd esset aliqua caliditas, quæ nullius esset virtutis: quia illa caliditas pũctualis esset in infinitum remissa: ergo videtur, quòd nullius esset virtutis: quia talis non posset agere neq; resistere: cum omnis actio videatur esse certę intensionis: sed talis caliditas nullius esset intensionis: igitur. Item sequeretur, quòd in qualibet magnitudine esset qualitas infinite intensa: quia ibi essent infiniti gradus albedinis æqualis virtutis: cum ibi sint infinita puncta, quorum cuilibet ineesset qualitas æqualis virtutis. Item sequeretur, quòd illa qualitas punctualis non esset qualitas: quia sicut punctum se habet ad quãtitatem: ita illa qualitas punctualis ad qualitatem: sed punctus non est quantitas: igitur illa qualitas punctualis non esset qualitas. Pro solutione seu concordia istarum opinionum ponitur talis distinctio probabilis, quòd punctum esse alterabile potest intelligi dupliciter. Vnomodo sic, quòd recipiat qualitatem certam, & certę intensionis: & sic dico probabiliter, quòd non est alterabilis. Aliomodo, quòd alteretur qualitate, qua alterantur partes, quas continuat adinuicem: & tunc potest dici probabiliter, quòd punctus sit alterabilis: & hoc per accidens ad alterationem partium, quas continuat adinuicem. Alij tamen tenent probabiliter, quod punctus potest recipere qualitatem finitam certę intensionis: sicut anima, & angelus possunt recipere qualitates diuisibiles, quæ intenduntur: & tamen propter hoc non sequitur, quòd sint diuisibiles. Et hæc de secũdo arti. Quãtum ad tertium sit,

Sein 4. d. 10. q. 3 in solu. argumẽ tum primum.

F

H

CONCLVSIO responsalis: Motus est ens successiuum: conclusio sufficienter probata est in articulis. Ad rationes ante oppositum: patet solutio omnium argumentorum in articulis.

Art. 3.

PHYSICORVM
LIBER SEPTIMVS.

T. c. 1. & inde.

OMNE autem, quòd mouetur necesse est moueri ab aliquo: siquidẽ igitur in seipso non habet principium, motus: manifestum, quòd mouetur ab altero.

ISTE est septimus liber Physicorum Aristotelis, in quo ipse determinat de motu per

E comparationem ad mouentia, & mobilia: & continet duos tractatus. In primo determinat de motu per comparationem ad mouentia: & continet quatuor capitula. In primo ponit talem conclusionem: Omne, quod mouetur ab alio mouetur. Et subdit, quòd in illis, quæ non habent principium motus in seipsis, manifestum est ipsa moueri ab alio: licet ita non sit manifestum in alijs, quæ habent in seipsis principium sui motus. Deinde declarat dictam conclusionem: & primo istam propositionem, scilicet quòd si aliquid pauset, & quiescat ad quietem alterius, non mouetur a seipso primo, sed ab alio: quod probat inferendo ex oppositio consequentis oppositum antecedentis. Nã si aliquid mouetur a seipso primo, non pausabit neq; quiescet ad quietem alterius: ergo si aliquid pauset, & quiescat ad quietem alterius, non mouetur a seipso. Ex quo infert, quòd nihil, quod quiescit ad quietem alterius mouetur a seipso primo: sed omne, quod mouetur quiescit ad quietem alterius: ergo omne, quod mouetur ab alio mouetur: Maiorem relinquit notam: & minorem probat: quia ponatur, quòd a sit mobile: & quòd diuidatur in b, & c, vel ergo quiescente b quiescit c: & tunc c per se mouetur: vel non: & tunc sequitur, quòd a per se primo non mouebatur: quia illud dicitur moueri primo, quod secundum quamlibet sui partem mouetur.

D

Quòd mouetur ab alio mouetur.

T. c. 3. & inde.

QVONIAM omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur: necesse est, & quod mouetur omne.

In mouẽtibus & motu nõ datur ī infinitũ.

ISTVD est secundum capitulũ, in quo Philosophus ostendit, quòd in mouentibus, & motis non est processus in infinitum, ponendo talem conclusionem: Non est processus in infinitum in mouentibus, & mobilibus. Pro cuius probatione ponit tres suppositiones. Prima, Si in mouentibus, & motis fit processus in infinitum; ponatur, quòd a moueatur a b: & b a c: & c a d: & sic deinceps. Secunda suppositio: mouens simul tempore mouet, & mobile

A mouetur: nam falsum est dicere, quòd aliquid mouet, & nihil mouetur. Ex quo sequitur, quòd existentibus infinitis mouentibus, & motis, omnes illi motores simul mouent, & mobilia simul mouentur. Tertia suppositio: cuiuslibet mobilis motus est vnus numero, & finitus, qui fit tempore finito. Consequenter probat suam conclusionem: quia si in mouentibus, & motis esset processus in infinitum, sequeretur, quòd motus infinitus fieret tempore finito: quod est falsum, consequentia patet; quia motus ipsius a, fit in tempore finito: similiter motus ipsius b; & cum omnium mobilium motus sint in eodem tempore: vt dicit secunda suppositio: sequitur, quòd motus aggregatus ex omnibus his motibus F esset infinitus: & tamen fieret in tempore finito. Deinde ponit vnam cauillationem: diceret enim aliquis, quòd ex omnibus illis motibus non fieret vnus talis motus numero cum mobilia non sint continua adinuicem. Soluit, quia dato, quòd non sint continua adinuicem: ipsis tamen non repugnat continuari adinuicem: quo facto motus erit vnus infinitus compositus ex omnib⁹ illis motib⁹, & in tempore finito: igitur.

T. c. 9. & mle. PRIMVM autem mouens non sicut, quòd est cuius causa: sed vnde est principium motus, &c.

Mouēs, & motū simul sūt ISTVD est tertium capitulum, in quo Philosophus ostendit, quòd mouens, & motum simul sunt: dicens primo, quòd mouens in genere causæ efficientis simul est cum moto. Et C pro probatione huius ponit aliquas diuisiones motus localis, & specierū eius: dicens primo, quod omne, quod mouetur localiter, vel mouetur a principio intrinseco, vel extrinseco. Vnde si moueatur a principio intrinseco manifestum est, quòd in tali motu mouēs, & motum simul sunt. Deinde diuidit alterum membrum: dicens, quòd motuum localium, qui fiunt ab extrinseco: quidam vocatur pulsio, quidam tractio, quidam vectio, & quidam vertigo. Aliis vero possunt reduci ad istos. Et dicit, quòd pulsionis duę sunt species, scilicet impulsio, & expulsio. Impulsio, est motus, in quo mouens non deficit ei, quod mouetur, sed expulsio est motus, in quo mouens deficit ei, quod mouetur: sic quòd non semper manet per totum motum cum toto. sicut est proiectio lapidis. Deinde describit vectionem: dicens, quòd illud, quod vehitur, mouetur ad motum alterius supra, quod vehitur. Deinde dicit, quòd tractio, est motus quo aliquid mouetur ad trahens: & motus trahentis est velocior, quàm motus illius, quod trahitur: nec mouens separatur ab eo, quod mouetur. Deinde reducit alios motus ad tractum: vnde inspiratio reducitur ad tractum: sed aspiratio reducitur ad pulsionem; & etiam spathisis, & cercisis ad tractum. Et subdit, quòd omnis aggregatio reducitur ad tractum, & disgregatio ad pulsum. Deinde dicit, quòd vertigo est motus, compositus ex pulsu, & tractu: sicut quando vnum dolium vertitur: cu-

A cuius vna pars trahitur, alia vero pellitur. Finaliter declarat suam conclusionem, scilicet, q̃ omne mouens simul sit cū moto; quia in motu pulsus, & tractus mouens est simul cum moto: & cum omnes alij reducant ad istos: igitur. Deinde declarat in motu alterationis: q̃ omnes qualitates, secundum quas est alteratio proprie dicta, sunt qualitates sensibiles: sed secundum illas non potest aliquod corpus alterari ab aliquo corpore remoto, nisi prius alteretur corp⁹ propinquum: sicut calefaciens non potest prius calefacere corpus distans, quàm corpus propinquū. Deinde declarat in motu augmentationis, & diminutionis: quia augmentatio fit per appositionem nutrimenti ad aliud, quod augetur: & diminB tio per ablationem alicuius: igitur augens, & diminuens simul sunt cum moto.

T. c. 14. & mle. QVONIAM autem, quæ alterantur, alterantur omnia a sensibilibus: & solum horum alteratio, &c.

Alteratio per se ad quas qualitates est. ISTVD est quartum capitulum, in quo Philosophus ostendit, q̃ solum ad qualitates tertię speciei est per se alteratio, & intendit talem conclusionem. Ad solas qualitates tertiæ speciei est per se alteratio: quod probat dupliciter. Primo, quia ad solas qualitates actiuas, & passiuas est per se alteratio: sed solæ qualitates tertiæ speciei sunt huiusmodi: igitur. Secūdo probat inductiue: quia ad qualitates primæ speciei non est per se alteratio, neque ad qualitates secūdæ speciei, neque quartæ: igitur solum ad qualitates tertiæ speciei est per se alteratio. Et q̃ ad qualitates quartæ speciei nō sit per se alteratio probat tribus rationibus. Prima, ad illas qualitates non est per se alteratio: quæ non acquiruntur nisi per acquisitionem alterius: sed qualitates quartæ speciei sunt huiusmodi: igitur. Dicunt aliqui, q̃ acquiruntur per condensationem, vel rarefactionem: alij per motum localem. Secunda ratio sumitur ex communi modo loquēdi, & est ista: Qualitates, ad quas est per se alteratio, debent prædicari de subiecto, & econtra: sicut dicimus, calidum est æs: & æs est calidum: sed qualitates quartæ speciei non prædicantur de subiecto: vt non dicimus, statua est æs. Tertia ratio, ridiculum est dicere aliquid alterari alteratione corrupta, cum perficiatur: sed quando æs recipit figuram, perficitur: igitur. Consequenter probat, quòd ad qualitates primæ speciei non est per se alteratio, ponendo tres conclusiones. Prima: ad habitus corporales non est per se alteratio: quia tales sunt ad aliquid: ergo ad nullos tales est per se alteratio. Antecedens probat: quia omnes habitus corporales sunt virtutes, vel malitiæ, quæ omnia sunt ad aliquid. Secunda conclusio: ad habitus morales non est per se alteratio, probat duabus rationibus. Prima, nihil dicitur alterari dum perficitur, aut corrumpitur: sed per virtutem, vel malitiam moralem aliquid perficitur, aut corrumpitur, siue imperficitur: ergo sec-

E dum illas qualitates non est per se alteratio. Secunda ratio: illud quod fit ad productionem alterius non acquiritur per alterationem: sed sic est de virtutibus cum acquiruntur per actus, & operationes, vel delectationes, vel tristitias: igitur. Tertia cõclusio, ad habitus intellectuales non est per se alteratio, probatur duabus rationibus. Prima, quia habitus intellectuales, cuiusmodi sunt scientia, sapientia, sunt ad aliquid: igitur. Secunda ratio: illud non acquiritur per motum, quod acquiritur per quietationem: sed sic est de habitibus intellectualibus: igitur non acquiruntur per motum. Minorẽ probat: quia anima in quiete, & residentia, fit sciens, & prudens. Ex quo textu elicitur hæc auctoritas: sedendo, & quiescendo fit anima prudens, & F scientia: videmus enim infirmos, & ebrios non esse aptos ad sciẽtiam propter motum, & turbationem: quam habent. Circa textum.

An in omni motu mouens sit simul cum motu.

QVAERITVR, vtrum in omni motu mouens sit simul cum moto. Primo, arguitur, q̃ non: quia cælum mouet hęc omnia inferiora: & tamen non est simul cum istis inferioribus: igitur. Secundo sic: Proiiciens mouet proiectum, & non est simul cum proiecto per totũ motum: Nec valet dicere, quòd moueatur ab aliqua forma sibi inducta: quia omnes tales formæ viderẽtur esse eiusdem speciei: & tamen proiecta diuersis motibus mouerentur: igitur Ter- G tio sic: Magnes attrahit ferrum, & mouetur ad se: & tamen non est simul cum ferro: igitur. Nec valet dicere, quòd ferrum moueatur ab aliqua forma accidentali inducta ipsi ferro: Nam videmus præcise moueri ad magnetem, quod tamen non fieret: igitur. Quarto sic: Obiectum mouet potentiam: vt color visum; & illud, quod intelligitur intellectum: sed neutrum est simul cum moto. Primo, non sensibile: quia sensibile positum supra sensum non facit sensationem. Etiam dicunt piscatores, q̃ est quidam piscis, qui vocatur stupor: qui facit manus piscatoris tremere, cum tenet rhetia: & tamen non est simul cum pisca tore: igitur. Quinto sic: Aliqua fortius agunt in distantia, quàm in propinqua: vt patet de speculo concauo: & tamen non est si- H mul cum moto: igitur. In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum, quòd pro declaratione quæstionis supponitur primo, quòd mouere non est aliud, quam aliquid in alio causare: nisi quòd sicut illud quod causatur, diuersificatur; ita & mouere. Nam si causetur motus localis in aliquo, vbi, ibi erit mouere localiter: si vero qualitas, ibi erit mouere motu alterationis: si quantitas, ibi erit mouere motu augmentationis. Et sic patet, quòd sicut motus diuiditur, ita & mouere: & ita proportionabiliter potest dici de moueri: Aliquid .n. dicitur moueri motu locali: aliquid motu alterationis: & aliquid motu

Art. 1.

Quid est mouere.

A tu augmentationis, & diminutionis. Supponitur vlterius, quòd duplex est mouens: scilicet principale, & instrumentale. Et ad cognoscendum ista supponitur, quòd instrumẽtum potest capi multipliciter. Primo modo, vt distinguitur contra causam primam: & sic omnis causa secunda potest dici causa instrumentalis: sed hoc est multum capere large instrumentũ.

Mouens duplex.

&c. in 4. d. 1. q. 4. in resp. ad 5. quæstionem.

Secundo modo, pro eo, quod est pars, per quam totum agit: & sic dicit Arist. in secundo de Anima: quòd organa sensuum, vel aliarum potentiarum sunt instrumẽta, per quæ totum agit: & sic manus dicitur esse instrumentum, per quod homo leuat lapidem. Tertiomodo dicitur instrumentum causa actiua ad aliquam dispositionem prima: & sic qualitates actiuæ, virtute B quarum aliquod agens agit, dicuntur instrumenta: vt caliditas respectu ignis: & grauitas respectu lapidis. Quartomodo, capitur instrumentum pro instrumento artis, cuiusmodi malleus dicitur instrumentum; & de isto potest dici, quòd nullam virtutem actiuam habet respectu effectus: serra enim non habet in se, nisi quantitatem, figuram, & motum localem: de quibus omnibus patet, quòd non sunt formę actiuę. Ex isto patet, quòd instrumenta artificialia non sunt formaliter actiua: sed tãtum sunt receptiua cuiusdam effectus prioris ordinati ad effectum vltimum: sicut enim baculus non habet virtutem actiuam expellendi pilam: sed tantum recipit motum a mouente ipsum baculum: sic etiam instru-

menta artificialia. Et si quis dicat: quare ergo baculus pellit pilam. Respondeo, quòd hoc est, vt duo corpora incompossibilia non sint in eodem loco: & secundum hoc potest faciliter distingui inter mouens principale, & instrumentale. Vnde homo mouẽs pilam per baculum, dicitur mouens principale, & baculus instrumentale: & lapis monẽs se deorsum dicitur mouens principale, & grauitas eius instrumentale: & proportionabiliter dicitur in alijs motibus. C

Baculus unde pellat pilam.

SECVNDO sciendum, quòd mouens, & motum esse simul potest intelligi dupliciter. Vno modo quòd sint in eodem loco adæquato. Aliomodo, quòd sint simul simultate immediationis, i. q̃nihil mediet inter mouẽs, & inter motũ. Tũc ponunt aliquę propositiones. Prima, D non oportet mouens principale, & motum esse simul simultate loci proprij, id est non oportet, quòd sint in eodem loco adæquato, licet aliquando contingat ita: & hoc quando idem est mouens, & mobile. Secunda propositio: mouens principale est simul cum moto quo ad contactum virtualem: sed non oportet, quòd semper sint simul quo ad contactum mathematicum. Vnde duplex est contactus: scilicet virtualis, & mathematicus. Vnde contactus virtualis, est quando agens habet virtutem supra passum: quẽ admodum cœlum, quod mouet ista inferiora: est simul cum istis inferioribus simultate contactus virtualis: & omne agens breuiter est simul cum passo ta-

Mouens & motũ esse simul quot modis intelligitur.

Contactus duplex.

B li simultate. Sed contactus mathematicus, est quando vnum tangit aliud, ideſt quòd vltima aliquorum sunt simul; & sic nõ oportet, ꝙ mouens principale, sit semper simul cum moto quo ad talem contactũ. Secũda propositio, mouẽs min⁹ principale, seu instrumẽtale, vt in pluribus est simul cum moto simultate loci proprij; & hoc maxime qñ mouens instrumentale est qualitas: vt granitas lapidis est simul cum lapide moto deorsum. Etiam qualitas, seu impetus mouens pilam extra manum proijcientis est simul cum pila. Et no tanter dicitur, vt in pluribus; nam quando ignis calefacit aquam: ignis est mouens principale, & caliditas instrumentale: & caliditas, quam aqua recipit dicitur mouere ipsam aquam formaliter: sed non effectiue.

F Vnde forma, quam recipit mobile dicitur formaliter mouere motum: sed non effectiue, nisi forte in motibus proiectorum, seu violentorum. Vnde mobile per illam formam, quam recipit est in actu formali tale vbi pri⁹ erat in potentia formali. Ideo ex omnibus istis potest concludi, quòd non oportet, quòd motus, & motum siue sit mouens principale, siue instrumentale sit semper simul cum moto, quo ad contactum mathematicum: vel quo ad simultatem loci proprij: sed bene oportet, quòd sit simul quo ad contactum virtualem.

An ꝙ motus, & motis fit processus in infinitum.

Tertio sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas: Vtrum in mouentibus, & motis sit processus in infinitum. Et videtur, quòd sic: nam secundum Aristotelem, sortes est productus a Platone, & Plato ab alio homine vsque in infinitum: quia secundum Aristotelem non est dabilis primus homo: ideo ante omnem hominẽ fuit homo. Pro solutione tu ponitur quòd Aristoteles solum hic videtur loqui de mouentibus, & motis corporeis: sed in secundo Metaphysicæ vniuersaliter loquitur de omnibus ostendẽdo, quòd in nullo genere cau sæ est processus in infinitum.

G

Monẽtia quæ.

Secũdo supponitur, quòd duplicia sunt mouentia: quædam sunt essentialiter subordinata, quorum secundum dependet a primo in mouendo: & sunt alterius rationis, & simul necessario requiruntur ad mouẽdum: quemadmodum diceremus, ꝙ Deus, sol, & homo essent mouentia subordinata. Et de istis dicitur, quòd in talibus non est processus in infinitum: sed deueniendum est ad vnum primum mouens: quod mouet, & non mouetur ab alio. Alia sunt accidentaliter subordinata quorum secundum non dependet a primo in mouendo licet possit dependere in esse. neq; requiritur simultas eorum ad mouendum, neq;, quòd sint alterius rationis: quemadmodum diceremus pater, & filius: & in istis bene potest esse processus in infinitum sicut probat ratio. Et aduerte, quod ratio ipsius Arist. & etiam mens eius vult habere, quòd impossibile est esse infinita mouentia corporea: vt patet intuenti rationem: quia dicit; quòd oporteret aggregatum ex omnibus illis mouentibus esse infinitum: & per consequens motum

H

A tum esse infinitum. Et si quis dicat; si sua ratio concluderet etiã concluderet de mouentibus accedentaliter subordinatis; nã si essent infinita mouentia accidentaliter subordinata; etiam aggregatum ex ipsis esset infinitum. Potest dici ad hoc sustinendo Aristotelem: ꝙ ipse non concessisset illa posse congregari vel continuari adinuicem: vel posset etiam dici, ꝙ sua ratio non demonstrat: sed solum est quædam persuasio.

Magnes, qñs attrahat ferrũ.

Quarto sciendum ꝙ alia difficultas est, quomodo magnes attrahit ferrum ad se: vtrum causet aliquam qualitatẽ in ferro per quam moueatur ferrũ. Respõdetur probabiliter ꝙ magnes orbiculariter multiplicat virtutem suã in medio susceptibili: & etiã in subiecto apto nato moueri a tali virtute. Vnde si ferrum esset ibi orbi-

E cularitер causaret ibi tantum quantum posset illam qualitatẽ in ferro a qua moueretur ferrũ. Vnde straмen vel festuca nõ est nata moueri a tali virtute: ideo non mouetur a magnete: dato ꝙ straмen esset, inter magnetem & ferrum. Similiter diceretur de stupore qui etiam quandam qualitatem orbiculariter multiplicat in medio, qã natum est illam recipere & in subiecto, quod natũ est moueri a tali qualitate. Vnde manus piscatoris a tali qualitate mouetur: sed nõ mouetur rethe, eo ꝙ non natũ est moueri a tali qualitate. Et aduerte, ꝙ, vt dicit Commentator, ꝙ si magnes vngeretur oleo cessaret eius attractio: quia ab oleo impediretur ne virtus eius diffundatur. Et ꝙ hoc solauntur argumenta quæstionis. Et si quis quærat: vnde veniat, quòd aliquando ageus fortius agit in distans, quàm in non distans. Respondetur probabiliter, quòd forte hoc est per accidens: vt sol magis calefacit partes aeris, quæ sunt circa terram, vel circa aliquem pariatem, quàm faciat alias partes aeris: & hoc est propter reflectionem radiorum a terra, vel ab aliquo alio corpore. Etiam speculum concauum circa centrum suum magis calefacit, quam circa alias partes eo quòd ibi est maior vnio radiorum reflexorum, quàm prope partes extremales. Et ex omnibus istis patet, quomodo intelligitur, quòd omne mouens est simul cũ moto. Nam est simul, vel secundum contactum mathematicum si mouẽs moueat D primo ipsum motum: vel secundum tactum virtualem, si non moueat per se primo. Et hæc de primo articulo. Quãtum ad secundum.

C

Art. 2.

Oẽ quod mouetur, & ex re ua.

Dvbitatvr primo: Vtrũ ista propositio sit vera: omne quod mouetur ab alio mouetur. Pro cuius solutione supponitur, ꝙ ly primo, potest capi dupliciter. Vno modo, vt idẽ est, ꝙ secundum se totum, seu secundum quamlibet partẽ: & vt opponitur ei, quod est secundũ partem: quemadmodum capiebat Philosophus primo in. 5. Phys. vbi dicit: aliquid tripliciter mouetur: Similiter in 6. & 8. huius, vbi dicit, quòd quicquid mouetur primo in tempore, mouetur in qualibet parte tẽporis. Alio modo accipitur, vt dicit causalitatem præcisim, seu adæquatio-

E nem: quemadmodū capit Arist. in 1. Posteriorum, cum dicit, ꝙ passio primo conuenit suo subiecto: primò, ideſt adæquate. Hoc suppoſito, dico quod ratio Aristo. bene probat, quòd nullum corpus mouetur a seipso primo ista duplici primitate: quia si moueretur a seipso primo, ideſt secundum se totum seu quamlibet partem: nunc motus ineſt cuilibet parti eius. Quod patet: quia moueri hoc modo ē passio homogenea: passio autem homogenea non ineſt alicui toti primo hac primitate, nisi insit cuilibet parti ei⁹. Ex quo sequitur, quòd si totum mouetur primo, ideſt secundum quamlibet partem: quòd si pars quiescat, totum quiescit: sed secunda primitas non remouetur ab aliquo toto propter hoc, ꝙ remouetur ab aliquo, quod nō eſt ipſum: nec propter hoc, quod remouetur ab aliquo, quod eſt aliquid eius: ideo si aliquod totum mouetur hac primitate, non quiescit ad quietem partis. Ex quo patet, quòd implicat contradictionem aliquod totum moueri primò hac duplici primitate, ſcilicet primitate adæquationis, & totalitatis: licet aliquid poſſet moueri præciſe aliqua primitate a seipso: ſicut graue mouetur a seipso primo ſecundum primam primitatē: quia ſecundum quamlibet ſui partem mouetur. Et cuilibet parti competit moueri: licet non primo, ſed in quantum pars eſt in toto: vult ergo Ariſto. pro tota reſolutione, quòd omne, quod mouetur per ſe primo hac duplici primitate, ab alio mouetur: immo impoſsibile eſt, quòd aliquid tali duplici primitate moueatur: ideo habetur iſta propoſitio, vera. Nihil mouetur a ſeipſo primo tali duplici primitate. D

An ad qualitates primæ ſpeciei ſit per ſe alteratio.

DVBITATVR ſecundo. vtrum ad qualitates primæ ſpeciei ſit per ſe alteratio? Et videtur, quòd ſic: quia Ariſto. probans, quòd ad qualitatem ſit per ſe motus, probat, quòd in ipſa eſt contrarietas: ſed in qualitatibus primæ ſpeciei eſt contrarietas: igitur: cum habitus morales contrarientur adinuicem: puta liberalitas, & illiberalitas: igitur. Item iſta eſt per ſe, ſanatio eſt ad ſanitatem: ergo motus eſt per ſe ad qualitatem; cum ſanatio ſit motus. Item ſi ad tales qualitates non eſſet per ſe alteratio, hoc maxime eſſet: quia ſunt ad aliquid, vt videtur probare Ariſto. ſed hoc non: quia ſunt qualitates: igitur. In oppoſitum eſt Ariſto. in textu. Pro cuius ſolutione ſupponitur primo, quòd poſſet dici, ꝙ Ariſto. ibi non loquitur ſecundum ſuam propriam opinionē: ſed ſecūdum opinionem Platonis. Et hoc videtur approbare Commentator in eodem paſſu: & etiā videtur, quòd ſanctus Auguſtinus imponat talem opinionem Platoni: ideo videtur, quòd fuerit opinio Platonis, & non Ariſtotelis. Dicitur tamen, quòd aliter poteſt dici: puta, quòd ſi hæc fuerit opinio Ariſto. quòd ipſe hoc dicit, eo quòd ad nullam formam eſt per ſe motus, vel mutatio: niſi talis forma propria acquiſitione poſsit acquiri: & ideo ad

Sent. m quotli. q. 13. in 2. arg. in ſ̄n ſecūd da ratiōnis.

A ad nullam formam eſt per ſe alteratio vel motus, quæ ſolum acquiritur alia acquiſita: quemadmodum dictum eſt de relationibus: & quia iſtæ qualitates primę ſpeciei: ſicut ſunt habitus, non acquiruntur niſi aliqua alia prius acquirantur: vt ſanitas non eſt terminus proprius alicuius alterationis; ſed aliqua alia alteratio ad aliquem gradum calidi vel frigidi: & tūc ſit commenſuratum aliis qualitatibus & tunc eſt ſanitas: ideo dicitur ꝙ ipſe non concedit ad tales qualitates eſſe per ſe alterationem, eo ꝙ non concedit alterationem eſſe ad aliquam qualitatem primi, quæ poteſt primo acquiri. Ac ꝙ ipſe non tantum: ſed omnes ſequitur ad formam inductam, ſicut relatio: ſed eius inductio neceſſario ſequitur inductionem alicuius formæ prioris: ſed ſic eſt ꝙ iſti habitus requuntur ad productionem actuum & operationū: igitur: Et ſic ad nullam ſcientiā vel conſiderationem eſt per ſe alteratio immediata in tali ordine, tanquam primo alterantis: quod quidem primum alterans eſt obiectum, quod non primo cauſat ſcientiam nec conſiderationem: ſed ſenſationem & ſpecies ſenſibiles: ideo reſtat ſolutiones rationes. Ad primā conceditur ꝙ eſt bene contrarietas: ſed hoc non ſufficit: ſed requirit ꝙ in inceptione eius nō neceſſario requiratur alterius alteratio. Ad ſecundum dicitur ꝙ non ſequitur: ſicut non ſequitur omnis homo eſt per ſe animal, album eſt homo: ergo albū eſt per ſe animal. Ad aliam dicitur ꝙ tales termini ſunt bene relativa ſecundum dici, quod forte ſufficit ad Ariſtotelem. C

An forma intenſibilis cuiuslibet dicatur prīmum intenſum.

DVBITATVR tertio. Vtrum cuiuslibet formæ intenſibilis ſit dare primum intēctum. Reſpondetur breuiter ſupponēdo quid ſit primum intenſum. Vnde primum intenſum eſt inſtans ſin quo verum eſt, dicere hæc forma nunc primo eſt intēta in hoc ſubiecto: vel hoc ſubiectum nunc primo factum eſt magis intenſum. Hoc ſuppoſito ponuntur aliquę propoſitiones. Prima: non in qualibet intenſione eſt dare primū intenſum eſſe, patet: quia videmus ꝙ aliqua pars aeris remiſſa continuę lucida, ſit magis lucida ad continuam approximationē corporis luminoſi: ſed in tali intenſione continua impoſsibile eſt dare primum intenſum eſſe: ſicut impoſsibile eſt dare vltimum ſecundum dici, quod forte ſufficit ad Ariſtotelem. B D

DVBITATVR tertio. Vtrum cuiuslibet formæ intenſibilis ſit dare primum intēctum. Reſpondetur breuiter ſupponēdo quid ſit primum intenſum. Vnde primum intenſum eſt inſtans ſin quo verum eſt, dicere hæc forma nunc primo eſt intēta in hoc ſubiecto: vel hoc ſubiectum nunc primo factum eſt magis intenſum. Hoc ſuppoſito ponuntur aliquę propoſitiones. Prima: non in qualibet intenſione eſt dare primū intenſum eſſe, patet: quia videmus ꝙ aliqua pars aeris remiſſa continuę lucida, ſit magis lucida ad continuam approximationē corporis luminoſi: ſed in tali intenſione continua impoſsibile eſt dare primum intenſum eſſe: ſicut impoſsibile eſt dare primum mutatum eſſe. Tertia propoſito: in aliqua intenſione contingit dare primum intenſum eſſe: & in aliqua remiſſione primum remiſſum eſſe. Prima pars patet: quia in ſubiecto habente aliquam formam non in ſummo, poſſet deus in inſtanti cauſare aliquam partem formæ eiuſdē ſpe-

B speciei, & immediatè in tempore sequente partibiliter continuè creare in eodem subiecto aliquam partem: quo posito totalis intensio huius formæ comprehendens illam subitaneam, & successiuam haberet primù intensum esse: instanti enim dato illa forma esset primo intensa, quæ nullis illa partialis intensio, quæ ponitur tota continuè non haberet primum intensum esse. Secunda pars patet: quia deus posset aliquam partem formæ corrumpere in instanti, & in tempore immediato reliquâ successiuæ, & tunc secundum intellectum præmissum in instanti dato illa forma esset primo remissa. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

F Conclvsio responsalis: Mouens est simul cum motu, vel secundum cõtactum mathematicum quando primo mouet, vel virtualem quando primo non mouet. Ad rationes ante oppositum patet solutio in articulis.

Arti. 3.

T. cõ. 21. & inde.

Dvbitabit autẽ vtiq; aliquis vtrum omnis motus omni comparabilis sit an non.

An omnis motꝰ omni motui in velocitate, & tarditate comparari possit.

Iste est secundus tractatus huius libri, in quo determinat de comparatione motuum adinuicem: & diuiditur in tria capitula. In primo mouet vnam quæstionem, scilicet vtrũ omnis motus sit omni motui comparabilis in velocitate, & tarditate. Sit probat primo, quòd non duabus rationibus. Prima, quia tunc sequeretur, quòd motus rectus motui circu G
lari esset comparabilis. sed hoc est falsum: quia si essẽt comparabiles adinuicem tunc spacium circulare, & spacium rectum essent comparabilia adinuicem: quod est falsum; igitur. Secunda ratio: quia tunc sequeretur, quòd motus localis esset comparabilis motui alterationis: & per consequens æqualitas pœnes quam attenditur velocitas in motu alterationis esset æqualis magnitudinis cum spacio pœnes quod attenditur velocitas in motu locali: consequens est falsum: igitur. Deinde arguit ad partem affirmatiuam duabus rationibus. Prima tam motus circularis, quàm rectus est velox vel tardus: ergo motus rectus, vel circularis sunt æqualiter, veloces vel H
inæqualiter: & per consequens sunt comparabiles adinuicem. Secunda ratio: motus rectus & circularis possunt fieri in æquali tempore; ergo possunt esse æque veloces, & per consequens comparabiles adinuicẽ. Consequenter ponit conditiones comparabilium adinuicẽ. Prima est: illud in quo debet fieri comparatio aliquorum ad inuicem non debet eis competere æquiuoce, sed vniuoce. Quod probat exemplariter; nã licet acutum conueniat stilo vino & voci: quia tamen conuenit ipsis æquiuocè: ideo talia non comparantur in acutate adinuicem. Et subdit quòd si aliqd æquiuocè de aliquib⁹ dicatur, etiam diffinitio illius dicetur æquiuocè de illis. Secunda conditio: q̃ comparabilia habeant idem susceptiuam primũ

ita

A ita q̃ illa quæ comparãtur adinuicem conueniant in aliquo susceptiuo: defectu cuius vox non est comparabilis melli in dulcedine. Tertia conditio: q̃ cõparatiua debent adinuicem cõparari secundum speciem specialissimam, & non secundum genus: vt non dicimus propriè quòd vna res est magis colorata, quàm alia.

T. c. 29. in fine.

Sic & circa motũ æque velox, quod in æquali tempore mouetur æquale, & tantũ longitudinis in tali.

Motuum spatium adinuicẽ tempora.

Istvd est secundum capitulum, in quo philosophus determinat de cõparatione motuum in speciali: supponẽdo q̃ illa æqualiter mouentur quæ in æquali tẽpore secundum æquale mouentur eadem specie motus. Deinde ponit tres conclusiones. Prima: nulla alteratio est comparabilis seu æque velox cum mutatione locali; quia talia non sunt eiusdẽ speciei neque eiusdem generis: igitur. Secunda conclusio: motus circularis non est cõparabilis motui recto: quia linea circularis non est commensurabilis lineæ rectæ: igitur. Et si quis quærat quare est q̃ isti motus non sunt comparabiles. Respondet q̃ maxime est: quia sunt per dispõnes, seu magnitudines, quæ differunt specie. Consequenter excludit aliam quæstionẽ: quæreret enim aliquis; vtrum quia aliqui motus fiunt per diuersa instrumenta; ideo dicunt non esse cõparabiles: sicut motus volandi & motus ambulandi. Respondet q̃ instrumentorũ diuersitas non impedit. Ex istis infert vnum corrolarium: dicẽs q̃ illi motus qui non sunt eiusdem speciei non sunt comparabiles adinuicem, saltem si fiant fm diuisiones differẽtes speciei: quia vbi est æquiuocatio ibi nõ est comparatio: sed in differentibus specie est æquiuocatio: quia in genere latent æquiuocationes. Et subdit q̃ triplices sunt æquiuocationes: quædam sunt multum distantes, sicut est in æquiuocatione à casu: quædã fiunt per q̃dam similitudinem, sicut in æquiuocatione à consilio: & q̃dam fiũt proximè, sicut species in generatione. Tertia conclusio: possibile est alterationes inter se esse comparabiles: quia possibile est, q̃ aliqua duo simul fiũntur: & sic ille sanationes erunt æquè veloces. Et sicut D
dicat sicut fm quantitatẽ aliqd dr̃ æquale: ita fm qualitatem aliud dr̃ simile: ergo vna alteratio non debet dici æqualis, neq; velox alteri. Respondet q̃ alteratio dicitur æquè velox, quæ est secundum eandem qualitatẽ in æquali tempore, quod tempꝰ est quantitas. Et dicit, q̃ ad hoc q̃ aliquæ alterationes comparentur adinuicem requiritur, q̃ fiant ad qualitates eiusdẽ speciei, & fm æquales gradus. Et subdit q̃ ad hoc, quòd alterationes dicantur omnino æquè veloces oportet aspicere ad qualitates, & subiecta. Nam propter qualitatem, & subiecta vna alteratio est velocior altera. Finaliter ostendit, quomodo generationes, & corruptiones fiunt æquè veloces: & ponit talem conclusionem. Generatio-

Æquiuocationes triplices.

nes

nes & corruptiones dicuntur, æquè veloces, quæ sic se habent, & per eas in æquali tempore generantur res eiusdem speciei: vt si in æquali tempore generãtur duo homines, generationes eorum dicuntur æquè veloces. Et ex hoc videtur sequi, quòd aliqua generatio sit successiua, cum fiat in tempore. Et hoc põt esse verum de generationibus formarum corporalium, & materialium.

T. c. 35. & inde. QVONIAM autem mouens mouet semper aliquid, et in aliquo & vsque ad aliquid.

Regula 2 comparationis motuum & ad, mouentia. ISTVD EST tertium, & vltimum capitulũ huius libri: in quo philosophus ponit septẽ regulas de comparatione motuum ad mouentia. Prima, si aliqua virtus moueret mobile maius per aliquod spacium in aliquo tempore: eadẽ, vel æqualis mouebit medietatem, illius mobilis per duplex spacium in eodem tempore. Secunda regula: si aliqua virtus moueret aliquod mobile per aliquod spacium in æquali tẽpore: eadem, vel æqualis virtus mouebit medietatem illius mobilis per idẽ spaciũ immediatè illius tẽporis. Et istas duas regulas probat simul: quia motus velocitatur secundum proportionem mouentis ad resistentiam mobilis. Tertia regula: si aliqua virtus moueret aliquod mobile per spacium aliquod in aliquo tempore: eadem vel æqualis mouebit idem mobile per medietatem spacij immediatè temporis. Quarta: si aliqua virtus moueat aliquod mobile per spacium aliquod in aliquo tempore: media virtus mouebit in æquali tempore medietatẽ illius per idem spacium. Quinta regula: si aliqua virtus mouerit aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore, non oportet illam virtutem mouere duplex mobile in duplici tempore per idem spacium: quia forte nullo modo poterit ipsum mouere. Motor enim non potest aliquid mouere, nisi virtus eius excedat resistentiam mobilis. Sexta regula: si aliqua virtus moueat aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore; non est necesse medietatẽ illius virtutis mouere idem mobile in eodem tempore per medietatem illius spacij: quia forte non poterit mouere. Septima regula: si vna virtus mouet vnum mobile, & altera alterum per aliquod spacium in aliquo tempore; aggregatum ex illis virtutibus mouebit aggregatũ ex illis mobilibus in eodem, vel æquali tempore, & per idem spacium: quia semper manebit eadem proportio. Et aduerte q̃ sicut prædictæ regulæ tenent de motu locali: ita proportionabiliter tenent de motu alterationis, & augmentationis. Circa textum.

An omnis motus sit omni motui comparabilis.

QVAERITVR. Vtrum omnis motus sit omni motui cõparabilis. Et arguitur primo q̃ sic: quia omnis motus est velox, vel tardus: vel ergo est æquè velox, vel velocior: aut minus velox

lox cum alio: & sic est comparabilis. Secundo arguitur sic: secundum philosophum octauo huius, motus cœli est primus, &

T. c. 76. velocissimus omniũ motuum: ergo est comparabilis omni motui alteri a se: igitur. Tertio arguitur: Omnes motus eadem mensura mensurantur. s. tempore: sed omnia quæ eadem mensura mensurantur, videntur adinuicem esse comparabilia: ergo omnis motus est alteri motui comparabilis. Quarto arguitur sic: Motꝰ sursum & deorsum, qui differũt specie: possunt comparari in velocitate, & tarditate: igitur omnis motus est omni motui comparabilis. Quinto arguitur sic: Si non omnis motus esset cõparabilis omni motui: hoc esset quia non omnis motus est eiusdẽ speciei specialissimè cum omni motu: hoc est falsum: quia motus diurnus solis est velocior alterationes: & tamen non sunt eiusdẽ speciei: igitur. In oppositum est philosophus in textu. In q̃stione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Arti. 1. PRIMO sciendum, quòd comparatio, est duarum rerum vel vnius vel duarum in aliquo tertio collatio secundum æquale vel inæquale magis vel minus. Ex quo sequitur quòd ad comparationem tria requiruntur, scilicet duo quæ comparantur: & tertium in quo coparantur. Et si dicatur quòd requiritur anima & etiam conceptus per quos anima comparat. Respondetur quòd ad actualem cõparationem certe anima requiritur tanquam principale comparans, & etiam conceptus comparabilium tanquam instrumẽta, quibus anima comparat. Et notãter dr in diffinitione vnius vel duorum: quia vnius ad se potest esse comparatio vt dicendo, sortes est albior nunc, quàm heri. Et si quis dicat: nihil dicitur esse in duobus: ergo nulla potest esse comparatio propria, sed omnis abusiua, quæ sit quando comparabilia non conueniunt in tertio, in quo cõparãtur: vt deus est melior diabolo: de quo alias visũ est in Summulis. Respondetur quòd licet idem numero non sit in diuersis, tamẽ bene idem genere vel specie. Et si quis iterũ dicat: plura pluribus possunt comparari: ergo male dicitur quòd cõparatio est vnius ad aliud. Respondetur quòd licet plures pluribus comparentur pluribus cõparationibus: tamen vna comparatione unũ tantũ vni comparatur. Et aduerte quòd quãdoq; aliqua comparantur immediate in vno: vt homo & asinus in albedine: quandoq; immediate in duobus & mediate in vno; vt dicendo quòd sortes est ita albus sicut Plato & niger. Et sic patet quomodo ista comparatio est in tribus & immediate in duobus, scilicet albedine & nigredine: & mediate in vno scilicet intensione. Aduerte vlterius quòd ad hoc quòd aliqua in aliquo comparentur, oportet quòd illud sit scipiat magis & minus: ideo sortes & Plato non comparantur in homine: quia homo non suscipit magis neq; minus: vt alias visum est in Logica. Secundo requiritur quòd comparatio propria fiat in aliquo ui-

Comparatio quid, et eius ꝑtes diffiniuntur.

Pag. 118. F.

vniuoco, quod suscipiat magis & minus. Aduerte tamen quòd comparatio minus propriæ sit in æquiuoco a consilio. Nam quãdoq; dicimus hominem pictum esse pulchriorem homine viuo: modo constat quòd pulchritudo dicitur æquiuoce de viuo & picto: sed in æquiuocis a casu nunquam fit comparatio: etiam in genere non ita propriæ fit comparatio sicut in specie specialissima: sed vt in pluribus fit comparatio in forma specifica.

An res in perfectione comparetur.

SECVNDO sciendum, quòd circa textum incidit vna dificultas, vtrum quælibet res sit comparabilis alteri rei in perfectione. Pro cuius solutione est aduertẽdum quòd rei duplex attribuit perfectio. Vna essentialis quæ non est aliud, quàm ipsamet res in tali vel in tali gradu perfectionali. Alia est accidentalis, quam habet res per qualitates vel per aliquod accidens ipsam perficiẽs; vt homo qui meliores & perfectiores habet qualitates, perfectior est perfectione accidentali, quàm alius homo non habens ita perfectas qualitates. Et siquis quærat, vtrum vna res sit perfectior alia perfectione essentiali seu perfectione entitatiua. Respondetur quòd sic: immo impossibile est duas species vel duo differentia specie esse æqualis perfectionis essentialis immo vna est semper perfectior alia. Et siquis arguat: omnia æqualiter distant a perfectione primi seu dei: ideo quia perfectio primi est infinita, & omnium aliorum finita, modo a perfectione infinita omnis perfectio finita æqualiter distat: sicut si esset magnitudo infinita, tunc magnitudo bipedalis nõ magis attingeret eam, quàm magnitudo pedalis: quod est falsum: Respondetur quòd entia æqualiter distare a perfectione primi potest dupliciter intelligi. Vno modo sic: quòd quocunq; gradu perfectionis addito vni, nunquam posset attingere perfectionem primi: & sic bene verum est. Aliomodo quòd vna non magis appropinquet deo quo ad perfectionem aliquam: *Sr. in 4. d. 12. q. 2.* & sic non est verum: immo dico quòd in deo sunt multæ perfectiones simpliciter: ideo illud est simpliciter perfectius, quod est sibi propinquius secundum illam rationem perfectiorem. Vnde (vt dicit philosophus in 3. Topicorum) non sequitur simiam esse meliorem equo, licet ipsa sit similior homini: quia non est similior homini in conditionibus nobilioribus simpliciter: ideo illud qđ est similius deo in conditione nobiliori illud est perfectius. Et aduerte quòd conditio simpliciter in deo nobilior est intellectualis: ideo homo est simpliciter nobilior cœlo: quia magis appropinquat deo in conditione nobiliori, quam cœlum. Aduerte tmaliter quòd sicut in deo sunt multę perfectiones simpliciter: ita possunt esse tot ordines perfectionũ in entibus. Vnde est vna perfectio simpliciter in deo quæ est necesse esse: & sic quanto aliquid est magis necessarium, tanto illud est propinquius deo quo ad illam perfectionem, seu in illo ordine

ordine. & sic cœlum est deo propinquius quocunq; corruptibiliter: & sic perfectius est musca homine: tamen homo simpliciter est perfectior: quia magis appropinquat deo quo ad conditionem simpliciter perfectiorem, scilicet intellectualitatem, & postea sensitiuum, & postea vegetatiuum: ideo musca simpliciter est perfectior cœlo, licet cœlum secundum quid sit perfectius.

Quomodo aliqua adinuicem comparãtur.

TERTIO sciendum, quòd quantum ad præsens sufficit dicere; aliqua possunt comparari adinuicem dupliciter. Vno modo propriæ: puta secundum certã quantitatẽ excessus vnius supra aliud: & sic dico quòd nullæ res specie differentes sic comparantur adinuicem in entitate vel in essentia: ideo si quis quæret homo est perfectior asino: vel ergo in vno gradu vel in duobus. Respondetur quòd non est dabilis certa quantitas excessus eius ad equum: ideo videtur sequi corrolarium probabile quòd perfectio indiuidui superioris speciei in infinitum excedit indiuiduum de specie inferiori; quia quantuncunq; multipliciter perfectio indiuidui inferioris, non attingeret indiuiduum speciei superioris: vt quantuncunque multiplicetur perfectio asini, etiam secundum imaginationem posset intendi & remitti nunquam attingeret perfectionem hominis.

Et siquis arguat: ergo homo est in infinitum perfectior asino: ergo in infinitum est perfectus. Secundo; quia si esset vnus asinus ita perfectus sicut omnes asini, ille esset in infinitum perfectus quia aliquam perfectionem finitam datam infinities contineret. Respondetur ad primam negando consequentiam: quia ibi arguitur a dicto secundum quid ad dictũ simpliciter. Nam esse in infinitum perfectius illo, non est esse perfectum, nisi in respectu. Ad secundam potest dici quòd licet vnus asinus esset ita perfectus, sicut omnes asini qui sunt vel possunt esse: non tamen esset infinitæ perfectus: immo forte ita perfectus esset vnus, sicut omnes simul capti: & etiam licet vna perfectio aliam infinities excederet: non tamen propter hoc esset infinita, cum sint diuersarum rationum. Aliomodo aliqua possunt cõparari propriæ q̃ secundum certam quantitatem excessus, vnũ excedit aliud: quemadmodum dicimus quòd albedo quatuor graduum excedit albedinem duorum graduum. Et ex isto sequitur quòd aliqua duo solum numero differentia possunt comparari adinuicem in entitate secundum certam quantitatem excessus: vt albedo trium graduum, & albedo duorum.

Supponunt aliqui QVARTO sciendum, quòd pro solutione aliquarum dificultatum ponitur aliqua pro positiones probabiles. Prima: omnes motus locales sunt adinuicem comparabiles, quorum velocitas attenditur pẽes lineam: quia quibus eodem tẽpore æquales lineæ pertranseunt, sunt æque veloces: & quibus inæquales differunt in velocitate & tarditate. Ex quo sequi-

dificultatibus conducunt.

Sequitur ꝙ motus circularis est comparabilis motui recto: immo multi philosophi voluerūt demonstrare lineam circularem esse æqualem lineę rectę: sicut Alchimides voluit hoc probare. Et si quis dicat: dicit Arist. in textu q̄ illi motus non sunt comparabiles in velocitate & tarditate. Respondetur ꝙ Arist. hoc nō voluit dicere: ostendendo ꝙ motus circularis & rectus differant spē, neq; linea recta & circularis: sed solum volebat dicere ꝙ velocitas & tarditas non sunt spēs spālissimæ: sed genera continentia multas spēs, quæ non habent nomina imposita: velocitas enim motus alterationis est alterius spēi a velocitate motus localis. Sit quia dixit ꝙ in genere ſproprie non est comparatio: ideo hoc volebat manifestare cum dicebat, ꝙ motus circularis & rectus non comparantur adinuicem in velocitate & tarditate: tamen simpliciter comparantur in velocitate & tarditate: vt velocitas & tardit̄as determinantur ad motus locales. Ex quo sequitur secunda propositio ꝙ motus sursum & motus deorsum sunt cōparabiles adinuicem. Sequitur etiam alia propositio, ꝙ omnes motus locales qui fiunt secundū lineas comparabiles, sicut sunt omnes lineæ rectæ inter se, & lineæ circulares, sunt comparabiles adinuicem in velocitate & tarditate. Quarta propositio: omnes augmētationes sunt comparabiles adinuicem: quia attenduntur pœnes similia spacia, & etiam omnes diminutiones. Sed de alterationibus dico ꝙ omnes alterationes quæ sunt ad qualitates eiusdem spēi, possunt comparari adinuicem: vt duæ calefactiones. Dico etiā ꝙ omnes alterationes quæ possunt attendi pœnes similia spacia, possunt propriè comparari adinuicem: unde potest probabiliter dici ꝙ alterationes factæ secundum eandem contrarietatē: vt calefactio & frigefactio, possunt comparari adinuicem. Sit hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Dvbitatvr primo pœnes quid attendit velocitas & tarditas in motu: Pro cuius solutione supponitur primo ꝙ velocitatem attendi pœnes aliquid non est aliud, quàm velocitate cognosci per illud. Secundo supponitur, quòd in velocitate duo sunt considerāda scilicet spacium pertranſitum: & illud a quo procedit, scilicet causa. Tertio supponitur quòd velocitas communiter sequitur illud, ad cuius multitudinem multiplicatur: & ad cuius mediationem mediatur. Quarto supponitur: quod si debeat fieri motꝰ, oportet, quod sit excessus motoris super mobile. i. quòd motor sit maioris virtutis in mouendo, quàm mobile in resistendo. His suppositis ponuntur aliquę propositiones. Prima: velocitas non sequitur potentiam motoris: sic videlicet ꝙ proportionabiliter intendatur sicut virtus motoris, & remittatur sicut virtus motoris: quia non oportet quod si virtꝰ motoris in duplo remittatur, quòd velocitas motus in duplo remittatur: patet: quia virtus subdupla motoris, forte nullo mō poterit mouere mobile: Sit si quis arguat: motus

A motus sequitur potentiam motoris, sicut effectus causam: igitur ad maiorationem causæ augebitur proportionabiliter effectus: & econtra ad diminutionem causę, diminuetur effectus. Respondetur ꝙ effectus ad causam est bona proportio, quæ nō est nisi proportio producti ad producens. Sed non oportet ꝙ sit proportio in effectibus ad proportionem causārum. Secunda propositio: velocitas non sequitur resistentia: sic ꝙ sit eadem proportio velocitatis, qualis est proportio resistētiæ: quia si motor vt sex moueat quatuor, non oportet quòd duplam resistentiam, quæ esset octo, moueat tardius in duplo: impo nō mouebit. Et si quis arguat: quia quanto resistentia est minor, tāto velocitas est maior: ergo velocitas motus sequitur resistentiam. Antecedens patet per experientiam: & etiam hoc vī vel le Arist. in text. Respondetur ꝙ si ly quanto, denotet solam augmentationem, antecedens est verum: sed non valet cōsequentia: si autem denotet proportionem velocitatis, antecedens est falsum. Tertia propositio: velocitas non sequitur excessum, seu augmentationem excessus potentiæ mouentis: sic ꝙ proportio velocitatis sit, sicut proportio excessus: quia sequeretur ꝙ duodecim velocius moueret decem, quàm duo vnum: quod est falsum: Et si quis arguat: secundum diminutionem excessus diminuitur velocitas: igitur. Antecedens patet: quia si in infinitum diminuatur excessus, in infinitum diminuetur velocitas: igitur. Respondetur quòd bene diminuetur velocitas ad diminutionem excessus, sed non proportionabiliter. Quarta propositio: velocitas motuum in potentijs naturaliter agentibus, cā resistentia, sequitur proportionem potentiæ motoris ad resistentiā: sic videlicet quòd quanto proportio est maior, tanto sit motus velocior. Sed contra hoc arguitur: quia tunc sequeretur, quòd omnis motor æqualis moueret æqualem resistentiam æqualiter, quod est falsum: quia fortius mouet a prope, quàm a longe: igitur. Respondetur ꝙ debet intelligi dummodo sit æqualis applicatio; quod non est hic. Secundo sic: quia sequeretur quòd sortes in infinitum posset velociter mouere lapidē: quia secundum diminutionem lapidis potest augeri proportio potentiæ motiuæ super resistentiam: sed lapis potest diminui in infinitum: igitur. Respondetur negando consequentiam: quia seruata eadem potētia motoris, non potest resistentia in infinitum minui naturaliter: non enim solum resistit grauitas lapidis sorti proijcienti: sed grauitas membrorum impetꝰ imprimentium & medium diuidentium: vnde potest lapis tantum diminui, quòd non erit receptiuus illius impetus.

Dvbitatvr secundo, pœnes quid attenditur velocitas motus localis ex parte effectus. Pro cuius solutione supponitur quòd velocitas motus pronunciatur ad propositum est, potest attēdi ex parte duorum, scilicet ex parte causæ & ex parte effectus: dubium præcedens q̄rebat ex parte causæ, &

E istud quærit ex parte effectus. Hoc suppositio ponuntur aliquæ propositiones. Prima: velocitas motus localis recti non attenditur pœnes spatium corporale pertransitum in tanto, vel tanto tempore: quia sequeretur quòd totum velociori motu moueretur quàm pars: quia maius spatium pertransit, quàm medietas; quia totum maius spacium corporale in duplo deficeret quàm medietas in æquali tẽpore: & similiter quæcunq; possent fieri de spacio superficiali. Secunda propositio: in motu locali recto attenditur velocitas pœnes spatium lineale descriptum ab ipso mobili in tanto vel tanto tempore. Quod probatur: quia velocitas attenditur pœnes spacium & non corporale nec superficiale: igitur F attenditur pœnes spatium lineale. Tertia propositio: velocitas motus localis recti non attenditur pœnes spacium lineale totale existens intra terminũ a quo, & terminum ad quem; quia tunc sequeretur quòd tardius motum velocius moueretur, quàm mobile velocius motum: vt ponendo casum quòd sint duæ lineæ inter duos parietes; vna magna, quæ quasi attingat duas parietes, & alia parua. Et volo iterum quòd incipiant simul moueri, & simul tangant alium parietem: tunc illæ duæ lineæ in æquali tempore transeunt æquale spacium: & tamen vna velociori motu mouetur, puta parua, quàm alia. Quarta propositio: velocitas motus localis recti attenditur pœnes spacium lineale verum vel imaginarium descriptum a puncto medio, vel æquivalenti corporis moti in tanto vel in tãto tpe. Et notanter dr æquivalenti: quia si fieret condensatio ipsius mobilis, non maneret idem punctus medius nisi secũdum æquivalentiam. Sed de motu circulari ponitur talis conclusio. Velocitas motus circularis attenditur pœnes spacium pertransitum in tanto vel in tãto tempore. Secunda conclusio: Dicta velocitas attenditur pœnes spacium lineale verum vel imaginarium descriptum a puncto velocissimo moto ipsius mobilis in tanto vel in tanto tẽpore. Et notanter dicitur verum vel imaginarium propter vleimum spheram, quæ non describit spacium verum vel imaginarium.

H *Velocitas in motu augmentationis pœnes quid attenditur.*

Dvbitatvr tertio pœnes quid attenditur velocitas in motu augmentationis. Pro cuius solutione ponuntur aliquæ propositiones. Prima velocitas augmentationis non attenditur pœnes quantitatem acquisitam in tanto vel in tanto, tempore. Quod probatur & ponatur ꝙ in aliquo tẽpore vna parua herba acquiratur quantitas digitalis per conuersionem alimenti: & etiam vni magnæ arbori acquiratur æqualis quantitas in æquali tempore: tunc cõstat ꝙ cuilibet aduenit æqualis quantitas in æquali tempore: & tamen non iudicãtur æqualiter esse augmentata; nã augmẽtatio herbę sensibiliter percipitur & non augmentatio arboris: igitur. Secunda propositio: velocitas augmentationis non attendit pœnes proportionẽ quãtitatis acquisitę ad quantitatẽ pręexi-

A existentem: nam si sic, sequeretur quòd essent duæ augmentationes, quarum vna non esset velocior alia, neq; tardior, neque æqualis: nam ponendo quòd a, sit corpus pedale, & augeatur in hora acquirendo sibi quantitatem pedalem: sic ꝙ fiat bipedale, & b sit corpus pedale, & augeatur in eadem hora acquirendo quantitatem bipedalem; sic quod b in fine sit tripedale, tunc quantitatis acquisitæ primi. ſ. a ad quantitatem præexistentem est proportio æqualitatis, & respectu ipsius b est proportio inæqualitatis, quæ non comparantur adinuicem: igit, nec augmentationes illę. Tertia propositio: velocitas augmẽtationis attenditur pœnes proportionem compositi ex quantitate præexistente, & quantitate acquisita ad præexistentẽ solum in ordine ad tempus: vt si a pedale acquirat sibi in hora quantitatem pedalem, & b quãtitatem bipedalem, tunc in augmentatione ipsius a, proportio compositi ex præexistente, & acquisita ad præexistens solum est dupla: & in augmentatione b est tripla; modo in quali proportione se habet dupla ad triplam in tali proportione se habet b ad augmentationem a.

Sed de motu alterationis ponitur vna suppositio, & vna conclusio. Suppo est hic ꝙ in alteratione intendatur duplex successio, .i. ſm intensionem, & ſm extensionem. Tũc sit hæc conclusio: Velocitas alterationis attenditur pœnes qualitatẽ acquisitam in tanto, vel in tanto tempore absolutæ. Verbi gratia. vt si duo subiecta, siue æqualibus, siue in æqualibus in eadem hora acquirantur qualitates æquales, illa erunt æque velociter alterata. Et hæc de secundo art. Quantum ad tertium artic. sit.

Conclvsio responsalis. Non omnis motus est omni motui comparabilis comparatione proprię dicta. Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur quòd velox non dr de motibus sicut species specialissi mæ: ideo non oportet quòd omnis motus sit comparabilis omni motui in velox, vel tardum: immo dicunt multi, quòd velox & tardum dnr æquinocè de motibus differentibus specie. Ad secundam dr, quod talis motus bene est comparabilis omni motui locali sed non cuilibet alteri motui comparatur. Sit similiter ad alias rationes patet; quid sit dicendum in articulis.

PHYSICORVM
LIBER OCTAVVS.

T. cō. 1. & inde.

VTRVM autem factus sit aliquādo motus, cum nō eēt prius, & corrumpitur iterum, sic ꝙ moueri nihil sit: aut neque factus est: neque corrumpitur: sed erat semper, & semper erit hoc immortale, & sine quiete existit in his, quæ sunt, vt vita quædam natura omnibus subsistentibus, &c.

Antiquorum philosophorum sententia de perpetuitate motus.

HIC est octauus liber Physicorū, in quo philosophus inquiritur quid sit primus motus, primus motor, & primum mobile. Et diuiditur in quatuor ētatus. In primo determinat de perpetuitate motus: & continet quatuor capitula. In primo ponit opiniones antiquorū de perpetuitate motus: mouens primo hanc quæstionem; Vtrū motus aliquando fit factus, sic ꝙ ante nihil moueret: & vtrū aliquando desinet esse, sic ꝙ postea nihil mouebitur: vel vtrū nunquam inceperit esse, & desinet esse. Et de hoc recitat tres opiniones antiquorum. Prima fuit Democriti: dicentis quòd semper fuit motus: & hæc fuit opinio eorum, qui dixerunt mundos esse infinitos: dixerunt enim semper esse generationem, & corruptionem aliquorum mundorum: sed necesse est generationē, & corruptionem esse cum motu: ideo dicebant semper esse motum. Secunda opinio fuit Anaxagoræ dicentis non semper fuisse motum, sed aliquando ipsum incepisse: sic ꝙ nunquam prius fuisset: dixit enim mundum semel esse genitum, & nunquam post debere corrumpi: Nā secūdum eum ante mundi constitutionē res per infinitum tempus quieuerunt in vno confuso chaos, & postea ab intellectu diuino sequestratæ sunt: & sic constitutus est mundus, & tunc incepit motus, qui nunq̄ definet. Tertia opinio fuit Empedoclis ponētis motū nō semper fuisse: sed aliq̄n incepisse, & aliq̄n definere esse aduenēte amicitia rerū; & iterū aduenīente lite constituit mundus, & incepit motus. Et subdit philosophus ꝙ diligēter inquirendū est de hac quæstione, eū sit difficilis: & de ea multæ sunt opiniones.

T. cō. 4. & inde.

INCIPIEMVS autē primum ex diffinitis a nobis in physicis prius, &c.

Motus īdefectus, semper erit.

ISTVD est secundū capitulū in quo philosophus ponit rōnes ad ꝓbādū sēpiternitatē motus: & intēdit aliquas cōclusiones. Prima est ꝙ modum suppōnis: scilicet ꝙ si debeat motus esse, oportet ꝙ prius sit mobile, & motiuum. Quod probat ratione, & inductione. Ratione sic: motus est actus mobilis: ergo motus non potest esse quin prius sit mobile. Inductione sic: quia vbi est alteratio, oportet ꝙ alterabile præcedat, & vbi est combustio, oportet ꝙ cōbustibile p̄cedat: & sic de alijs motibus: igitur. Secunda conclusio: Sēper fuit motus. Quod probat duabus rationibus. Prima: nam si aliquando incepisset, ꝙ aliquādo fuisset verum dicere motus non est, tunc mobile, & motiuū præcessisset motū. Vel ergo fuissent ab æterno, & sic motus nō incepisset sed fuisset ab æterno: cum motiuum, & mobile sint causæ sufficientes motus. Vel aliquando fuissent facta: & sic ante motum fuisset motus: cum non potuissent fieri sine motu: & dicit quòd primum fuisset irrationabile dictum. Vnde dicit: quod sine ratione dicitur, tanquam ab insipiente dictum est. Deinde remouet vā cauillationem. Nam diceret aliquis, quòd licet agentia naturalia non possint agere sine mutatione, tamen bene agentia libera. Respondet quòd sicut natura nunquam agit in vtrumque contrariorum nisi ratione diuersarum dispositionum, vel intrinsecarum, vel extrinsecarum: ita etiam agens liberum non agit contraria, nisi secundum diuersas dispositiones intrinsecas, vel extrinsecas, & ista non possunt fieri sine motu: igitur. Secunda ratio: tempus est æternū: ergo & motus. Consequentiam probat: quia tempus vel est motus, vel non est sine motu. Antecedens probat auctoritate antiquorum: omnes enim antiqui præter Platonem dixerunt, tempus non esse factum. Probat et ratione: quia quod fit de nouo, necesse est aliquid esse prius ipso, & ipsum esse posterius: quia necesse est, ꝙ faciens præcedat factum: sed prius & posterius non possunt esse sine tempore: igitur ante tempus fuisset tempus. Tertia conclusio. Semper erit motus. Quod probat: quia si aliquando non sit motus, tūc motiuum, & mobile erunt semper, & sic semper erit motus: cū corruptio non fit sine motu. Ex quo infert, quòd motus est perpetuus: quia non potest incipere esse, neq; definere esse.

T. c. 15.

AT vero nihil inordinatū eorum, quæ natura, & secundum naturam sunt, &c.

Reprobātur Empedocles, Anaxagoras.

ISTVD EST tertium capitulum huius tractatus, in quo philosophus reprobat opiniones Empedoclis & Anaxagoræ negantiū sempiternitatem motu. Et intendit tres conclusiones. Prima: Tam opinio Anaxagoræ, quàm Empedoclis est irrationalis: quia illi irrationabiliter loquuntur qui de naturalibus aliqua asserunt, quæ nec sunt per se nota, nec ex per se notis, vel probabilibus deducta: immo quæ non sunt magis apparentia, quam sua opposita: sed constat ꝙ non est per se notum nec ex per se notis magis deduci, potest ꝙ mundus aliquando non fuit, quàm oppositū eius: igit illi irrationabiliter loquuntur. Secunda cōclusio:

A Positio Anaxagorę est irrationabilior positione. Empedoclis: quia in natura nihil debet poni ordinatum inter infinitum tempus in quo Anaxagoras dicit res in infinitum quieuisse: & tempus finitum in quo dicit res moueri: cum inter illa nullus sit ordo, quia finiti ad infinitū nulla est proportio. Tertia conclusio: Empedocles non bene dixit motum non semper esse & multoties mundum incipere esse & desinere esse: quia non sufficit aliquid asserem: sed oportet assignare rationem & causam rationabilem sui dicti puta inductionem vel demonstrationem: sed hoc non fecit Empedocles: igitur.

B Et si dicatur ꝙ nō oportet istorum assignare aliquam causam: quia de sempiternis non oportet quærere causam, cum non habeant. Respondet philosophus ꝙ licet in aliquibus hoc sit verum: hoc tamen non est vniuersaliter verum; quia hoc triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, est sempiternum: & tamen habet aliquam causam scilicet principia per quæ demō stratur igitur. Et subdit ꝙ sicut principia sunt necessaria: ita & conclusiones principiorū: principiorum autem non est causa, quamuis bene conclusionum.

V. c. 16. & inde.

CONTRARIA autē his non difficile est soluere: videbitur autem, ex huiusmodi cōsiderantibus &c.

Soluit rōnē pro hoc mo. a nō perpetuus.

ISTVD est quartum capitulum in quo philosophus narrat & soluit rōnes quæ solent fieri ad probandū ꝙ motus nō erat perpetuus. Primo omnis motus est de aliquo termino ad aliquē terminū: sed nō habens terminū est finitū igit. Secunda rō si motus nō potuisset fieri de nouo, sequeretur ꝙ vniuersum semper mouerē vel semper quieuisset; sed hoc est falsum igitur. Videm⁹ n. ꝙ in vno mobili quæque est motus & quāq; nō. Tertia rō: sicut est in minori mūdo, ita vī esse in maiori: sed minor mundus puta hō vel animal, debet hr̄e principiū sui motus: ergo & maior mundus. Ad primā dicit philosoph⁹ ꝙ concesso ꝙ omnis mot⁹ sit finitus & nullus infinitus, nō pp hoc sequitē quin ista sit vera, ꝙ est motus: Ad secunda dī ꝙ non habet difficultatē, nec facit aliquid cōtra dicta qa posq; aliquid quiescebat, mouebat de nouo p nouū motū ante tū istū infinitum fuit alius motus. Ad tertiam dī ꝙ vī habere mai rē dubitationē: quia vī habere ꝙ mot⁹ incepit in animalibus & ante non fuit alius motus in ipsis: quod est falsum quia motum localē animalis præcesit alter motus scilicet alteratio corporis.

C *esse perpetuum.*

An motibus sit æternus, vel aliquando factus.

QVAERITVR vtrū mot⁹ sit æternus vel aliquando factus. Et arguitur primo quōd sit æternus: quia deus ab æterno produxit motum aut non. Si primum sic est æternus: si non; ergo de nō agente, factus est agēs de nouo & de non producente, producens: ergo est aliquando mutatus, quia non vī possibile deū fieri agentem & non agentem sine mutatione, & tū est immutabilis omnino: igitur. Secundo sic. Quia aut deus ab æterno produxit mundum: & sic habetur intentum: aut non: ꝙ nō potestis dicere, qa vel hoc esset eo quōd non voluit, aut quia non potuit. Non quia non potuit: quia semper æqualem potē tiam habuit. Non quia non voluit: quia tunc fuisset mundus, & fuisset mutatus de non volente in volentē. Tertio sic: Quia impossibile est aliqua a voluntate antiqua de nouo aliquid producere sine mutatione sui: ergo impossibile est voluntatem diuinam mundum produxisse sine sui mutatione. Antecedēs patet per articulum Parisiensem decentem, ꝙ impossibile est transire de contradictorio in contradictorium, quorum alterum est reale sine mutatione. Quarto

D *Semper dupliciter.*

E sic. Mutari est aliter se habere nunc quàm prius: sed si deus ꝙ duxisset mundum de nouo, se habuisset aliquādo aliter quàm prius: ergo aliquādo fuisset mutatus. Quinta sic: Tempus est æternum: ergo & motus. Consequentia patet; quia tempus non fuit sine motu, nec econtra. Antecedens patet: quia prius & posterius sunt tempus, vel partes temporis: ergo si ips⁹ incepit esse, prius habuit nō esse, quàm esse: ergo in illo priori fuit, ꝙ implicat, vel non fuit: ergo nō fuit prius & posterius: quod falsum est: igitur. In oppositum arguitur auctoritate fidei tenentis solum esse vnum æternum, scilicet deum per quem omnia facta sunt. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Artic. 1.

PRIMO sciendum, quōd

non est idem loqui de æternitate motus & de eius entitate: nam ista accipitur tanq per se nota, & manifesta in philosophia, motus est: sed ista, motus est æternus: non ab omnibus conceditur, sed disceptat. fides contra philosophum, cum ipsa sit simpliciter falsa: tū philosophus concedit eam esse veram. Secūdo supponitur, quòd istud aduerbium semper, ꝑt capi dupliciter. Vno modo vt tū valet, sicut in omni tempore: & sic ista est concedenda, semper fuit motus. i. in omni tempore fuit motus: sed ista non conceditur motus semper fuit: nisi diceretur, ꝙ ex omnibus motibus vnus totalis motus. Alio modo vt tūm valet, sicut ab æterno: quod cōtinet tantum valet, sicut ante omne tempus: & sic non conceditur ista, semper fuit motus. i. ab æterno fuit motus: dicet Arist. eam concessisset: non tamen sic exponeret illud complexum, ab æterno. Ex isto sequitur, quòd qualitercunq; capiatur semper, semper terminus sequens distribuit non impeditus supponit confusæ tantum. Vnde quando dicitur, ab æterno fuit motus: ly motus, supponit confusæ tantum: si hoc complexum, ab, æterno, exponatur per hoc, quòd est ante omne tempus. Ex isto videtur sequi differentia inter ab æterno, & perpetuum. Nam ab æterno, dicit anterioritatem: sed perpetuo dicit posterioritatem: vt de anima nunc creata dicimus, quòd perpetuo vivet, & perpetuo erit: sed non dicimus illam ab æterno esse. Et si quis contra dicta arguat: nam

ista est vera, ante omnem motum fuit motus: igitur videtur ꝙ motus fuit ab æterno: & ꝙ nunquam sit dabilis primus motus. Aduerte autem ꝙ ista est vera, ante omnem motum fuit motus quo ad desitionem, non autem quo ad inceptionem: licet Arist. diceret ꝙ ante omnē motum fuit motus quo ad inceptionem. Diceret etiam ꝙ post omnem motū esset motus quo ad desitionem: quia diceret mūdum esse perpetuum & nunquam desinere esse.

An ad physicum spectet considerare de primo motore.

SECVNDO sciendum, ꝙ circa textum incidit talis difficultas, An ad physicum pertineat determinare de primo motore? Et videtur ꝙ non: nam dicit Philosophus in secundo huius, ꝙ mouentia non mota, non sunt physicæ considerationis: sed primus motor est mouens non motū: igitur. Item de substantijs separatis, sicut est primum mouens pertinet ad Metaphysicum. In oppositū est pcilosophus in hoc octauo in textu: dicens determinādum est de primo motore & primo mobili. Pro cuius solutione supponitur (vt visum est in primo huius) ꝙ philosophia naturalis habet determinare de omnibus entibus, cum ipsā habeat formare demonstrationes ex terminis supponentibus pro omnibus rebus: licet non habeat considerare de aliquo simpliciter & quidditatiuè: scilicet ostendendo quid ipsum sit.

F

Secundo supponitur quòd metaphaficus considerat de causis in quantum causata dependent ab eis in essendo: & physicus habet considerare de eis in quantum causata dependent ab illis in mouendo & transmutando tam actiuè, quàm passiuè. Ex quo sequitur ꝙ si possit demonstrari primam causam esse per esse alterius, tunc talis demonstratio pertinet ad metaphysicum: si vero possit demonstrari per mouere, vel moueri, tunc talis demonstratio pertinet ad physicum; qui non habet considerare de mouente non moto quo ad eius quidditatem, sed bene quo ad rationem mouentis; & in quantum alia dependent ab eo in mouendo vel transmutando: & per hoc soluitur ratio ante oppositum. Et siquis dicat: etiā philosophus non habet considerare de mouentibus & motis quo ad quidditatem, sed solum secundum illas rationes, secundum quas diffinit mouentia nō

E

mota: igitur non magis debet dicere ꝙ mouentia mota sunt physicæ considerationis, quàm mouentia non mota. Respondetur negando consequentiam. Cuius ratio est: quia dicebat hic Philosophus scilicet quòd mouentia mota sunt physicæ considerationis tanquam per se inferiora ad subiectum physicę, non autem mouentia non mota.

Necessaria perpetua non habent causam essendi.

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas: vtrum necessaria & perpetua possint habere causam sui esse. Pro cuius solutione supponitur quòd duplicia sunt necessaria scilicet complexa & incomplexa. Complexa, sicut sunt propositiones necessarie. Et sic dico de istis: ꝙ omne necessarium creatum

A tum, cōplexum, seu omnis propositio necessaria creata habet causam sui esse, & potest esse, & non esse. Ex quo sequitur, quòd ipsæ non dicuntur necessariæ, eo quòd sint necessario: sed qualitercumque per ipsas signi ficatur, necesse est ita esse: sic ꝙ impossibile est ita esse, sicut per contradictoriam eius significatur. Alia sunt necessaria incomplexa: & de istis potest dupliciter responderi. Vno modo, secūdum veritatem, & fidem: sic videlicet, ꝙ est tantum vnum necesse esse incomplexum, s. Deus. Dico secundo, ꝙ tale nō habet causam sui esse: quia est in productum, & increatū. Alio modo potest responderi secundum mētem philosophorum, & præci

p. sua me aph. c. 1.

pue Auicennæ, qui posuit cathenam auream. Et dicitur secundum eum, ꝙ plura sunt necesse

B esse incomplexa, quæ impossibile est non esse. Vnde imaginatur Auicenna, ꝙ prima intelligētia intelligendo se producit secundam intelligentiam, quæ regit orbem: & est mouens extrinsecum: Et ista secunda intelligētia intelligendo primam, a qua fuit producta, causat tertiam, & intelligendo se, causat animam tui orbis: quia iste Auicenna ponebat orbes esse animatos: & illa anima erat mouens intrinsecū: & iterum illa intelligentia intelligendo possibilitatem, & dependentiam suam a prima intelligentia causat sunum orbem: & sic patet, ꝙ ipse ponebat tot esse intelligentias, quot orbes. Secundo patet, quòd cuiuslibet orbis ponebat duo mouentia, scilicet extrinsecum, quod est intelligentia, & intrinsecum, quod est anima illius. Ex quo sequitur, quòd ipse ponebat cœlos esse animatos. Dicebat enim quamlibet talem intelligētiam excepta prima esse ab alio causatam, vel productam. Pro quo est aduertendum, quòd ad hoc, quòd effectus sit necessarius, oportet, quòd causa eius sit necessaria dupliciter, scilicet in essendo, & in causando: quia altera deficiēte, potest effectus nō esse: & per consequens nō esset effectus necessarius.

Effectus vt sit necessarius, quid exigat.

An Deus necessario agat ad extra.

QVARTO sciēdum, quòd incidit alia difficultas: Vtrum Deus, seu prima causa causet ali quid necessario ad extra? Et videtur quòd sic: nam producto corpore, & anima informante corpus, non potest Deus non causare humanitatem: igitur. Item productis duabus albedinibus, non potest non causare si militudinem: igitur. Item causa prima causat eodem modo, sicut secunda causa: sed causa aliqua secunda causat aliquid necessario: quia naturaliter causat & non libere: igitur. Pro solutione supponitur, ꝙ Deum causare, seu producere aliquid ad extra non est aliud, quàm Deū causare aliquid in vero esse, distincto realiter ab ipso. Ex quo sequitur, quòd illud, quod realiter distinguitur ab ipso Deo, dicitur esse extra Deum. Secundo supponitur, quòd opera Trinitatis ad extra sunt indistincta, scilicet, quòd nihil potest producī ab vna persona diuina ad extra, quin producatur ab alia: vt patet non potest produci aliquid ad extra, quin illud producat, & Spiritus sanctus: quia Deū producere aliquid ad extra,

Aug. de fide ad Petrum.

tra, non est aliud, quàm Deum efficaciter velle illud: sed in tribus personis diuinis tantum est vnum velle, vna voluntas: igit.

Supponitur tertio, quòd Deũ producere aliquid ad extra necessario, potest intelligi dupliciter. Vno modo, necessitate simpliciter dicta. Alio modo necessitate conditionata: & secũdum hoc ponuntur aliquæ propositiones. Prima, Deus nihil producit ad extra necessitate simpliciter dicta, immo mere contingẽter, & libere: sic quòd simpliciter potest non producere.

Secunda propositio: Deus multa ad extra producit necessario necessitate conditionata, idest præsuppositæ causationi alicuius, vel aliquorum: & per hoc soluuntur duæ primæ rationes. Tertia propositio: nulla causa secunda causat aliquid necessario, sed mere contingẽter: quia tunc sequeretur, quòd esset causa prima aliquid necessario causans: cum causa secunda nõ possit causare aliquid, nisi causante prima causa: immo causãte secunda causa, impossibile est primam non causare. Quarta propositio, causa secunda mere naturalis potest dici causare aliquid necessario necessitate secundum quid, seu necessitate naturali: quia posito passo debite approximato, & non impedito quantum est de se non potest non agere: vt ignis quantum est de se approximato combustibili, non potest non comburere, licet tamen simpliciter potest nõ comburere. Nam Deus potest eius causationem suspendere. Et hæc de primo artic. Quantum ad secundum.

DVBITATVR primo: Vtrum Deus sic potuerit facere motum de nouo, quòd ante eũ nullus præfuerit. Et arguitur, quòd sic, quia aliter Deus non esset omnipotens: quod falsum est: igitur. In oppositum videtur esse Arist. in textu. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd ibi tenẽdum est, quod fides tenet, scilicet, quòd Deus creauit motum, & angelum de nouo & non ab æterno. Vnde magis credendum est vni articulo fidei, quàm omnibus auctoritatibus philosophi: sed hoc tenendo restat soluere rationes philosophi, quas facit ad probãdum motum esse ab æterno. Ad primam cũ arguat: si motus nõ fuerit ab æterno &c. Dico, quòd motor præcessit, & etiam mobile natura præcessit motum, & motus fuit factus, & etiam mobile: non tamen mediante alio motu, sed bene mediante mutatione, scilicet creatione: & sic non est inconueniens, q̃ ante omnem motum præcesserit mutatio saltem natura. Et si quis inferat: ergo sequitur, q̃ Deus esset mutatus: quia prius non fuit producens motũ, & postea fuit producens: si concedas, quòd prius non erat producens, & postea factus est producens; sed propter hoc non est mutatus: ergo sequitur, quòd erit trãsitus de contradictorio in contradictorium absq; mutatione: quod videtur contra articulum Parisiensem. Respondetur ibi per aliquas propositiones. Prima; ista est vera, Deus ab æterno voluit producere motum: si ly ab æterno, determinet ly voluit; si vero determinet ly produ-

Ar. 2.

An Deus potuerit a nouo dare motum.

ducere, ipsa est falsa: & sic dato, quòd Deus de nouo producat lapidem, nõ tamen propter hoc mutatus est in sua voluntate: sicut si velles cras ire ad forum, & continuares tuum velle: tunc crastino ad forum: & tamen nõ esset mutata tua voluntas: & hoc est, quod dicit alij sub aliis verbis, potuit q̃ Deus voluit creare mundum ab æterno, sed non pro æterno. Vnde dicit Scotus, quòd nulla potest esse relatio nouæ in Deo per actum intellectus fuit: quia tunc mutaretur: ergo ab æterno comparauit omnes res adinuicem: ergo cognouit relationem actualem ipsius ad rem, quam de nouo non producit. Et si quis dicat: ergo Deus non posset se cognoscere creantem lapidem de nouo. Dico, quòd cognoscit se creante lapidem pro a. sed non de nouo cognoscit se creantem lapidem: sed in æternitate cognoscit se pro a, creantem lapidem: sicut in æternitate cognoscit se pro aliquo tempore creaturum lapidem, hoc est dictu, in æternitate cognoscit relationem actualem eius ad illud, quod pro a, in instanti erit. Et si quis iterum dicat Deus cognoscit se ab æterno creantem lapidem pro a: ergo Deus ab æterno creat lapidem Dico, quòd ab æterno creat lapidem pro tali instanti: & sic iste modus non videtur concedere, quèd de Deo possint successiue contradictoria verificari. saltem per aliquam mutationem in ipso factam. Et si quis dicat: Deus dicitur dominus ex tempore: ergo sequitur, quòd de Deo dicentur contradictoria successiue.

Eus. in 1. di. 30. q. 1.

Obiectio.

Dubium

Dicit Scotus, quòd Deus dicitur dominus sola relatione nostra in creatura, & non in ipso Deo. Ex quo videtur haberi, quòd contradictoria vere successiue possunt dici de Deo: non tamen propter mutationem sui; puta, quòd aliquid de nouo intrinsece sibi adueniat, sed tolum propter mutationem obiecti, vel obiectorum secundariorum. De ista autem propositione, quæ sumitur, non potest esse transitus de vno contradictorio rum in aliud sine aliqua mutatione: dicit Scotus, quòd est simpliciter vera: non videtur enim, quòd si res omnino eadem maneat, & nullomodo mutatur, quòd modo verificetur vnum contradictoriorum, & postea reliquum. Multi tamen dicunt, quòd sufficit successio temporis; & de hoc tamen alias magis dicetur. Ad secundam rationem philosophi, quæ facit de tempore, negatur, quòd tempus est æternum: & conceditur, quòd est productum cum cœlo: & conceditur, quòd prius eo aliquid fuit: non prioritate temporis, sed æternitate, scilicet Deus omnipotens, qui ei dedit esse.

Deus quãdoque dicitur de nouo.

Vide fig.

An fit ab æterno aliquid creabile fuisse ab æterno?

DVBITATVR secundo: Vtrum implicet contradictionẽ aliquod creabile fuisse ab æterno? Respondent aliqui, quòd fieri & probant multipliciter.

Primo sic; si Deus posset facere aliquid ab æterno, sequeretur q̃ aliqua creatura adæquaret Deo, saltem in æternitate: sed hoc est falsum: igitur. Secundo sic: si Deus fecisset aliquam creaturam ab æterno, sequeret, quòd

quòd necessario eam fecisset: quod est falsum, consequentia patet: quia vel potuit eam non creare, quando creauit: vel ante, vel post. Non quando creauit: quia omne, quod est, quando est, necesse est esse; Nec ante quia ante æternum nó est ante. Nec post; quia tunc non creasset ab æterno. Tertio sic, illud qđ necessario habuit prius nó esse, q̃ esse, non pōt heri ab æterno: sed quodlibet aliud a Deo prius habuit necessario non esse, quàm esse, cum creatio sit de non esse ad esse: ergo nihil potuit esse ab æterno productum.

Item quarto sic, probando, quòd mundus non potuit esse ab æterno: quia infinitum tempus esset præteritum: consequēs est impossibile: quia de ratione præteriti est, quòd sit totum acceptum: & nihil eius sit in potentia ad accipiendum. De ratione autem infiniti est, quòd non sit totum acceptum: vt patet per diffinitionē eius in Tertio. Secundo sequitur, quòd infinito posset fieri additio: quod est impossibile. Patet consequentia: quia infiniti dies præcesserunt hodiernum diem: & omnibus potest addi dies crastina: igitur. Tertio sequeretur, quod aliquid esset maius infinito: vel quòd pars eius non esset minor toto; vtrumq; est impossibile: igitur. Consequentia probatur: nam dies præcedentes diem crastinam sunt partes ipsius temporis: quod est vq; ad hodiernam diem inclusiue: aut ergo omnes illi simul cum hodierna die essent plures, quàm illi ante hodiernam diem. Si plures, tũc infinito erit aliquid maius; si non plures, ergo hodierna dies non faciet maiorem numerum cum illis diebus.

Quarto sequitur, quòd vnum infinitum esset multiplex ad aliud, scilicet duplum, vel triplum. Consequentia patet: nam si mundus fuisset ab æterno: infiniti numeri senarij fuissent ab æterno: & etiam infiniti numeri ternarij: & cum numeri ternarij sint in duplo plures, quàm senarij, cum contineãt duos numeros ternarios: igitur. Quinto sic sequeretur, quòd actualiter essent multitudo animarum rationalium infinita: cum infiniti homines præcessissent: sed hoc videtur esse falsum: igitur.

Alia est opinio dicens, quòd non implicat contradictionem aliquod creabile fuisse ab æterno: quia quandocunq; aliquid se habet contingenter ad vtrumque extremum contradictionis, non implicat contradictionem ipsum esse diuersim sub vno quando est sub alio: sed quodlibet creabile contingenter se habet ad esse, & non esse in instanti æternitatis: ergo non implicat cõtradictionem ipsum esse pro illo instanti. Et pro ista opinione, quæ est vera, ponuntur aliquæ conclusiones. Prima, Deum produxisse aliquid ab æterno, non tollit libertatem voluntatis diuinæ, quæ est libera libertate contradictionis: Nam posita æternitate effectus, stat adhuc libertas contradictionis in Deo: non quòd in instanti æternitatis crearet, & non crearet: sed quia illę duæ simul starent: Deus ab æterno creauit & De⁹ ab æterno potuit nó creare: illa enim de inesse, & negatiua

gatiua de possibili de Edentuli non repugnant. Secunda conclusio: Motus, & tempus, & quę libet alia successiua entitas potuit esse ab æterno: quia de ratione successiuorum non est habere primum instans sui esse extẽpore immo successiua, nec habent primum nec vltimum: immo omne, quod mouetur in tempore, potuit ante moueri, & sic procedendo in infinitum.

Tertia conclusio: Si successiua fuissent ab æterno, propositiones de, Incipit in ipsis nó exponerentur, sicut communiter nunc de facto exponuntur: exponuntur enim sic, motus incipit esse, motus nunc non est, & immediate post hoc erit: Sed talis expositio non potuisset verificari de motu ab æterno: quia ista fuisset falsa, motus nunc nó est, cum semper motus fuisset.

Quarta conclusio, Si creatura fuisset producta ab æterno, adhuc prius habuisset non esse, quàm esse prioritate naturæ: quia illud natura præcedit in aliquo, quod haberet ipsum, nisi per aliquod alterum haberet aliud: vt si creatura per alterum non haberet esse, haberet simpliciter non esse quantum est de se: ideo non esse dicitur præcedere esse natura. Sed restat paruum dubium: si asina prægnans fuisset producta ab æterno, vtrum potuisset generare in instanti æternitatis? Respondetur, quòd non: quia genera- *Ibi in 2. d. 1. q. 3.* tio procedit de non esse ad esse: sed in instanti æternitatis idẽm non potest simul esse, & nó esse: igitur. Et sic dicit, quòd illa asina quieuisset per tẽpus infinitum imaginarium antequam generasset: quia generatio habet primum instans sui esse: ideo illa sic exponitur, hoc generatur: hoc nunc est, & immediate ante hoc non fuit: ita quòd ly immediate, debet stare pro tempore infinito imaginario. Similiter soluitur dubium de angelo, in quo quæritur: Vtrum si angelus creatus ab æterno fuisset: vtrum post mediam horam ab instanti æternitatis potuisset aliquid operari, puta intelligere, velle. Respondeo, quòd casus implicat: quia inter tempus, & æternitatem est distãtia infinita: ideo quiuisset per tempus infinitum: ideo restat soluere rationes alterius opinionis. Ad primam dicitur, quòd non est inconueniens creaturam adęquari Deo in duratione. Vnde aliter dicetur de æternitas de ipso Deo, & de creatura, si produceretur ab æterno. Nam de Deo diceretur intrinsece, & de creatura extrinsece, pro quanto coexistit tali durationi. Ad secundam dicitur, quòd Deus potuisset non producere creaturam in instanti quo producebat eam. De ista autem propositione, omne quod est quando est, &c. satis visum est in logica. Ad ter- *Pag. 94. B. 117. G* tiam dicitur, quòd nulla creatura habet necessario prius nó esse tempore, quàm esse; licet bene non esse natura: & adhuc priuatiue, & non positiue. Ad alias rationes, quæ probant de mundo, potest dupliciter responderi, secundum quòd duplex est modus dicendi de infinito. Vnde illi, qui dicunt, quòd

B impossibile est esse infinitum in actu : sicut videtur tenere Scot. nunquam concederem, quòd tempus præteritum esse infinitum: neq; quòd dies præteriti essent infiniti, neq; horæ, neq; homines, neq; animæ illorum hominum : quia quod implicat contradictionem, non magis potest fieri in magno tempore, quam in vno alio, vel in hora : sed in hora non posset Deus producere infinitas animas : igitur. Sit per hoc soluerentur omnes rationes sequentes. Sed alij, qui tenent, quòd potest esse infinitum actu : sicut Gregorius de Arimino, aliter habentes soluere rationes. Ad primam dicunt, quòd de ratione infiniti non est, quòd non sit totum accipiendo, & complectendo nisi forte sit ratione infiniti in potentia. Ad secundam dicunt, quòd non est inconueniens aliquid esse infinitum in potentia aliquid addi : vt visum est in tertio : etiam tenendo istum modum. Et similiter dicat ad tertiã.

Loco citato.

Ad quartam negatur consequentia : dicitur enim, quòd essent infiniti centenarij, infiniti senarij: immo etiam infiniti centenarij: propter, quod infiniti senarij non essent multiplices ad infinitos ternarios. Nec probatio valet: nam licet talis multiplicitas sit inter finitas multitudines proportionabiles : non tamen sequitur, quòd sit inter infinitas inter quas nulla est proportio numeralis. Ad quintam dicitur, quòd non est inconueniens multitudinem infinitam esse actu. Et sic soluitur totum dubium.

DVBITATVR tertio, C Vtrum scientia Dei possit augeri, aut minui : cum dictum sit in primo dubio, quòd Deus volait omnia ab æterno, & scivit. Et arguitur primo, quòd possit augeri : quia Deus potest scire aliquid non scit: igitur. Antecedens probatur: quia Deus potest facere eè aliqua futura, quę nõ sunt futura: & illa nũc no scit esse futura: igit. Et, q; possit minui, probatur : quia aliquid Deꝰ scit, quod potest non scire : qui Deus scit me legere nunc : & hoc Deus potest non scire: nam die crastina Deus non sciat me legere in a. In oppositum arguitur : quia scientia Dei est omnino intransmutabilis, cum ipsa sit Deus, igitur. Pro solutione est aduertendum, quod dubium potest habere duplicem sensum. Vnus est quem virtute sermonis facit, scilicet vtrum illa res pro qua supponit iste terminus scientia Dei, possit augeri, vel minui: & sic dico, quòd non. Alius sensus est inter disputantes intentus, scilicet vtrũ Deus possit scire aliquid perfectius, quàm scit, vel imperfectius : vel plura, vel pauciora. Quantum ad primam partem certum est, quòd Deus non scit perfectius vnam rem in vno tẽpore, quàm in alio, neq; imperfectius. Pro secunda ergo parte est dubium, scilicet vtrum plura sciat in vno tempore, quam in alio, vel pauciora. Pro cuius declaratione supponitur, quòd scientia Dei potest capi dupliciter. Vnomodo communiter : non quidem communitate personarum : sic quòd fint

An ſcia Deꝰ poſſit augeri vel minui.

H

An Deus plura ſciat in vno tempore, quam in alio.

A fint plures scientiæ Dei : quia tantum est vna scientia Dei, sed respectu multitudinis cognitorum respectu quorum dicitur scientia. Aliomodo potest sumi specialiter, & hoc dupliciter, scilicet complexe, & incomplexe. Incomplexe secundum, quòd per ipsam vna res simplex cognoscitur. Complexe secũdum, quòd per ipsam aliquod significabile propositionale cognoscitur, seu secundum quòd per ipsam vna res cognoscitur in ordine ad aliam seu complexe: & secundum hanc ponuntur aliquę propositiones. Prima est, omnem rem actualem aut possibilem, præteritam vel præsentem Deus actu cognoscit, & scit scièntia simplici. Secunda propositio: quamlibet rem actualem, B vel possibilem, præteritam præsentem, aut futuram : Deus necessario cognoscit. Ex quo inferuntur aliqua. Primo, quòd nullam rem quam scit potest nescire, quia quamlibet scit necessario. Tertio sequitur, quòd non plura, quàm Deus scit, ipse potest scire: & etiam pauciora, quam scit, ipse potest scire. Ex quo infero quarto, quòd potest nullam incipere scire, vel non; qualitercunq; exponatur. Sed de scientia complexe capta ponitur vna conclusio: Aliquam rem quam Deus non scit potest scire: quia possibile est aliquam rem, quæ non est futura esse futuram : igitur. In sensu tamen composito est falsa, puta Deus potest scire aliquam rem quã nescit: & etiam ista, potest Deus C scire plura, quàm scit. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

CONCLVSIO responsalis : Motus non fit ab æterno: quæ conclusio satis patet ex dictis. Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur, quòd Deus sine sui mutatione de nõ producente fit producens : nec est inconueniens aut impossibile : & licet omnis actio naturalis, vel prædicamentalis in motu firmatur sic, quòd non possit esse sine motu : tamen hoc non est verum de actione Dei.

Art. 3.

Ad secũdam, tertiam, & quartam patet solutio in articulis prius habitis. Ad quintam posset dici etiam, quòd patet solutio, quæ videtur probare, quòd tempus sit æternum.

D

PRINCIPIVM autem considerationis est, quod quidem, & dictæ dubitationis quare quidam, &c.

T. cõ. 11. & inde.

ISTE est secundus tractatus huius libri: in quo Philosophus ostendit primum motũ esse & primum mobile esse sempiternum. Et diuiditur in septem capitula. In primo ostendit quoc modo contingit aliquid moueri: dicens, quòd tribus modis potest imaginari aliquid moueri. Primo, quòd omnia mouentur, & nulla quiescant. Secundo, quòd omnia quiescant, & nulla mouentur. Tertio, quòd aliqua quiescãt & aliqua mouentur. Et hoc dupliciter. Vnomodo, quòd illa, quæ quiescunt, semper quiescãt &

Extra mouere, tripliciter contingit.

B &illa, quæ mouẽtur, semper moueantur: vel quòd illa, quæ quiescunt aliquando quiescant, & aliquando moueantur, & quòd illa, quæ mouentur aliquando quiescant, & aliquãdo moueant.

Et ponit aliquas cõclusiones. Prima: Inconueniens est dicere omnia semper quiescere: quod probat quadrupliciter. Primo, quia sensus percipit aliqua aliquando moueri, & aliquãdo quiescere: ergo inconueniens est dicere, quòd omnia semper quiescant: quia quærere rationem, & dimittere sensum est infirmitas intellectus. Secundo, quia licet posit esse dubium de corporibus superioribus, saltem de primo corpore, vtrum semper quiescat: tamen non est dubium de istis corporibus inferioribus. Tertio, quia dicere omnia quiescere, est destruere scientiam: cũ scientia acquiratur per discursum præmissarum ad cõclusionem, quæ dicitur quidã motus. Quarto: quia physicus supponit motum esse cum supponat naturam esse principium motus.

Secunda conclusio: Inconueniens est dicere omnia semper moueri: quod probat dupliciter. Primo, quia natura est principium motus, & quietis: ergo necesse est aliqua quiescere. Secundo probatur inductiue: primo de augmentatione, & diminutione: quia nõ oportet, quod illud, quod augetur, vel diminuitur, semper continue augeatur, vel diminuatur: vt si aliquid augeatur secundum quantitatẽ digitalem in vno anno, nõ oportet, quòd in qualibet parte illius anni augeatur, vt probatur per simile. Nã licet omnes guttæ cadant super lapidem, non omnes concauant lapidem. Secundo probatur de alterationes nam si quis infirmetur, nõ semper sanabitur. Tertio probat de loci mutatione: quia corpora naturalia sunt in suis locis naturalibus: ergo ibi quiescunt.

Tertia conclusio: Inconueniens est dicere, quòd omnia, quæ mouentur, semper moueantur: & omnia, quæ quiescunt, semper quiescant: quod probat, quia in eisdem successiue videmus motum, & quietem. Videmus enim, quòd aliquid idem aliquando augetur, & aliquando non: igitur. Ex istis ergo præmittit Philosophus, quod eorum, quę dicuntur moueri: quædam semper mouentur, & quædam semper quiescunt: & quædam aliquando quiescant, & aliquando mouentur. H

Moventivm autem, & eorum, quæ mouentur: alia quidem per accidens mouentur, &c. *T. c. 27. & inde.*

Istvd est secundum capitulum, in quo ostendit Philosophus, quòd in omni motu mouens, & motum distinguuntur: & ponit aliquas diuisiones, quarum Prima est, quòd eorũ, quæ mouent, & eorum, quæ mouentur: quædam per se mouent, & quædã per se mouentur: & quædam per accidens mouent: & quædam per accidens mouentur. Secunda diuisio: eorum, quæ per se mouentur, quædam mouentur a seipsis, ideſt a principio intrinseco: & quædam ab alio. i. a principio extrinseco. *Motum, & motum esse.*

Tertia

A Tertia diuisio: eorum quæ per se mouentur quædam naturaliter mouentur: & quædam violẽter mouentur. Et subdit ad sciendum a quo mouentur grauia, & leuia, quòd aliquid dicitur esse in potentia dupliciter. Vnomodo ad actum primum, ideſt ad formam substantialem: quod fit quando aliquid generatur. Aliomodo ad actum secundum, ideſt ad alterationem siue operationem consequẽtem talem formam. Tunc ponit talem conclusionem: Grauia & leuia inanimata mouentur a generante vel remouẽte prohibens: quod probatur: quia ad hoc, quòd graue incipiat moueri deorsum indiget motore extrinseco: scilicet generante in eo grauitatem: si sit in potentia ad actum primũ: vel indiget remouente prohibens si sit in potentia ad actum secundum. Ex

E quo infert, quòd graue, & leue existens in potentia ad actum primum: si moueatur mouetur ab extrinseco, puta a generante. Sed si sit in potentia ad actũ secundum mouetur a seipso, quod probat per exemplum: nã sciens seu habens scientiam cõsiderat statim: nisi quis impediat. Ex prædictis infert duo corollaria seu duas conclusiones. Prima, quòd omne, quod mouetur ab alio mouetur: quia omne, quod mouetur, aut mouetur violenter: & tunc manifestum est, quòd mouetur ab alio: aut secundum naturam, & tunc manifestum est, quòd in quolibet aliud est mouens, & aliud, quod mouetur. Secunda conclusio, Grauia, & leuia non mouentur a seipsis, quod probat: quia mouere seipsum est proprium animatorũ: qua quod a seipso mouet diuiditur in partem per se moram, & partem per se mouentem. Secundo, quia quæcunq; sunt sibi causa mouendi: sunt etiam sibipsis causa non mouendi: sed grauia, & leuia nõ sunt sibi ipsis causa non mouendi, sed aliquod prohibens: igitur. C

Hoc autem dupliciter: aut enim nõ propter seipsum est mouens, sed propter alterum, quod mouet. &c. *T. c. 38 circa med.*

Istvd est tertium capitulum, in quo Philosophus ostendit, q̃ fit deueniendum ad vnũ primum mouens: & ponit primo aliquas diuisiones: quarum prima est, Mouentium quoddã mouet per seipsum: aliud vero per alterum; vt baculus mouet lapidem, eo q̃ mouetur a manu. Secunda diuisio, mouentium per se quædam mouẽt per vnum instrumentum: alia vero per plura: vt homo mouens lapidem baculo, & manu. Et subdit, q̃ primum mouens magis mouet, quam secundũ: quod probat dupliciter. Primo, quia primum mouens mouet secundum, & non econtra: igitur. Secundo, quia primum mouens potest mouere sine secundo, sed secundum non potest mouere sine primo: vt baculus non potest mouere nisi mediante manu. Ex hoc habetur ista auctoritas: quicquid potest prima causa agere cum secunda, illud potest agere sine secunda. Consequenter ponit conclusionem principaliter intentam, quæ est hic, In mouentibus essentialiter *Quod id dem mouendum est ad vnum primum mouens.* D *Dilucr.*

B ordinatis deueniendū est ad ali quod primū mouens, quod non mouetur ab alio: quia in mouēti bus essentialiter subordinatis non est processus in infinitum: aliter non esset dare primū mouens, neque secundum.

T.c. 36. & inde. AD dicta autem, & sic intendentibus contingeret eadem hæc: si enim ab eo, quod mouetur, &c.

Omnemouens moueri, non est necesse.

ISTVD est quartum capitulum, in quo Philosophus intēdit talem conclusionem: Nō est necesse omne mouens moueri: sed deueniendum est ad vnum mouens, quod nō mouetur a se, nec ab alio, quod probat: quia si nullum mouens posset mouere, nisi moueretur: vel ergo moueretur per se, vel per accidēs. Nō per accidens, quia tunc sequeretur, q̄ posset nō mouere: & tūc nihil moueretur: quia primo F motore nō mouente nullum aliud mouet: & sic omnia quiescerent: quod est superius reprobatum. Nec mouetur per se: quia vel moueretur secundum eandem speciem motus, qua mouetur illud, quod mouet, vel secundum aliam: non secundum eandem: quia tūc sequeretur, quòd omne, quod sanaret, sanaretur; & q̄ omne docens doceretur: quod est falsum: nec secundum aliam: quia species motus sunt finitæ, & motores sunt finiti: ergo tandem deueniendum est ad aliquod mouens, quod non mouetur. Probat etiam istam conclusionem: quia dabile est motum, quod non mouet, scilicet materia prima: ergo dabile est mouens, quod non mouetur.

NECESSE est autem omne, quod mouetur, esse diuisibile in semper diuisibilia. &c. G T.c. 40. circa im tium.

Seipsum mouens, in quas partes diuidatur.

ISTVD est quintum capitulum, in quo Philosophus intendit talem conclusionem: Omne mouēs seipsum diuidicur in partem per se motam: & partē per se monētem: quod probat, quia in mouente se, vel totum mouet se primo, vel vtraq; pars mouet vtranq; partem reciproce: vel quælibet pars mouet seipsam, vel vna pars mouet, & non mouetur: sed nullum trium primorum membrorū potest dici: igitur quartum est dicendum. Minorem probat quo ad primam partem, puta, q̄ totum non mouet totum per se primo: quia cū sit vnus, & idem actus monētis & mobilis; tūc idem secundum eundem motum numero moueret, & moueretur; & sic idem secundum eandem sanitarem numero sanaret, & sanaretur: quod est falsum. Probat secūdo, quia tunc idem esset in potentia ad illud, sub quo est in actu, quod est falsum: igitur. Secūdam partem minoris probat: puta, q̄ nō quælibet pars moueat vtranq; partem reciproce: quia tūc nullum esset primum mouens: quia nihil quod mouetur ab alio est primum mouens: sed tūc quodlibet moueretur ab alio: igitur. Tertiam partē minoris probat, scilicet q̄ non quælibet pars moueat seipsam: quia tunc primum mouēs moueret seipsum per se primo, vel solum aliqua pars eius moueret seipsam: si secundū tūc ipsum non erit primum mouēs seipsum; sed magis illa pars erit primū mouens. Si primum, tunc nulli H

A nulli parti conuenit mouere se nisi per accidēs, quod est contra positū: igitur. Relinquitur ergo quartū membrum, puta, q̄ vna pars mouet, & non mouetur.

T.cē. 41. & inde. QVONIAM autem mouet aliud quidem quod mouetur ab alio: aliud autem cum sit immobile, &c.

Primum motum mouens immobile, et perpetuū, necessario dandum est.

ISTVD est sextū capitulū, in quo Philosophus intēdit principaliter probare vnam conclusionem, scilicet, q̄ necesse est esse vnum primum mouens immobile, & perpetuū. Pro cuius probatione ponit duas suppositiones. Prima, omne illud, quod aliquando est, & aliquando nō est, habet causam quare aliquādo est, & quare aliquando non est. Secunda est, q̄ licet omne mouens seipsum sit diuisibile in partem per se motam, & partē per se monentem: non tamen oportet, quòd omne mouens sit diuisibile, cū possit esse aliquod mouens indiuisibile; tunc probat cōclusionem suam, quæ iam probata est quo ad duas partes, scilicet quo ad hoc, quod sit primum mouens. Sed restat probare, q̄ sit vnum, & perpetuum: & primo probat, quòd sit vnū: quia rationabilius est mouentia esse finita, quàm infinita. Etiā rationabilius est esse vnum primum mouens, quàm plura: igitur. Quod sit perpetuum probat: quia primus motus est perpetuus: & non est possibile motum esse sine motore: igitur.

T.cē. 50. & inde. ET iterum considerans in principia mouentium; esse quidem, igitur quædam eorum.

ISTVD est septimum capitulū, in quo Philos. intendit ostēdere, q̄ aliquid semper est immobile: & aliquid semper motum; & aliqua, quæ aliquando mouetur. & aliqua, quæ aliquando quiescit quiete oppōsita motui locali: sicut est de tota terra. Similiter, q̄ aliqua sunt, quæ aliquā mouentur, & aliquando quiescunt: sicut sunt animalia. Et primo probat, quòd sit aliquid semper immobile: quia omne quod mouetur, mouetur ab alio: ergo deueniendum est ad vnum primum mouens immobile. Deinde probat, q̄ sit vnum semper motum: quia est vnum primum mouens, & perpetuum: & motus est perpetuus: igitur erit vnum semper motum, & perpetuum. Alias partes relinquit satis esse probatas, & manifestas. Finaliter ostendit motum localem in animali semper præcedere alios motus. Nam si non præcederet alius motus, maxime esset post dormitionem, quando animal surgit; sed hoc non. Nam illum motū præcessit alius motus nam animal dicitur surgere postquàm facta est digestio, quę non fit sine motu: igitur. Circa textum. C Primum immobile ponit? mum, & aqua terrarum data sunt. D

An grauia, leuia, & inanimata moueantur localiter &c.

QVAERITVR secundo: Vtrum grauia, & leuia & inanimata moueantur localiter, & in genere causæ efficientis a seipsis. Primo, arguitur quòd non: quia nihil potest moueri a seipso: ergo nec grauia, & leuia. Antecedēs patet, quia si idē moueretur a seipso, idē esset in actu, & in potentia respectu sui

ipsius: quod est falsum: igitur. Secundo sic, grauia, & leuia mouentur a sua grauitate, & leuitate ergo non a seipsis. Tertio sic omne quod mouetur ab alio mouetur: ergo grauia, & leuia non mouentur a seipsis. Antecedens patet auctoritate philosophi in 7. huius. Quarto sic: secundum phylosophum 9. Meta phys. potentia actiua est principium transmutandi aliud inquantum aliud: & potetia passiua est principium transmutandi ab alio inquantú aliud: ergo impossibile est aliquid transmutare se ipsum. Quinto arguitur: si grauia, & leuia mouerentur a seipsis: sequeretur, q̃ ratio, qua Philosophus demõstrat esse vnum primum mouẽs omnino immobile, esset sophistica: quia totum fundamentum eius est, per quod probat, q̃ omne, quod mouetur ab alio mouetur. In oppositũ est philosophus in textu: & etiã in 2. huius, vbi ponens differentiam inter naturalia, & artificialia: dicit, q̃ naturalia habẽt principium sui motus; sed non artificialia. In ista quæstio. erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Tex. 1. Tex. 2.

T. c. 2.

Art. 1.

PRIMO sciendum, q̃ duplex est grauc: quoddã est grauc in potẽtia essentiali, seu in potentia ad actum primũ, vt ad formam substantialem grauis, vel ad ipsammet grauitatem: & sic omne illud, ex quo graue potest generari: vel eius materia põt in formari forma grauis, dr̃ graue in potentia prima, seu in potẽtia essentiali. Et sic ignis, dr̃ graue in potentia essentiali quia ex ipso potest generari graue. Aliud est graue in potentia secũda ad actum secũdum. s. ad motũ deorsum: sicut est illud quod actu habet grauitatem. Vnde esse deorsum est actus grauis, seu moueri deorsum, sicut moueri sursum est proprius actus leuis: Vnde sicut ignis habens calorem in actu primo; vere, & effectiue se habet ad calefactionem, quæ est operatio eius: ita graue existens actu graue: se habet vere, & effectiue ad esse deorsum, seu ad operationem secundam. Et illud graue est duplex: quia quoddã est simplex, sicut aqua, terra. Aliud est mixtum, sicut lapis: & tale est duplex: quia quoddam est animatũ: aliud est inanimatum: & sic etiam posset distingui de leui. Hæc enim quæstio mouetur de grauibus, & leuibus inanimatis. Et aduerte, q̃ de motu grauium multæ fuerut opiniones antiquorum philosophorum. Prima fuit aliquorum dicentium grauia, & leuia moueri a generante vniuersali, scilicet a cælo: sic q̃ grauia mouebãtur per expulsionẽ, & leuia per attractionem: quæ est opinio falsa: quia tunc sequeretur, q̃ quãto graue plus distaret a cœlo, tanto tardius moueretur deorsum. Sequeretur etiã, quòd motus grauium deorsum, & leuium sursum, essent violentissimum expulsio, & tractus, vt plurimum sunt motus violenti. Alia opinio fuit dicentium grauia, & leuia moueri effectiue a suis locis naturalibus. Dicebant enim, quòd in loco naturali alicuius est virtus conseruatiua ejusdem: & illa mouet, & attrahit illud, quod natum est esse in loco. Sed ista opinio est falsa, sicut præcedens. Ponitur ergo opinio, quæ videtur esse Arist. puta, q̃ grauia, & leuia

Graue duplex.

A leuia effectiue mouentur a seipsis ad actum secundum.

SECVNDO sciendum, quòd quando aliquid est in potentia passiua ad aliquid acquirendum, vel habendum per motum, non est imperfectionis in eo, quòd habeat potentiam actiuam, per quam posit illud acquirere: sed est perfectionis. Vnde animatis data est potentia actiua respectu quantitatis, ad quam sunt in potentia passiua quando generãtur, Ita quòd vult ibi habere, quòd quando animata generantur, ipsamet in illo instanti producunt suam quantitatem secundum exigentiam eorum, vel formæ substantialis: ita quòd in illo instanti, in quo sortes producitur, in illo instanti sortes producit suam quantitatem, & non producitur a generante sortem: vt de hoc iam aliàs visum est. Similiter applicãdo ad propositum grauia, sunt in potentia passiua ad motum deorsum: ergo perfectionis est in ipsis habere potentiam actiuam, per quam possunt illud habere. Vnde natura dignificanda est tantum, quantum potest; nisi manifeste apparet de opposito. Etiam animalia habent potentiam actiuam respectu sensationis, ad quam sunt in potentia passiua. Ex quibus vult habere Doctor subtilis, q̃ grauia ipsa, & leuia mouentur a seipsis. Vnde moueri a seipso nõ est aliud, quàm habere principiũ in se intrinsecum sui motus: sicut grauia habent grauitatem, & leuia leuitatem. Et posset etiã sic probari: quia quando aliquid habet potentiã actiuam respectu alicuius formæ, potest causare in quocunq; passo proportionato, & debite applicato: sed graue habet potentiam actiuam respectu vbi deorsum, & ipsum est passum proportionatum respectu talis vbi, & est maxime sibi approximatum: ideo non solum causabit ipsum actum in ipso: immo summe causabit. Et aduerte, quòd licet graue habeat principium actiuum sui motus: tamen propter hoc motus eius non est naturalis: sed quia habet principium passiuum, per quod inclinatur ad tale vbi: & de hoc iam aliàs visum est. Vnde si quæratur quare grauia, & leuia mouẽtur ad sua loca. Respondetur, quia nata sunt esse vbi, & habẽt inclinationem ad illud vbi: ideo dicit Philosophus, quòd graue habet principium tantum patiendi, & non faciendi respectu motus: quod debet intelligi respectu motus naturalis, ideſt, q̃ in quantum talis motus dicitur naturalis, debet esse principium passiuum: & non oportet, quòd sit actiuum.

Se, in 2. de. 2. 9. 10 in prin.

Moueri a seipso quid.

TERTIO sciendum, quòd si quis insistet cõtra prædicta dicens, quòd grauia non mouentur a seipsis, sed a remouente prohibens. Respondetur breuiter, q̃ verum est per accidens, ideſt. q̃ remouens prohibẽs mouet graue per accidens, & nõ per se: sed ipsummet graue mouet seipsum per se: & hoc tam inchoatiue, q̃ continuatiue: immo etiã ipsummet graue remouet prohibens, puta, cũ vincit virtutem impedientis. Et sic patet, q̃ grauia se mouent effectiue: sicut scitꝰ mouet se effectiue ad actum sciendi. Et si quis dicat: Arist. ex-

Obiectio.

presse videtur probare, quòd non moueantur a seipsis, sed necessario ab alio. Respondet Scotus dupliciter. Vno modo, q̃ non mouentur a seipsis, sicut agens per cognitionem mouet se: quia non possunt se sistere circa centrum: neq; moueri diuersis motibus sicut animalia, quæ possunt se sistere circa terminum, & moueri diuersis motibus: quia mouent per cognitionem. Et ex isto potest haberi, quòd graue non potest esse primum mouens: quia oportet primum mouens mouere per cognitionem. Dicit secundo, q̃ necessario mouentur ab alio quo ad actum primum, ideſt ad gravitatem: vel formam substantialem. vnde ipsa non reducunt se de potentia secunda ad actum secundum: nisi prius reducta fuerint de potētia prima ad actum primum. Ex qua sequitur, quòd licet omne graue, & leue moueat se effectiue de potentia secunda ad actum secundum, mouetur tamen ab aliquo extrinseco de potentia prima ad actum primum, & hoc sufficit Philosopho. Et si quis dicat vtrum moueatur per se primo a seipsis. Respondetur, q̃ de hoc fuit visum in. 7. quomodo, vt dicit ibi Scotus, quòd ly primo potest dicere duplicem primitatem, scilicet adequationis, & totalitatis: & sic dicebatur, quòd nihil mouetur per se primo a seipso illa duplici primitate. Aduerte tamen, quòd vltra illa, quæ ibi fuerunt dicta, q̃, vt dicit Scotus, triplex est moueri deorsum, scilicet in communi moueri singulare tale, quod conuenit vni totali graui: & partiale, quod conuenit parti illius grauis. Vnde moueri deorsum in communi conuenit adequate graui in cõi: & moueri deorsum singulare totale conuenit adequate huic tali graui: & moueri deorsum partiale conuenit adequate parti ipsius grauis. Ex quo sequitur, quòd licet hoc graue moueatur hoc moueri singulari primo primitate adequationis, non tamen primo primitate totalitatis: cum tale moueri singulare non conueniat partibus: quia nulla pars est, quæ mouetur illo totali moueri: sed bene primo primitate totalitatis moueri deorsum in cõmuni: & proportionabiliter dicatur de alijs.

Vbi sup.

Vbi sup.

Quarto sciendum, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima, quomodo intelligitur, quòd omne per se mouens diuiditur in partē per se mouētē, & partem per se motam: cum multa sint, quæ mouent, quę non habent illas duas partes: vt angeli, & animę separatę. Respondet Sco. quòd debet intelligi de mouente animato per cognitionem, quod diuiditur in duo: quorum vnū est primum mouens: & aliud est primum motum. Cuius ratio est quia potentia motiua talis mouentis est potentia organica: ira, quòd illa requirit non tantum distinctionem inter corpus, & animam sicut inter mouens, & motum sed in ipso corpore, in quo est virtus organica requirit partem corporis mouentem distinctam a parte mota. Alia difficultas vtrum illa regula, quæ communiter dicitur, & quæ elicitur ex textu: & quic

H *Per se mouens quo diuiditur in partē per se motā, & per se mouentē.*

Scot. ubi supra.

An q̃d quod potest cum

A *sa prima cum causa secunda possit se solum.*

quicquid potest causa prima cũ causa secunda, potest causa prima se sola, sit vera. Et videtur, quòd non: nam Deus cum corpore, & anima causat hominē: & tamen Deus non potest se solo causare hominem sine materia, & forma: igitur. Respondetur breuiter, quòd illa regula debet intelligi in genere causæ efficientis: & finalis; sed non in genere causæ materialis, & formalis; impossibile est enim, q̃ Deus faciat hominem sine forma, & materia. Et ex hoc habetur, quòd Deus non potest supplere causalitatem causæ materialis, & formalis: licet bene possit supplere causalitatem causæ efficientis, & finalis. Tertia difficultas: vtrum illa sit vera, quicquid potest causa secunda cum causa prima, potest causa prima se sola. Et videtur, quòd non: quia causa secunda, vt homo mediante Deo potest dicere falsum: ergo Deus potest dicere falsum. Item causa secunda mediante causa prima potest peccare: ergo causa prima puta Deus potest peccare. Respondetur breuiter, quòd talis propositio supplenda est determinando illud verbum potest per aliquem infinitiuum: & secundum alium, & alium infinitiuum, qui potest addi, negandā, vel concedenda est propositio. Vnde constat, quòd si dicatur quicquid creatura potest pari mediante causa prima hoc potest causa prima se solatrunc manifestum est, quòd est falsa: sed sic dicendo: quicquid potest facere causa secunda cum causa prima, potest causa prima se sola faceret tunc potest esse vera. Sed cauendū est, q̃ tūc minor debite subsumatur puta ponēdo terminos aū copulā: vt sic dicēdo, sed falsum eā secūda cū prima pōt facere: & tunc inferre illā: Deus vel causa prima falsum pōt facere. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Sequit. 2. dist. 41. q. unica.

B

C

Dvbitatvr primo, vtrum animalia moueant seipsa. Et videtur non: quia animalia mouentē ab alio: & ergo nō mouentur a seipsis. Antecedēs patēt de motu augmētationis, & diminutionis quibus animal nō mouet a seipso, sed ab alio. Itē animal mouetur ab appetibili seu ab obiecto, quod appetitur: igitur. Itē sunt aliqua animalia, quę nō mouētur a seipsis, ve animalia, petris affixa: ergo animal non mouetur a seipso. Itē homo est animal: & tamen non mouetur a seipso sed ab anima sua: igitur.

Art. 2.

An aliqua animalia moueantur seipsa.

In oppositū vī esse Philosophus in textu. Pro cuius solutione supponit primo, q̃ aliquid dī moueri a se multis modis. Primo, quia ſm se totū mouet aliquo motu: & illo mō animal nō mouet a se. Secūdo modo aliquid dī moueri a se: quia nō indiget aliquo motore intrinseco, nec aliquo motore extrinseco: & isto mō nihil mouet a se: nisi ęlum capiēdo adhuc cœlum pro aggregato ex intelligētia, & orbe. Tertiomodo aliquid dī moueri a se: quia cōponit ex motore, & moto tanq̃ ex partibus: quarū vna est mouēs alia vero mota, & isto modo animalia grauia, & leuia inanimata bene mouent a se. Quartomodo aliquid dī moueri a se: q̃a pōt incipere motū suū posq̃ quie nul-

D

E lo motore extrinseco, & particulari mouente concurrente: & similiter potest terminare motum nullo extrinseco superueniente: hoc modo animal mouetur a se localiter: ambulando, volando, natando. Nam post eius quietem, vt post somnũ videmus animalia ambulare, non apparente nobis aliquo extrinseco particulari mouente. Et ex illo videtur haberi duplex differentia motus localis animalis ad motus locales inanimatorum. nam animal, quod mouet, saltem per cognitionem mouetur diuersis motibus: & potest sistere ante terminum motus, quod non conuenit inanimatis. Secundo suppunitur, quod duplex potest esse mouens in animali, & etiam in alijs, scilicet mouens quo: quod in animalibus est ipsa anima: sed in alijs est forma substantialis: vel aliqua qualitas motiua: sicut in graui grauitas: de quo alias magis dicetur. Aliud est mouens, quod est ipsum totum compositum, quod mouet: vt dicimus, quòd graue mouet se tanquàm mouens, quod, & grauitas sua mouet ipsum tanquàm mouens quo. Similiter diceretur in animali, quòd animal mouet se tanquàm mouens, quod: & anima mouet animal tanquàm mouens quo. Et ex istis potest faciliter responderi ad rationes. Ad primam potest dici, quòd animal non mouetur a seipso motu augmentationis, vel alterationis: licet tamen bene motu locali: de quo est hic ad propositum. Ad secũdam dicitur, quòd licet animal moueatur ab appetibili in genere causæ finalis, non tamen in genere causæ efficientis. Ad tertiam dicitur, quòd dubium debet intelligi de animalibus, quæ mouentur secundum diuersas differentias positionum secundum se tota: modo illa animalia petris affixa non sunt huiusmodi: igitur. Ad quartam patet solutio: nam animal bene mouetur ab anima tanquàm a mouente quo: sed mouetur a seipso tanquàm a mouente quod.

DVBITATVR secundo, Vtrum motus animalis sit naturalis, vel violentus. Et videtur, q̃ non sit naturalis: quia motus naturalis velocior est in fine, quàm in principio, vel medio: nõ autem motus animalis: sed velocior est in medio. Nec violentus: quia non videtur, q̃ talis motus haz contra inclinationem ipsius animalis. Pro solutione est aduertendum, q̃ vt dicit Scotus, quòd in homine, & etiam, in quolibet animato est duplex motus: Vnus secundum exigentiam elementi prædominantis secundum quãtitatem; sicut motus deorsum propter dominium terræ in corpore humano secundum quantitatem. Alius est motus non ratione talis elementi, sed ratione qua animatum est: vt est motus progressiuus in homine. Et differunt isti motus secundum tria. Primo ex parte principiorum: quia principium vnius motus est mixtum per naturam elementi prædominantis: & ideo post mortem quando maxime illud elemẽtum prædominatur, reddit corpus graue: sed principiũ alterius motus est in anima. Secundo differunt: quia motus qui consequitur animatum ratione corporis non sequitur cognitionem sed appetitum naturalem ipsius corporis, qui nõ est nisi inclinatio naturalis illius corporis ad vbi deorsum: & ideo ille motus solum est ad vnum, i. ad vnum vbi: puta ad vbi deorsum: sicut appetitus naturalis ad vnum determinatur. Alius autem motus, qui est ratione animæ sequitur apprehensionem, quæ non est semper respectu vnius loci, & situs: sed nunc respectu vnius, nunc respectu alterius: ideo appetitus animalis sequens cognitionem non est respectu vnius situs, propter quod talis motus non est semper ad eundem situm. Tertio differunt: quia animalia in alio motu, cuius anima est principium, possiunt se sistere per intrinsecum, vnde quamuis brutũ non moueatur libere: potest tamen cum alia occurrente apprehenso se sistere: sed in alio motu non potest se sistere: sicut elementum prædominans non potest se sistere. Et dicit Scotus q̃ naturali est corpori perfici ab anima, & q̃ fiat pfectibile eius; & q̃ moueatur motu competenti animæ, quàm q̃ moueat motu proprio ad centrum. Et aduerte vlterius q̃ motus animalis inquantum est ab anima secundum cognitionem, non est propriè naturalis, neq; violentus: nisi capiendo naturale vt distinguitur contra violentum: quia talis semper sit secundum cognitionem obiecti: & animal mouetur ad illud secundum illam apprehensionem & appetitum, quem habet ad illud obiectum. Posset etiam dici natura lis pro quanto diceretur conseruatiuus ipsius animalis: sed motus animalis, qui sit secundũ exigentiam elementi potest dici naturalis, si moueatur secundum exigentiam illius elementi: puta ad vbi deorsum. Si autem moueatur contra eius inclinationẽ naturalem dicitur violentus: iõ omnis motus animalis qui non sit deorsum, dicitur violentus: at tendendo ipsum motum secundum exigentiam elementi prædominantis.

Mot⁹ animalis qualis.

Sc. in 4. dist. 49. q. 14. in prim. quæst.

Vbi sup.

DVBITATVR tertio. Vtrum omne corpus moueatur: Pro cuius solutione ponuntur aliquæ propositiones. Prima: tota terra mouetur continuè motu locali descensus: quod probatur: quia continuè centrum grauitatis terræ est extra centrum mundi ergo continuè descendit, patet consequentia: quia cum terra naturaliter moueatur ad medium, simpliciter ipsa appetit vt ex omni latere medij sit æqualis grauitas: ideo quando sic non est, & non est impedimentum, terra mouet se, vt medium grauitatis sit medij mundi: modo constat q̃ respectu tantæ grauitatis quanta est grauitas terræ non potest per naturam esse impedimentum: Assumptum patet: quia continuè pars terræ discooperta fit leuior: ergo centrum grauitatis terræ fit extra cẽtrũ mundi; quia si iã esset æqualis grauitatis ex oi latere centri, si ab aliqua parte auferret aliqua grauitas, & non ab alia medietate, tunc fieret inæqualis. Antecedens patet de se: quia radij solares, continuè leuificent partes terræ discooperras. Et si quis arguat dicens

An omne corpus moueatur.

dicendo q licet vna pars fiat leuior & alia grauior; tamen talis paruus excessus non est sufficiens nec potest mouere totam terram. Respondetur quòd hoc non concludit: quia non solum ille paruus excessus qui additur appetit mouere terram: sed tota terra appetit ita locari. Ex quo posset inferri q tota terra mouet turres, & castra, sed non percipimus propter tarditatem motus: propter quod multi dixerunt terram non moueri.

Secunda propositio: tota aqua mouetur localiter; quia tota terra illo motu continuè mouetur: ergo omnia ab ea sustentata eu iusmodi est aqua. Tertia propositio: infima regio aeris cõtinuè mouetur: quia insequitur mocum aquæ ne fiat vacuum.

Quarta propositio non videtur esse manifestũ aliquod corpus quiescere localiter præter mediam regionem aeris: quia corpora cœlestia, & ignis & suprema regio aeris mouentur circulariter. Sed quòd media regio aeris quiescat, probatur: quia est in loco naturali, nec videtur aliqua ratio quare debeat moueri: igitur. Et si arguatur: media regio aeris est grauior aere inferiori: ergo descendit. Item multæ exhalationes siccæ descendunt per eam: ergo diuidunt eam: & per consequens partes suæ mouentur. Ad primum dr q modica grauitas aeris non sufficit mouere illum aerem. Ad secundam dicitur, quòd multæ partes ipsius mediæ regionis per quas fit ascensus & descensus exhalationum localiter mouentur: tamen maiores partes non mouentur. Ex quo sequitur quòd tota media regio quiescit, capiendo totum categorematicæ, & non syncategorematicæ. Ex quo sequitur, quòd si aliquod corpus continuè quiescat est regio media aeris: quæ tamen media regio aeris continuè mouetur motu alterationis: quia continuè illuminatur. Ex quo sequitur, quòd omne corpus mouetur saltem aliquo motu, & illud videtur sufficere philosopho. Videtur etiam dicere Scot. quòd non solum omne corpus mouetur, sed omne corpus potest mouere & moueri: & potest sic ꝓbari vtraq; pars: Omne agens habens aliquem terminum in virtute sua potest illum habere saltem si sit susceptibile illius: sed omne corpus videtur habere terminum motus localis in virtute sua actiua: quia vt ipse dicit: terminus motus est vbi, qui est imperfectior termino cuiuscũque alterius motus: ideo dicit quòd nullum est corpus: ita imperfectum quod non habeat in sua virtute istum terminum, & etiã ad mouendum aliud ad istum terminum: vt lapis trahit ad locum suum aliud si sibi coniungatur. Ex quo potest inferri, quòd omne corpus a seipso potest moueri. Et si quis dicat: nihil agit in seipsum: ergo videtur quòd nihil mouet seipsum: quia tunc idem simul esset in actu, & in potẽtia respectu eiusdem. Respondet Scotus, quòd illa propositio non est vera nisi de agente vniuoco, nec illa probatio concludit, quòd tunc idẽ simul esset in actu, & in potentia nisi quando agens agit vniuocè, quod fit quando agens in

Obiectio.

Scot. de agibilia te corporum simul.

ducit

ducit in passum formam eiusdẽ rationis cum illa per quam agit. Vnde si aliquid sic ageret in se sequeretur, quòd simul haberet formam eiusdẽ rationis ad quã mouet, & dum mouetur ad illã causaretur illa: igr simul haberet, & non haberet illã: in agentibus aũt æquinocis. i. quæ non agunt per formam eiusdem rationis cum illa ad quam agunt: propositio illa. f. quòd nihil mouet se non habet necessitatem, nec ẽt eius probatio videlicet q idem esset in actu, & in potẽtia respectu eiusdẽ cũ agens est virtualiter in actu tale, & formaliter tale in potentia formali: Et subdit Scot. q ista glosa de agentibus vniuocis, & æquinocis necessaria est; quia philosophus ponit motũ nõ solum in genere qualitatis: sed quãtitatis, & vbi: in quantitate aũt, & vbi nullum est agens vniuocũ, quia in genere quantitatis, & vbi nulla est forma qua fit principium inducendi similem formam. Ex quo infert q omnis motus qui non est ad formam actiuam non est ab agẽte vniuoco, cum talis forma terminans nõ fit actiua, nulla eiusdem rationis est principiũ agendi. Et hæc de secundo arti. Quantum ad tertium sit.

Arti. 3. Conclusio respondãlis ad quæsitum. Grauia & leuia mouentur a seipsis in genere causæ efficientis; vt patet ex primo artic. Ad rationes ante oppositum patent solutiones ex dictis.

V. t. 14. & inde. A t vero aliud sufficientibus principium magis erit de his manifestum &c.

Ista est tertius tractatus huius libri, in quo philosophus ostendit quis motus sit perpetuus. Et dividitur in quatuor capitula. In primo ponit sex cõclusiones: quarũ prima est: alteratio est prior augmentatione, & diminutione: quia augmentatio fit per conuersionẽ nutrimẽti in substantiã alicui, quod alimẽtum est primo dissimile & postea simile ipsi nutrito quod nõ fit nisi per alterationem: igitur. Secunda pars probatur: quia diminutio præsupponit augmentationẽ. Secunda cõclusio: alteratio non est primus motus: quia omnem alterationẽ præcedit alteratus: q quidem alteratus oportet prius approximari passo per motũ localẽ antequam alteret ipsum; ergo motus localis præcedit illam alterationem. Tertia conclusio: motus localis est primus motuum: quia tantũ sunt tres spẽs motus. f. m quantitatẽ, qualitatẽ & vbi; sed motꝰ localis est prior augmẽtatione: quæ est prior alteratione: igitur. Quarta cõclusio: Motus localis est prior natura alijs motibꝰ; quia motus localis põt esse nõ existẽtibus alijs motibus; sed alij non possunt esse sine ipso; ergo. Maior patet; quia non est necesse illud quod mouet localiter generari, vel corrumpi, & per consequens, nec alterari, vel augmentari. Quinta conclusio: motus localis est prior alijs tpe; quia per ptũ est prius nõ perpetuo, sed motus localis est perpetuus; alij uero non: igit, & licet in vno & eodem generatio præcedat oẽm aliũ motum tñ motus localis est simpliciter prior. Sexta conclusio: motus localis est prior alijs motibus secundũ perfectionem.

B

C. Suppono pro maiori fore meum propositum.

D

nem, patet triplicitèr. Primo; quia in vno, & eodem motus localis est posterior generatione; ergo est prior perfectione. Tenet consequentia; quia quæ sunt posteriora via generationis sunt priora via pfectionis; generatione antè posterius, natura prius est. Secundo; quia motus localis solum conuenit perfectis; igitur est plectior alijs. Antecedens patet; quia propter indigentiam organorum, multa viuentia sunt immobilia motu progressiuo; vt plantæ; & quædam genera animalium. Tertio secùdum motum localem nihil mutatur de esse rei sicut ſm alios; igitur est perfectior alijs.

T. c.61. & inde.

QVAE autem loci mutatio prima sit nunc monstrandum est.

Motꝰ localis alius ſ. perpetuꝰ inter omnes motus.

ISTVD EST secundum capitulum, in quo philosophus ostendit qꝑ solus motus localis est perpetuus; & intendit talem conclusionem: Nullus alius motus a motu locali vnus & idem existens potest, esse cõtinuus, & perpetuus; probat duabus rationibus. Prima nulla mutatio inter terminos contrarios, vel oppositos potest esse continua, & perpetua naturaliter: sed omnis mutatio alia à mutatione locali est huiusmodi. Et siquis dicat; motus localis est etiam inter terminos contrarios; quia

Com. 9. de phyſ. 19.

omnis motus est de cõtrario in contrarium, vt patet in quinto huius. Dicitur quòd licet contraria aliqua, inter quæ est motus, impediant perpetuitatẽ motus; aliqua sunt tamen, quæ nõ impediunt perpetuitatem motus. Et siquis dicat; quòd licet de vno contrario in aliud contrarium non sit mutatio perpetua absq; reflexione: tamen mutatio illa per reflexionem potest perpetuari. Respondet, quòd talis mutatio non est vna, & eadem mutatio ante reflexionem, & post: quia tales mutationes sunt contrariæ, & sic non possunt ad inuicem continuari. Et siquis dicat, quòd motus contrariatur quieti; ergo non contrariabit motui, & per cõsequens illi motus possint continuari. Respondet philosophus, quòd vnum bene opponitur diuersis secùdum diuersa genera oppositionis. Secùnda ratio, sicut est in generatione, & corruptione, ita etiã in alijs motibus: sed sic est in generatione, & corruptione, qꝑ inter generationem, & corruptionem sibi oppositam est aliquod medium sibi oppositum: ergo ita est in aliis motibus, & per consequens non possunt esse continui. Et ex illo passu elicitur, quòd nihil generatur vt raptim transeat. Habet etiam hic Aristoteles, quòd instans attribuitur posteriori passioni: & non primæ passioni.

Aduerte.

QVONIAM autem contingit esse quendam motum infinitum: vnum existentem &c.

T. c.64. & inde.

ISTVD est tertium capitulum, in quo philosophus ostendit, quòd nullus motus potest esse perpetuus præter motum circularem. Et intendit quinque conclusiones. Prima, necesse est in omni motu reflexo mobile quiescere in termino reflexionis: quod probat: quia mobile non simul accedit ad terminum

Quòd motus à perpetuitate alijs motus præter circularem.

num, & recedit ab eodem: nec simul accedit, & recedit, sed est in ipso: ergo in alio tẽpore accedit & alio recedit: & per consequens est signabile tempus, in quo non accedit, nec recedit à termino magnitudinis: ergo oportet tunc ipsum quiescere: igitur. Secunda conclusio motus reflexus non est vnus: quod probat sex rationibus. Prima differentia specie non possunt adinuicem continuari: sed motus rectus, & reflexus differunt specie: cum sint contrarij: igitur. Secunda ratio: ille motus non est vnus qui est per quietẽ interruptus, sed sic est de motu reflexo: igit. Tertia ratio: quia si esset vnus motus, & continuus: tunc mobile in termino reflexionis moueretur: consequens est falsum: igitur. Falsitas consequentis patet: quia tunc moueretur motibus contrarijs: quia tũc moueretur: & nõ est maior ratio quare moueretur motu accessus quàm recessus vel econtra: igitur moueretur ambobus motibus. Quarta rõ: Illi motus non sunt vnus, cum quorum vno stat quies opposita alteri: sed sic est de motu ante reflexionem, & post reflexionem: igitur. Minor patet: quia si aliquod mobile moueatur a loco sursum ad locũ deorsum, & econtra: tunc motus ante reflexionem dicitur motus deorsum: cum quo stat quies oppositi motui sursum: igitur. Quinta ratio: quia tunc sequeretur quòd in eodem instanti simul & semel fieret album, & non album, scilicet in instanti terminante dealbationẽ, in quo incipit denigratio: sed hoc est falsum: igitur. Sexta ratio: Illi motus non sunt vnus qui sunt contrarij; sed sic est de motu ante reflexionem & post reflexionem: igitur. Tertia conclusio: Impossibile est motum rectum esse vnum & perpetuum: quia motus rectus fit supra spacium finitum, supra quod non potest heri reiteratio nisi per reflexionem; & interueniente reflexione non est vnus motus & continuus. Quarta conclusio, motum mixtum ex recto, & circulari non contingit esse vnum, & perpetuum; quia nullum mixtum contingit esse perpetuum cuius aliquod mixtibilium non contingit esse perpetuum, sed motum rectum non contingit esse perpetuum: igitur. Quinta conclusio, Nullus motus localis prater circularem potest esse vnus, & perpetuus: quia omnis motus localis est circularis, vel rectus, vel mixtus ex vtroque; sed nec rectus, nec mixtus potest esse perpetuus: igitur.

T. c.78. & inde.

QVOD autem omnino infinita magnitudine non cõtingit infinitam esse potentiã, ex his manifestum est &c.

Motus circularis perpetuus, & vnus.

ISTVD EST quartum capitulũ, in quo philosophus ostẽdit, quòd motus circularis est perpetuus & vnus: & intendit duas conclusiones. Quarum prima est; motus circularis est perpetuus; quod probat, quia illa motus, qui est ab eodem in idẽ fine: reflexione potest perpetuari, sed motus circularis est huiusmodi; igitur. Et ex hoc infert tria correlaria. Primum: nullus motus qui sit secundum

semi-

B semicirculum, aut alteram portionem circuli est perpetuus; quia ibi non potest fieri regressus ab eodem in idem nisi per reflexionem: igitur. Secundum correlarium: nullus motus alius a motu locali circulari potest esse perpetuus: quia omnis alius est de contrario in cõtrarium; modo talis nõ potest esse perpetuus: igitur. Tertium correlarium: falsum est omnia semper moueri & omnia esse continuo motu: quia oportet omnia moueri motu circulari cum omnes alij motus sint finiti & terminabiles ad quietem. Secunda cõclusio: Inter motus locales motus circularis est primus: quod probat quatuor rationibus & tribus auctoritatibus. Prima ratio est: omnis motus localis
F vel est circularis, vel rectus, vel mixtus ex circulari & recto: sed inter omnes illos motus, motus circularis est primus: quod probat; primo est prior motu mixto: quia simplex est prius composito, quòd sit prior recto probat: quia perfectius est prius minus perfecto: sed motus circularis est perfectior motu recto: quia est incorruptibilis & motus rectus est corruptibilis: igitur. Secunda ratio: motus perpetuus est prior motu non perpetuo: sed motus circularis est huiusmodi: & alij non sunt perpetui: igitur. Tertia ratio: mensura est prior mensurato: sed motus circularis est mensura aliorum motuum: igitur. Minorem probat: quia omnia mensurantur primo: & primum est mensura aliorum. Quarta ratio: motus regularis est prior motu irregulari: sed motus circularis est regularis: alij vero non: igitur motus circularis est prior alijs. Minorem probat: quia motus circularis non est velocior in principio, quàm in medio vel fine: nec econtra: sed motus recti saltẽ si sint naturales sunt velociores in principio, quàm in fine: igitur. Consequenter probat auctoritatibus. Prima auctoritas est Empedoclis dicentis litem & amicitiam esse principia motuum per segregationem & congregationem quę sunt motus locales: igitur secũdum ipsum motus localis est prior alijs. Secunda auctoritas est Anaxagorę dicentis; omnia fuisse in vno cõfuso chaos: & per intellectum diuinum segregata fuerunt: quæ segregatio est motus localis: igitur di- H
cebat motum localem esse principiũ. Tertia auctoritas est Democriti ponentis principia rerum esse quædam corpora atomalia quæ segregantur & congregantur & fiebant generationes: & segregatio & cõgregatio sunt motus: locales; igitur motus localis est primus & non nisi circularis: igitur.

NON igitur neq; in infinito & tamen contingit in minori magnitudine ampliorem &c. *T. c. 80. & 81.*

ISTE EST vltimus tractatus huius libri videlicet octaui phy. in quo ostendit quale est primum mouens. Et diuiditur in tria capitula. In primo ostendit quòd ad motum infinitum requiritur potentia infinita ponens tres conclusiones. Prima, impossibile est mouens finitum mouere per tempus infinitum. Pro cuius probatione supponit ꝙ mouens finitum sit.a. & mobile finitum sit.b. tẽpus vero infinitum sit c. Secundo supponit ꝙ pars mouentis sit,d, & pars mobilis sit c, & pars temporis infiniti sit z. tunc sic arguit: si a moueat b in c, d monebit c in z, sed d potest totiens sumi ꝙ finiet totum a, & c: sic ꝙ consumet totum b, cum ista sint finita: sed z, nunquam potest consumere c; cum c sit in finitum: ergo c non erat adæquatum tempus in quo a mouebat b. Secunda conclusio; In magnitudine finita non potest esse virtus infinita. Pro quo supponit primo ꝙ maior potentia mouet in minori tempore; & minor in maiori. Secũda ꝙ omnis motus fit in tempore: tunc
B sic arguit: si in magnitudine finita sit virtus infinita, tunc sequeretur ꝙ virtus finita & infinita possent mouere in æquali tempore idem mobile: consequens est falsum: igitur: Consequentia patet: quia cum vtraque magnitudo sit finita vtraque mouebit in tempore finito: licet vna in maiori, alia vero in minori; augeatur ergo virtus finita secundũ proportionẽ secundum quam vnum tempus excedebat aliud: tunc virtus finita & infinita mouebunt in æquali tempore. Tertia conclusio: In magnitudine infinita non potest esse virtus finita, quod probat duabus rationibus. Prima: si in magnitudine infinita esset virtus finita: sequeretur quòd virtus finita quæ esset in magnitudine esset infinita: quia illa virtus est infinita, quæ monet aliquod mobile velocius, quàm possit aliqua virtus finita mouere; sed sic esset de virtute, quæ esset in magnitudine infinita quacũq; virtute data in magnitudine infinita esset dare maiorem: & per consequens erat infinita. Secunda ratio: si in magnitudine infinita esset virtus finita moueret per tempus finitum: & sic moueretur in æquali tempore cum magnitudine finita. Consequens est falsum: igitur.

Motus infinitus, infinita, potentia docetur.

DE his autem quæ feruntur bene se habet dubitare quãdam dubitationem &c. *T. c. 82. & inde.*

ISTVD EST secundũ capitulũ, in quo philosophus mouet quandam quæstionem puta a quo mouentur proiecta quando sunt extra proijciens. Pro solutione ponuntur quatuor conclusiones. Prima; proiecta non mouentur a parte medij propinqua proijcienti: quia similiter esset qstio de ista parte medij a quo moueret sicut de proiecto. Secunda cõclusio; proiecta non mouent a medio sequẽte quemadmodũ dixerunt aliq antiqui ꝙ sic monebant ne fieret vacuum: sed hoc non est verũ quia oporteret in motu proiecti omnia posteriora moueri. Tertia conclusio: proiecta videtur moueri a medio & a partibus medij seinuicem mouentibus: ita quòd proijciens simul cum lapidẽ mouet aerem propinquum, & ille aer alium: & sic consequenter vsq; ad finem motus. Vnde proijciens simul cum proiecto non solũ mo-

Proiecta a quo mouentur.

uet

nec aerem propinquum: immo cum hoc imprimit sibi virtutem mouendi aerem sequentem. Quarta conclusio: motus proiectorum non est proprijssime vnus, & continuus: quia ad perfectam continuitatem & vnitatem motus requiritur vnitas motorum, quæ non est in motibus proiectorum.

T. c. 85. & inde. QVONIAM autem in his quæ sunt, necesse est semper esse motum continuum.

Primus motor vnus, & immobilis. ISTVD EST tertium & vltimum capitulum, in quo philosophus ostendit vnitatem & immobilitatem primi motoris: ponens quatuor conclusiones. Prima: tantum est vnum primum mouens: quia alias esset processus in infinitum: quod prius reprobatum est igitur.

Secunda conclusio: primum F mouens est immobile, probat duabus rationibus. Prima: quia si moueretur, moueret ab alio; & sic non esset primum mouens: igitur. Secunda ratio: si esset mobile, sequeretur q̄ non semper moueretur: quia esset fatigabile, vel saltem q̄ non moueretur regulariter: quod est falsum; igitur. Tertia conclusio: primum mouens est in circunferentia ipsius cœliquia primum mouens debet poni vbi velocior est motus: scilicet in circunferentia sphęræ velocior est motus, quam in centro: igitur.

Quarta conclusio: primum mouens est indiuisibile, nullam habens magnitudinem. Quod probatur: quia vel haberet magnitudinem finitam vel infinitam.

Tex. 56. Non infinitam: quia nulla est talis; vt probatum est. Tertio huius. Nec finitam: quia potentia infinita non potest esse in magnitudine finita: Primus autem motor est potentiæ infinitę: cum moueat per tempus infinitum; igitur. Circa textum. G

An primus motor sit vnus indiuisibilis impartibilis &c.

QVAERITVR. Vtrum primus motor sit immobilis, vnus, infinitus, impartibilis & nullam habens magnitudinē: & an sit mouens naturale aut violentum. Primo arguitur contra suppositum: quia implicat contradictionem aliquid esse infinitum, & nullam habere magnitudinem: igitur. Antecedens patet in primo huius: vbi dicitur q̄ ratio infiniti soli quantitati conuenit & non substantiæ vel qualitati nisi secundū H accidens: ergo implicat, q̄ primus motor sit infinitus, & nullā habeat magnitudinem: igitur. Secundo arguitur sic: Primus motor non potest nobis innotescere nisi per suos effectus: sed nullus effectus eius est infinitus: vt patet de se: ergo non possumus scire q̄ talis sit infinitus: igitur. Tertio arguitur sic: Implicat contradictionem esse aliquod infinitum actu: ergo nulla est virtus infinita: & per consequens primus motor nō est infinitæ virtutis. Quarto arguitur sic: Impossibile est primum motorem esse, & non mouere vel moueri velocitate infinita: sed si primus motor sit infinitæ virtutis, alterum istorum necessario sequitur secundum philosophum naturalem: ergo non debet concedi in philosophia

A phia naturali q̄ sit infinitæ virtutis. Antecedens patet pro prima parte in primo tractatu huius: vbi dicit primum motorē necessario esse perpetuum: sed quo ad secundam partem patet: quia si moueret infinita velocitate tunc dabilis esset motus velocissimus: quod est manifestæ falsum igitur. Quinto arguitur. Quicquid est à primo motore est infinitæ virtutis: ergo nō ipse solus est infinitæ virtutis. Antecedens patet: quia materia prima habet virtutem substandi infinitis formis: & ignis habet virtutem comburendi infinita combustibilia. Similiter potentia visiua habet virtutem immutādi ab infinitis obiectis. igitur. In oppositum est philosophus in textu. In ista quæstione erunt tres art. Quantum B ad primum.

Art. 1. PRIMO sciendum, quòd pro declaratione primæ partis quæstionis: Supponitur primo, quòd nec moueri, nec mouere se dicunt perfectionem simpliciter, licet bene moueret: ideo non oportet, quòd si mouentia secundaria sint mobilia quòd primū mouens vbiq; præsens nulla perfectione carens sit mobile seu quòd moueat se. Aduerte tamen vt dicit Scotus q̄ omnis perfectio simpliciter attribuitur deo: ideo aliter non esset summe perfectus: non tamen oportet quòd omne illud quod attribuitur sibi sit perfectio simpliciter: nam generare & generari attribuuntur sibi: & tamen non sunt perfectiones simpliciter. Nam vt ipse dicit ibidem nulla perfectio simpliciter est incomposibilis alteri perfectioni, sed generare, C & generari in diuinis, seu paternitas, & filiatio sunt incomposibiles: igitur. Dicit etiam ibi, q̄ perfectio simpliciter est communicabilis tribus suppositis in diuinis: modo notum est q̄ generare non attribuitur filio. Et dicit ibidem quòd perfectio simpliciter est, q̄ est melior in quolibet supposito absolutæ accepto secundum rationem suppositi, non determinando naturam in qua, vel cuius est suppositum, quàm non ipsa, id est quàm quodlibet sibi incompossibile: vt canis inquantum est in natura canina non est melius sibi habere scientiā, quàm incompossibile sibiin quia tunc non remaneret canis: tamen est sibi melius secundum quod est suppositum. Secundo supponitur quòd philosophus dicit D primum motorem esse immobilem. Pro cuius probatione assumit, quòd non est necesse omne mouens moueri ad hoc quòd moueat. Non enim oportet quòd si quis calefaciat aliquem quòd ille calefiat: & sic de multis alijs. Accipit etiam quòd oportet esse statum in mouentibus; ita quòd est deuenire ad vnum primum in essentialiter subordinatis, quod non mouetur ab alio: quia tam non esset primum nisi dicatur quòd moueretur a seipso, quod est falsum: igitur. Nam si moueretur à seipso, vel moueretur ad aliquam formam quam habet, vel quam nō habet: non primum: quia frustra moueretur: nec secundum: quia careret aliqua perfectione. Supponit etiā philosophus

Suppositiones.

Scot. in quo l. q. 3. ibi prima re.

E q primum mouens est indiuisibile: & ita non habet partē per se mouentem & partem per se motam quare nō mouebitur. Supponit etiam primū mouens non habere magnitudinē qua informet, & cui inhęreat ad cuius motum ipsum moueatur per accidens, quemadmodum mouetur anima ad motum corporis. Est tamen aduertendum quòd licet primus motor non habeat magnitudinem, quæ sit quantitatis molis, habet tamen magnitudinem virtutis infinitam. Vult etiam habere philosophus quòd primus motor est simplex & nō compositus: quia si esset compositus non esset primus: quia cuiuslibet compositi partes eius præcedunt. Ex quo sequitur quid sit dicendum ad primam partem quæstionis, quòd primus motor est immobilis non habens magnitudinem, summæ perfectus & summæ simplex. Et licet primum mouens aliter & aliter se habeat per denominationem extrinsecam; non tamen intrinsecam: nec mutatur de non velle in velle, aut econtra: nec de non intelligere ad intelligere.

F

Mens Arist. in isto 8. libro, quæ.

SECVNDO Iciendum, quòd mens Arist. fuit in isto octauo, quòd quicquid deus immediate, causat necessario causat, & quicquid immediate potest causare: quia non videtur poni contingentia ad causandum, nisi propter aliquam mutabilitatem in agente, quod non potest esse in agente primo cum sit immutabile: ergo in agente secundario; & sic videtur habere Ari. q non quodcunq; creabile deus potest immediate, & se solo creare: quia tunc posset facere q nulla causa secunda haberet actionem propriam. Sed istud videtur esse contra philosophum, & commentatorem: immo videtur dicere Commentator, q sic entia non haberent suas essentias & entitates: Modo secundum philosophum inconueniens est deū posse entitates omnium aliorū destruere. Probat etiam: quia si deus posset immediate omne creabile causare, sequeretur q ordo causalitatis in causis essentialiter subordinatis non esset simpliciter necessarius nec essentialis, quod est inconueniens apud philosophum: istius tamē assumpti oppositū tenent theologi. Deum tamen posse immediate creare aliquod creabile potest intelligi dupliciter. Vno modo immediatione causæ sic q non mediat aliqua causa: & sic potest. Aliomodo immediatione tam causæ, quàm effectus proximi: & sic non potest cum non possit producere relationē; nisi cōcurrētibus extremis suo modo; & omnia ista sunt de mēte Scoti: & etiam illa quæ consequenter dicentur. Et sic arguuntur contra Ari. probando q prima causa possit immediate oē creabile causare: ois cā virtualiter & eminēter habens virtutē actiuā causę proxime ṗt immediate effectū illius causæ causare. Dicit Sco. q illam maiorē negaret philosophus: diceret. n. q eminentiori modo habens talem virtutem potest quidem in suo ordine in effectum: sed ordo suus est q sit causa superior & remotior. Et si dicatur contra eum, quia tunc sequeretur q imperfectio requireretur in prima causa ad causandū: quia mediante causa secunda diceret q cum dico immediate causaret: duo dico. s. causationem: & illud dicit perfectionem: & dico modum siue immediationē causandi: & ille requirit imperfectionem annexam: ergo ad mediate causandum requiritur imperfectio; non sicut ratio causandi, sed sicut conditio necessaria in agente. Ex quo sequitur q philosophus negaret istam q perfectior causa immediatius causet. Aduertere tamen q non ponuntur istę mediæ causę vt addatur perfectio causalitatis: quia tota perfectissime est in prima: sed vt habetur ordinata perfectio descendens ad vltimam imperfectum, quæ non fit sine diminutione perfectionis. Et ad rationes Ari. dicitur q deus potest facere causas secundarias sine suis actionibus, & verę remanebunt entia. Dicitur etiam q ordo causarum nō est sic necessarius q deus posit illum destruere & causare sine aliqua cā secūda.

G

H

Deū im mediatè aliquod creabile creare quæ mens dixit intelligitur.

Scot. in quæst. q. 7.

An sua tam sit vnus primus motor.

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas: vtrum tantum sit vnus primus motor. Et videtur q non: quia sunt tot quot sunt orbes: & quilibet est formaliter necessarius: igitur. Respondetur breuiter quòd licet plures sint æterni motoris & formaliter & necessarij: tamen vnus est primus a quo omnes alij dependēt siue mediate siue immediate: quod notanter dicitur: Nam dicunt aliqui quòd fuit mens Ari. quòd prima intelligentia immediate causabat alias intelligentias: & si hoc sit verū discrepat ab Auicenna, qui tenet q prima intelligētia causat secundā: & secūda tertiam vt supra vi sum est. Et a. fuerte quòd mens Ari. fuit quòd prima intelligentia non mouet orbem: quia cum sit virtutis infinitę in instāti moueret & necessario cum immediate moueret; sed alię intelligētię a prima mouent orbes. Et ex isto potest haberi quòd non fuit mouens Ari. ponere alias intelligentias a prima esse virtutis infinitæ: sed finitæ: quia nullum infinitum dependet ab alio; sed istę intelligentię dependent a prima; etiam mouerent orbes suos in instanti & non in tempore, cuius oppositum est verum sponit tamen bene ipsas ex infinitæ durationis. Et ex istos sequitur quòd Ari. non posuit ista repugnare causatum & formaliter necessariū. Non ṗm eum omnes intelligentię sunt formaliter necessarię & tamē causāt a prima. Aduerte vlterius quod fuit mens Ari. quòd primus motor nullā habet magnitudinem ṗm extēsionem: licet bene magnitudinem virtutis. Et dicit Sc. quòd nō habere magnitudinem potest concludi ex infinita potentia, & potest concludi ex immaterialitate cū intellectualitate, ita q bene sequit hoc est infinitæ potētiæ: ergo nō habet magnitudinē. Et ex istis ēt sequit q mēs fuit Ari. ponere cœlos esse formaliter necessarios sicut intelligentias: qa vult oēm substantiā sempiternā esse formaliter necessariam.

C

q fuit mens tanb. c. 4.

D

Primus motor quo non magnus.

QVARTO sciendum, quòd circa textum incidit alia difficultas,

E

Proiecta quo mouetur cũ sint extra proiciens.

cultas, a quo mouentur proiecta cum sint extra proijciens. Respondetur breuiter, ꝙ dimissis multis opinionibus quæ fuerũt tactæ in textu, ꝙ iecta mouentur à virtute temporis impressa a proijciẽte: quam aliqui communiter vocant impetum: quia sic non videtur a quo alias moueantur: & in isto modo cõcordant ferre omnes philosophi. Sed quæreres quid est ille impetus. Respondeo ꝙ est quædam qualitas impressa mobili faciens in eo motum: & potest pom de prima specie qualitatis vel tertia q̃ acquiritur per actũ proijcientis. Ex quo potest seq̃ ꝙ talis impetus est realiter distinctus a motu: immo sequitur ipsum motum proijcientis. Et si quæras vtrũ sit qualitas permanens, vel successiua. Re-

F

spõdetur quòd est qualitas permanens: nam manet pila destendente. Et si quæras tertio vtrũ oẽs impetus sint eiusdem speciei specialissime. Respondetur per aliquas ꝓpõnes. Prima: non omnes impetus sunt eiusdem speciei specialissime: Quod patet: quia forma substantialis grauis cum ipsa grauitate corrũpunt impetũ lapidis sursum: & tñ eadem forma cum grauitate conseruat impetum lapidis deorsum & producit. Ex quo sequitur ꝙ illi duo impetus non sunt eiusdem speciei. Etiam potest probari: qa iste impetus nõ habent simile effectũ. Nã vnus mouet sursum: alius deorsum: alius retro: alius ante. Et sic dicas impetus pile cadentis deorsum, etiam mouetur sursum: ergo ista possunt fieri ab vno impetu. Respõdetur ꝙ hoc est per accidens: quia talis impetus natus est semper mouere deorsum si posset: ideo si propter impedimentũ prohibeat mouere deorsum mouebit sursum per accidens: sicut est de radio inciden

G

te vel reflexo. Secunda propositio: impetus est duplex; quidã est naturalis quando secundum eum mobile mouetur ſm eius inclinationem. Alius est violentus, quo mobile mouetur contra eius inclinationem. Tertia ꝓpõ: impetus communiter diuersificant ꝓp diuersum modũ imprimendi & caulandi. vt patet: nam si proijcias trochum in rectum, mouebitur in rectum; si proijcias in gyratiuum, gyratiuæ mouebit. Quarta propõ: per istum impetum possunt seruari omnes apparentiæ: ꝓp eũ pila resilit cadens supra terrã:

H

etiam per eum mouet mola fabri postquam faber dimisit molam. Etiam trochus pueri post quam est extra manum pueri: etiam manus & multa alia fiũt ꝓp istum impetum; & propter defectũ istius impetus faba non ita longe proijcitur; sicut plumbum quia sibi non potest imprimi ita magnus impetus. Et si quis quærat; quare illud quod sic mouet ab impetu, velocius mouet aliquãdo in medio vel in fine, quàm in principio, vt patet de sagitta. Rãdetur ꝙ rõ est: qa ille impetus in principio non imprimitur omnibus partibus mobilis: sed solum partibus propinquis: & mediantibus illis partibus imprimitur partibꝰ remotis, donec impetus est per totum mobile: & tunc velociori motu mouetur. Et hæc de primo articulo. Quantum

Impetus duplex.

A

tum ad secundum:

Arti. 2.

DVBITATVR primo. Vtrum opinio Aristo. fuerit primum motorem esse infinitũ intensiuè. Dimissi multis modis dicendi: respondetur per duo dicta secundum mentem Sco. Primum dictum: opinio Arist. fuit ꝙ primus motorem infinitæ virtutis: & non tñ ſm durationẽ. Patet: quia in hoc octauo li. sic arguit: primus motor mouet a se tempore infinito: ergo est infinitæ potentiæ, vel ergo est infinitæ potentię ſm durationem tãtum vel ſm intensionem seu entitatem non primum sicut communiter exponitur quod patet: quia ex hoc ꝙ primꝰ motor est infinitę potentię infert ꝙ est sine magnitudine: ergo non intelligit de infinitate durationis: qa cum tali infinitate durationis

B

bene stare potest magnitudo: igitur. Secundum dictũ ad hoc ꝙ movens arguitur esse virtutis infinitæ oportet non ꝙ actu moueat motu vel tempore infinito tã a parte ante, quàm a parte post: sed sufficit ꝙ posit mouere a se tempore infinito. i. per tempus infinitũ & Ari. hæc nõ concederet; ideo dato ꝙ de ſm Theologos non moueat motu infinito: multi tamen eorum dicunt ꝙ potest mouere motu infinito: & tempore infinito tam a parte ante, quàm a parte post, puta omnes qui concedunt ꝙ mundꝰ potuisset esse ab æterno. Differunt tamen a philosopho: qa philosophus ponit istã potẽtiam esse necessario coniunctã actui: quia inter extrema immutabilia, cuiusmodi est deus & cœlum est habitudo necessaria necessitate immutabilitatis, quæ

An Arist. senserit primum motorem esse ſm durationẽ infinitum.

negat oppositum posse succedere oppositio: ad quam sequitur motum esse necessariũ: non necessitate quæ repugnat motui: sed necessitate ineuitabilitatis: ideo non potest cessare a motu; ista tamen negat Theologi. Et si arguatur: intelligentiæ aliæ a prima mouent etiam tempore infinito, sicut prima intelligentiæ: ergo erunt omnes infinitæ. Dico ꝙ licet moueant tempore infinito: non tamen a se mouent: sed virtute primæ intelligentię a qua dependeat, non solum ineſſe, sed etiam in mouendo: modo ad hoc ꝙ aliquid inferatur esse virtutis infinitę, oportet quòd moueat a se tempore infinito. Ex quo sequitur quòd philosophus præcisè arguit de potentia primi mouentis q̃ non mouet virtute alterius, sed a se.

C

Ex quo ſt inferri, ꝙ ipsa sit infinita intensiuè: quia qđ hẽt a se potentiam actiuam, & quod habet aliquid a se, habet in tota plenitudine quæ potest sibi cõpetere: nihil enim habere limitate in aliquo nisi habeatur ab aliquo agente determinante illud ad certum gradum. Ex quo sequitur, quòd primum mouet a se: & per consequens est a se. Et cum tota plenitudo potentiæ actiuæ, & entitatis non posit esse sine infinitate intensionis: sequitur ipsã sit infinitę potentię intensiuæ.

D

DVBITATVR secundo. Vtrum aliquid possit generari & solum durare per instãs. Et videtur quòd non: vt habet Arist. in textu; quia inter generationem, & corruptionem est semper medium. In oppositum tamen arguitur:

An aliqđ possit generari & ꝙ instans solum durare.

E quia aliquid est in rerum natura, vel saltem alicuius aliquid, quod solum durat per instans: sicut ipsummet instans & ipsum mutatum esse in motu. Pro solutione huius supponitur, quòd mens ipsius philosophi fuit ꝙ generatio sit in instãti, & corruptio: non quidem simul in eodem instanti: quia impossibile est idem mutari simul duabus mutationibus oppositis: ergo in alio, & alio instanti sit generatio, & corruptio, sed non sunt duo instantia sibiinuicem immediata: sed inter quæcunq; mediat tempus: ideo generationem vnius non potest immediatè sequi corruptio illius: & per consequens illud quod generatur oportet plures durare quàm per instans. Et sic fuit mens Aristotel. quòd nihil generaretur, quod solum duret per instans, F & hoc capiendo generationem propriæ: quia si caperetur generaliter pro omni productione, vel inceptione alicuius falsa esset: cum instans duret solum per instans, & esse mutatum esse. Et si quis dicat, mutatum esse, & etiam instans habet duo instantia, scilicet primum instãs esse sui, & vltimum instans esse sui: ergo durat plusquam per instans. Respondetur quòd ista ꝓpositio, instans habet duo instãtia, habet duplicem sensum: vn⁹ est quòd instans duret per duo instantia. vel quòd componatur ex duobus instantibus: & sic ille sensus est falsus. Alius sensus est quòd inceptio eius cognoscitur per primum instans, & desitio per vltimum instans: nõ quòd in tempore correspondeant sibi duo instantia: sed tantum vnum, in quo incepit esse, & definit esse, sed de hoc aliàs magis visum est. Et aduerte, ꝙ tota ratio philosophi quare res non generatur, vt solum duret per instans, fuit ꝙ natura producens, sic influit ad cõseruationem, quòd posit per aliquod tẽpus manere: ita quòd corrupti ua, vel non sunt approximata, vel non vincunt virtutẽ generãtis, & conseruantis generatũ: ꝙ tunc generans impediretur.

Sent. in quæst. 9. 12. ar. 3.

Instantia rerũ quæ primum in instans esse res quo modo capitur.

Supponitur vlterius, quòd consequenter ponuntur quatuor instantia quibus inceptiones rerũ & definitiones mensurãtur, seu cognoscuntur. s. primum instãs esse rei primum instans non esse rei: vltimum instans esse rei, & vltimum instans non esse rei: & de hoc multotiens visum est. Aduerte tamen quòd primum instans esse rei accipitur dupliciter. Vnomodo pro instanti, in H quo verum est dicere: hæc res nunc est: & immediatè ante hoc non fuit: licet aliquid eius præ fuerit: & sic formæ, quæ successiue, & partibiliter acquiruntur habent bene primum instans sui esse: sicut caliditas successiue acquisita. Aliomodo accipitẽ per instanti, in quo verum est dicere: hæc res nunc est: & immediatè ante illud nihil eius fuit: Et sic dico quòd nullæ formæ, neq; res, quæ successiue, & partibiliter acquiruntur habent sic primum instans sui esse: licet bene primo modo possint habere. sed solum res quæ indiuisibiliter, & impartibiliter acquiruntur habent primum instans sui esse: immo etiam nihil quod generatur habet primum instans sui esse: quia cuiuslibet talis materia

A teria eius præcesit. Similiter potest distingui de vltimo instanti. s. quòd in instanti aliquo est: & nihil eius erit post illud instans: vel quia ipsum non erit post illud instans quamuis erit aliquid eius: & sic forma q̃ successiue, & partibiliter deperditẽ habet vltimum instans sui esse: sed non primomodo.

An aliquid possit produci, quod duret solum per instans.

DVBITATVR tertio. Vtrum possit aliquid produci, qđ duret solum per instans. Respondetur breuiter quòd sic virtute diuina potest aliquid creari, & solum durare per instans: potest enim deus producere, vel creare angelum in instanti, & solum durare per illud instans. Et videtur istud esse de mente Scoti quotl. q. 12. & in 3. sen. vbi videtur habere, quòd deus potuit facere virginem Mariam et B se tantum per instans in peccato originali. Sed contra istud arguitur sic: si aliquid posset creari, & durare solum per instans: sequeretur quòd aliquid creare tur, & nunquam conseruaretur: & videt esse falsum. Consequentia patet: quia res in instãti creationis non conseruat: quia non indiget conseruatione nisi quãdo potest non esse, sed quando creatur non potest non esse igr. Itẽ sequeretur, ꝙ deus non posset vnã rem immediatè creare post aliam. Quod probo, & volo quòd producat angelum qui solum duret per instans: tunc nõ posset immediatè creare alium angelum: quia vel crearetur in tempore immediato, vel in instanti: non in instanti: quia tũc non crearetur immediatè, vel oporteret duo instantia esse immediata: quia nullum est tempus immediatum illi instanti, cuius quodlibet dato adhuc illud est diuisibile. Item sequeretur etiam quòd angelus esset diuisibilis: quia postquam producitur in tempore, vel producitur totus simul in illo tempore, & non pars post partem: quod videtur esse inconueniens, cum illud quod producitur in tempore videatur accipere esse sicut tẽpus, in quo producitur. Item sequeretur, ꝙ esset aliqua res permanens, & indiuisibilis, quæ non haberet primũ instans sui esse, puta illa quæ immediatè produceretur post aliam: qa deipsa nunquam verum esset dicere: hæc res nunc est, & immediatè ante hoc non fuit. Item ille angelus secundum se totum & impartibiliter produceretur: ergo in instanti: cum sit idem si D mul produci, & secundum se totum & in instanti produci.

Item sequeretur quòd aliquid adeo produceretur: & tamen nesciret deus, quàm cito illa res produceretur in esse tota simul: quia deus nescit talem rẽ primo esse in instanti immediato: quia nullum tale est: nec mediato: quia non esset immediatè post aliam: ergo in tempore primo sciret illam rem esse: cum ergo in qualibet particula illius temporis tota simul illa res verè ponatur & nõ deus non videat aliquam particulam temporis quin ante eam videat partem illius: igitur.

Pro solutione supponit quòd si aliqua res solum duraret per in- *Suppositiones.*
stãs simul incipet esse & definet esse, exponẽdo definit per affirmatiuã de præsenti, & negati

Universidad de Deusto
Biblioteca

E uũ de futuro: ideo dicit Scotus, in libro prallegato ꝙ propositiones de incipit, & desinit exponuntur dupliciter. Supponitur vlterius, quòd illo casu admihilatio sequeretur creationem: non quòd fieret ex ipsis, vna mutatio per continuationẽ: quia tunc verũ esset dicere, ꝙ simul crearet, & annihilaret. Supponit vlterius, ꝙ tam creatio, q̃ annihilatio possint fieri in instanti, & etiam in tempore: ideo in illo casu adnihilaretur in tempore immediato: capiendo immediatũ vt idem est ꝙ inter qđ ſm se totũ, & aliud non est medium. Supponitur vlterius ꝙ vt ibidem dicit Scot. ꝙ in succedentibus sibiinuicem siue sint opposita priuatiuè, siue contradictoria, siue quasi contraria: quia ambo positiua nũq̃ F est dare vltimũ ꝑcedentis, & cũ hoc primũ sequentis; quia tunc duo opposita essent in eodẽ instanti, vel duo instantia immediata: ſꝙ tñ alterum est dare. ſ. vel vltimũ prioris, vel primũ posterioris. Ex quo sequitur, ꝙ si duæ res immediatè producerentur vna post aliã, secunda nõ haberet primum instans in tempore: licet posset habere in æuo suo: & per hoc soluitur vnũ argumentum. Vlterius dico, ꝙ nõ esset adæquatè dare ẽs in quo crearetur: & sic deus crearet aliquid, & tñ non cognosceret q̃ cito crearet. i. ẽs, in quo primo. i. adæquatè crearetur, & per hoc soluitur vnum argumentum.
Ad alia: ad principium dixit ibi Scot. ꝙ aliquid ſpt creari, & nun G quam conseruari. Vnde creari importat respectũ rõnis ad non esse præcedens: & conseruari respectum rõnis ipsius esse ad ipsummet esse præhabitum. Ad ſm dico, ꝙ crearetur in tpe immediato capiendo immediatũ, vt iam expositum est. Dico etia ꝙ immediatè in tempore sequẽti crearet: & tñ in tempore sequenti immediatè non crearet: quia nullum tale est tempus.
Ad aliud dico, & totum simul crearetur & non in instanti, sed in tempore. Vnde licet sit idem simul creari, & non creari per partem post partem: & tamẽ nõ est idem simul creari, vel diuisibiliter creari, & in instanti creari. Et hæc de secundo art. Quantum ad tertium sit.

CONCLVSIO responsalis ad quæsitum: Primus motor Arti. 3. H est immobilis, vnus, infinitus, simplex impartibilis, & nullam habens magnitudinem: quæ cõclusio satis probata est in articulis. Ad rationes ante oppositum. Ad primã negatur antecedens: & hoc si fiat sermo de magnitudine molis, & infinitæ virtutis. Ad secundam dicitur ꝙ deus per suos effectus à nobis cognoscitur quo ad conceptus cões. Ad tertiam dicitur ꝙ licet implicet contradictionẽ infinitum actu secundum extensionem, vel multitudinem: non tamen infinitum in entitate, & virtute. Ad quartam patet solutio, & etiam ad quintam.

PETRI TATARETI PARISIENSIS,

In libros Aristotelis de Cœlo, & Mundo disertissimæ Enarrationes, ac Quæsita.

LIBER PRIMVS.

P. cõ. 1. & inde.

DE natura scientia fere plurima videntur circa corpora, & magnitudines, & horum existens passiones, & motus: adhuc autem circa principia quæcúque talis substantiæ sunt. A

Vniuersum perfectũ esse demonstratur.

STE est liber de Cælo, & mundo, in quo Philosophus determinat de corpore naturali in ordine ad vbi ẽt diuiditur in quatuor partiales libros. In primo, determinat de toto vniuerso. Et diuiditur in quatuor tractatus. In primo, determinat de perfectione vniuersi. Et diuiditur in quatuor capitula. In primo, ostendit totum vniuersum esse perfectum: ponens quatuor conclusiones. Prima, scientia naturalis fere tota versatur circa corpora, & magnitudines, & circa eorum passiones, & motus. Probat, quia scientia naturalis considerat res naturales: sed rerum naturalium quædam sunt corpora, & magnitudines: quædam passiones, & motus ipsorum.
Secunda cõclusio: corpus est diuisibile secundum omnes dimensiones. Pro quo supponit diffinitionem continui dicens, quòd continuum est, quod est diuisibile in semper diuisibilia. Secũdo ponit diffinitionem corporis. Corpus est continuum vndique diuisibile, idest secundum omnem dimensionem. Et subdit, quòd tres sunt dimẽsiones: vna, quæ est diuisibilis secundum longitudinem, vt linea: alia, quæ est diuisibilis secundum longitudinem, & latitudinem, vt superficies: quædam secundum tres, vt corpus. D
Deinde confirmando dicit, quòd numerus ternarius est numerus omnis totus, & perfectus. probat tribus signis. Primum est ex auctoritate Pithagoricorum; dixerunt enim Pithagorici omnia esse tribus determinata, scilicet, principio, medio, & fine: per principium intelexerunt substantiam, per medium virtutem, & per finem operationem rei: ergo signum est

Universidad de Deusto
Biblioteca

E est, quòd numerus ternarius est numerus omnis totus, & perfectus. Secundum signum, antiqui quasi a natura inclinati cultui diuino consueuerunt sacrificare Dijs in numero ternario, scilicet in thure, igne, & oratione. Tertium sumitur ex communi modo dicendi, quod de duobus non dicimus omne, sed ambo: sed de tribus dicimus omne. Tertia conclusio: corpus est magnitudo perfecta probatur: quia corpus est diuisibile secundum omnes dimensiones: & omne totum, & perfectum, sunt idem secundum rem, & differunt solum secundum rationem: igitur.

F Quarta conclusio, totum vniuersum est perfectum: ibi per vniuersum intelligit aggregatum ex omnibus corporibus tam superioribus, quàm inferioribus: & præmittit duo dicta. Primum, vnumquodq; particularium corporum est determinatum ad proximum: sic, quòd ex ipso, & corpore proximo; fit vnũ vnitate continuitatis. Secundum dictũ: omnia corpora per contactum componunt totum vniuersum, quod est vnum vnitate continuitatis, idest contiguitatis, & ordinis. Hoc supposito probat conclusionem duabus rationibus. Prima, omne corpus est perfectum: sed totum vniuersum est corpus; ergo totum vniuersum est perfectum. Secunda ratio; totum vniuersum continet omnia, & a nullo continetur; ergo est perfectum.

Rationes conclusionem probantes.

V. cõ. 5. & mõs. De his autem, quæ secundum speciem ipsius partibus nunc dicemus principium facientes hic, &c.

G Istvd est secundum caput, in quo Philosophus determinat de distinctione partium principalium vniuersi, quæ sunt quinq; & intendit probare, quòd præter quatuor elementa ponendum est quintum corpus simplex natum moueri motu circulari, quod vocatur cœlum. Pro cuius probatione ponit quinq; suppositiones. Prima, omnia corpora naturalia sunt secundum se mobilia localiter: quia in se habẽt naturam, quæ est principium motus localis. Secunda, omnis motus secundum locum aut est rectus, aut circularis, aut mixtus. Ex quo patet, q̃ corporum aliud est simplex, & aliud est mixtũ. Tertia suppositio: tantum motus circularis, & rectus est simplex: quia solum duæ sunt magnitudines simplices, scilicet recta, & circularis. Quarta suppositio: necesse est omnem motũ simplicem esse aut ad medium, aut a medio, aut circa medium: motus rectus sursum est a medio, & deorsum est ad medium, & circularis circa medium. Quinta suppositio: necesse est quosdam motus esse simplices, & quosdam mixtos; quia corporum quosdam sunt simplicia: quædam mixta, quæ mouentur secundum elementum prædominans in ipsis: & simplicia secundum suam naturam mouentur; hoc supposito probat suam conclusionem quinq; rationibus: pro prima ponit duas suppositiones. Prima, motus simplex, & corporis simplicis: & si

Post quatuor elementa datur quintum corpus simplex.

A sit alicuius mixti hoc est secundum elementum prædominans in ipso. Secunda, vnius corporis simplicis est tantum vnus motus simplex secundum naturam: & tunc formatur prima ratio: motus circularis est simplex: ergo est alicuius corporis simplicis: & non quattuor elementorũ: quia ipsorum est alius motus simplex: ergo alicuius alterius corporis, & non nisi cęli: igitur. Pro secunda ratione ponit duas suppositiones. Prima motus præter naturam contrariatur ei, qui est secundum naturam. Secunda suppositio: tantum vnum est vni contrarium. Ex his format secundam rationem: motus circularis simplex conuenit alicui corpori, aut alicui quattuor elementorum, aut alteri: si primum conuenit se-

Suppositiones.

B cundum naturam, aut præter naturam: non secundum naturam: quia eis conuenit alius motus secundum naturam nec præter naturam: quia tunc contrariaretur motui, qui est a natura: & tunc vni essent plura contraria. Si dicatur, quòd conuenit alteri: aut conuenit præter naturam, aut secundum naturam, si secundum naturam, habetur intentum: si præter naturam, tunc sibi conuenit alius motus simplex: quod est falsum. Pro tertia ratione, ponit tres suppositiones. Prima, motus rectus est alicuius quattuor elementorum. Secunda est: motus circularis est corporis simplicis: Tertia mixta mouentur secundum elementum prædominans, tũc sic formatur tertia ratio, motus circularis est prior motu recto: ergo est prioris corporis, quàm motus rectus, qui est quattuor elementorum, & non nisi cęli: igitur. Pro quarta ratione ponit duas suppositiones. Prima, necesse est omnem motum simplicem inesse alicui secundum naturam, aut præter naturam. Secunda motus conueniens alicui præter naturam conuenit alteri secundum naturam: Tũc sic arguit: motus circularis conuenit alteri elemento præter naturam: ergo conuenit alicui alteri secundum naturam, & illud est cœlũ: igitur. Pro quinta ratione, ponit duas suppositiones. Prima, si motus circularis insit alicui secundum naturam erit corporis simplicis. Secunda, sicut est aliquod corpus, quod natum est ferri deorsum, & aliquod sursum: ita est aliqđ D corpus, quod natum est ferri circulariter: tunc sic arguit: motus circularis est continuus, & perpetuus: ergo conuenit alicui secundum naturam, & non alicui quatuor elemẽtorum. Primam partem probat: quia si solo conuenerit mobili præter naturam irrationabile esset ipsum esse perpetuum: quia nullum violentum est perpetuum. Ex omnibus istis concludit Philosophus, quòd præter quatuor elementa est vnum corpus simplex, quod vocatur cœlum.

Qvoniam autem hæc quidem supponuntur; hæc autem ex dictis ostensa sunt, &c.

Istvd est tertium capitulum, in quo Philosophus ponit diffe-

differentiam inter quintum corpus simplex, & quattuor elemẽta. Et intendit duas conclusiones. Pro prima supponit quid sit graue, & quid leue. Vnde graue est, quod est aptum natũ ferri ad medium: sed leue est, quod est aptum natum ferri a medio: sed leuissimum est, quod omnibus sursum latis supersertur: grauissimum est, quod omnibus latis deorsum subsistat. Hoc supposito ponit primam conclusionem: impossibile est corpus, quod mouetur circulariter, vt est cœlum esse graue aut leue probat duabus rationibus. Prima, cœlum nec mouetur a medio, nec ad medium, nec secũdum naturam, nec præter naturã: ergo non est graue, aut leue. Quod nõ moueatur secundum naturam, patet: quia mouetur circulariter secundum naturam: ergo nõ mouetur motu recto secundum naturam: quia vniuscuiusq; corporum cœlestium est tantum vnus motus secundum naturam: nec præter naturam: quia si moueretur sursum præter naturam moueretur deorsum secundum naturam: quod est falsum. Secunda ratio: in idem fertur totum, & pars: vt puta tota terra, & parus globus: secundum nullã pars cẽ si fertur ad medium, nec a medio: ergo nec ipsum cœlũ. Secunda conclusio: cœlum est ingenerabile incorruptibile, inaugmentabile, & inalterabile. Primam partem probat: quia omne, quod generatur fit ex cõtrario: & quod corrũpitur, corrumpitur in contrarium: sed cẽlum non habet contrarium: quia corporum contrariorum contrarij sunt motus: sed motui cœli non contrariatur alius motus: igitur. Secũdam partem probat: quia omne augmentabile est generabile: sed cœlum non est generabile: igitur. Tertiam partem probat: quia alteratio habet fieri secundum qualitates sensibiles, & secundum passiones, & passibiles qualitates: sed omne, quod secundum illas passiones alteratur etiam augmentatur: sed cœlum nõ est augmentabile: igitur. Probat adhuc tribus signis cœlum esse ingenerabile, & incorruptibile. Primum, omnes homines etiam græci, & barbari, & quicũq; alij putant Deos esse incorruptibiles: quia dixerunt antiqui, quòd locus Deorum est cœlum: ergo attribuunt ipsis locum incorruptibilẽ, & ille est cœlum: igitur. Secundum signum: quia non est in memoria alicuius, quantuncunq; senis, quòd cœlum secundum partem aut secundum totum sit transmutatum: igitur. Tertium signum: fere omnes antiqui appellant ipsum cœlum ethera quasi sempiterno tempore durans: igitur cœlum dicitur esse perpetuum: & per consequens incorruptibile. Ex his patet, quòd antiqui habuerunt eãdem opinionem de cœlo sicut nos supple Philosophi: dicentes ipsum esse incorruptibile, & sempiternum: neq; est mirandum: quia non semel, nec bis: sed infinities eædem opiniones redeunt.

Differentiæ inter cœlũ siue quintum corpus, & quattuor elementa

Qvod autẽ non est circulationi alia contraria latio. T. cõ. 24. & inde.

Istvd

Istvd est quartum capitulum, in quo Philosophus ostẽdit, quòd motui circulari cœli non est alius motus contrarius: & intendit tres conclusiones: Prima, motui circulari cœli non contrariatur motus rectus, quod probat: quia motus rectus contrariatur alteri motui recto: vt motus sursum motui deorsum: ergo motus circularis non contrariatur motui recto. tenet consequentia: quia tantum vnũ est vni contrarium. Secunda, vna pars motus circularis non contrariatur alteri parti motus circularis. probat tripliciter secundum quòd tribus modis cõtingit, vnam partem contrariari alteri. Et primo potest imaginari, quòd motus, qui est ab oriente in occidens per vnum semicirculum contrarietur motui, qui est econuerso per alium semicirculum: sed isti non contrariantur: quia infiniti possunt ibi trahi semicirculi a parte diametri: contrarietas autẽ non est inter infinita: igitur. Secundo potest imaginari, quòd motus cœli, qui est ab oriente in occidens per meridiem contrarietur motui, qui est econuerso supra eundem semicirculum: sed isti non sunt contrarij: quia motus contrarij dicunt esse inter terminos contrarios, & multũ distantes secundum lineam rectam: sed termini istorum non maxime distant secundum lineam rectam: igitur. Tertio potest imaginari, quòd motus, qui est ab oriẽte in occidẽs per meridiem, contrarietur motui, qui est ab oriente in occidens per septentrionem: sed tales nõ sunt contrarij: quia simul faciũt vnum motum circularem: igitur: Tertia conclusio, vni toti motui circulari non est alius motus totalis contrarius. probat tripliciter. Primo sic, motus contrarij sunt inter terminos contrarios: sed isti motus circulares non sunt inter terminos contrarios: quia quilibet eorum est ab eodem puncto in idem punctum: igitur. Secunda ratio, motus contrarij dicunt esse inter contraria loca: sed motus circularis non sunt huiusmodi: igitur. Tertia ratio, si motus circulares totales in cœlo essent contrarij, tunc fierent a virtutibus contrarijs; vel ergo illę virtutes essent æquales, vel non: nõ æquales: quia tunc vna impediret aliam, & sic essent frustra. Nam frustra est calciamentum cuius non est calciatio. non potest etiam dici, quòd vna vincat aliam: quia tunc illa, quæ vincetur esset producta frustra: nam Deus, & natura nihil faciunt frustra.

Motui circulari cœli haud motus ẽtrarius.

Sed quoniam manifestum magnitudo est: de his, & de reliquis intẽdendũ est, &c. T. cõ. 11. & inde.

Iste est secundus tract. in quo Philosophus determinat de finitate vniuersi secundum magnitudinem: & cõtinet quatuor capitula. In primo ostẽdit, q̃ nullum corpus circulariter motum fit infinitum præmittẽs primo intentionem suam dicens, quòd determinandum est an aliquod corpus sit infinitũ. Nam de hac quæstione multi errores circa principia Philosophiæ orti sunt: ideo necesse est hanc terminare: quia siquis trãsgressus fuerit modicum a veritate

Nullum corpus circulariter motũ, est infinitum.

tate discedés sit longe plus millies decies: vt si quis dicat, aliquàm magnitudinem esse minimam, quemadmodum Democritus, destruit principium mathematicorum: & rationem assignat; quia licet principia sint parua in quantitate, sunt tamen magna in virtute: a quo sumitur quòd paruus error in principio maximus est in fine. His suppositis probat prædictam conclusionem sex rationibus. pro prima præmittit duas suppositiones. Prima, si corpus circulariter motum sit infinitum, lineæ protractæ a centro ad circumferentiam erunt æquales. Secúda, si prædictæ lineæ sint infinitæ, distantia erit infinita: tũc sic formatur prima ratio: si corpus circulariter motum sit infinitum: tunc esset impossibile ipsum circulariter moueri; sed manifestũ est ipsum circulariter moueri: igitur. Maiorem probat, quia si corpus circulare sit actu infinitum oporteret infinitam distantiam pertransire, puta distantiã illarũ duarum linearum protractarũ a centro ad circũferentiã; sed hoc est impossibile: igitur.



Pro secunda ratione supponitur, quòd motus, tempus, & magnitudo æqualiter se habent ad esse finitum, & infinitum; tunc sic arguit: Si corpus circulare esset infinitum, sequeretur, quòd infinitum pertransiretur tempore finito: quod est falsum: igitur. Consequentia patet: quia traharur vna linea infinita ex vtraq; parte, quæ vocetur b b, a circumferentia circuli ad aliã circumferentiã extra centrum, quæ quiescat, & ,ptrahatur alia a centro ad circumferentiã aliã, quæ moueatur; & vocetur a, g, e; tunc ipsa pertransiet aliam, quę est infinita in tempore finito; cum cœlum voluatur in viginti quatuor horis.

Pro



Pro tertia ratione ponit vnam suppositionem; si vna magnitudo iuxta aliam moueatur, vel quòd ambæ moueantur iuxta seinuicem; illæ duæ magnitudines æque cito se pertranseunt inuicem. Tunc sic arguit; tempore finito cœlum pertransit circulum descriptum circa centrum mundi; ergo in eodem tempore cœlum ab eodem transitur; sed impossibile est infinitum pertransiri in tempore finito; ergo impossibile est corpus circulariter motum esse infinitum. Quarta ratio; nullum corpus figuratum est infinitum; sed cœlum est corpus figuratum; igitur. Maior patet: quia linea habens terminum, nec similiter superficies est infinita; ergo nec corpus clausum terminis cuiusmodi est corpus figuratum: igitur nõ est infinitum. Quinta ratio; si per centrum circuli, quod est g, ducatur vna linea infinita ex vtraque parte, quæ sit a b, & illa quiescat; postea ducatur alia linea ex centrum perpendiculariter secans primam lineã, quæ vocetur e, g, & ambæ quiescant: a centro vero ducatur alia linea infinita ex alia parte, quæ sit g, d, & illa moueatur; cum toto corpore circulari: tale corpus circulare non potest moueri circulariter, nisi linea mota transeatur a linea quiescente; sed hoc est impossibile cum vtraque sit infinita: igitur.

Sexta



Sexta ratio, si corpus circulariter motum esset infinitum ipsum pertransiret spatium infinitum, & spatium sibi æquale: & cum moueatur tempore finito pertransibit spacium infinitum tempore finito: hoc est impossibile, quod probatum est octauo Physicorum.

T.c.44. & inde. SED neque recte mouetur, &c.

Nullum corpus recte motũ est infinitum.

ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus ostẽdit nullum corpus recte motũ esse infinitum. Et intẽdit talem conclusionem: nullum corpus motum a medio, aut ad mediũ est infinitum. probat duabus rationibus. Prima, sumitur ex parte locorum: pro qua ponit aliquas suppositiones. Prima, motus sursum, & deorsum sunt contrarij. Secunda, contrarij motus sunt ad contraria loca. Tunc sic arguit: omnia loca corporum motorum a medio, vel ad medium sunt finita: ergo omne corpus recte motum est finitum: patet consequentia: quia locus debet esse æqualis locato: ergo si loca sint determinata, ita & locata. Secunda ratio sumitur ex parte leuitatis, & grauitatis: & est talis: si esset aliquod tale corpus infinitum, vel haberet grauitatem infinitam, vel finitam non finitam, quia sequeretur, quòd aliquod corpus finitum haberet maiorem grauitatem, quàm infinitum, vel habere posset. Nã accipiatur aliqua pars finita illius grauitatis corporis infiniti, tunc per replicationem grauitatis in corpore finito grauitas corporis finiti poterit esse tanta, quanta est corporis infiniti, cum talis sit finita: & adhuc potest replicari: igitur. Quod autem non habeat infinitam grauitatem probat; quia tunc grauitas infinita moueret per æquale spacium cum grauitate finita: etiam sequeretur, & non posset mouere in tempore, hoc implicat: igitur. patet consequentia quantum ad primam partem: grauitas finita potest mouere per aliquod spatium: ergo & infinita per tantum spacium

A cium potest mouere; sed quo ad aliam patet: quia talis est proportio grauitatis incremento & proportio temporis in decremẽto: sed grauitatis finitę ad infinitam nulla est proportio: nulla enim est proportio finiti ad infinitum: ergo temporis, in quo mouebit grauitas finita, nulla erit proportio: sed cuiuslibet tẽporis finiti ad aliud finitum est aliqua proportio: ergo grauitas infinita non mouet in tempore: immo si moueat mouebit in instanti, quod est impossibile: igitur ipsa non mouet.

T.c.11. & inde. POST hoc autem intendendum est, vtrum si non infinitum quidem corpus, quod omne, &c.

Non datur corpꝰ infinitũ.

ISTVD est tertium capitulũ, in quo ostendit Philosophus per rationes proprias, non esse aliquod corpus infinitum. Et diuiditur in duas partes. In prima, hoc ostendit sic arguendo: si esset aliquod corpus infinitũ, aut esset anomiomerum, aut homiomerum, sed nullum est dicẽdum: igitur. Minorem probat quia ad primam partem: quia illud esset ex partibus finitis compositum, aut infinitis: non infinitis: quia corpora simplicia sunt finita: nec finitis: quia tunc oporteret alteram partium esse infinitam. Nam ex finitis magnitudine non resultat, nisi finitum: sed nõ est necesse aliquam partem componentem esse infinitam secundum magnitudinẽ. Quod probat primo: quia ista pars haberet grauitatem infinitam, vel finitam sed nullam istorum est dicẽdum; vt probatum est in præcedenti capitulo: igitur. Secundo: quia tunc locus illius partis esset infinitus: & per cõsequens motus eius: quod est impossibile: nã impossibile est plura esse infinita; quia corpus infinitum est vndiq; extensum. Quod non sit homiomerũ probat: quia vel illæ partes mouerentur circulariter, aut recte; non circulariter, vt probatum est prius: neque recte, quia vel illud esset graue, vel leue; & sic haberet grauitatem, vel leuitatem infinitam, quod est reprobatũ. In secũda parte probat nullũ corpus sensibile esse infinitũ ex parte actionis, & passionis: ponens tres conclusiones: Prima: infinitum non potest pati a finito: quia tunc inæquali tempore agens finitum ageret in corpus finitum, & in corpus infinitum: quod est impossibile. tenet consequentia: nam sit a corpus patiens infinitum, b sit agẽs finitum, c sit tempus, in quo a patitur ab ipso b, & vltra sit d agens finitum in duplo minus, quàm b, & sit e mobile finitum motum ab ipso d in tempore c; f vero sit, mobile finitum in duplo maius, quàm sit e: tunc arguit sic, qualis est proportio maioris mouentis b, ad d, minus mouens; talis est proportio f, maioris mobilis ad e, minus mobile: sed d mouet e in tẽpore c: ergo b mouet f in tempore c, tenet consequentia per locum a transmutata proportione: b autem in tempore c mouet a infinitum: ergo b inæquali tempore mouet mobile finitum, & infinitum. Secunda cõclusio, corpus finitum non potest pati ab infinito. Probat: quia tũc virtus fie

infinita destrueret virtutem corporis finiti in instanti: ergo corpus finitū non potest pati a corpore infinito; cum actio, & passio debeant fieri in tempore.

Tertia conclusio: infinitum non potest pati ab infinito: quia si sic, sequeretur, q̄ infinitū inæquali tempore moueret finitū, & infinitum. Consequens est falsum, & impossibile: ergo & illud, ex quo sequitur. consequentia patet: quia si infinitū pateretur ab infinito, hoc esset in tēpore: & similiter finitum ab illo patitur, licet in minori tēpore: augeatur tunc virtus resistiua corporis finiti in tali proportione, quam habet minus tempus ad maius tempus: hoc facto corpus finitū mouebitur inæquali tēpore a corpore infinito, sicut corpus infinitū. Ex prædictis infert primo, quòd impossibile est corpus infinitū esse sensibile. Secundo infert, q̄ nullum corpus extra cœlum est infinitū: quia extra cœlum non est corpus, eo quòd omne corpus est in loco: sed extra cœlum non est locus: extra.n. & intra locū significat.

T.cō.70. & inde. RATIONABILIVS autē est conari, & sic neq;.n.in circuitū possibile est moueri, &c.

Rationes logica ad idem. ISTVD est quartum capitulo quo ostendit Philos. per rationes logicales nullū corpus esse infinitum. Et diuiditur in duas partes. In prima, ostendit nullū corpus esse infinitū, hac ratione: quia nullū corpus circulare est infinitū: similiter nullū corpus recte motū: igitur. Antecedens pro parte patet: quia nullū infinitum mouetur circa medium: sed omne corpus circulariter motū mouetur circa medium: igitur. Secundam partem probat tribus rationibus. Prima si esset aliquod corpus infinitū recte motum ipsum haberet vnum locū finitū, ad quem moueretur naturaliter, vel violente, quod est falsum. Nam tūc essent plura infinita. Secunda ratio, si aliquod corp⁹ recte motū esset infinitū: tunc haberet mouens infinitum: & sic essent plura infinita: igitur. Consequenter remouet Philosophus vnam cauillationem: posset.n. aliquis dicere, infinitū mouetur a seipso. Hoc excludit dicens: quia tunc oporteret esse animatum: & omne aīatum habet determinatam formā, & virtutē, & per consequens est finitum.

In secunda parte ponit talē cōclusionem: non est ponendū aliquod corpus infinitū compositū ex infinitis corporibus eiusdē rationis distantibus per vacuitates, quemadmodum posuit Democritus & Leucippus: probat duabus rationibus. Prima, quia tūc omniū corporum esset vnus motus: vbi.n. fertur tota terra, & vn⁹ globus & vbi fertur totus ignis, ibi & vna scintilla. Secunda ratio: si illa corpora sint eiusdem rationis: tunc aut quodlibet erit graue, & sic nihil erit leue: aut quodlibet erit leue, & sic nihil erit graue: quod est falsum: igitur.

An cuilibet corpori simplici sit tantum vnus motus.

QVAERITVR, vtrum cuilibet corpori simplici insit tantum vnus motus. Arguitur primo, q̄ non: quia non cuilibet corpori simplicis est motus: igitur. Antecedens patet: quia cœlum est corpus simplex: & tamen non mouetur, saltem localiter: quia manet semper in eodem loco: nec valet dicere, quòd mouetur secundum suas partes: quia vtraq; medietas eius, ita bene manet in eodem loco sicut totum cœlum. Secūdo sic. Nullus est motus simplex: igitur quælibet præsupponit falsum. Antecedens patet: quia omnis motus est diuisibilis in partes secundum diuisionem temporis, in quo fit. Item omnis motus, vel est naturaliter, vel violentus: si naturalis velocior est in principio: si violentus est velocior in principio, quàm in fine: & sic omnis motus componetur ex velociori, & tardiori. Tertio sic, quilibet orbis planetæ est corpus simplex: & tamen ei naturaliter insunt plures motus, quorum vnus est ab oriente in occidens per meridiem secundum motum primi mobilis: alter ab occidente in oriens, etiam per meridiem super polos zodiaci, qui dicitur esse motus proprius illius orbis: & simiiter diceretur de igne, qui mouetur naturaliter sursum: & etiam circulariter ad motum cœli lunę: nec valet dicere, quòd mouetur circulariter violente: quia nullum violentum est perpetuū: igit. Quarto sic, Motus sursum, & motus deorsum sunt mot⁹ naturales simplices, & ambobus illis motibus aer, qui ponitur corpus simplex successiue potest moueri naturaliter: Nam si aer ponatur in loco aquę mouebatur naturaliter sursum: & si in loco ignis mouebit deorsum ad suū proprium locum: igitur.

Quinto sic; Vnus motus simplex cum specie potest cōuenire pluribus corporibus mixtis ipsis distinctis; ergo magis pōt cōuenire pluribus corporibus simplicibus. Antecedēs patet: q̄ aurū, & plumbū, quę differūt ipse mouentur deorsū. In oppositū est Philosophus in tex. In quæst. erunt tres artic. Quantum ad primū.

Art. 1.

An cœlū sit corpus naturale

PRIMO sciendum, q̄ circa textū incidunt aliquæ difficultates. Prima: Vtrū cœlū sit corpus naturale. Et vī, q̄ non: quia omne corpus naturale est mobile aliquo motu naturali: sed cœlū non mouetur motu naturali: q.a motus naturalis velocior est in fine, q̄ in principio: cuiusmodi non est motus cœli. Rūdet breuiter, q̄ capiendo corpus naturale p̄ corpore cōposito ex materia, & forma, cœlū est ens naturale: & de hoc alias visum est: sed capiēdo corpus naturale, qđ pōt per naturā produci, vel corrūpi, vel qđ ex natura inclinat ad talē motū, & nō oppositum: sic dico, q̄ cœlum non est ens naturale. Et si quæratur, vtrū motus cœli, quo mouetur, sit naturalis, vel violētus. Rūdet Sco. li. 4. di. 48. q. 3. q̄ mens Aueēnę fuit, q̄ talis motus non est naturalis, nec violentus: sed ex parte agentis est volūtarius: & ex parte passi, seu mobilis est neuter, sicut superficies est in potentia neutra ad albedinem. Et si quis dicat, cœlum habet habitudinē ad illum motum: quia habet figuram rotundam. Respondet Sco. quòd talis habitualitas non sufficit ad naturalitatem: sed tantummodo ad non violentiam.

p. sua me taph. c. 4.

E Et aduerte, quòd mobilium quædam mouentur naturaliter, sicut graue deorsum: quædam violẽte, sicut graue sursum: quædam neutraliter, sicut angelus, & anima post separationem a corpore: quædam nec naturaliter, nec violente, sed præter naturam: vt ignis in sua sphæra, qui mouetur ibi circulariter ad motum cœli. Et si quis dicat, nõ inclinatur ad talem motum: ergo mouetur violenter. negatur consequentia: & ratio est: quia mouetur secundum inclinationem, seu naturalitatem naturæ vniuersalis, quæ est maior, quàm naturalitas alicuius particularis. Dicit enim Sc. in 4. q. de agilitate beatorum, q̃ naturalitas potẽtiæ superioris est maior, quam naturalitas potentiæ inferioris: etiam naturalitas naturæ superioris, puta vniuersalis est maior, quàm naturalitas naturæ inferioris, sicut est cum graue ascendit ne fiat vacuum: quandã mouentur motu mixto ex volũtario, & violento, sicut forte est motus animalis: & de hoc aliàs iam visum est, quædam mouentur motu mixto ex recto, & circulari, sicut si aliquid moueretur per arcum, cuius semidiameter mundi est chorda. Et ex illo patet, q̃ nõ oportet, quòd omne corpus possit moueri motu naturali: & hoc volebat forte habere Arist. si sufficiat, quòd aliquod corpus sit mobile aliquo motu locali. Pro quo est aduertendum, q̃ motus localis dicitur quo aliquid mutat locum secundum se totum, vel secũdum partem, vel mutaret si esset in locum quod additur propter sphæram nonam, quæ mouetur, & nõ mutat locum, saltem quo ad locari: cum non sit in loco.

Sc. in 4. dist. 49. q. 4.

Ad tm̃ locatis q̃d.

F

G

SECVNDO sciendum, q̃ sunt adhuc aliæ difficultates. Prima: Vtrum possibile sit aliquod corpus esse, & nunquàm moueri localiter. Et videtur, q̃ non: quia tunc sequeretur, quòd non esset mobile cum non posset moueri, cum illa potẽtia, quę nunquàm reducitur ad actum sit frustra. Dico, quòd possibile est esse aliquod corpus, quod nũquàm mouebitur localiter. Dico vlterius, q̃ non est inconueniens potẽtiam aliquam frustrari secũdum aliquod individuũ: licet sit inconueniens potẽtiam frustrari tam secundũ speciem, quàm secundum individuũ. Ex quo sequitur, q̃ Deus, & natura nihil faciunt frustra secundum speciem, & individuũ simul: sed bene secundum vnũ individuũ, vel plura solum. Secunda difficultas: Quare aliquis motus dicitur esse simplex. Respõdetur per aliquas propositiones. Prima: motus non dicitur simplex quin non componatur ex partibus quantitatiuis: quia omnis motus ex talibus componitur.

An debeat esse corpus, quod nũquam moueatur localiter.

H

Motus non dicuntur simplex.

Secunda, motus non dicitur simplex, eo q̃ non componatur ex parte velociori, & tardiori: quia tunc motus naturalis, vel violentus non esset simplex.

Tertia, motus non dicitur simplex, eo q̃ vna pars mobilis nõ moueatur velociori modo, q̃ alia: quia tunc motus cœli non esset simplex. Quarta: motus nõ dicitur simplex, eo q̃ mobile sit simplex, vel spatiũ supra quod mouetur. Quinta propositio, motus ideo dicitur simplex eo q̃ fit per lineam breuiorem, per quam

A quam potest fieri ad mediũ mũdi, vel a medio secundum semidiametrum mundi, vel partem eius, absq; eo, q̃ participet aliquid de circumitione, vel circa medium mundi secundum lineã circularem, vel partẽ eius absq; hoc, quòd participet aliquid de descensu ad medium, vel ascensu a medio. Ex quo sequitur, q̃ datis duobus mobilibus æquali ter descendentibus: vno tamen descendente per diametrum, & alio per arcum primum mouetur motu simplici: secundum autem non: quia nõ descendit per lineam breuiorẽ: & dico, quòd illo casu quodlibet æque cito descenderet cum æqualiter appropinquat centrũ mundi: sed non æque cito mouentur deorsum: quia illud, quod mouetur per arcum citius mouetur cum spatiũ maius pertranseat. Et si quis

B dicat, tũc sequeretur, q̃ aliquod totum posset moueri motu simplici: cuius tamen quælibet medietas mouetur motu compositõ: si fit vna terra vniformis in grauitate, quæ descendat ad centrum mundi, sic q̃ eius centrum sit diametrum mundi, nisi in eius descensu illa terra condensetur: tunc tota terra mouetur motu descensus, & vtraque medietas motu compositõ ex descensu, & circumitione: quia nulla medietas descendit per semidiametrum mundi. Respondetur, q̃ hoc non est inconueniẽs immo de facto est verum.

Non aliquid simul pluribus motibus moueri potest.

TERTIO sciendum, quòd incidit talis difficultas: Vtrum aliquid possit moueri simul pluribus motibus simplicibus. Et videtur, quòd sic: nam cœli alij ab vltimo mouentur pluribus motibus simplicibus, scilicet ab C oriente in occidens ad motum cœli superioris, & ab occidente in oriens motu suo proprio.

Pro solutione supponitur, q̃ aliquid potest imaginari moueri motibus pluribus simplicib⁹ dupliciter. Vnomodo simul: alio modo successiue. Si simul, hoc est tripliciter: vno modo, q̃ æque primo, & æque velociter mouetur illis motibus simplicibus: & sic dico, quòd impossibile est aliquid moueri simul pluribus motibus simplicibus æque primo, & æque velociter: quia aliter oporteret, quòd idem simul, & semel esset in diuersis locis, postquàm motus simplices sunt ad diuersa loca: & per illud motus localis differt a motu alterationis: nam possibile est motu alterationis aliquid simul alterari diuersis alterationibus. Vnde possibile est, quòd D aliquid simul ita velociter albefiat, sicut caleñet. Secundo modo, potest imaginari aliquid moueri motibus simplicibus, sic videlicet, quòd moueatur pluribus motibus simplicibus, non æque primo; sed mouetur vno ex se, & alio ad motum alterius coniuncti cum eo: & sic dico, quòd aliquid potest bene moueri simul pluribus motibus: vt patet de sphæra solis, quæ mouetur motu proprio, & motu circulari diurno, quorum vterque est motus simplex: sed non mouetur ibi æque primo, cum vnus ipsorum insit sibi præter naturam. Tertio modo, potest imaginari aliquid simul moueri pluribus motibus sic, quòd moueatur motu mixto ex duobus simplicibus, sicut ex motu

recto, & circulari, & sic dico, q̃ idē simplex bene potest moueri simul pluribus motibus simplicibus: q̃ a aliqua terra pura posset simul descendere, & aliqua liter centrū circuire: sicut si esset terra supra tabulam trāsuersam, quæ discendendo caderet ad vnū latus. Dico vlterius, q̃ possibile est aliquid moueri simul pluribus motibus secūdo, & tertio modo: vt si aliqua terra pura descenderet supra aliquā tabulam transuersaliter positā: & illa tabula moueretur in tali descensu ad aliam partē puta ad latus: tunc illa terra moueretur pluribus motibus simplicibus secundo, & tertio modis.

Dico secundo, quòd impossibile est idem corpus simplex simul moueri naturaliter pluribus motibus, eo quòd corpus non habet in se nisi vnā formā simplicē, quæ nata est illud inclinare ad vnum locum solum: & per consequens productiua solum in ipso vnius motus: & hoc maxime habet verū in non animatis vbi tantū est vna forma. Etiā vnius corporis simplicis secundum speciem non est naturaliter nisi vnus locus secundum speciē: & ita nisi vnus motus localis specificus secundum naturam. Et per idem patet, q̃ impossibile est idē corpus simplex naturaliter moueri pluribus motibus simplicibus successiue secundum speciem: nec valet arguere de aqua, q̃ mouetur sursum, & deorsum successiue: nam quòd sursum moueatur non est naturaliter, sed præter naturam: vt iam visum est. Ex quo sequitur, quòd vnus motus simplex secundum speciem non est nisi vnius corporis simplicis secundum speciem. Sequitur secundo, quod non omnis motus sursum, & omnis motus deorsum differunt specie: quia aer existens in loco aquæ naturaliter moueretur sursum ad locum proprium: & existens in loco ignis naturaliter moueretur deorsum ad locum eius naturalem: ideo si isti duo motus differrent specie, tunc eiusdem corporis simplicis essent plures motus naturales: quod est falsum. Dico vlterius: quòd ad hoc, quòd motus sursum, & motus deorsum distinguantur specie, oportet, quòd sint ad termínos distinctos specie vltimatos: quales sunt motus deorsum terræ, & motus sursum ignis. Et dicitur notanter, vltimatos: quia dato, quòd aqua, & terra moueantur deorsum, tamen illi duo motus non sunt eiusdem speciei: cum non sint ad diuersos terminos vltimatos: etiam dato, quòd aqua, & terra mouerentur deorsum a loco ignis, & tenderent ad eundem locum non vltimatum illi motus non essent eiusdem speciei. Et ex isto potest dici probabiliter: q̃ si ponamus orbes distingui specie abinuicem, non omnis motus circularis omni motui circulari est eiusdem speciei: aliter idem motus specie competeret naturaliter pluribus corporibus simplicibus: & secundum hoc oporteret ponere, quòd loca naturalia ipsorum orbium distinguerentur specie.

An tam tum sint quinque

QVARTO sciendum quòd incidit alia difficultas: vtrum in mundo sint tantum quinq; corpora simplicia specie distincta? Et videtur, quòd non: quia cœlum non videtur esse alterius naturæ ab elementis: igitur. Antecedens patet, Primo quo ad qualitates motiuas, scilicet grauitatem, & leuitatem: nam si esset vna pars cœli in aere, moueretur sursum, vel deorsum: & sic haberet grauitatem, & leuitatem: vel maneret quiescens: quod est falsum, cum nō sit in loco proprio: modo corpus naturale existens extra proprium locum monetur. Item planetæ, qui sunt partes cœli aliquando ascendunt aliquando descendunt: igitur habent grauitatem, & leuitatem. Secundo videtur, quòd conueniant in qualitatibus primis: cum aliqua pars cœli sit calida, & aliqua frigida. etiam cœlum super omnibus latis stat: igitur videtur esse leuissimum. Respōdetur breuiter, quòd præter cœlum sunt duo corpora simplicia genere distincta, scilicet graue, & leue: quia tot sunt motus naturales simplices in genere, scilicet motus sursum, & deorsum. Secundo dico, quòd præter cœlum quatuor sunt corpora simplicia specie specialissima distincta, scilicet aer, aqua, terra, & ignis: ideo secundum mentem Philosophi quatuor erunt motus recti specie specialissima distincti. Dico tertio, quòd præter illa quatuor corpora simplicia ponendum est quintum corpus simplex, quòd non est neq; graue neq; leue: quod circulariter mouetur. Et si quis dicat, quòd sunt plures cœli. Dico, quod verum est: sed quia dubium est vtrum differant specie, vel nō, vocabūr tantum vnum. Ad rationes dico primo, quòd illa massa cœli non moueretur cum non haberet, principium motus, neq; sursum, neq; deorsum, neq; circulariter: cum tunc oporteret, quòd haberet intelligentiam ipsam mouentem. Dico vlterius, quòd non quiesceret, nec naturaliter, nec violente: sed præter naturam. Dico etiam, quòd licet omne corpus naturale motum motu recto extra suum proprium locum moueatur ad suum locum; non tamen hoc oportet de corpore naturali moto motu circulari. Ad aliud dico, quòd partes cœli proprie non ascendunt neq; descendunt; licet efficiantur centro proximiores, vel longiores; ideo non omne appropinquare centro est ascendere; sed solum infra sphæram lunæ. Ad aliam dico, quòd aliqua partes cœli sunt bene calidę, vel frigidę virtualiter: f. d non formaliter. Ad vltimam dico, quòd illa diffinitio leuissimi, debet intelligi de illis, quæ sunt infra sphæram lunæ. Et hic de primo articulo. Quantum ad secundum.

Quinq; corpora simplicia in mūdo.

Art. 2.

An mixtum moueatur ad motū elementi prædominantis.

DVBITATVR primo, Vtrum mixtum moueatur ad motum elementi prædominantis. Pro cuius solutione est aduertendum, quòd elementum non dicitur prædominari in aliquo mixto, ex eo, quòd elementum formaliter, & realiter maneat in mixto: neque qualitates elementi transeant in mixtum: neque forma substantialis elementi transit, vel manet in mixto. Dico

Σ ergo, vt dicit Scot. in 2. dist. 15. quæst. vnic. quòd primum dominium elementi in mixto attenditur secundum conuenientiã in qualitate naturali motiua quæ qualitas est principium motus: vt grauitas est principium moueri deorsum. Vnde secundum diuersam mixtionem elementorum concurrentium in generatione illa, aliquando mixtum magis conuenit in forma in vno elemento, quàm cum alio: & per consequens in qualitate simili, quæ est qualitas mixti, & non elementi: & ideo
Υ habent similem motum consequentem. Et ex isto sequitur, quòd dominium elementi in mixto non attenditur secundũ qualitates alteriuas: sed secundum qualitates motiuas, quæ sunt grauitas, & leuitas. Supponitur secundo, quòd qualitas motiua alicuius grauis, vel leuis naturaliter siti non trahit sursum, nec deorsum. Quòd patet. Nam si aliquis esset in fundo maris, & haberet centum dolia aquæ super eum non propter hoc sentiret pondus. Tertio supponitur, quòd graue, & leue est naturaliter locatum, quando est sub leuiori ipso, & super grauius ipso. Vnde si in sphæra ignis esset vas plenum aqua, adhuc lignum natans super ipsam esset locatum naturaliter. Similiter si aer esset in vna fouea bene profunda in terra: dum tamen non esset super ipsam aliquod grauis ipso esset naturaliter situs. Vnde naturalis ordo grauium, & leuiũ est grauiora esse sub leuioribus, & leuiora esse super grauiora. Supponitur vlterius, quòd qualitas motiua grauis, vel leuis, cũ trahit sursum, vel deorsum quando est naturaliter situm: puta quando graue est super leuiori eo, vel leue sub grauiori ipso. His suppositis ponuntur aliquæ cõclusiones. Prima, impossibile est, quòd in aliquo mixto sit æqualiter de grauitate, & leuitate: quia illi non posset assignari locus naturalis: quia si aliquis locus naturalis posset illi assignari ille maxime videretur, inter duo elementa grauia, & leuia: sed hoc non: nam sit vnum tale corpus, & sic figurę quadratę: vna medietas eius sit grauis, & alia leuis: & sint distinctę illę medietates adinuicem per lineam rectam: tunc oporteret, quòd medietas eius, puta grauis esset in loco elementi grauis: & alia in loco elementi leuis: vt in loco
Η aeris: sed hoc non videtur verum: igitur. Et si quis dicat, volo quòd sit vnum mixtum in sphęra aeris, in quo sint duo gradus de grauitate terrę, & duo de grauitate aquę, & duo de leuitate aeris, & tres de leuitate ignis: clarum est, quòd in hoc mixto dominator leuitas: & tamen non propter hoc moueretur sursum, sed deorsum: & ex eo, quòd in casu dicto solum tres gradus leuitatis ignis trahunt sursum per tertiam suppositionem postquàm ipsi sunt non naturaliter siti: sed duo gradus grauitatis aeris nec trahunt sursum, nec deorsum: ideo non est attendendus motus simpliciter secundum pluralitatem graduũ qualitatis motiuę: sed debet etiam aspici qualiter est, situm illud mixtum. Secundo etiam

oleum

Α oleum est vnum mixtum, in quo dominatur aer: & tamen non mouetur, nec quiescit sicut aer: nam descendit in aere: vt patet per experientiam. Ex quo sequitur ꝙ possibile est motum naturalem mixtiji̇n fine esse tardiorem, quàm in principio: vt si essent vnum mixtum in quo essent tres gradus grauitatis terrę: & tres gradus grauitatis aq̃: & duo leuitatis aeris: & duo leuitatis ignis; & fit illud mixtũ in sphera ignis, in descensu talis mixti potentia motiua se habet vt octo: quia tã terra, quàm aqua, q̃ aer trahit deorsum: & resistentia est sicut vnum: quia pono ꝙ medium extrinsecum resistat huic vnum: tunc illud mouetur vsq; ad connexum aeris exclusiue à ꝓportione octo ad vnum: & quando peruenit
Β ad aerem, tunc resistentia efficitur maior: quia illi duo gradus leuitatis ignis resistunt, cum nõ sint naturaliter siti: & potentia motiua efficitur minor: & etiã quando peruenit ad aquam: igitur. Ex quibus omnibus ponitur talis conclusio: mixtum mouetur secundum qualitatẽ vel qualitates elementi vel elementorum habentis vel habentium dominium in trahendo sursum vel deorsum: & hoc volebat habere Ari. quando dixit mixtum moueri secundum naturam elementi prædenominatis in ipso.

Vtrũ præter quatuor elementa cõsultum sit ponendũ sextum corp⁹ simplex.

DVBITATVR secundo. Vtrum præter quatuor elementa & cœlum, sit ponendum sextum corpus simplex. Et arguitur primo quòd sic: quia sicut ponitur vnum corpus quod mouetur motu recto sursum: & vnum quod mouetur motu simplici oppositio deorsum: sic debet poni vnum corpus simplex quod mouetur motu oppositio circulari. Pro responsione suponitur primo ꝙ hic nos non volumus loqui de quacunq; cõtrarietate: sed solum de contrarietate locorum; ad quam contrarietatem locorum requiritur maxima distantia non simpliciter, sed in genere secundum differentias loci: quæ sunt sursum & deorsum. Vnde magis distant extrema totius diametri sphere corruptibilium, quàm cẽtrũ & circunferentia: & tamen ista extrema non sunt loca contraria: ideo talis distantia non est accipienda secundum totalem diametrum: sed secundum semidiametrum sphęræ corruptibilium. Secundo requiritur ꝙ habeant contrarias virtutes. Ex quo patet ꝙ non capitur ibi
Δ locus formaliter ꝓ respectu, neque ꝑ pro superficie tantũ: sed magis pro qualitatibus conseruatiuis seu pro aggregato ex superficie corporis continentis & qualitatibus influxis a corporibus superioribus. Supponitur secundo ꝙ ad contrarietatem motuum quatuor propriæ requirunt. Primo ꝙ sint de locis cõtrarijs ad loca cõtraria. Ex quo sequitur ꝙ motus ad latus non sunt propriæ cõtrarij: quia possibile est talia loca nõ esse ꝓprie contraria. Secũdo requiritꝙ fiãt per lineã breuissimã. i. rectam. Ex quo sequitꝙ mot⁹ rect⁹ & mot⁹ circularis nũ cõtrariantẽ: quia motus circularis non fit ꝙ lineã breuissimã. Sequitur secundo ꝙ nullus mot⁹ fact⁹ ꝑ lineã curuã contrariatẽ motui facto ꝙ lineam rectam: quia tunc

vni es-

vni essent plura cõtraria: quod est falsum. Tertio requiritur q̃ fiant per eandem lineam vel æqualentem. Ex quo sequitur q̃ possibile est aliqua duo moueri motibus contrarijs: & tamẽ cõtinuq̃ æqualiter distabunt: sicut si a sphera ignis descenderet aliqua terra per semidiametrum: & ex alia parte ascẽderet aliqua alia terra per alium semidiametrum: tunc mouentur motibus cõtrarijs: & tamẽ semper æqualiter distarent. Quarto requiritur q̃ si vnus sit naturalis alicui q̃ alter sit violentus eidem. Ex quo sequit q̃ motus terræ deorsum nõ est cõtrarius motui ignis deorsum: ex eo q̃ vterq; secundũ spẽm est naturalis terræ.

Et ex oibus istis sequitur q̃ nullus motus est contrarius motui circulari cœli: quod potest satis probari ex contrarietate locorum. Vnde orientes & occidentes ad quæ fiũt tales motus nõ sunt contraria: q̃a sunt æque superiora & æque naturaliter cuilibet parti cœlestis q̃ æque naturaliter est sol in oriente sicut in occidẽte. Dicit tñ aliquis quod motui circulari, potest esse alius motus contrarius: puta q̃ fieret ab occidente in orientem supra eundẽ axem q̃a tunc tunc fieret alteri q̃ fieret supra eundem axẽ ab oriente in occidentem, qđ probant: quia illi semper se impediunt, & nõ possunt simul esse ibi: licet bene succedant: q̃ quid tñ sit de hoc credo q̃ illi motus nõ sunt contrarij: q̃a illi motus q̃ possunt aliquãdiu cõtinuari non sunt cõtrarij: vt hĩ. 5 physi. sed illius, sunt huiusmodi igit. Minorẽ p̃ bo ponendo q̃ aliud corpus orbiculariter moueat ab oriente in occidẽs per meridiem super polos a & b: & in mouẽdo veniat sic q̃ a sit polus b, & econuerso: quo facto eadẽ pars quæ prius mouebatur ab oriente in occidens per meridiẽ mouet ab occidente in orientem per septentrionẽ. Et ad rõnes respondet q̃ illud non sufficit ad contrarietatẽ motuum. Et si vlterius dicatur: motus & rectus & motus circularis magis differũt, quam motus rectus & motus rectus: ergo magis contrariantur. Respondetur q̃ non valet consequentia: licet enim albedo & superficies magis differant, quam albedo & nigredo: non tamen magis contrariantur. Ex quo sequitur q̃ motus circularis nulli est violentus. Sequitur secundo quod cuilibet motui posset permisceri, puta tam motui sursum, quam motui deorsum: si terra aliqua descenderet per arcum & cum motu sursum sit ignis ascenderet per talem arcum. Et ex omnibus istis inferunt aliqui quod cœli non differunt specie: quia deberent habere diuersos & contrarios motus, quod tamen non videtur: sed istud non concludit: nam motus cœli vt visum est ex parte mobilis non est naturalis nec violentus: sed neutralis: ideo problema est si cœli differant specie vel nõ & per hoc satis patet quid sit dicendum ad rationẽ.

DVBITATVR tertio. Vtrum mundus sit perfectus. Arguit q̃ non: quia sibi potest fieri additio: nã deus potest de nouo creare vnũ orbẽ igitur, Etiam per potentiã naturalem potest generari vnus homo: quo facto mundus erit perfectior, quàm sit: Item mundus includit multas imperfectiones: quia includit multa monstra quæ dicũtur esse imperfectiones mundi.

In oppositum est philosophus in text. Pro cuius solutione supponitur q̃ mundus potest tripliciter accipi. Vno modo pro aggregato ex omnibus entibus: excepto deo: quemadmodum dicimus mundum fuisse creatum. Secundo modo pro aggregato ex omnibus entibus seclusis oĩbus intelligentijs, vt puta pro oĩbus cœlis & corporib⁹ inclusis in ipsis elemẽtis; & ẽt pro ipsis elemẽtis. Tertiomõ capit̃ p̃ aggregato ex oĩbus elemẽtis, & corporibus in ipsis inclusis: quẽ admodum capit philosophus in .j. metheo. cum dicit mũdum esse contiguum corporibus superioribus. Et ex isto sequitur q̃ ipse deus proprie non dicitur esse pars mundi: quia pars dicit imperfectionem puta q̃ posset excedi ad illo: modo imperfectio non est deo attribuenda: ideo proprie non dicitur esse pars mundi. Secundo supponitur q̃ perfectum dupliciter dr̃. simpliciter & sm quid. Vñ perfectũ simpliciter dr̃ de quo hoc nomen perfectũ est verificabile affirmatiuæ sine additõe: vt dicendo hic est perfectus: & istud vocatur perfectum extra genus: & ad ipsum requiritur quòd nihil possit sibi addi, nec sibi aliquid deficiat: nec quòd aliquid sit perfectus, nec possit esse: quemadmodum deus dicitur esse perfectum simpliciter. Et ex isto sequitur quòd mundus non est perfectus simpliciter, cum ipse deus sit perfectior: nisi forte capetur mundus pro aggregato ex omnibus entibus non se includendo deum: sed hoc non est proprie capere mundum; cum iam dictum sit quòd deus non est pars mundi. Perfectum secundum quid sm in genere est de quo hoc nomen perfectum est verificabile affirmatiuæ cum additione: vt hic est perfectus homo: & si additum sit de prædicamento substantiæ dicitur perfectũ substantiale, si vero sit accidens dicitur perfectum accidentale: vt hic est perfectus logicus: & isto modo mundus dicitur bene esse perfectus para secundũ quid qualitercunq; illis tribus, modis capiatur mundus. Et aduerte vlterius q̃ de perfectione essentiali vniuersi sunt corpora simplicia, puta sphæræ cœlestes & quatuor elementa; & secundum aliquos corpora mixta secundum esse specificum. Sunt tamen duplices species: quædam perfectę quarum individua non possunt generari nisi a similibus suis: vt hõ equus: & numerus istarũ specierum est semper æqualis in mundo: quia semper est aliqua spẽs talis in mundo. Alię sunt spẽs quarũ individua possunt generari æquinoce sine a sibi difficilis sm speciẽ: vt musce rane & multa talia. Et dicunt alig q̃ tales non sunt de perfectione essentiali vniuersi cũ tñ oppositũ possit dici cum perfectio mundi videatur esse in multiplici diuersitate tamen perfecto vniuersi requiritur vniuersitatẽ partiũ cõ varietas faciat ad decorem: sicut solet exemplificari de pictura diuersorum colorũ & de harmonijs

Mundꝰ triplicit.

An mundus sit perfectus.

monijs diuersarum vocum. Ex quo patet q̃ monstra dicuntur esse de perfectione vniuersi; nã sicut vnum oppositum positum iuxta reliquum facit ipsum magis apparere pulchrum; ita mõstra faciunt apparere non monstra pulchriora; ideo dicuntur esse de perfectione vniuersi.

Sed restat dubium quomodo mundus dicitur esse vnus. Pro cuius solutione supponitur q̃ mundus non dicitur esse vnus simpliciter seu per se, sed solum vnus vnitate aggregationis, ordinis vel contiguitatis. Ex quo sequitur q̃ corpora mundũ constituentia sicut sunt orbes & elementa non continuntur adinuicem, sed solũ contiguantur. Et si quis dicat: mundus est corpus perfectum (vt dicit Ari. i. textu) igitur est vnum simpliciter & per se. Respondeo q̃ dicitur corpus capiendo corpus large pro omni illo quod est diuisibile in longitudinem profunditatem, & latitudinem: & non capiebat corpus propiæ. Et si quis dicat: postquam mundus est diuisibile secundum omnem dimensionem, ex parte cuius debet attendi diameter eius. Respõdetur quòd in corpore spherico potest attendi ẽx placitum mensurãtis: quia omnes diametri corporis spherici sunt æquales: sed in aliis corporibus non sphericis aliter debet attendi: puta secundum conos lineam longiorem facientes. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

Art. 3. CONCLVSIO responsalis: Vnius corporis simplicis tãtum est vnus motus simplex naturalis: quæ conclusio relinquitur probata ex dictis in articulis. Et ad rationes ante oppositum ad omnes patẽt solutiones in articulis.

QVIA autem, neq; plures possibile est cœlos esse dicamus &c. *T. c. 76. & inde.*

ISTE EST tertius tractatus huius libri, in quo philosophus determinat de vnitate mũdi & continet duo capitula. In primo intendit talem conclusionem: tantum est vnus mundus. Pro probatione supponit aliqua. Primo q̃ omnia corpora inferiora mouent, & mouentur, & etiam quiescunt. Secundo supponit quòd corpus mouetur naturaliter ad locum, in quo quiescit naturaliter, & mouetur violente ad locum, in quo violente quiescit. Tertio supponit, quòd motus naturalis ẽ cõtrarius motui violento. Quarto, quòd si essent plures mũdi, & terra vnius moueretur naturaliter ad terrã alterius, tunc ipsa in vno mũdo quiesceret violenter. Quinto q̃ si essent plures mũdi omnia corpora cœlestia illorum mundorũ essent eiusdẽ speciei: quod probat dupliciter. Primo quia nisi sic mundus diceret ẽ illis æquiuoce: ergo non deberẽt dici plures mundi. Aequinoca. n. nullo modo enumerant in nose. Secõ patet: quia motus corporum huius mundi, & alterius essent eiusdem speciei: ergo corpora eorũ essent eiusdem speciei. His suppositis probat suã conclusionẽ triplicẽ rõnibus. Prima: si essent plures mundi: tunc terra alterius mundi naturaliter moueret ad terram istius: quia sunt eiusdẽ speciei: sed istud est falsum: quia *Mundus tantum vnus est.*

tunc contingeret terrã ascendere, & ignẽ descendere, q̃ sunt cõtra naturã eorum: igit. Contra hãc rõnẽ ponit philosophus tres instantias. Prima q̃ licet essent plures mundi: ñ pp nimã distãtiã non contingeret vnũ corpus moueri ad aliũ mundũ. Rnde: philosophus, q̃ irrõnabile est dicere; distantia corporum simpliciũ variare naturã eorũ. Secũda instantia: posset aliquis dicere, q̃ licet corpora simplicia alterius mundi, & istius mouanẽt ad eũdem locũ in specie, non tñ ad eũdem locũ in numero. Soluit dicens q̃ omnes partes terræ differũt numero, & tñ mouent ad eundem locũ numero. Tertia instantia diceret aliquis, q̃ motus elementorum est infinitus: & licet essent plures mundi, tñ terra alterius mundi per totũ suũ motum nunq̃ attingeret terra istius mũdi. Dicit philosophus q̃ nullus est motus infinitus. Quod p̃bat tripliciter: qa oĩs motus est ex quodam in quoddam: ergo nullus motus est infinitus. Secõ sic: motus naturalis est velocior in fine, q̃ in principio: si ergo motus naturalis esset infinitus, tunc velocitas eius intenderet in infinitum, & per consequens grauitas & lenitas eius: quod est falsum: igit. Tertio sic: motus naturalis sit a natura: sed oĩs natura est determinata & finita: ergo oĩs motus naturalis est finitus. Secunda rõ conclusionis principalis: motus cœli est sempiternus: ergo est tñ vnum cœlum principium: & per consequens est tñ vnus mundus.

Tertia ratio: tantũ sunt tria corpora. s. cœlũ, terra, & corpora intermedia: ergo ẽt loca in quibus sunt illa corpora sunt tantũ tria, .s. locus supremus, in quo est cœlum, & locus medius, & locus infimus, & omnia ista corpora, & loca sunt in isto mundo: igitur tantum est vnus mundus. *T. c. 92. & inde.*

QVOD autem non solũ vnus est; sed impossibile fieri plures &c. *Impossibile est, plures esse mundos.*

IN ISTO capitulo ostendit Arist. q̃ impossibile est esse plures mundos, & primo præmittit rationes antiquorum ad partem oppositam. Et primo ponit vnam suppositionem ipsorũ, q̃ cœlũ, & hoc cœlum differunt: quia cœlum est forma, & hoc cœlum est forma in materia: tunc sic formant suam rationem: in omnibus habentibus formam differt forma ẽx se accepta. i. vt significat per terminum vniuersalem, & forma in materia quã dãt significari per individuum: sed hoc cœlũ hẽt formã in materia: ergo dicunt cœlũ & hoc cœlum. Maiorẽ probãt sic: singulare includit materiã: quia oĩs circulus singularis est de ligno, vel de ære, vel hmõi. Sed vniuersale nõ includit materiã: quia in diffõne circuli in eõi non ponit es, neq; lignum. Et si esset vnicus circulus sicut est vnicus mundus, & esset ligneus, adhuc lignum nõ poneretur in diffinitione circuli: ergo in habentibus materiã vniuersale, & singulare dicunt ex eo q̃ vniuersale dicit formã tantum, & singulare formam in materia se totum compositum. Minorem probant: quia omne sensibile est singulare habens formam in materia: sed cœlum est huiusmodi: igitur. Tunc arguitur sic; vbicunq; est vniuersale

distinctum ab indiuiduo modo prædicto: ibi est possibile esse plura indiuidua sub vna specie & illam maiorem tenebant antiqui veram: sed mundus est huiusmodi: igitur. Illam rationem soluit Ari. dicens ꝙ dato ꝙ concederamus antiquis ꝙ hoc nomen cœlum significet formā tantum & hoc cœlum significet formam in materia tñ non segt ꝙ sit possibile esse plures cœlos quia diceremus, ꝙ hoc cœlum, seu mundus est cōstitutus ex oi materia in qua pt esse forma cœli, & ꝙ illa materia non pt separari ab hac forma tñ cœlū est incorruptibile. Et cū vnum dat exemplum: ve si dicamus formā simi esse curuitatē, & materiam nasum, & carnē, & poneremus vnū nasum, curuū constitutum ex oi carne, siue ex oi materia ex q̄ potest esse ille nasus: & nō posse materiā esse sine illa forma tunc tñ esset vnus nasus, & incorruptibilis. Et ad probandū illam conclusionē dicit, ꝙ cœlū capitur tripliciter. Primo pro vltima sphera. Secundo pro aggregato ex oibus corporibus cœlestibus. Tertio pro aggregato ex oibus corporibus tam cœlestibus, q̄ inferioribus. ta simplicibus q̄ mixtis. Quo supposito ꝙ bat suam conclusionem. Scꝺ quod ista mundus est constitutus ex omni naturali, & sensibili corpore. Et dicit primo, ꝙ extra cœlum nullum est corpus sensibile. Quod probat: quia vel esset simplex, vel mixtum: non simplex: quia corpus simplex est tātum triplex. s. cœlia corpus graue, & corpus lene: & quod licet habeat suum proprium locū nō extra cœlum: igitur. Nec est dicendum, ꝙ ibi sint præter naturam: quia locus conueniens alicui præter naturam conuenit alteri secundum naturam: modo ille locus non potest competere alicui cōrpori secundum naturam igitur. Quod non sit mixtum patet: quia necesse est esse simplicia vbi sunt mixta: sed extra cœlum nulla sunt simplicia: ergo nec mixta. Ex prædictis infert primo, ꝙ cœlum. i. mūdus cōstat ex tota sua materia: hinc ex oi corpore naturali sensibili. Secundo infert, ꝙ non contingit fieri plures mundos. Tertio quia extra cœlum nō est locus, neq; vacuum, neq; tempus. Consequenter ostendit quæ & qualia sint illa quæ sunt extra cœlū ponens primo proprietates ipsorum dicens: manifestum est ex dictis, ꝙ extra cœlum non est locus, neq; tempus, neq; motus: ergo entia, quæ sunt extra cœlum, neq; sunt in loco, neque tempus facit ea senescere, neq; ipsorum est aliqua transmutatio, sed sunt in alterabilia impassibilia optimam vnam ducentia. Et subdit ꝙ inter illa entia vnum est supremum virtutem infinitam habens, quo nihil est diuinius, vel melius: nullo bono indigens, à quo omnia accipiunt esse, & viuere: tamen æqualiter: sed his quidem clarius his vero obscurius.

His autem determinatis; dicamus post hoc, vtrum ingenitus, aut genitus &c.

Iste est quartus tractatus huius primi libri de Cœlo, & Mundo, in quo philosophus determinat de perpetuitate mūdi: & continet tria capitula. In primo

Cœlū tripliciter.

Quæ, & qualia sunt, quæ extra cœlū sunt.

T. c. ide. & inde.

Antiquorum opiniones de perpetuitate mundi.

primo pertractat opiniones antiquorū, & eas reprobat: & quare eas recitat dat rationem, ne videatur gratis, & sine ratione condemnare eas. Oportet enim inquisitores veritatis iudicatores sufficienter non esse inimicos. Et dicit ꝙ tres fuerunt opiniones antiquorū de perpetuitate mundi, vel generatione. Prima fuit Platonis qui posuit mūdum esse genitum, & postea nūquam corrumpi. Secunda fuit Anaxagoræ dictis ipsum semel genitum, & semel corruptibilē, & postea nūq̄ plus reuerti. Tertia fuit Empedoclis, & Democriti dicentiū mundū pluries generari, & pluries corrūpi per amicitiam, & per litē. Contra has opiniones ponit tres conclusiones. Prima contra opinionem Platonis irrationabile est mūdum dicere esse genitum semel, & incorruptibilem: quia illud irrationabile dicitur cuius oppositum omnibus manifeste apparet: sed omnibus apparet, quòd quicquid est genitum est corruptibile: igitur. Secunda conclusio: quæ est contra opinionē Empedoclis, & Democriti dicentium mundum infinities ꝙ nerari, & corrumpitic ꝙ per amicitiam omnia corpora congregabantur, & fiebat vnum confusum chaos, in fine apparenti distinctionem entium: & hoc vocabant mundum corrumpi: postea redeunte lite disgregabantur, & apparebat distinctio eorum: & hoc vocabant mundum generari. Contra eos dicit Arist. quòd sic dicere est concedere, ꝙ mundus semper mangat licet sub alia, & alia dispōne: quia manebant substātiæ elementorum; & aliorum corporum simul in vno. Tertia conclusio: est contra opinionem. Anaxagoræ dicentis mundum semel genitum: & quòd semel corrumpetur, & postea nunq̄ redibit: & supponit Arist. quòd mundus non fiebat ex nihilo: ideo infinito tempore illud ex quo fiebat, puta materia erat antequam mūdus fieret: & illud adhuc manet post corruptionem: ideo qua ratione prius fiebat ex illo, eadem ratione fiet postq̄ corrūpetur, cū remaneat semper idē principium.

Privs autem diuidendum quomodo in generabilia, & generabilia dicimus: & corruptibilia, &c.

Istvd est secundū capitulum huius tractat. in quo distinguit quædam nomina. s. generabile ingenerabile, corruptibile, vel incorruptibile: & ratio est quia multiplex indistinctum parit confusionem, & ponit quinque distinctiones. Prima, ingenitū dicitur tripliciter. Primomodo dicitur ingenitū, quòd prius non est, & postea est: & sic non incipit esse per generationē, & illud maximè inuenitur in rebus relatiuis: vt dixit Commētator. Secundomodo dicitur ingenitū, quod non est: sed possibile est generari. Tertiomō dr ꝙ non pt generari: & hoc dupliciter. Vno mō simpliciter, quod nullomō pt ḡnari. Aliomō sm quid quod non faciliter, neq; bene fu fieri. Secunda distinctio genti dr tribus modis. Primomō dr genitum quod prius nō est & postea est. Secundomodo dicitur quod possibile est generari. faciliter. Tertiomodo dicit genitum.

T. c. ide. & inde.

Ingenitum, & genitum quadruplicit.

Corruptibile, & incorruptibile quotuplic. dicat.

generatio est mutatio de non ente in ens. Tertia distinctio: corruptibile dicitur tribus modis. Primo modo dicitur esse corruptibile quod prius habet esse & postea non esse, siue fit per veram & propriam corruptionem siue non. Secundo modo dicitur quod propriæ & veræ corruptione potest corrumpi. Tertio modo dicit quod bene & faciliter est corruptibile. Quarta distinctio: incorruptibile accipitur tribus modis. Primo dicitur incorruptibile, quod non potest desinere esse vera & propria corruptione: licet aliunde possit non esse. Secundo modo dicitur quod propria corruptione corrumpi non potest. Tertio modo dicitur quod non facilitèr corrumpitur. Et quia in istis diffinitionibus vtimur istis terminis possibile & impossibile: Ideo subiungit quintam distinctionē; dicens q̄ possibile & impossibile dīr dupliciter. Vno modō absolute & sic illud dī possibile quod potest esse verum: & illud dicitur impossibile q̄d nullomodo potest esse verum. Alio modo dicunt possibile & impossibile secundum potentiā actiuam aut passiuam. Vnde potentia a qua dicitur possibile denominat a maximo in quo potest virtus: vt si quis possit ire per centū stadia, potentia eius denominatur a centum & non a duobus, sed impotentia a qua dicitur impossibile denominat a minimo in quo non potest: vt si quis possit ire per centum stadia & non per centum & vnū: quanuis etiam non possit ire p centum & duo; tamen eius impotentia denominatur a centū & vno: vt dicimus q̄ non posset ire per centum & vnum. Et si arguat: quia non oportet q̄ si quis videat maius corpus q̄ propterea videat minus. Respōdet q̄ aliquid potest dici maius vel minus dupliciter, vno modo secundum rem: alio modo secū dum virtutem: quanuis autem videndo paruum corpus sit minus secundum rem siue ex parte rei; tamen est maius ex parte virtutis.

Possibile, & impossibile dupliciter.

Maius, & minus dupliciter.

DETERMINATIS autē his dicendum quidem deinceps si itaq; sunt quædam possibilia & esse &c.

T. 2. 118. & inde.

ISTVD EST tertium capitulum huius tractatus in quo philosophus vult probare, q̄ mundus sit sempiternus. Et dividit in duas partes. In prima ponit aliquas suppositiones. Prima: potentia ad esse & non esse determinatur tempore non tamen sic q̄ idem sit & non sit in eodē tempore: quia hoc est impossibile: sed pro diuersis idem sit & non est. Secunda suppositio: impossibile & falsum non idem significant: quia bene aliquid est falsum quod nō est impossibile. Tertia suppositio: nō est idē supponere falsum & supponere impossibile: quia ad suppositionem falsi bene potest sequi verum: sed ad impossibile non videtur sequi nisi impossibile. Quarta suppositio, vnum & idem numero habet potentiam ad opposita etiam pro eodem tempore: vt vnus & idē homo numero pro eod̄ tempore habet potentiam ad sedendum & non sedendum. In secunda parte ponit quatuor conclusiones

Mundus est sempiternus.

A nes. Prima: nullum sempiternum est genitum vel corruptibile. probat tribus rationibus. Prima, q̄ si sempiternum esset corruptibile vel genitum, idem si mul esset, & non esset: q̄d est impossibile, nam sempiternū est semper ens, genitum & corruptibile aliquando non ens. Secunda ratio: nullum sempiternum potest aliquando nō esse: ergo nullum sempiternum potest esse genitum aut corruptibile, cum quodlibet eorum possit non esse. Pro tertia ratione supponitur, q̄ semper ens, & non semper ens contradicunt: & semper ens, & semper non ens cōtrariantur: & semper nō ens, & non semper non ens cōtradicunt: & non semper non ens, & nō semper ens sub contrariant. Quo supposito disponant quatuor propositiones oppositæ in figura quadrāgulari & sit a semper ens; b semper non ens: c nō semper ens, d nō q̄ nō ens: tunc arguat sic: cuicunq; inest a, vel b, illi non inest c & d. sed oī sempiterno inest a vel b: ergo nulli sempiterno inest c vel d. Secū da cōclusio: nullū ingenitū, vel incorruptibile est genitum vel corruptibile: quia nullum sempiternum est genitum vel corruptibile: sed oē ingenitū est sempiternū: igitur. Tertia conclusio: genitum & corruptibile cō uertūtur, probat tripliciter. Primo: quia vel genitum est corruptibile, & sic habet intentū: vel incorruptibile: quod est falsum: quia tunc incorruptibile esset genitum. Secunda ratio: quia nec generabile, nec corruptibile est semper ens, aut semper non ens: ergo vtrunq; est medium semper entis: & q̄ non entis: & illud medium est generabile & corruptibile: cum idē sit quod aliquando erit & non erit. Tertia ratio: ingenitum & incorruptibile conuertuntur; ergo genitum & corruptibile. Antecedens probat: quia vel in genitum est incorruptibile; & sic habeē intentum: vel corruptibile: q̄d est falsum. Et si quis dicat q̄ genitum & incorruptibile cōuertunt; q̄a sicut incorruptibile dicit potentiā ad non esse respectu futuri: ita genitū dicit potentiam ad non fuisse respectu præteriti. Respōdet Ari. negando assumptum de genito: quia ad præteritum nulla est potentia: sed solum ad præsens & futurū. Quarta cōclusio: necesse est q̄ omne corruptibile aliquando corrumpatur. Probat tribus rationibus. Prima, quia tunc idem semper posset esse, & aliquando non esse: quod est falsum. Secunda ratio: necesse est compositum ex contrarijs aliquando corrumpi: sed omne corruptibile est compositū ex contrarijs: igitur. Tertia ratio omne corruptibile habet materiā: sed materia est causa quare aliquid potest nō esse; igitur:

B C D

An possint esse plures mundi.

QVAERITVR. Vtrum possint esse plures mundi.

Et argnitur quòd sic: q̄a iste terminus mundus, est terminus communis: igitur vel actu, vel potentia potest supponere pro pluribus: quod patet per diffinitionem termini communis. Secundo sic; Melius est bonum & perfectū multiplicari, quàm

E non multiplicari: sed mundus est quoddam bonum & perfectum: igitur melius est ipsum esse multiplicatum, quàm non esse multiplicatum: igitur melius est esse plures mundos, q̃ vnum solum. Terno sic; Mundus potest generare alium mundum sibi similem: ergo possunt esse plures mundi. Antecedens probatur: quia mundus est quoddam perfectum & non orbatum: sed tale potest generare, vt habet secundo de anima: igitur. Quarto sic; Alia sunt mixta in numero, quàm fuerint, sunt centum anni; ergo videtur q̃ successiua possint esse plures mundi, cum iam non sint corporaneæ partes mundi quæ fuerunt, sunt centum anni. Quinto sic: Variata vna parte principali alicuius totius, varia tur ipsum totum. sed sic est q̃ possibile est q̃ vnũ totum elementum fuerit corruptam: vt pura q̃ aer sic q̃ nulla pars eius sit quæ erat, sunt centum anni. In oppositum est philosophus in textu. In q̃ne erunt tres arti. Quantum ad primum,

Arist. 1.

PRIMO sciendum, q̃ pro declaratione primæ particulæ quæstionis supponitur primo q̃ posse esse plures mundos, potest dupliciter intelligi. Vnomodo sic q̃ possint esse simul. Alio modo successiuæ. Primomodo adhuc dupliciter. Vnomodo q̃ illi sint concentrici: sic q̃ medium vnius, sit cum medio alterius; vt si supra vltimam spheram vnius mundi esse sphera terræ terminans ipsum: & supra illam spheram terræ vna sphera aquæ: & sic de alijs. Alio modo q̃ sint ecentrica: & sic põt imaginari dupliciter. Vnomodo q̃ vnus sit totaliter extra alium. Et hoc dupliciter. Vnomodo q̃ tangant se adinuicem; sicut essent plures globi terræ posiri in vno sacco. Aliomodo q̃ non tangant se. Aliomodo q̃ vnus nõ sit totaliter extra alium; sed quòd in aliqua parte nostri mundi sit alius mundus. Tunc ponuntur aliquæ conclusiones. Prima conclusio: Si essent plures mundi cõcentrici non oporteret quòd terra vnius moueretur ad terram alterius: quia cuiuslibet mundi terra quiesceret naturaliter propter hoc, quòd omnium illarum terrarum vnũ esset centrum, seu medium. Vnde imaginandum est q̃ si terra esset concaua & in medio cõcauitatis esset medium mundi, ita quiesceret terra sicut modo quiescit: & de istis non valent rationes Aristotelis, quibus probat quòd terra vnius moueretur ad terram alterius. Secunda conclusio: Impossibile est naturaliter esse plures mundos ecentricos: quod satis probant rationes Arist. in textu. Tertia conclusio: Impossibile est naturaliter esse plures mundos successiuæ: quia tunc istæ mundus esset corruptibilis secundum se totum, quod nunq̃ concederet philosophus. Et si dicatur q̃ aliq philosophi confessi sunt mundum pluries corrumpi, sicut Empedocles & Democritus. Dicitur quòd isti non dicebant mundum corrumpi: nisi quia illa corpora erant sine ordine in vno confuso: quo facto: non erat mundus: & sic secundum istos oportet dicere mundum esse terminum

Plures mundos esse possi, duplici ter.

A minum connotatiuum connotantem ordinem illorum corporum adinuicem: quod tamen multi nolunt concedere: sed dicunt q̃ mundus est terminus absolutus. Quarta conclusio: Impossibile est esse plures mundos: sic q̃ oporteat esse plures primos motores. Quinta cõclusio; Possibile est supernaturaliter esse plures mundos, siue simul, siue successiuæ, siue ecentricos, siue concentricos: cũ tale non implicet contradictionem: igitur illud deus potest facere.

Ante sit aliqd extra cœlum.

SECVNDO sciendum, q̃ circa textum incidit talis difficultas: vtrum extra cœlum sit aliquid, puta spacium vel vacuum? Et videtur q̃ sit aliquid: quia non videtur qualiter vltima sphera moueretur. Itẽ deus potest creare vnum alium mundum extra cœlum: igitur extra cœlum videtur esse spacium.

B Item deus extra cœlum potest creare vnum lapidem: & talis non esset ibi indiuisibiliter: sed aliquod spacium videretur occupare: igitur. Item deus extra cœlum posset creare duos lapides, quorum vnus esset extra alterum, ergo videtur q̃ extra cœlum sit locus, cum extra sit differentia loci vel spacij. Itẽ illi lapides non essent immediati: ergo distarent adinuicem: sed distantia non est sine loco: igitur. Item vbi non est corpus & potest esse corpus, ibi est vacuum: sed extra cœlum non est corpus & potest esse ibi corpus: igitur ibi est vacuum. Item dicit Arist. in textu quòd extra cœlum sunt entia inalterabilia optimam vitam ducentia: ergo extra cœlum est aliquid. Pro responsione ponuntur aliquæ propositiones. Prima extra: cœlum non est corpus: neq; locus, neq; tempus: neq; motus: vt satis probat philosophus in textu. Secunda propositio: extra cœlum naturaliter non potest esse corpus, cum non sit locus. Tertia propositio: extra cœlum naturaliter non est nec potest esse vacuum: quia vacuum est locus vbi non est corpus: sed extra cœlum non est locus: igitur. Quarta propositio: neq; deus neq; intelligentiæ sunt in cœlo, neq; extra cœlum circunscriptiuæ: quia carent situ & magnitudine. Ex quo potest concludi ista propositio, quòd deus & intelligentiæ sunt extra mundum: capiendo ly extra, priuatiuè idest non habent situm in mundo. Et si dicatur intelligentiæ sunt partes mundi: ergo sunt in mundo. Dico q̃ sunt partes mundi: sed tamen non sunt in mundo circunscriptiuæ. Ex isto potest sequi q̃ cum Ari. dicit q̃ extra cœlum sunt entia q̃ ipse capit ibi ly extra, priuatiuè idest entia quæ non habent situm in cœlo. Quinta propositio: ad saluandũ q̃ deus extra cœlũ posset creare vnum lapidem, non oportet ponere de facto q̃ extra cœlum sit spacium, vel vacuum, vel distantia, vel aliquid tale; quia quocunq; illo posito & iterum annihilato, adhuc deus posset creare lapidem extra cœlum sicut illo posito. Sexta propositio: dato quòd deus annihilaret omne corpus inter

B latera cœli lunæ, adhuc illa extrema non essent immediata: ga adhuc posset esse medium. Dico vltra quòd ibi posset aliq̃d moueri si ponerentur & motu eiusdem speciei cum motu, qui potest nunc fieri. Et si quæratur vtrum extrema cœli distarent.

Sco. in quæst. q. 1. in secunda intellectu art. 4.

Potest dici secundùm Sco. quòd distantia potest capi dupliciter. Vnomodo formaliter, & sic nõ est nisi respectus vnius extremi ad aliud: & sic esset ibi distãtia. Aliomodo potest capi pro medio positiuo inter extrema: & tunc dico, q̃ ibi non esset distantia. i. non esset aliquod medium positiuum. Ad rationes. Ad primã dico, q̃ mouetur quo ad locare, sed non quo ad locari. Dico etiam quòd non mouetur quo ad locari, quo ad suas partes: vt iam visum est. Ad secũdam dico, quòd si deus crearet aliquem lapidem, vel aliquid aliud extra cœlum, etiam sibijpsi ibi crearet locum & spacium. Sed dubium est vtrum posset ibi creare lapidem, non creando locum vel spacium. Ad aliam dico q̃ si crearet duos lapides, vnus esset extra alium: capiendo ly extra priuatiuè. i. vnus non esset in alio: quemadmodum dicimus, quòd vna intelligentia est extra aliam. i. non est in alia: & ex hoc posset solui dubiũ prius motum. Ad alias patet quid sit dicendum ex propositionibus.

An omne corruptibile necessario corrumpatur.

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas: Vtrum omne corruptibile necessario corrumpatur? Et arguitur quòd non: nam partes centrales terræ sunt corruptibiles, & tamen nunquam corrumpentur, cum non videatur qualiter, cum non possit sibi applicari corrumpens. Itẽ ignis in concauo orbis lunæ est corruptibilis: cum componatur ex materia, & tamen nunquam corrumpetur. Item dicũt Alchimistæ, quòd aurum non potest corrumpi, & tamen est corruptibile, cum componatur ex materia, & forma. In oppositum videtur esse Aristote. in textu. Pro cuius solutione ponuntur aliqua conclusiones.

Prima: refert dicere: omne corruptibile necessario corrumpetur: & dicere, omne corruptibile corrumpi est necesse. Prima enim est diuisa, secunda composita. Vnde corruptibile vnomodo dicitur de omni illo, quod potest corrumpi, siue sit, siue nõ sit: & sic diceremus Antichristum esse corruptibile. Aliomodo de omni illo, quod est, & potest corrumpi: & sic capitur in proposito ab Aristote. Aduerte vltra quòd corruptibile potest corrumpi dupliciter. Vnomodo secundum potentiam naturalem: & sic capitur hic. Aliomodo secundum potentiam supernaturalem, & sic non oportet, quòd omne corruptibile corrumpatur: immo posset deus aliquam rem corruptibilem perpetuare: tamen constaret, quòd esset corruptibilis: eadem enim res, quæ potest perpetuari, potest corrumpi, & econuerso.

Corruptibile quot modis p̃t corrũpi.

Vnde illa est vera: q̃d corrũpetur, p̃t esse perpetuũ: & perpetuũ potest corrumpi: illa tñ est falsa, possibile est quod corrumpetur esse perpetuum. Secunda conclusio: secundum philosophum videtur ista esse concedenda: omnis substantia corruptibilis

A ptibilis corrumpetur: cum omnis talis habeat materiam, qua semper est in potentia ad essendum sub alia & alia forma: & cum talis potentia non sit omnino frustrata, videtur q̃ succedat siue sit sub alia forma. Et ex isto videtur sequi quòd fuerit mens Philosophi cœlum nõ habere materiam: cuius tamen oppositum multi videntur dicere.

Tertia conclusio: Nulla substantia corruptibilis necessario corrũpet: quia ois talis cõtingẽter corrumpetur cũ corrũpens possit impediri, siue sit corrumpẽs intrinsecum, siue extrinsecum; Nã intrinsecũ p̃t impediri q̃ medicina: extrinsecum verò multis modis põt impediri. Quarta conclusio: De mente Ari. hæc videtur esse necessaria quòd omnis substantia corruptibilis corrumpetur: quia necesse est ita esse sicut ipsa significat: aliter eius oppositum, scilicet aliqua substantia corruptibilis non corrumpetur, stabit; quod videt esse falsum secundum eum. Et ex isto videtur quòd ipse sciuerit istam, Omne corruptibile necessario corrumpetur in sensu cõpositio, scilicet loco illius hæc est necessaria, omne corruptibile corrumpetur: Ideo multi concedunt istam, omnem substantiã corruptibilem corrumpi est necessarium; & tamen simpliciter negant istam, omnem substantiam necesse est esse corruptibilem, cum multæ singulares eius sint falsæ; & cum iam sit dictum quod nulla substantia corruptibilis necessario corrumpetur: ideo concedun: composita tam vbi negant simpliciter di-

C uisam. Ad rationes. Ad primam dicitur quòd partes cõcentrales terræ, & partes ipsius ignis aliquando corrumpentur: quia non habent infinitam potentiam suæ durationis. Ad aliam de auro, dicitur quòd aurum est corruptibile & corrumpetur; licet Alchimistę non experiantur: multa enim potest natura, quæ non potest ars.

An mundus secundum philosophum sit æternus.

QVARTO sciendum, quòd adhuc incidit alia difficultas; vtrum secundum mentem Philosophi mundus sit æternus & perpetuus? Et videtur q̃ non; quia mundus est generabilis & corruptibilis; igitur non est perpetuus. Antecedens patet; quia ad corruptionẽ partis saltem principalis non manet idẽ totum, quod ante erat; ergo ad corruptionem alicuius partis D mundi non manet idem mundus; sed multę partes mundi corrumpuntur, vt notum est: igitur. Item mundus est augmentabilis; igitur est corruptibilis. Antecedens patet; quia multę partes mundi augmentantur; vt patet de luna & sole, quæ in ortu & occasu apparent maiora, quàm in meridie. In oppositum videtur esse philosophus in textu: & etiam in. 8. phys. Sed pro solutione supponitur quòd ad videndum vtrum mundus sit alterabilis, duplex est alteratio; Quædam est cum abiectione contrarij, disponens ad generationem & corruptionem; sicut calefactio & frigefactio; & breuiter alteratio, quæ fit secundum qualitates primas. Alia est quæ non fit cum abiectione cõ-

γ. c. 5. & infra.

Alteratio duplex.

Generabile, & creabile differũ.

trarij: ficut eſt illuminatio, quæ ſecundum ſe non eſt diſpoſitiua ad generationem neq; corruptionem, niſi forte per accidens. Secundo ſupponitur ꝙ generabile & creabile differunt: nam generabile ad ſuam inceptionem præſupponit materiam, ſed non creabile: etiam corruptibile requirit materiam remanere poſt eius deſitionem: ſed annihilabile nihil relinquit quod fuerit pars eius. Tertia ſuppoſitio: aliquid dicitur perpetuum dupliciter. Vno modo: ga quælibet pars eius eſt perpetua. Secũdo: quia principalior pars eius eſt perpetua: & cum hoc continet conſimilem figuram & diſpoſitionem: quod notanter dicitur ꝙ licet principalior pars hominis ſit perpetua, tamen homo non dr̃ perpetuus: quia non manet ẽm eadem diſpoſitionem & figurã. Tunc po nunt alĩ propones. Primo deus, poteſt mundum annihilare & etiam corrumpere. Prima eſt ex fide: & de ſecunda diſcrepant inter ſe multi doctores: nam illi qui dicũt ꝙ cœlum non habet materiam, non concederent mundum ſeu cœlum eſſe corruptibilem: cum corruptibile reliquat ſemp materiã. Secũda propoſitio: vr eſſe mẽs philoſophi, cœlum eſſe ingenerabile & incorruptibile non habens materiam nec cõtrarium, nec ſecundum ſubſtantiam, nec ſecundum ſuas naturales diſpoſitiones. Dicunt tamen aliqui ꝙ fuerit mens Ari. cœlum habere materiam: & ꝙ nunquam corrũpatur eo ꝙ nullũ agens natura le poteſt vincere eius formã: & de hoc iam alias viſum eſt eſſe falſum: vt oſtendit Sc. li. 2. Tertia propõ: cœlũ non eſt alterabile alteratiõe diſpoſitiua ad corruptionem: quia non eſt receptiuum qualitatum quibus ſit talis alterationi licet tñ bene ſit alterabile alteratione non corrupti ua: quia aliqua pars cœli illuminatur, q̃ prius non illuminabat: vt patet de luna. Quarta propoſitio: cœlum non eſt augmentabile per rarefactionem, nec diminuibile per condenſationem: cum tales mutationes fiãt vt in plurimum mediãte alteratione qualitatum primarũ: nec eſt etiã augmentabile per appõnem alicuius partis eiuſdem rationis: nec ẽt diminuibile ꝙ remotionẽ vnius partis: nec ẽt per nutritionẽ: quia talis requirit quandã generationẽ q̃ non fit in cœlo. Ex quo infert ꝙ cœlum eſt ꝑpetuũ. Secũdo ꝙ mundus eſt perpetuus: quia principalior ps eius eſt perpetua, ſed nõ primo mõ: cũ multæ ptes eius ſint corruptibiles. Et ex iſtis patet quid ſit dicendũ ad primam rõnẽ añ oppoſitum. Ad aliã negat añs. Et rõ eſt: qa ꝙ luna & ſol apparent maiora in ortu & occaſu, q̃ in meridie, eſt quia tunc vſus ꝙ fumos groſſos eleuatos a terra, qui ſunt cauſa reflexionis radiorum: q̃ quidẽ reflexio eſt cauſa quare viſibile appareat maius: vt patet de denario viſo in aqua, qui appareat maior quàm extra aquam: ſed quando ſol & luna vſus in meridie non eleuantur ſic tales groſſi fumi, vel ſaltem non ſit reflexio illorum radiorum. Et hæc de primo art. Quantum ad ſecundum.

DVBI-

Art. 2. An generabile, et corruptibile, ingenerabile, & incorruptibile conuertantur.

A DVBITATVR primo. Vtrum generabile & corruptibile conuertantur adinuicem: & ſimiliter ingenerabile, & incorruptibile? Et arguitur quòd non; quia omne corruptibile corrumpetur, ſed non omne generabile corrumpetur. Quòd patet: quia non omne generabile generabitur: ergo non omne generabile corrumpetur. Antecedens patet: quia ex hoc vino eſt generabile acetum, & tamen nunquam forte generabitur: igitur. Item ex iſta muliere poſſunt generari filij, qui forte nunquam generabũtur: igitur. Item ſi ſit neceſſarium, quòd omne generabile generetur, ſequeretur quòd quę eueniunt neceſſario eueniunt, quod eſt falſum. Item ſortes qui eſt iam genitus eſt corruptibilis, & tamen non eſt generabilis: igitur. Minor patet: quia quod ſemel genitum eſt, amplius generari non poteſt. Item ſicut ſe habet generabile ad genitum, ita ſe habet corruptibile ad corruptum: ergo per locum a trãſmutata proportione; ſicut ſe habet generabile ad corruptibile, ita genitũ ad corruptum, ſed non omne genitum eſt corruptum: igitur. nec omne generabile erit corruptibile. In oppoſitum eſt philoſophus in textu. Pro ſolutione huius dubij ſupponitur, quòd ſi velimus tenere concluſiones ipſius philoſophi, oportet diſtinguere de generabili, & corruptibili. Nam generabile vno modo eſt idem, quod poteſt generari: & corruptibile, quod poteſt corrumpi, & ſic certe non conuertuntur: nam Petrus genitus eſt corruptibilis, & tamen non eſt generabilis, immo etiam tanta poſſunt generari, quæ nunquam generabuntur, & ſecundum iſtam acceptionem bene probant rationes, quòd generabile, & corruptibile non conuertuntur: licet tamen illa ſit eius propria acceptio, & de rigore ſermonis. Aliomodo accipitur generabile pro eo, quod poteſt eſſe, & corruptibile pro eo quod poteſt, potuit, poterit non eſſe, & ſic bene conuertuntur adinuicem. ſit aduerte, quòd quando dicit Ariſtotel. in textu, quòd generabile, & corruptibile conuertuntur cum illo copulato aliquando ens, & aliquando non ens: non capitur ibi generabile, & corruptibile primomodo, ſed ſecundomodo. Et debet accipi aliquando ens, & aliquando non ens: non ſecundum actualem exiſtentiam, vel non exiſtentiam, ſed pro illo, quod poteſt eſſe, & poteſt non eſſe, oportet etiam vti iſto termino poteſt: non prout connotat carentiam actus, ſed pro non repugnantia eſſendi, vel non eſſendi: & ſimili modo dicatur de generabili, & corruptibili. Sed reſtat ibi vna difficultas: Vtrum iſta ſit concedenda, omne generabile generabitur? Et videtur quòd ſic: quia volo ꝙ a ſit generabile, quod non generabitur. Tunc arguitur ſic: a nõ generabitur & idem a generabitur: ergo quod generabitur non generabitur. Diſcurſus eſt bonus & concluſio eſt impoſſibilis, ergo & aliqua præmiſſarum non minor ergo maior: puta a nõ generabit. R. ꝓ

B discursus est possibilis, & quòd discursus est bonus: sed non sequitur, ergo aliqua præmissarum est impossibilis: sed debet inferri, conclusio est impossibilis: ergo aliqua præmissarum est impossibilis, vel añs est impossibile: mõ dico ꝙ añs est ibi impossibile: cum sit vna copulatiua ex propõnibus incomposibilibus adinuicem, q̃ facit propositionem copulatiuã impossibilem. Secũdo: si generabile nõ generaret, sequeret ꝙ ista copulatiua esset vera, a est generabile, & non generabitur: quod est falsum: cum ista, a non generabitur, inferat oppositum istius, a est generabile. ſa, non est generabile. Rñdet ꝙ non sequitur: quia cum ista, a non generabit: stat ista, a, potest generari. Vnde cum propositione de possibili, vel æquiualente stat categorica negatiua: vt cũ ista, Petrum est possibile currere: stat ista, Petr⁹ non currit. Tertio sic: sequeretur, ꝙ ista esset falsa, a est generabile, cum subiectũ pro nullo supponat: cum non supponat pro pñti, prõ, neq; futuro. Respõdet ꝙ talis propõ est vera: & conceditur ꝙ subiectum nõ supponit pro pñti, ptõ, neq; saturo sed tm supponit pro possibili, q̃ sufficit ad veritatem talis propõnis. Quarto sic: volo ꝙ aliquis protulerit heri istam propõnem, a nõ generabitur: ipse dixisset verum, ex quo a non generabit: & si fuerit vera, impossibile est ipsum non dixisse verum: quia quod fuit, impossibile est non fuisse: ergo sua contradictoria erit impossibilis. ſista, a generabitur. Respondetur pro nunc, ꝙ postquam illa propõ fuerit prolata, impossibile est ipsam non G fuisse: sed forte non sequitur: ergo impossibile est ipsam non fuisse veram: sed cõmittitur fallacia figuræ dictionis, mutando quid in quale quid.

An potentia actiua terminetur ad maximum in quod potest.

DVBITATVR secundo. Vtrum potentia actiua termine tur ad maximum in quod põt? Et vī ꝙ sic per Philosophum in textu. Secundo sic: si non, sequeret quòd non esset dare maximum põdus, quòd fortes posset portare: & sic quocunq; dato, fortes posset portare maius: q̃d est falsum. Item volo quòd sit fortes, cuius potentia actiua portatiua vt decem: & lapis, qui ponitur supra caput suum vt decẽt vel ergo fortes sustinebit lapidẽ, vel non. Si sustineat, sequitur quòd si sustinet illum, quòd nõ maiorem posset sustinere: patet: quia si maiorem, tunc virtus H illius excederet potentiam fortis, & sic deprimeret fortem: & sic quocunq; addito lapide, sequeretur, quòd fortes illud non posset sustinere. Si non posit sustinere, tunc sequitur quòd a proportione æqualitatis fieret actio. Item non est dare minimam distantiam per quam nõ: ergo est dare maximam. Consequentia communiter conceditur: & antecedens probatur: quia si esset dare minimam per quam non, tunc per illam non, & per quamlibet minorem visibile potest agere in visum: sed hoc non: quia posset poni ita prope oculum, quòd non videretur. Item idem est iudicium de omnibus agentibus mere naturalibus: sed est aliquod quod agit secundum maximam distantiam: nam corpus luminosum

A sum illuminat medium secundum maximam distantiam a se quam potest illuminare: quia non maiorem: quia tunc faceret, cum sit agens pure naturale: ergo etiam visibile causabit visionem secundum maximam distantiam. In oppositum arguitur: quia si potentia actiua terminaretur maximo, in quod potest: vel ergo ipsa excederet, vel non. Non est dicendum, quòd non: quia ab æquali proportione, vel minori non fit actio: Si autem excedat, vel ergo excessu diuisibili, vel indiuisibili. Non indiuisibili: quia cõmuniter talis non datur: quia tunc hoc non esset excedere. Si diuisibili: ergo per medietatem illius excessus in maius posset: cum quilibet excessus sufficiat ad motum: & per consequens illud non erat maximũ, per quod illa potentia actiua potuit. Pro solutione supponitur, quòd potentiarum quædam est actiua, quædam passiua. Passiuarũ quædam est receptiua tantum: & de tali non est hic ad propositum: quædã passiua, & resistitiua simul. Item potentiarum actiuarum quædam est finita, & quædam infinita. Item finitarũ quædam est motiua, & quædam productiua. Aduerte, quòd potentia actiua potest comparari ad distantiam, resistentiam, vel effectum, vel tempus, vel ad velocitatem, vel ad spacium in motu locali. Supponitur secundo, quòd quatuor modis potest imaginari potentiam actiuam esse determinatam. Vno modo, quòd sit determinata ad maximũ, in quod potest: quod est illud, in quod potest: & in nullum maius potest. Secundo, C quòd sit determinata ad minimum, in quod potest: & est illud in quod potentia potest, & in nullum minus potest. Tertio, quòd sit determinata ad maximum, in quod non potest: & est illud, in quod non potest potentia, sed in quodlibet maius potest. Quarto, quòd sit determinata ad minimum, in quod non potest: quod est illud, in quod potentia non potest, & in quod libet minus potest. Et in istis duobus vltimis discrepant aliqui doctores: de quo magis videbitur. Tunc ponuntur aliquæ propositiones. Prima, poten- *Propositiones.* tia infinita non terminatur maxima distantia, in quam potest, vel in quam non: neq; minima in quam potest, neq; in quam non: quia potentia infinita non est terminata: quia in aliquam distantiam posset, & in aliquam non posset. Secunda propo- D sitio: si quilibet excessus sufficit ad continuandum motum, quilibet sufficit ad inchoandum: cuius tamen oppositum dicunt. Patet: quia si non: hoc esset; quia inchoare est difficilius, quàm continuare: & non; difficilius infinitè: ergo finitè. Et volo, quòd in duplo finitè, tunc capio illum excessum, qui sufficit ad continuandum, quod est in duplo minus: tunc minor in duplo potest continuare: quia qui libet excessus (vt dicunt) potest continuare: tunc primus potest inchoare, cum sit maior in duplo illo, qui continuat. Tertia propositio, non est dare maximam resistentiam, in quam aliqua potentia actiua potest: nam sit potentia actiua a, & resistiua

B ua b: vel ergo a excedit b, vel non: si non, tunc non agit: si excedit: vel ergo excessu diuisibili, vel indiuisibili. Non indiuisibili quia non esset excessus: ergo diuisibili: figuretur ille excessus in c d, & b, augeatur proportionabiliter ad vnam illarum partium: adhuc a aget in b: & per consequens non erat ibi maxima resistentia. Quarta propositio: non est dare minimam resistentiam in quam potentia actiua potest: quia si potentia actiua posit in illam, poterit in eius medietatem: & per consequens illa non erat minima in quam poterat. Quinta propositio: non est dare maximam resistentiam in quam potentia actiua potest: quia non posset in illam, & posset in maiorem. Sexta propositio: est dare minimam resistentiam in quam potentia actiua non po-
F test: vt patet sufficienti diuisione: quia non est dare maximam in quam potest: nec maximam in quam non: nec minimam in quam potest: ergo est dare minimam in quam non potest.

Et aduerte, quòd debet intelligi ista conclusio de potentia propinqua, & de resistentia intensiua, & non extensiua: quia aliter esset falsa. Nam quo ad principium, virtus fortis potest augeri quo ad secundum patet: si esset spacium infinitum, descenderet lapis: & tamen ibi esset resistentia infinita supple secundum extensionem. Et ex isto sequitur, quòd potentia actiua terminatur per minimum in quod non potest, id est nos cognoscimus quanta est potentia actiua secundum fortitudi-

G nem sciẽdo minimum, in quod non potest. Et ad Arist. qui dicit, quòd potentia actiua terminatur per maximum Dico, ꝙ verum est, sed non per maximum, in quod, neq; in quod non: sed per maximum infra, quod potest, quod non est nisi minimum, in quod non potest.

Aduerte tamen, quòd bene potest dari maxima resistentia in quam potest cum aliquibus circunstantijs: puta cum tali velocitate, vel tarditate, vel medio: vt dato, quòd non sit dare maximum pondus simpliciter, quod fortis potest portare: tamen bene est dare maximum pondus cum tali velocitate, vel tarditate, vel tali distantia. Et similiter dicas de distantia vltra quam sit actio: & fiant quatuor conclusiones, scilicet quòd non est dare maximam vltra quam, neq; vltra quam non: H nec minimam vltra quam, sed minimam vltra quam non.

Pro cuius declaratione est aduertendum, quòd differentia est inter distantiam per quam, vel in qua fit actio, & distantiam vltra quam fit actio: quia in illa distantia dicitur fieri actio quandiu passum est in aliquo puncto intrinseco illius distantiç tandiu agens agit in ipso. Sed illa distantia dicitur esse vltra quam fit actio, quæ sic se habet, quòd passo existente non in aliquo puncto intrinseco eius, sed extrinseco, agens agit in ipsum. Tunc ponitur talis conclusio: est dare maximam distantiam per quam agens potest agere in passum: quia talis non est nisi minima distantia vltra quam agens non po-

A potest agere, quæ est dabilis. Et aduerte, quòd quoddam est agens, quòd si posit vltra aliquã distantiam potest vltra quamlibet minorem: vt ignis, calor. Aliud est, quod si posit vltra aliquam, non potest vltra quamlibet minorem: vt visibile. Et per istas conclusiones solnuntur rationes ante oppositum.

DVBITATVR tertio: Vtrum quælibet potentia passiua terminetur per minimum, a quo potest pati? Et videtur, ꝙ sic per Aristotelem in textu.

Pro cuius solutione supponitur quòd potentiarum passiuarum quædam est receptiua tantum, sicut materia: quædam dicitur receptiua, & cum hoc resistiua: sicut est aqua respectu ignis. Item potentiarum passiuarum quædam est passiua tantum, & quædam cum hoc actiua. Exem-
B plum primi, sicut est vnum parvum frigidum, quod patitur ab vno magno calido, in quod calidum tale frigidum non potest agere. Exemplum secundi, sicut est frigidum, quod patitur a calido, & cum hoc reagit in ipsum. Item potentiarum passiuarum quædam est cognitiua, sicut est potentia visiua: quædam dicitur non cognitiua; sicut frigidum. Item potentiarum passiuarum quędam patiuntur per abiectionem contrarij, sicut calidum cum patitur a frigido, vel econtra: quædam sine abiectione contrarij; sicut medium cum illuminatur. Et aduerte, quòd potentia passiua potest comparari ad potentiam actiuam, a qua potest pati, vel ad distantiam in quam, vel vltra

C quam potest pati, vel ad effectum, quem potest recipere, vel ad tempus, vel ad velocitatem, vel ad patium, quo potest moueri. Tunc ponuntur aliquæ conclusiones. Prima: Potentia passiua resistiua non terminatur minima potentia actiua, a qua potest pati. Nam sit a potentia actiua, & b passiua: si b patiatur ab a: ergo a excedit b: & non in indiuisibili, igitur in diuisibili: & diuidatur ille excessus, & remoueatur vna pars, ad huc b patitur, ab a; & a esset minus, quam ante: igitur. Secunda conclusio. Potentia passiua talis non terminatur maxima potentia actiua a qua potest pati: quia quicquid potest pati a magno, potest pati a maiore.

Tertia conclutio. Potẽtia passiua talis non terminatur minima potẽtia actiua a qua non po- D test patiquia tũc a tali nõ posset pati, sed bene a minori: quod est falsum: igit. Quarta cõclusio: Potentia passiua talis terminat maxima potentia actiua a qua non potest pati. Quod probatur a sufficienti diuisione: quia non terminatur a maxima qua potest: nec minima, a qua potest, nec minima, a qua non potest: ergo maxima, a qua nõ potest, vt volo, quòd potentia leuatiua fortis, & resistiua vnius lapidis sint æquales, tunc sequitur, quòd potentia fortis est maxima inter omnes, quę non possunt leuare, & quælibet maior potest leuare: ergo. Et sic vide, quomodo omnes istæ conclusiones videntur semper tenere, ꝙ quilibet excessus est sufficiẽs ad agendum, vel resistendum.

Et

E Et si quis arguat: volo, quòd potentia actiua fortis, quę est æqualis resistiuæ vnius libræ, augeatur insensibiliter; tunc sequitur, q̃ excederet, & tamen non leuabit: quia non percipiet se leuare. Dico probabiliter, q̃ sicut potentia est aucta insensibiliter, ita leuabitur insensibiliter: ita quòd non percipiet se leuari: & illud argumentum magis pertinet ad aliud dubium. Et debent intelligi ista dicta de terminatione potentiæ actiuæ, & passiuæ: puta de potentia actiua agẽte in passum, nõ qua agens agit: quia aliter sequeretur, quòd visibile aliquod non posset causare visionem in aliqua potentia visiua, & tamen posset in minorem, seu debiliorem potentiam visiuam: quod est falsum: igitur.

Quinta conclusio: Omnis potẽtia passiua mere receptiua potest pati, saltem quantum est ex se, a quocunq; magno, vel paruo agente sine termino. Sexta conclusio. Potentia passiua non cognitiua quantum est ex se, potest pati a qualibet distantia, quantumcunq; magna, vel parua: quia quacũq; distantia agẽs potest agere, a tali potentia passiua potest pati: sed illa agentia possunt multum diuersificari: igitur. Septima conclusio: Potentia passiua respectu actiuæ datæ terminatur minima distantia, vltra quam non potest pati, & hoc a tali agente: quia agens terminatur minima distantia, vltra quam non potest agere: igitur. Octaua conclusio: Potẽtia passiua cognitiua, vel quæ requirit determinatam distantiam, terminatur & minima, in qua non; & maxima, in qua nõ: vt prope visum est maxima distantia omnium illorum, in quibus non potest, & longe a visu est vna minima distantia omniũ illorum, in quibus non potest.

Nona conclusio, & vltima: Quemlibet effectum, quem potest potentia actiua producere potest passiua recipere. Ad Aristot. dicitur, quòd potentia passiua non terminatur ad minimũ, in quod potest, nec in quod nõ potest: sed ad minimum infra maximum, in quod non potest. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

Art. 3. Conclvsio responsalis: Impossibile est naturaliter esse plures mundos siue simul, siue successiue, siue eccentricos, siue concentricos. Et hæc conclusio relinquitur satis probata in articulis, in quibus sufficienter patet, quid sit dicendum ad rationes.

ARISTOTELIS DE COELO, ET MVNDO.

LIBER SECVNDVS.

P. cõ. 1. & 2. mũdi.

QVOD quidẽ igit ne que factũ est omne cęlum neque contingit corrumpi; quemadmodum quidam dicunt ipsum, sed est vnum, & sempiternũ: principium quidem, & consumationem non habens totius æterni: habens aũt & continẽs in seipso infinitũ tempus, &c.

Cœlũ vnum, & sempiternũ est. Antiquorum opiniones de motu cœli.

ISTE est secundus liber de Cœlo, & Mundo, in quo Philosophus determinat de principaliori parte totius vniuersi, scilicet corpore cœlesti, & proprietatibus eius. Et diuiditur in quatuor tractatus. In primo, determinat de sempiternitate cœli: & diuiditur in quatuor capitula. In primo, determinat de duratione cœli intendens talem cõclusionem: Cœlum est vnum & sempiternum; principium, & consumationem non habens: & probat sex rationibus. Prima: tempus est sempiternum: ergo & cœlum. Patet consequentia: quia tempus non est sine motu, & motus non est sine cœlo: ergo si tempus est æternum, cœlum est æternum. Secunda ratio: ad opinionem dicentium cœlum esse formatum, & aliquando corrumpi, sequuntur multa incõuenientia: sed quòd sit sempiternum, nullum sequitur inconueniens: igitur. Tertia ratio: omnes antiqui dixerunt cęlum immutabile, & diuinum: ergo hoc est credendum, tenet consequentia: quia oportet vnumquemq; se exhibere persuasionibus antiquorum: & maxime credere sermones ipsorum esse veros: igitur. Quarta ratio: omnes antiqui attribuerunt cęlum Diis pro loco: sed Dij sunt perpetui: ergo & cęlum. Quinta ratio: cœlum mouetur sine fatigatione, eo quòd in motu cœli nulla est violentia, neque est ibi aliquod prohibens, quin cœlum possit moueri: igitur. Sexta ratio: oportet illos sermones dicere, qui concordant rationi, & dictis antiquorum: sed dicentes cœlum esse sempiternum, concordant rationi, & dictis antiquorum: igitur. Consequẽter tangit tres opiniones antiquorum

rum de motu cœli. Prima est antiquorum dicentium cœlum ferri sursum, & sustineri a quodã gigante, qui vocatur Athlas: cuius caput est in vlto polo, & pedes in alio; manus dextra in oriente, sinistra in occidente. Hanc opinionem non reprobat Philosophus, sed reputat eam fabulosam, & fictam a poetis. Secunda est Platonicorum, qui dixerunt cœlum continue moueri a quadam anima, & ab eadem retineri sursum. Hoc reprobat; quia non est possibile, quòd illa anima tanto tempore moueret cœlum sine fatigatione, & tristitia; & sic illa anima esset infelicior, quàm anima existens in corpore animalis. Tertia opinio est Empedoclis dicentis cœlum detineri sursum propter velocem motum eius; sed hoc non est verum; quia non est possibile cœlum tanto tempore detineri sursum propter eius velocem circulationem; quoniam tandem caderet.

T. cõ. 7. & inde.

QVONIAM autem quidam sunt, qui dicunt esse aliquid dextrum, & sinistrum cœli, quemadmodum Pythagor. &c.

Quomodo in cœlo reperiãtur differentiæ positionum, & quot.

ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus ostẽdit quomodo in cœlo reperiuntur differentiæ positionum; & diuiditur in duas partes. In prima reprobat opinionem Pythagoricorum dicentium in cœlo esse tantum duas differentias positionis, scilicet dextrum, & sinistrum. Et ponit Philosophus talem conclusionem. Si in cœlo sint dextrum, & sinistrum tunc ibi est sursum, & deorsum, ante, & retro: quod probat quinque rationibus. Prima, animal habet omnes differentias positionum; vt dicitur in libro de motu animalium: ergo, & cœlum cum sit corpus perfectissimum. Secunda ratio: vbicunq; reperitur posterius, ibi reperitur prius; sed dextrum, & sinistrum reperiuntur in cœlo, quæ sunt posteriora alijs differentijs positionum; quia sursum, & deorsum sunt principia longitudinis; dextrum, & sinistrum principia latitudinis, sed longum præcedit latum; ergo sursum, & deorsum præcedunt dextrum, & sinistrum. Tertia ratio: inconueniens est dicere in cœlo esse differentias positionum minus principales, & non principales, quæ sunt sursum, deorsum, ante, & retro. Quarta ratio, sursum, & deorsum sunt in plantis, & non dextrum, & sinistrum: ergo inconueniens est ponere dextrum, & sinistrum, & nõ ponere sursum, & deorsum. Quinta ratio, sursum est prius dextro, cum sit principium longitudinis: ergo si in cœlo est dextrum, etiam erit sursum, & deorsum. In secunda parte determinat de differentijs positionum in cœlo secundum opinionem Philosophi. Et intendit tres conclusiones. Prima, In cœlo sunt sex differentiæ positionum ex natura rei. Probat, quia in omni animato habenti intra se principium sui motus sunt tales differentiæ: sed cœlum est animatum habẽs intra se principium sui motus: ergo in cœlo sunt illę differentiæ positionum. Circa hanc conclusionem mouet aliqua dubia.

bia. Primum, quomodo in cœlo possunt reperiri illę sex differentię positionum distinctę ex natura rei, cum cœlum sit sphęricæ figurę; & omnino simile in omnibus suis partibus. Respondet, quòd in aliquibus corporibus illæ differentiæ positionũ reperiuntur distinctæ non solum virtute, sed etiam figuris: vt patet in animalibus perfectis: in aliquibus vero solum reperiuntur distinctę virtute, & non figuris. Secundum dubium: quomodo in cœlo potest reperiri dextrum, quod sit principium motus localis, cum motus cœli non habuerit principium. Respondet, quòd ideo dicitur; quia si cœlum incepisset moueri, incepisset ab illo, quod dicitur esse dextrum. Secunda conclusio, Longitudo cœli, idest sursum, & deorsum debent sumi secundum distantiam polorum: quod probat duabus rationibus. Prima, quia propter immobilitatem polorum apparet distinctio hemisphęriorum: cum eędem partes cœli semper appareant in polis. Secunda ratio, oriens, & occidens sunt latera mundi: igitur poli sunt longitudo cœli. Tertia conclusio, Polus qui apparet superius, scilicet polus arcticus est deorsum; & ille, qui est nobis immanifestus, scilicet polus antarcticus est sursum. Pro cuius probatione supponit, quòd dextrum est oriens, sinistrum vero occidẽs: ante est meridies, & angulus nobis est retro. Quod patet: quia cœlum debet moueri a dextro in sinistrum per ante: modo cœlum mouetur ab oriente in occidens per meridiem. Tunc sic arguit: si polus arcticus esset sursum, sequeretur, quòd cœlum moueretur a sinistro ad dextrum: consequens est inconueniens: igitur. Ex hoc infert, quòd polus nobis immanifestus est sursum: & habitantes in eo sunt sursum, & nos sumus in hemisphęrio deorsum. Finaliter ostendit qualiter differentię positionum sunt in cęlo secundum motum planetarum in obliquo circulo: dicens, quòd oppositio modo sumendę sunt differentię positionum in cœlo, eo quòd motus eorum, fit contrario modo ad motum diurnum puta ab occidente in oriens.

T. cõ. 17. & inde.

QVONIAM autem non est contrarius motus, qui circum ei, qui circunq; considerandum, &c.

Necessario plura corpora cœlestia ponenda sunt.

ISTVD est tertium capitulum huius tractatus, in quo Philosophus determinat de diuersitate partium circulariter motarum: dicens: quòd difficile est determinare numerum corporum cœlestium propter, nimiã distantiam: ratione cuius accidentia ipsorum non bene cadunt sub sensu nostro. Et intendit talem conclusionem: Necessario sunt ponendę plures circulationes propter generationes, & corruptiones: & per consequens necesse est esse plura corpora cœlestia. hanc conclusionem probat sex consequentijs.

Prima, si cœlum est aliquid diuinum, & sempiternum, necesse est motum eius esse sempiternum, & circularem. Patet: quia vnũquodq; cuius est aliqđ opus propriũ, est gratia illius operis: sed ipsius cęli est aliđ opus proprium

E prium, & nihil destruitur a sua propria operatione: & talis operatio est motus: ergo si cœlum sit sempiternum, necesse est motum eius esse sempiternum, & per cõsequens circularem; cum solus motus circularis sit sempiternus. Secunda consequẽtia; si motus cœli sit sempiternus, & circularis, necesse est terram quiescera in medio mundi. quod probat; quia motus circularis est circa medium quiescens; & illud non potest esse aliqua pars cœli; quia vel quiesceret ibi secundum naturam; F & sic naturaliter moueretur ad medium: vel præter naturam: & sic ibi semper non quiesceret. Relinquitur ergo, quòd illud est de terra. Tertia consequentia; si terra est, necesse est ignem esse; quia ignis, & terra contrariantur; modo si vnum contrariorum sit in natura, necesse est reliquum esse; quia contrariorum eadem est materia. Quarta consequentia: si terra, & ignis sunt, necesse est media elementa esse. probat: quia vnumquodque elementorum habet contrarietatem ad vnumquodque: igitur si vnum est, debet reliquum esse. Quinta consequentia: si elementa sunt, necesse est generationes, & corruptiones esse. quod probat dupliciter. Primo, quia elementa sunt adinuicem contraria: ergo agunt, & patiuntur ad inuicem; contraria enim sunt ad inuicem corruptiua. Secundo, non est rationabile aliquod mobile esse sempiternum, cuius secundum naturam motus non est sempiternus; sed motus elementorum non est sempiternus; ergo nec elementa, & per consequens generantur. G

Sexta consequentia; si generationes, & corruptiones sunt, H necesse est præter principium motum circularem esse alium motum, aut plures illius cœli. quod probat; quia secundum primum motum similiter se habent elementa adinuicem; ergo oportet esse alium motum, si elementa debeant generari, & corrumpi adinuicem.



T.6.22 & inde.

FIGVRAM autẽ sphæricam necesse est habere cœlum: hæc enim propriissima, & substantia, &c.

Cœlũ est sphærica figura.

ISTVD est quartum capitulum, in quo Philosophus ostendit cœlum esse sphæricæ figuræ, intendens primo talem conclusionem: Inter figuras planas figura circularis est prior, probat duabus rationibus. Prima vnũ est prius multis, & simplex cõposito; sed figura circularis se habet, vt vnum & simplex, eo quòd ipsa cõtinetur vna linea; figura vero recta pluribus continetur: igitur. Secunda ratio; perfectum est prius imperfecto; sed figura circularis est perfecta, cum sibi nulla possit fieri additio, per quam fiat perfectior; sed figura recta est imperfecta, cum possit recipere additionem: ergo figura circularis est prior. Secunda conclusio: Inter figuras solidas, figura sphærica est prior. probat eodem modo rationem, quæ probauit conclusionem præcedentem.

Tertia conclusio: cœlum est sphæricæ figuræ: quod probat

B quattuor rationibus. Prima, prima figura debet esse primi corporis: sed figura sphærica est figura prima, & cœlum est primum corpus: igitur, &c. hoc etiam posset concludi de septem sphæris planetarum. Secunda ratio: cœlum non est rectę figurę, nec oualis, nec lenticularis, nec colúnaris, nec alterius figurę a figura sphærica: ergo est sphæricæ figuræ. Antecedens patet: quia si esset alterius figuræ, tunc aliquæ eius partes magis distarent a centro, quàm aliæ, & cum illud corpus semper moueatur, sequeretur, quòd illę partes aliquando essent sine loco, & locus sine corpore: quia postquàm pars magis distans a medio eius moueretur.

F tunc aliæ partes aliquando essent fine loco: quia post quàm magis distans a medio moueretur tunc vbi prius erat, postea nihil est: & vbi iam est, prius nihil erat. Tertia ratio: motus cœli est omnium aliorum motuum minimus, cum sit velocissimus: & secúdum lineam minimam in minimo tempore: quia inter figuras in eodem punctum redeuntes, figura sphęrica est minima: ergo cœlum est sphæricæ figuræ. Quarta ratio, aqua est sphæricæ figuræ: ergo aer est sphęricæ figurę, cum aer contineat aquam: & si aer est sphæricæ figuræ ignis est sphæricæ figuræ: & sic necesse est cœlum esse sphæricæ figuræ cum contineat ignem. Et quòd sit sphæricę figuræ secundum superficiem conuexam, probatur: quia aqua semper nata est fluere super terram ad locum decliuiorem: & non cessabit donec omnes partes æqualiter distent a centro: sed cuius partes æqualiter distant a centro, est sphæricæ figuræ. G

QVONIAM autem est dupliciter in circulo moueri, puta ab a, hunc quidem ab b. &c. *T. cō. 33. & vide.*

ISTE est secundus tractatus, in quo Philosophus determinat de motu cœli: & continet duo capitula. In primo ostendit quare cœlum magis mouetur ad vnam partem, quam ad aliam inquirens talem quæstionem: Vtrum cœlum debeat moueri ab vna parte determinata, ad vnam partem determinatam: puta ab oriente ad occidens. Quæritur etiam quare cœlum semper mouetur ad vnam partem: non enim potest dici, quòd hoc sit a casu: quia cœlum & motus cœli sunt sempiterna: in sempiternis autem nihil contingit a casu. Respondet, quòd forte velle sic inquirere de omnibus: & assignare causam, & nihil prętermittere videt magis esse signum magnæ stultitiæ, aut magnę præsumptionis, quàm sapientiæ. Dicit tamen, quòd hoc potest fieri dupliciter. Aliqui enim hoc faciunt propter vanam gloriam: & tales sunt increpandi. Alij faciunt propter veritatem: & tales sunt laudandi. Finaliter soluit prædictam quæstionem: dicēs, quòd natura facit de possibilibus, quod melius est: sed melius est cœlum sic moueri, quàm econtrario: igitur. sicut enim in motibus elementorum honorabilius est, & melius moueri sursum, quàm deorsum: nam locus *Cœlū non mouetur a parte determinata ad determinatam.*

A cus sursū est dignior loco deorsum: ita melius est cœlū moueri ab vna parte determinata, puta ab oriente in occidens: igitur. *T. cō. 33. & vide.*

DE motu autem ipsius, quia irregularis est, & non irregularis deincepsvtique, &c.

ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus determinat de motu cœli, & de eius regularitate, intendens talem conclusionem: Motus cœli est regularis: probatur quatuor rationibus. Prima, si motus cœli esset irregularis, in eo esset intensio, & remissio velocitatis: sed hoc est falsum: quia hoc esset in principio, medio, vel fine: quod est falsum: quia motus cœli caret principio, medio, & fine cum sit perpetuus. Secunda ratio, si motus cœli esset irregularis, irregularitas proueniret ex parte mouentis, aut ex parte mobilis, aut amborum. Non primum: quia primum mouens semper mouet eadem virtute. Nec secundum, quia primum mobile non alteratur: nec ex consequenti prouenit ex parte amborum: igitur. Tertia ratio, si motus cœli esset irregularis: vel illa irregularitas fieret in partibus cœli, vel in toto. Non primum: quia iam fuisset facta distātia infinita astrorum adinuicem per tempus infinitum: quod est falsum: cum illud nullo modo percipiamus, nec in toto cœlo; quia remissio est præter impotentiam, & impotentia præter naturam: sed in cœlo non est aliquid præter naturā, cum sit corpus simplex: igitur. Quarta ratio, si motus cœli esset irregularis, vel intenderetur in infinito tempore: & postea remitteretur in tempore infinito, aut econtrario. aut semper intenderetur aut remitteretur; vel vicissim intenderetur, & remitteretur: sed quod libet est impossibile. Quod patet primo quo ad primum dissunctum: quia nihil existēs præter naturam videtur existere in tēpore infinito. Quo ad secūdū dissunctum: pateriquia tūc motus cœli esset infinit⁹, & indeterminat⁹ qđ est falsum: quia oīs motus ex determinato in determinatū terminū. Quo ad tertium disiunctū patet: quia hoc est penit⁹ irrationabile: eq; tāta diuersitas non posset latere sensum nostrum immo hoc perciperemus eo, quòd opposita iuxta se opposita sunt sensibiliora. C *Motus cœli est regularis.*

An in cœlo reperiantur sex differentiæ positionum ex natura rei, & quæ illæ. D

QVAERITVR vtrum in cœlo moto sine fatigatione reperiantur sex differentiæ positionum ex natura rei distinctę ita, quòd sursum sit in polo antarctico: deorsum in polo arctico: ante in meridie: retro in parte opposita, quæ dicitur angulus noctis: dextrum in oriente, sinistrum in occidente.

Arguitur primo contra suppositum: quia cœlum mouetur cum resistentia, alias non moueretur successiue: cum omnis successio in motu naturali proueniat ex aliqua resistentia: vt videtur habere Philosoph. 4. Phy si. sed omnis resistēria nata est causare fatigationem igitur.

E Secundo sic: In eodem cœlo sunt reperibiles duo motus: quorum vnus rapiat sphæras inferiores: & sphæra lunæ rapiat sphæram ignis: qui ignis habet naturalem inclinationem ad quiescendum in suo loco naturali: ergo resistit cuilibet mouenti ipsum: similiter orbes planetarum habent inclinationem ad motum in zodiaco, qui est ab occidente in orientem: ergo resistunt primo mobili; quod mouet eos ab oriente in occidens, & per consequens erit ibi fatigatio. Tertio sic probando, quòd in cœlo non sint differentiæ positionum, nisi in ordine ad nos. Primo, quia cœlum est inanimatum: modo in rebus solum animatis reperiuntur differentiæ positionum. Item cœlum est homogeneum, aut saltem eiusdem figuræ, aut æqualis di-
F stantiæ secundum omnes partes a centro mundi: ergo in ipso non sunt deorsum, nec sursum ex natura rei distincta. Quarto sic, In cœlo non est motus augmentationis, nec sensationis, nec principium motus localis: cum motus localis cœli sit sempiternus: ergo I cœlo nõ sunt differẽtiæ positionum ex natura rei. Tenet cõsequentia, quia sursum, & deorsum sunt principia motus augmentationis. Quinto sic: Duo poli non sunt in cœlo extrema longitudinis: nec habent diuersas virtutes, quarum vna sit nobilior altera: igitur. Item in cœlo eadem pars successiua est dextra, & sinistra: sicut eadem pars successiue est in oriente, & in occidente. Item secundum orizontem vnius regionis attenditur vnum oriẽs: & secũdum orizontem alterius G attenditur aliud: ergo in prædictis partibus cœli non sunt differentiæ positionũ ex natura rei.

In oppositũ est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum, quòd *Art. 1.* pro declaratione primæ partis quæstionis supponitur primo, *Fatigatio quid, & unde.* q̃ fatigatio est diminutio potentiæ, actiuæ propter diuturnam eius actionem restaurabilis per quietem. Ex quo sequitur primo, quòd nulla potentia pure passiua est fatigabilis: ideo materia non fatigatur in recipiendo formam. Secundo sequitur, q̃ virtus indiuisibilis est fatigabilis, & etiã virtus infinita: quia nulla talis est diminuibilis. Tertio sequitur, quòd nulla virtus pure naturalis est fatigabilis: vnde ignis in comburendo non fati- H gatur. Sequitur quarto, q̃ homo proprie non fatigatur, si sit factus impotens ex senectute, vel ægritudine, vel ex defectu alicuius membri: quia fatigatio fit propter diuturnam actionem.

Supponitur secundo, quòd fatigatio sic causatur: nam natura emittit ad singula membra laborantia quosdam spiritus, & humores disponentes membra ad operationem: qui spiritus, & humores propter longam actionem corrumpuntur: & tunc corpus dicitur fatigatum: nec erit sine fatigatione, donec per quietem, vel requiem fuerint recuperati tales humores, & spiritus. Ex quo sequitur, quòd fatigatio non sit sine actione dispositiua ad corruptionem: quia fatigatio fit cum tales spiritus, vel humo-

A humores corrumpuntur. Ex quo videtur sequi, quòd causa principalis fatigationis dicitur esse contrarietas. Et si quis dicat: sensus fatigatur, & tamen non agit cum aliqua contrarietate: ergo. Respondetur, quòd in sensu concurrunt plures actiones. Vna est actio obiectiua, qua scilicet obiectum partialiter cum sensu causat cognitionem: & secundum istam sensus non corrumpitur, immo magis perficitur. Alix sunt ibi actiones alteratiuæ dispositiæ ad corruptionem organi: & per consequens ad corruptionem potentiæ. Sequitur etiam ex prædictis, quòd intellectus per se non fatigatur, licet bene per accidens pro quanto non potest intelligere sine ministratione
B ibi facta a sensu: qui sensus potest fatigari. Ex istis dicitur primo, quòd cœlum non est fatigabile: quia non habet tales spiritus, & humores, ratione quorum virtus eius fatigaretur. Dicitur secundo, quòd intelligentiæ mouenti cœlum nihil resistit: etiam in cœlo non est contrarium, aut aliqua dispositio habens contrarium. Vico tertio, quòd in motu cœli successio non prouenit ex resistentia: sed ex determinatione intelligentiæ, quæ est sic determinata ad mouendum orbem tanta, vel tanta velocitate. Quarto dicitur, quòd licet vnus orbis moueatur velocius, & alius tardiꝰ: hoc non est, quia virtus motiua sit aliquando fatigata; sed quia non moueretur ab eadem virtute, sed a diuersis, quarum vna est maior alia. Dicitur quinto, quòd licet vnus, & idem plane-

ta in vno tempore citius pertranseat vnum signum, quàm in alio: hoc tamen non est propter velocitatem, vel tarditatem vnius ad eiusdem motus; sed propter pluralitatem talium motuum.

SECVNDO sciendũ, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima: Vtrum in cœlo ex natura rei sint ponendæ sex differentiæ positionum, pura sursum, deorsum, ante, retro, dextrum, & sinistrum. *An in cœlo ex natura rei reperiantur sex differentiæ positionum.*

Pro cuius solutione supponitur primo, quòd istæ duæ differentiæ, scilicet sursum, & deorsum non dicuntur proprie attribui alicui ex natura rei, nisi secundum diuersas partes habẽtes diuersas potentias, & virtutes: sicut in nobis sursum est principium augmentationis, & nutritionis: & sic caput dicitur D sursum, & radices in arbore dicuntur sursum ex natura rei: tamen in respectu ad loca elementorum dicuntur deorsum: aliis autem corporibus inanimatis attribuuntur istæ duæ differentiæ solum respectiuæ ad loca elementorum; vnde in lapide illa pars dicitur sursum, quæ est versus locum leuium elementorum, & alia deorsum, quæ est versus locum grauium.

Sed dubium est, vtrum in cœlo ex natura rei inueniantur istæ duæ differentiæ sic, quòd polus antarcticus dicatur sursum: & polus arcticus deorsum. Respondetur per aliquas propositiones. Prima propositio, non apparet ex parte motus cœli, quare vnus polorum magis debet dici sursum, & alter deorsum: quia non apparet qualiter

illi poli differenter faciant, vel deseruiant ad motum cœli. Secunda propositio: propter motum sensus, vel nutritionis non debet dici vnus polus magis sursum, quàm alter, ex eo, q̃ tales motus nõ inueniũtur in cœlo. Tertia propositio: si in cœlo inueniatur sursum, & deorsum hoc debet esse propter nobilitatem partium: sic quòd nobilior pars vocetur sursum minus nobilis deorsum: vnde dicunt astrologi, quòd circa polum antarcticum sunt nobiliores stellæ, quàm circa polum arcticum: ideo vocant illam partem sursum. Supponitur secundo, quòd de ctrum, & sinistrum inueniuntur etiã in aliquibus dupliciter, scilicet simpliciter, & respectiue: vnde illa pars dicitur dextra ex natura rei, a qua incipit motus: & pars sibi opposita dicitur sinistra in aliis autem inanimatis solum reperiuntur respectiue, & quo ad nos. Vnde dicit Sco. lib. 2. dist. 2. q. 5. quòd si primum cœlum ponatur mobile, & non quiescẽs nullus punctus est in cœlo magis oriens, quàm alius, sed quilibet punctus est oriens successiue: nullus etiã punctus est magis capax motus quàm alius: ideo in cœlo ex natura rei non est dextrum, & sinistrum, sicut in animali, vbi pars, quæ est magis capax virtutis animæ dicitur dextra, & alia opposita sinistra. Supponitur tertio, quòd istæ duæ differentiæ ante, & retro, in aliquibus corporibus reperiuntur simpliciter, & in aliquibus respectiue: vnde in animali illa pars dicitur ante, in qua magis vigent virtutes sensitiuę, & pars sibi opposita dicitur retro: sed in animatis illæ differentiæ solũ reperiuntur respectiue: & cum istę virtutes nõ reperiantur propriæ in cœlo: ideo proprie non est ante, neque retro.

TERTIO sciendum, quòd incidit alia difficultas: Vtrum mens Philosophi fuerit ponere cœlum esse formaliter animatũ. Respondet Scotus lib. 4. distinctio. 14. quòd non videtur esse mens Philosophi ponere cœlũ formaliter animatum, & hoc anima intellectiua est aliter ponere. Et hoc probatur: quia vel esset anima tantum, quod non est dicendum: quia tunc intellectus esset formaliter quantus: cum ipsum cœlum sit formaliter quantum, vel propter animam, quæ est de essentia cœli erit aliquid aliud per se perfectibile per animam; & ita erit ibi potentia passiua, & potentia contradictionis: & ita cœlum non esset perpetuum, & necessarium. Et siquis dicat; quid ergo dicemus ad eum cum dicat in textu cœlum esse animatum. Respondetur, quòd vbicunq; vocat animam cœli debet intelligi quo ad conditionem: quia anima est motrix non, quia est forma; & illa anima est intelligentia propria motiua huius orbis coniuncta huic, vt motrix propria; & talis non est nisi vnica vnius orbis. Et siquis dicat; quid dicerent theologi. Respondetur per aliquas propositiones. Prima est, mere est creditum cœlum non esse animatum supple per informationem: non enim videtur esse aliqua conditio in illo corpore ita perfecto manifeste apparens repugnare animationi corporis: Secunda propositio, mere est creditum cœlum esse animatum per assistentiam, videntur tamen multi dicere, quod fuerit mens Philosophi dicere cœlum esse animatum per assistẽtiam.

Dubium.

Alia difficultas qualiter est saluabile consequentias quas facit Philosophus in tertio capitulo valere. Pro cuius solutione supponitur, quòd necesse potest dicere dupl cem necessitatem, scilicet consequentis, & cõsequentię, & hoc dupliciter: vel simpliciter, vel secundum naturam. si secundum naturam: adhuc dupliciter: absolute, & conditionaliter tunc dico, quòd illę consequentiæ sunt bonę. si necesse dicat necessitatem consequentiæ secundum naturam, & conditionem, & non aliter videntur esse bonę. Vnde quando dicitur ibi, quòd si vnum contrariorum sit in rerum natura, quòd necesse est reliquum esse: debet intelligi si contraria debeant agere, & pati adinuicem. Ideo siquis quærat quo modo ista consequentia est bona; in istis inferioribus sunt generationes, & corruptiones: ergo oportet cœlum moueri: cum cœlo quiescente posita moueri ista interiora & fieri generationes, & corruptiones. Respondetur, quòd cœlum agit in hæc inferiora triplici instrumento, scilicet lumine, motu & influentia; astra enim illuminant hæc inferiora, & cœlum secum mouet sphæram ignis; etiam in viscceribus terrę generantur multi effectus, vt aurum, & argentum: ad quorum generationem oportet corpora cœlestia concurrere: & non concurrunt mediante lumine, nec mediante motu: ergo mediante influentia, quæ est quædam qualitas spiritualis nobis ignota secundum sensum, mediante qua dirigũtur actiones quorundam inferiorum: ideo dato, quòd cœlum non moueretur adhuc posset fieri generationes, & cauſari influentię ab ipso cœlo.

An cœlum de mente Arist. sit formaliter animatum.

Cœlum quo agit in hæc inferiora.

QVARTO sciendum, quòd alia est difficultas: verum præter cœlum stellarum sit ponendũ aliud cœlum mobile. Respondet Sc. per aliquas ꝓpositiones.

Prima, nulla stella habet prorium motum localem, i. est nõ habet alium motum a motu sui orbis, cuius est pars: & istud postea in textu probabitur. Ex quo sequitur, quòd illæ stellæ, quæ non semper æqualiter distant: non sunt in eodem cœlo: quia talis distantia in diuersis temporibus non potest esse secundũ motum proprium stellæ: sed tãtum per motum cœli, in quo ipsa est & si sic differt difformiter stella a stella, sequitur, quòd cœlum illius difformiter mouetur a cœlo alterius. Vnde septem stellæ difformiter mouentur; sic, quòd non semper æque distant a stellis illis fixis: quæ ideo dicuntur fixæ, quia inter se sunt semper æque distantes. Et si quis dicat, nos nescimus, neque sumus certi de loco illarum stellarum fixarum: quia radius visualis propter diuersitatem mediorum refrangitur: ergo de ipsis non possumus bene iudicare. Respondeo, quòd sumus certi de loco visuali: & si secundum locum visualem æqualiter distant, proportionali-

An pũctus cuiuslibet stellarum sit aliud in cœlo mobile. Sco. li. 2. d. 14. q. 2.

Obiectio.

ter distabunt secundum verum locum. Ex istis sequitur, quòd saltem præter septem cœlos planetarum ponendum est aliud cœlum scilicet stellatum. Conceditur vlterius communiter nouum cœlum superius cœlo stellato, quia vnius corporis cœlestis est vnus motus proprius: sed illud cœlũ stellatũ mouetur duob⁹ motib⁹. Vnde mot⁹ diurnus non est ꝓprius motus cœli stellatiscum illud cœlum mouetur alio motu: etiam quxcunq; stella fixa non æque distat a polis immobilibus, neq; a capite arietis, vel libræ: ergo iste motus diurnus est proprius alicuius alterius corporis, & non nisi superioris. non enim mouetur ali quod cœlum motu alterius nisi illud sit altero superius. Et si quis quærat vtrum præter nouum cœlum sit aliud cœlum mobile: Dico, quòd de hoc discrepant astrologi inter se. Dicunt enim aliqui, quòd non: docti tamen, & experti dicunt, quòd immo est aliud cœlum, quod mouetur motu diurno. vnde dicunt, quòd octauum cœlum mouetur tribus motibus, scilicet motu primi mobilis, qui est diurnus, & motu nonæ sphæræ, qui est secundum successionem signorum contra motum primi super polos zodiaci: ita quòd in ducentis annis per vnum gradum, & viginti octo minuta fere progreditur: tertius est sibi proprius, qui vocatur motus trepidationis siue accessus, & recessus: & de hoc magis spectat ad astrologos, quàm ad Philosophos. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Art. 2. DVBITATVR primo, Vtrum ad saluandum ea, quæ apparent in motibus planetarum sint ponendi circuli eccentrici: concentrici & epicicli. Respondetur breuiter, quòd sic: quia planetæ, qui æqualiter mouentur aliquando citius per transeunt vnum signum, quàm aliud. Similiter aliquando transeunt vnum signum in vno tempore citius, quàm illud idem signum in alio tempore. Sed videtur, quòd ista non possunt saluari sine circularis ecentricis, concentricis, & epicyclis: ideo tales sunt ponendi. Vnde circulus concentricus dicitur circulus habens idem centrum cum centro mundi: sed circulus eccentricus dicitur, qui continet centrum mundi: & habet suum centrum extra cẽtrum mundi. Sit tales circuli eccentrici sint duplices: quia quidam sunt ecẽtrici secundum duplicem superficiem, scilicet conuexam, & concauam: alij secundum superficiem conuexam, vel concauam tantum. Vnde secundum astro. pro quolibet planeta imaginantur tres circulos eccentricos, scilicet duos eccentricos secundum quid quo ad vnam superficiem tantum: alius vocatur circulus deferens, & est eccentricus quo ad vtranq; superficiem: & in illo imaginantur quattuor puncta. Vnum, quod est maxime propinquum centro terræ: & vocatur oppositum augis. Secundum sibi oppositum, quod maxime distat a centro mũdi: & vocatur aux, quod idẽ est ꝙ elevatio: quia quando planeta est in illa parte dicitur esse in maxima elevatione. Et sunt alia duo puncta sibi inuicem opposita quæ imaginantur æqualiter distare ab auge & opposito augis: & dicũntur esse mediꝯ latitudines. Et aduerte ꝙ pro quolibet planeta excepto sole præter circulos ecentricos imaginatur circulũ epiciclum in quo planeta est fixomodo & ad eius motum mouetur. Vnde epiciclus est quædam parvus circulus non continens centrum mundi: sed est in circunferentia circuli deferẽtis: & ibi habet centrum suum: & dicitur ab epi quod est supra & ciclus quod est circulus, quasi circulus existens supra circulum deferentem: & in huiusmodi epiciclo quatuor sunt puncta imaginanda: primum quod est magis propinquum centro terræ: & vocatur oppositum augis. Secundum est sibi oppositum: & vocatur aux epicycli. tertium est quod æqualiter distata duobus primis versus oriens: & vocatur statio prima: & sibi oppositum vocatur statio secunda, vnde planeta ratione sui epicycli dicitur quandoq; stationarius quandoq; directus & quandoq; retrogradus, vnde quando planeta est in aliqua stationum dicitur stationarius: quia tunc apparet stare & non apparet velocitari propter motum epicycli: sed quando est in opposito augis epicycli tunc dicitur retrogradus: eo quòd mouetur contra motum ecentrici. & quando est in auge epicycli dicitur directus: quia motus eius apparet velocitari: nam tunc motus eius iuuatur, per motum epicycli. Et si quæratur cum luna ponatur epiciclus quomodo

An sint ponẽdi circuli eccẽtrici, concentrici, & epicicli.

poteſt ſaluari ꝙ ipſa mouetur in eo ſine diuiſione condenſatione vel penetratione. Reſpondetur quòd bene ſaluatur; quia non eſt imaginandum ꝙ epiciclus lunæ exeat concauum vel conuexum ecentrici. Similiter luna non exit ſuperficiem conuexam epicicli, ideo non oportet fieri diuiſionem, condenſationem, vel penetrationem orbis.

An cœlũ ſit ſphæricæ figuræ.

DVBITATVR ſecundo vtrum cœlum ſit ſphericæ figuræ. Et arguitur primo quòd nõ: quia eſt orbiculare: ergo non eſt ſphericæ figuræ. Item figura ſpherica eſt minima figurarũ omnium figurarũ ſuperficierum æquarum: igitur. Item alia quæ partes cœli non ſunt ſphæricæ figuræ: vt patet de orbibus ecentricis qui claudunt intra ſe orbem deferentem planetam: taler. n. in vna parte ſunt ſpiſſiores & in alia parte ſunt magis tenues. In oppoſitũ eſt philoſophus in textu. Pro cuius ſolutione ponuntur aliquæ propoſitiones. Prima modo eſt demonſtrabile cœlum vltimum quantum ad eius ſuperficiem conuexam eſſe ſphericæ figuræ: quia poſito ꝙ quo ad illam ſuperficiem eſſet figuræ ouales vel columnaris, nullum ſequeretur inconueniens contra principia naturalia: igitur. tamen nõ poteſt eſſe figuræ angularis poſito ꝙ moueatur: quia tunc aliquo tali angulo moto extra ſpacium imaginarium quod occuparet relinqueretur vacuum. Secunda propoſitio: non eſt demonſtrabile cœlum quantum ad eius ſuperficiem concauam infinitem non eſſe angula

ris figuræ quia ad motum talis anguli aliud dicitur corpus sicut ignis succederet & repleret locum propter quod non sequitur vacuum. Tertia propositio necesse est secundum principia naturalia orbes inter medios inter primum & infimum esse sphericos quo ad veraq; superficiem: & hoc supposito q̃ orbes medij moueantur super alijs polis motu proprio, quàm primum mobile; & supposito etiam q̃ cœlum non sit frangibile nec condensabile nec rarefactibile: & tunc facilitor posset probari propositio q̃ illis suppositis oporteret aliquod cœlũ esse condensabile vel rarefactibile vel oporteret fieri penetrationem dimensionum. Quarta propositio: rationabilius est ponere cœlum quo ad omnes superficies esse sphericæ figuræ, quàm alicuius alterius; Primo, quia illa figura est pulchrior & cœlum pulchrius corpus. Secũdo quia illa figura est simplicissima: & cœlum est corpus simplex. Tertio quia cœlum est perfectum: & illa figura perfectissima. Quarto; quia cœlum debet habere figuram quæ est magis apta ad motum circularem. Quinto; quia cœlum continet omnia ideo rationabile est ipsum habere figuram capacissimam. Vnde figura spherica est maxima quo ad continere: sed quo ad occupationem loci dicitur minima. Et si quis arguat si cœlum esset sphericæ figuræ sequeretur quòd omnes partes æqualiter distaret a terra: quod non videtur verum, cum sol nobis appareat maior in oriente vel in occidente, q̃ in meridie. Respondetur concedendo q̃ partes æqualiter distant a centro: & ad improbationem dico q̃ sol apparet nobis maior in oriente, quàm in meridie: non propter propinquitatem, sed quia inter nos & solem sunt quidam vapores per quos videtur sol per refactionẽ: ideo apparet maior. Ad rationes. Ad primam dicitur q̃ illa nomina quo ad proprias eorum significationes differunt: tamen vnum communiter accipitur pro alio. Vnde sphericũ dicitur q̃ habet tantum vnã superficiem: sicut stophus & bulla: sed orbiculare est quod habet vnam superficiem conuexã sine habeat aliquam concauam sine non. Ad secundam patet solutio. Ad tertiam dicitur q̃ adhuc illi orbes sunt sphericæ figuræ: dato q̃ non sit idem centrum quo ad superficiem cõcauam & conuexam.



Motus naturalis an velocior in fine quàm in principio.

Dvbitatvr tertio. Vtrum omnis motus naturalis sit velocior in fine, quàm in principio? Et videtur q̃ non, quia motus augmentationis & etiam motus alterationis sunt motus naturales: & tamen non sunt velociores in fine, quàm in prin-

Motus augmentationis & alterationis sunt in principio.

E principio: igitur. Secundo sic: si hoc esset verum sequeretur ꝙ nullus motus diceretur regularis: quod est falsum igitur. Itē sequeretur ꝙ si grauе distaret distantiā infinita ꝙ in descendendo moueretur velocitate infinita antequam tangeret centrum: sed istud est falsum: igitur; Item quando motus naturalis non est, non est velocior; sed motus naturalis in fine non est; quia tunc definit esse igitur.

In oppositum videtur esse philosophus, & posset etiam ratione probari: quia in fine graue magis ledit quām in principio; igitur &c. Pro solutione supponitur ꝙ illud dictum commune, motus naturalis est velocior in fine, quām in principio: debet intelligi de motu naturali locali recto & non de alijs motibus & etiam facto per idem medium. Supponitur secundo ꝙ motum naturalem intendi in fine potest dupliciter intelligi. Vnomodo proprie accipiendo Iy in fine, quando talis motus definit esse: & sic motus naturalis non intenditur in fine: qa tunc non est. Aliomodo capitur in fine. i. versus finem: & sic capitur in proposito. Tertio supponitur ꝙ motum intendi potest intelligi dupliciter. Vnomodo per duplum, triplum, quadruplum: & sic deinceps. Alio modo ꝙ primo fit aliquantus, & secundo addatur sibi aliquis gradus velocitatis: & tertio medietas illius gradus velocitatis: & quarto quarta pars illius gradus velocitatis: & sic deinceps. Tunc sit prima conclusio; si motus intenderetur primo mō fieret infinitus, ex quo primo cēt aliquantus & deinde in duplo, in triplo, & sic deinceps. Secunda ꝓpositio: si intēderet secūdo modo non oporteret ipsum fieri in infinitum velociorem: immo in casu posset in infinitum intendi; & adhuc nunquam fieri triplus ad seipsum: sicut si esset aliquod lignum pedale & adderetur sibi primo medietas semipedalis; & deinde medietas residui: & sic deinceps: tunc lignum quod prius erat pedale in infinitum augetur secundū infinitas partes proportionabiles ligni sibi additas: & tamen non esset sic auctum ꝙ fieret duplum aut triplum ad seipsum.

Tertia propositio: motus naturalis in fine hoc est eundo versus finem & statim quando incipit, vel saltem quando vadit versus finem, bene intenditur secūdo modo. Ex quo sequitur ꝙ motus naturalis non intenditur per duplum, triplum: & sic de alijs: sic ꝙ in prima parte proportionabili horæ fit aliquātus: & in secunda parte in duplo velocior: & sic deinceps: quia tunc sequeretur ꝙ quilibet motus naturalis qui per quodcunq; tempus paruū duraret: vel qui quātuncunq; paruū spaciū tranſiret quencunq; gradū velocitatis ꝓ tingeret; qa talis motus fieret ꝓ aliquod tempus in cuius prima parte ꝓportionabili esset aliquātus: & in secūda duplus; & sic de inceps. Potest tñ dici ꝙ intēdit per duplū triplum ad bonū sensum. s. ꝙ qñ ipso pertransitū est aliquod spacium est aliquantus: & quando ipso est pertrāsitū duplum spacium est duplo velocior: & quando ipso pertransitū est triplū spacium est in triplo velo-

Quomodo intelligatur motum naturalem intendi in fine.

A velocior, & sic deinceps. Qualiter autem causatur velocitas & tarditas in motu, alias visum est: & quomodo etiam ibi puta immobili continuę intenditur impetus seu qualitas motiua, etiam visum est alias. Ad rationes. Ad primam patet solutio. ad secundam negatur consequentia: nam posset medium sic disponi ꝙ motus i ipso maneret per totum regularis: dato tñ quòd concederetur ꝛ.ō esset magnum inconueniens. Ad alias patet quid sit dicendum. Et hoc de secundo artic. Quantum ad

Arti. 3. tertium sit.

Conclvsio responsalis: Cœlum mouetur sine fatigatione: in quo ex natura rei non inueniuntur dextrum & sinistrū licet secundum virtutes diuersas posit sibi attribui sursum & deorsum. Quid sit dicendum

B ad rationes patet in quæstione: Nam multę magis probant conclusionē quām cōtra eā arguāt.

F. c. 61. & vide. De vocatis autem astris consequens vt q; erit dicere ex quibus constant &c.

Istā est tertias tractatus huius libri in quo philosophus determinat de partibus integralibus cœli & continet sex capitula. In primo ponit tres conclusiones. Prima: astra sunt de natura corporum, in quibus sunt. quod probat dupliciter. Primo: quia astra mouentur circulariter sicut orbes in quibus sunt: ergo sunt de natura eorū. Probat secūdo opinione antiquorū dicētiū astra esse ignea (cut cœlum ac si diceret ꝙ vnum quodque est de natura eius in quo est. Secunda conclusio: Ab istis astris causatur calor & lumen in istis inferioribus: quia motus localis est calefactiuus: nam calefacit & ligna & lapides: sed aer est magis dispositus ad calorem: cum sit propinquior igni: ergo calesit per motum astrorum. Patet etiam: quia sagitta plumbea potest cū tanta velocitate moueri quòd liquefiet: & hoc non est nisi ab aere calefacto per eius motionem: igitur. Tertia conclusio: A solo magis causatur calor, quām ab alijs astris: vt patet per experientiam: nam sole appropinquante ad nos siue per motum proprium eius siue non sit apud nos calidius: & propter hoc dico est calidior noctu & æstate hyeme.

D T. c. 63. & inde. Qvoniam autem videtur, & astra translata, & totum cœlum necessarium aut quiescentibus &c.

Istvd est secundum capitulum huius tractatus in quo philosophus determinat de motu astrorum intendens talem a conclusionem. Astra non mouentur motu proprio: sed solum ad motum suorum orbium probat tribus rationibus. Prima: quia vel astrum & orbis simul quiescerent, vel ambo moverentur motibus diuersis in vnum speciem, vel astrum moueretur & orbis quiesceret: vel orbis moueretur & astrum maneret ad motum sui orbis: non primum vt patet: nec secundum: quia cum astrū & orbis simul copulent diuersa

Astra ad motū sui orbium eorum non mouentur.

Astra eius natura sunt, lumen, et calorē in his inferioribus causant.

Universidad de Deusto Biblioteca

A culationes non apparet: quòd mouentur motibus diuersis; ne que potest dici tertium, s. quòd astrum moueatur, & orbis quie scat: quia tunc sequeretur quòd astrum diuideret orbem: quod est falsum. Relinquitur ergo quartum membrū. s. quòd astrū mouetur ad motum sui orbis.

Secunda ratio; astra sunt sphe rica, sed corporis spherici non sunt nisi duo motus circa me dium mundi, scilicet volutatio, & circungyratio: ergo si astra motu proprio moueantur hoc erit aliquo illorum motuū; quod tamen est falsum: igitur. Et quòd non moueantur motu circungyrationis patet: quia lu na non sic mouetur; ergo nec etiā alia. Antecedens patet, quia tunc sequeret ꝙ facies, siue ma cula apparens in luna verteretur; quod est falsum vt patet ꝙ experientiam: & consequentia patet: quia non maior vī ratio de vno astro, ꝙ non sic moueatur, quàm de alio: & quòd non moueantur motu volutationis patet: quia tunc etiam oporteret maculam lunæ verti: quòd tamē est falsum: igitur. Tertia ratio: si astra mouerentur motu proprio, & non ad motum sui orbis, & non moueantur motu circungyrationis, nec volutatio nis: sequeretur ꝙ moueretur motu progressiuo, quod est falsum; quia illa quæ dicuntur moueri tali motu debent habere instrumenta & figuram aptam ad talem motum: sed astra non habent instrumenta, nec figuram aptam ad talem motum cum habeant figuram spheri cam, quæ est ineptissima ad motum progressiuum: igitur astra non mouentur motu pro- C gressiuo.

MANIFESTVM autē ex his quoniam & dicere fieri latorum Harmoniam tanquam consonantibus &c. *T. c. 12. & inde.*

ISTVD est tertium capitu lum, in quo philosophus ostendit ꝙ est motu astrorum non causatur sonus harmonicus. Et primo narrat opinionem Pythagoricorum dicētium ex motibus astrorum causari sonos harmonicos, quod probāt duabus rationibus. Prima est: nā ex motibus corporū apud nos fit sonus: ergo magis debet fieri ex motibus corporum cœlestium: cum illa corpora sint maiora, & velocius moueantur. Secunda ratio: corpora cœlestia sunt adinuicem bene proportionata in magnitudinibus, distantijs, & velocitatibus motuum; & ex talibus prouenit Harmonia in sonis: igitur. Et si quærat aliquis quare ergo non percipimus tales sonos. Respondēt quòd est propter consuetudinē: quia consueti sumus illos audire a natiuitate, & hoc declarat per vnum simile; nam videmus quòd assueti audire magnos sonos sicut malleatores, propter consuetudinem audiendi sonos suorum malleorum non iudicant audire illos sonos, hoc destruit philosophus: quia videmus ex magnis sonis magnas violentias fieri in plantis: sed ex talibus motibus non fiūt istæ violentiæ: igitur: etiam si malleatores sonos suorum malleorum non sentiant: ita nec alios *Sonus Harmonicus ha bet ex motu astrorum esse fauor.*

A alios sentient; quod tamen est falsum: igitur. Deinde ponit conclusionem quam intendit in hoc corpus: Orbes & astra suis motibus non causant sonos harmonicos, quod ꝓbat: quia quandocunq; corpora cau sant sonum harmonicum suis motibus diuidunt & frangunt aliquod medium citius, quàm frangi dēt: sed orbes vel astra non diuidunt aliquod medium cum per medium non moueantur: igitur. Et siquis quærat: quare hic philosophus determinat de sonis harmonicis. Respō deo ꝙ hoc facit ad ostendendū, quòd astra non mouentur motu proprio distincto a motu sui orbis.

T. c. 57. & inde. B De ordine astrorum autem ipsorum quo quidem modo singula ponantur, & hæ quidem &c.

Astra & sphæræ sunt ex aere.

ISTVD est quartum capitulum, in quo philosophus determinat de velocitate, & tarditate in motibus astrorum: dicēs primo quòd de propinquitate, & distantia orbium adinuicem pertinet determinare ad astrologiam, sed de differentia velocitatis, & tarditatis suorum motuum philosophia habet determinare, & ponit hanc conclusionem: quanto orbes sunt propinquiores primo orbi, tanto velocius mouentur motu diurno qđ probat: quia orbes mouentur motu diurno ad motum orbis primi: ergo quanto aliquis orbis erit propinquior illi orbi tāto velociori modo tali motu mouebitur. Ex quo infert quòd quanto orbes sunt propinquiores primo orbi: tanto tardius mouētur motu proprio, cum tales motus aliqualiter sē impediant adinuicem. C

FIGVRAM autem uniusq; cuiusq; astrorum sphericā maxime utiq; quis rationabiliter existimabit &c. *T. c. 59. & inde.*

ISTVD est quintum capitulum, in quo philosophus determinat de figuris astrorum: & intendit hanc conclusionem: Astra sunt spherica. & probat duabus rationibus. Prima, illa quæ non sunt mobilia motu progressiuo & habent figuram ineptissima ad illum motum sunt sphericæ figuræ: sed astra sunt huiusmodi; igitur. Secunda ratio: sicut est de vno astrorum ita debet esse de alijs: sed luna est spherica: ergo alia astra sunt sphericæ figuræ. Minor patet duplici signo. Primum est: quia luna crescit & decrescit secundum portiones arcuales: ita ꝙ quando primo augetur sit primo arcuosa donec appareat semicirculus: donec augeatur in tantum ꝙ appareat circularis figuræ. Secundum signū est quādo sit ecl psis solis propter inter positionem lunę sit circularis propter sphericitatem lunę: ergo signum est quòd luna est sphericæ figuræ. *Astra sphærica sunt figura.* D

DVABVS autem dubitationibus entibus de quibus merito vtiq; qlibet dubitabit. &c. *T. c. 60. & inde.*

ISTVD est sextum capitulū huius tract. in quo philosophus mouet duas dubōnes. Prima dubi- *Dubia de primo mobili.*

dubitatio est an sit principium mobile solū moueatur vno motu, & secundum duobus, quare est q̄ alij orbes plus distantes a primo mobili nō mouentur pluribus motibus, pura tertius tribus, & quartus quatuor. Secunda dubitatio propter quam causam in primo cœlo est tāta multitudo astrorum, cum in quolibet aliorum est tantum vnum. Soluit prædictas dubitationes: & primo primam dicens: quod sicut in animalibus quædam habent similitudinem absque sui mutatione: & quædam per vnicā mutationem: & quædam per plures: sic cœlum primum vnico motu attingit suū esse proprium: & planetæ medij pluribus motibus attingunt suum finem. Deinde soluit secundam dubitationem assignando tres causas. Prima, quia primum cœlum est excellentissimum, & perfectissimū eo quod est propinquius primo mouenti, & alios orbes reuolvit continet, & mouetur motu simplicissimo, & velocissimo. Secūda causa: quia alij orbes excedunt primum in motibus: ideo natura ordinauit vt in primo cœlo essent plura astra: cum non sit nisi vnus motus. Tertia causa est: quia principium cœlum mouet omnes orbes inferiores: ideo oportet ipsum habere plures, & diuersas virtutes per quas posset influere in orbes inferiores.

T.c.71. & inde.

RELIQVVM aūt de terra dicere vbi existat posita, & vtrū quiescētiū, aut motorū &c.

ISTE EST vltimus tractatus huius libri qui diuiditur in duo capitula. In primo determinat de situ motu, quiete, & figura terræ secundum opinionē antiquorum. & dicit primo q̄ Pytagorici posuerunt ignem esse in medio mundi, & etiam terram per modum vnius altri circa ignem: & ex motu suo causare nobis diem & noctem: & isti adhuc posuerunt aliam terram oppositam illi terræ quam vocabant Antichthonā. i. contra terram. Sed isti deficiebant: qa non quærebant rationes cōcordantes apparentijs nostris: sed intendebant habere apparentias ad suas rationes: & istam positionem probabant duabus rationibus. Prima, honorabiliori corpori debetur honorabilior motus, sed ignis est honorabilius corpus inter elementa, ergo debet habere locum honorabiliorem cuiusmodi est locus medius. Secunda ratio: ignis in medio mundi valde bene conseruatur: igitur ignis debet esse in medio mundi. Soluit philosophus istas rationes: dicens, q̄ duplex est medium. s. magnitudinis quod est centrum: & illud non est nobilius. Aliud est medium virtutis quod est cœlo propinquus: & illud debet habere ignis. Consequenter determinat de motu terræ; & dicit q̄ aliqui imaginati sunt terram circunferri circa medium & et aliam terram antichthona, propter quod dicebant lunam eclypsari & isti fuerunt Pythagorici. Alij dixerunt terra esse in centro & dixerunt eam moueri circulariter secundum polos mundi, quemadmodū fuit Plato. Consequenter determinat de figura terræ dicens: quod alij antiquorum dixerunt terrā esse

Veterum philosophorum sententia de situ, motu, & figura terræ.

A esse recti lineam & non circularem propter duas causas. Prima sol oriens & sol occidens videtur habere decisionem secundum lineam rectam: sed talis decisio fit a terra: igit terra est rectæ figuræ. Soluit hanc rationem philosophus dupliciter primo: quia a longe videmus solem: sed multa a longe visa non bene distinguimus. Secundo: quia terra est valde magna: modo pō magni circuli videtur esse recta. Secunda causa: terra semper quiescit: ergo est latæ figuræ: quia figura spherica non bene quiescit. Consequenter philosophus narrat opinionem antiquorum de quiete terræ: & dicit q̄ omnibus fuit dubium, quomodo tota terra existēs grauissima, non cadit: cum videamus quamlibet partē terræ descendere, si non detineatur: &

B narrat quinq; opiniones. Prima fuit Zenonis dicentis terra quiescere propter eius infinitā profunditatem deorsum: & hāc opinionem non reprobat philosophus. Secunda fuit Thaletis Milesij, dicentis terram superna tare aquis: vt lignum descendens per aerem, quiescit super aquam: & hanc opinionem reprobat philosophus tribus rationibus. Prima: quia similiter dubitatur de aqua a quo sustentaretur sicut de terra. Secunda ratio: quia sicut aer est leuior aquam ita aqua est leuior terra: ergo magis debet esse super terram, quām econtra. Tertia ratio: quia si tota terra nataret super aquam: ita & pars eius, cuius oppositum videmus. Tertia opinio fuit Anaximenis, Anaxagore & Democriti dicentiū q̄ terra pp̄ sui latitudinem non diuidit aerem: sed multum aerem sub se continet, qui multum compressus sustinet terrā, ne cadat. Quarta opnio fuit Empedoclis dicentis, q̄ velocitas motus cœli prohibet terram descendere: & dat exemplum de aqua in vase: quia si vas plenū aqua velociter circungiretur, aqua non cadet. Hanc reprobat tripliciter. Primo: quia tunc terra violēter quiesceret in medio; & per consequens violenter moueret ad ipsum: quod est falsum. Secundo quia secundū Empedoclem elementa aliquando fuerunt congregata & per lites inceperunt disgregari, & tunc nō erat gyratio. Tertio gagyratio cœli nō impedit partes terræ terri ad medium. Quinta opinio fuit Anaximandri dicentis, q̄ terra similiter se habet ad omnes partes cœli: ipsa. n. æqualiter distat ab omni parte cœli: ideo ipsa quiescet. Hanc reprobat quintupliciter. Primo: quia per eandem causam quodcunque corpus poneret in medio oportet ipsum quiescere: & ita si ignis ibi poneretur, quiesceret. Secundo: quia si pars terræ sit elongata a terra, naturaliter mouebitur ad medium: ergo etiam tota terra. Tertio sic: inconueniens est quærere propter qd terra manet in medio, & nō quærere quare ignis quiescit in supremo. Quarto sic: mirabile est quare isti q̄runt de cā q̄etis terræ & nō de cā mot⁹. Quinto sic: sicut terra similiter se habet ad oēm partē circunstantē: q̄li, ita & ignis & tū si ignis nō esset in extremo naturaliter, moueretur ad extremum naturaliter.

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

B Nos autem dicamus primum vtrum habeat motum: aut manet; quemadmodum enim &c.

T. c. 96. & seq.

Propria scitia de motu, situ, quiete, & figura terræ.

ISTVD EST secundum ea pitulum huius tractatus in quo philosophus determinat de situ, motu quiete, & figura terræ secundum propriam opinionē: & diuiditur in duas partes. In prima intendit talem conclusionem: terra non mouetur circulariter sicut dixerunt Plato & Pythagoras. probat quatuor rationibus. Prima: quia vel hoc esset secundū naturam vel præter naturam; non primum; quia terra secundum naturam mouetur motu recto deorsum, nec p̄ter naturam: quia nō videretur q̄ sempiterno sic moueretur ne quo a quo sic moueretur. Secūda ratio: quia tunc sequeretur F q̄ moueret pluribus motibus: quia omne corpus circulare p̄ter primum cœlum mouetur pluribus motibus. Tertia ratio: quælibet pars terræ naturaliter mouetur ad medium mundi: ergo & tota terra. Quarta ratio: illud quod est medium mundi non mouetur circa medū mundi: sed terra est medium mundi: igitur. Et subdit q̄ partes terræ mouentur ad medium mundi: vel ex medium mundi: & non vt est centrum terræ. In secūda parte probat q̄ terra sit sphericæ figuræ duabus rationibus & duobus signis. Prima ratio: qualiber pars terræ habet grauitatem per quam recedit a circumferentijs cœli & accedit ad medium, sic q̄ maior pars pellit minorem quousq; æqualiter distet a medio; sed omne tale est sphericū: igitur. Secunda ratio omnes partes terræ a quacunq; parte cœli descendant mouentur secundum angulos rectos: ergo terra est sphericæ figuræ. Primum signum: quia ecl̄ psis lunę sit secundum lineam circularem per hoc q̄ luna sub intrat vmbram terræ: ergo signū est q̄ terra est sp̄herica. Secundū signum: procedentibus a septentrione ad meridiem variatur circulus orizōtis & aliq̄ stellę incipiunt apparere: sed hoc non fieret nisi terra esset sphericæ figuræ: igitur. Ex istis infert vnam conclusionem q̄ terra nō est solum sp̄herica; imo etiam est parua in ordine ad cœlum, cum, per parua viam apparet nobis tanta differentia situs astrorum. Et ex istis infert dictū quorundā hȳe probabilitatē, puta q̄ in fine terræ habitabilis versus orientē & in fine terræ habitabilis versus occidē tē vbi Hercules posuit colūnas generant elephantes. Ex quo vī q̄ illa loca sint similis complexionis, & per consequens nō multum distantia; cum regiones similis complexionis videntur esse propinque. Similiter infert q̄ quidā mathematicorum dixerunt rotunditatem terræ habere quadraginta milia decē stadiorum i. quadragesies decē milia: sed ſm Astronomos modernos totus ambitus terræ dī continere ducentum quinquaginta milia stadiorum.

An quodlibet astrum habeat lumen a sole.

QVAERITVR secundo, Vtrū quodlibet astrū habeat lumē suum

A suum a sole. Arguitur primo quòd non: quia luna habet lumen suum a se; nam aere existente sereno & luna existente in prima quadra videtur totale corpus lunę: licet illa pars quæ est versus solem videatur lucidior, quàm alia pars: & cum illa pars quæ non est versa versus solem videatur & non per colorem; igitur per lunam, & non per lumen solis: quia radij non protenduntur ad illam partem: igitur. Secundo sic: si alia astra a sole haberent lumē sequeretur q̄ per accessum solis ad ipsa, vel ipsorum ad solē deberent apparere cornuta sicut ipsa luna; sed hoc est falsum: igitur. Tertio sic: inferiora corpora non illuminant superiora: sed multę planetę sunt supra solem: igitur. Quarto sic: lumina astrorum apparent diuersarum lumen vnius tendit B ad rubeitatem & non aliudugitur non sunt omnia causata sole. Quinto sic: si omnia astra tam superiora quàm inferiora haberent lumen a sole tunc sequeretur q̄ per interpositionē alicuius illorum pura superiorum inter nos & solem fieret eclypsis solis, sicut quando inter nos & solem interponitur luna. In oppositum est philosophus in tex. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Arti. 1.

Quid requiritur, ad hoc quod aliquod corpus lucear.

PRIMO sciendum, quòd pro declaratione quæstionis supponitur, q̄ ad hoc q̄ aliquod corpus luceat requiruntur duo scilicet quòd habeat in se lumen. Secundo lumen in tali corpore sit bene vnitum: ideo aer qui est rarus non lucet: licet habeat lumen: quia ibi tale lumen non est compactum & vnitum. Supponitur secundo, q̄ omnes fere astrologi concedūt istam conclusionem q̄ luna recipit lumen suum a sole quoipsa nos notabiliter illuminat; & istud satis patet ex augmento & decremento per, accessum & recessum a sole patet etiam per eius ecl̄psim: nam q̄n terra interponitur diametraliter inter solem & nos tunc luna deficit, patet etiam: nam quando luna est crescens vel decrescens non illuminat nos nisi secundum partem illam ad quam attingūt radij solares. Sed dubium est quomodo luna recipit lumē suum a sole. Respondetur quòd est optimo aliquorum dicentiū q̄ hoc ideo est; quia superficies lunæ est multum leuis sine aliqua asperitate, sic quòd ab ea bene reflectitur lumen solis ad D nos, sicut a speculo bene terso & polito reflectuntur species solis: & per talem reflectionem solis supra lunam ipsa luna videtur lucere. Sed istud non videtur esse verum: quia licet a corpore leui & bene polito reflectantur radij ad visum: tñ hoc non est ab oi parte illi⁹ corporis leuis sicut patet de speculo, nā cum facies vestra vel mea est obiecta speculo: licet a qualibet parte speculi reflectat radius vel species cuiuslibet partis faciei vestrę vel meę; non tamen a qualibet parte speculi fit reflectio cuiuslibet partis faciei radij ad oculum vestrum vel meum: quia radius non reflectitur ad visum nostrum ab illa parte speculi in qua radius a facię nostra cadens super speculū

Lūa q̄do recipit lumen a sole.

E & radius veniens ad oculũ causant angulos æquales ad superficiem speculi: ideo moto speculo, vel mota facie ad latus, apparet pars faciei in alijs, & alijs partibus speculi. Ideo dicitur aliter, quòd lumen solis incorporatur in luna: ita quòd luna est corpus perspicuum. & transparens saltem circa superficiẽ eius, & forte per totum: licet propter magnitudinem corporis lunaris lumen solis non possit totum corpus lunare penetrare: sic quòd æque intense appareat lumen in parte lunæ versa ad solem: & sic lumẽ lunæ quod vidimus, est ibibitum in corpore lunæ.

An alia astra a Luna nascantur

SECVNDO sciendum, q̃ restat alia difficultas. Vtrũ alia astra a luna accipiãt lumen suũ a sole sicut ipsa luna. Respondetur q̃ de hoc multi doctores discrepant: puta Aristo. & Auerrois contra multos astrologos: & contra Auicenn. Vnde Arist. in libro de proprietatibus elementorum vult dicere, quòd omnes stellæ habent lumen suũ à sole, sicut luna, & quòd de se non sunt nobilius lucidæ: quia apparet sibi, quòd de se non sunt nobilius lucidæ: quia apparet sibi, quòd consimili modo deberet esse de alijs astris, sicut de luna. Auicenna, tamen & multi alij dñt, quòd licet luna habeat lumen suũ a sole; tñ alia astra hñt lumẽ suum proprium à se. Et istud probant: quia tunc sequeretur q̃ per accessum, & recessum eorum a sole deberent crescere & decrescere per figuras arcuales: sicut luna: cuius tamen oppositum videmus. Item non vꝫ quomodo stellæ superiores, & planetæ habeant lumen a sole: ex eo quòd corpora quanto sunt superiora, tanto videntur esse nobiliora & multæ alias rationes faciunt, quæ sunt factæ in quæstione ante oppositum. Pro cuius solutione est aduertendum, quòd istud videtur esse problema neutrum inter doctores: puta vtrum omnes stellæ capiant lumen suum a sole: sic quòd pro vtraq; parte possunt fieri rationes, & solui: & ideo sustinendo Arist. soluam rationes aliorum. Ad primũ dꝫ, quòd non est simile de luna, & alijs stellis: quia aliæ stellæ sunt tantæ perspicuitatis, & transparentiæ, quòd lumen imbibit in eis sm oẽs suas partes: non antẽ hoc est de luna: & propter hoc ẽt non pñt facere eclypsim solis: dato, q̃ interponerentur inter nos, & solem. Aduerte ẽ quòd terra nunq̃ pt poni diameter aliter inter solem, & aliud astrum a luna: ideo non possunt alia astra eclypsari, sicut est Mercurius, vel Venus, propter hoc q̃ semper sunt prope solem. Ad aliam respõdetur, quòd licet alia astra superiora sint nobiliora quo ad situm, & motum: tamen quia sol est in medio, sicut cor in homine; ideo primus motor magis influit in ipsum sicut anima ipsi cordi: propter quam influentiam potest agere in corpora superiora. Dico vlterius, quòd lumen omnium est eiusdem rationis: & quòd vnum appareat rubeum, & aliud alterius coloris, hoc non est ex parte luminis, sed propter aliquas reflexiones radiorum existentium inter nos, & ipsa. Aduerte tamen vlterius, quòd luna, & quod-

F lumen, sicut ipsa a sole.

G

H

A quodlibet aliud astrum ex se habet lumen debile, & remissum: sed quòd habeat lumen notabile, quo nos illuminet, hoc est à sole.

An omnia astra sint generativa calidi tatis.

TERTIO sciendum, quòd incidit alia difficultas: Vtrum omnia astra sint generativa caliditatis per lumen in istis inferioribus. Et videtur quòd non: quia tunc nulla essent astra frigefactiva: quod est contra Astrologos: aliqui dicunt aliqua Astra esse actiua frigiditatis, aliqua humiditatis, aliqua serenitatis. Contra sequentia probatur: quia astra non agunt in istis inferioribus nisi suo lumine, & suis motibus: igitur si sint aliqua, quæ agant frigiditatẽ in istis inferioribus: hoc erit per lumen, vel per motum: non videtur per motum: cum motus sit calefactivus. Itẽ sequeretur q̃ magis calefacerẽt

B montes altos, quam valles, & magis mediam regionem aeris, quàm inferiorem: quia lumen eorum prius illam attingit: sed consequens est falsum: ve videbitur in libris Metheororum.

In oppositum est philosophus in text. Vnde dicit q̃ noctes in planitiis sunt calidiores, quàm in alio tempore: & hoc non est nisi propter lumen: igitur. Pro solutione ponantur aliquæ conclusiones. Prima, sol per suum lumen causat calorem: nam existens in radijs solaribus, sentit calesit. Secunda conclusio: omnia alia astra per sua lumina calefaciunt: nam secundum mentem Aristotel. lumen aliorum astrorum est eiusdem rationis cum lumine solis, & causatur ab ipso sole. Terra conclusione hoc non obstante, aliqua astra sunt

C causatiua frigiditatis: nam sola remotio caloris non sufficeret ad frigiditatem in intẽsum causandam, sicut tamen multotiens patet quòd euenit: ideo talis frigiditas videtur causari ab aliquibus astris. Quarta conclusio: oportet stellas habere alias virtutes à suis luminibus: nam aliquæ stellæ frigefaciunt: & non per earum lumen cum lumen debeat calefacere: ideo oportet ponere in ipsis alias virtutes.

Lumen quo causat calorẽ in his inferioribus.

Sed restat dubium: quomodo lumen causat calorem in istis inferioribus. Respondetur breuiter, quòd sicut naturalis proprietas, grauis est mouere deorsum: ita naturalis proprietas luminis est calefacere subiectum, in quo recipitur: si calefactibile, & resistentia non sit fortior, quàm actiuitas luminis, & ita sicut non oportet quærere quare grauitas mouet deorsum: nisi quia eius natura est talis: similiter oportet respondere de lumine. Aduerte tamen, quòd lumen nõ est calefactiuum qualitercunq;: sed solum per reflexionem: ideo si non esset aliqua reflexio luminis, lumen non calefaceret nos. Tunc respondetur ad rationes. Ad primam dico, quòd multæ stellæ frigefaciunt, sed hoc non est per lumen, sed per alias virtutes. Ad secundam dico, quòd lumen nõ magis calefaciat montes, quàm valles; quia per reflexionem luminis in vallibus fit maior congregatio radiorum; quam in montibus.

D

Marule, q̃ in luna apparens solat eqd & umbr.

TERTIO sciendum, quòd circa rectum incidit talis difficultas: quid sit illa macula, quæ apparet in luna: & quomodo

E causetur vtrum ex diuersitate
suarum partium, vel ab aliquo
extrinseco. Et arguitur q non
ex diuersitate partium lunæ,
quia ipsa luna est corpus sim-
plex: sed corporis simplicis par-
tes sunt similes: & eiusdem ratio
nis: igitur. Secundo sic: par-
te subtilis, & aliorū astrorum sunt
similes, & vniformes in rarita-
te, & densitate: ergo similiter
partes ipsius lunæ debent esse
similes. Tertio sic: luna est
corpus tersum, & politum: ergo
terra sibi opposita debet ibi eau
sare suam similitudinem, sicut
facies hominis in speculo. Pro
respondetur, quòd
multæ fuerunt opiniones de il-
la macula, dicebant enim aliqui
quòd erat vapor ibi eleuatus ab
ipsa luna interpositus inter nos,
& lunam; & isti probabant:
F propter hoc, q luna habet ma-
gnam vireutem super aquas: ió
ab ipsis videtur attrahere vapo
rem. Alij dicunt quòd est ima-
go aliquorum corporum, sicut
terræ, vel montium. Sed istæ duę
opiniones sunt falsę; ideo aliter
dicitur cum Commentatore, q
talis macula prouenit diuersita
te partium lunæ secundum rari
tatem, & densitatem maiorem,
& minorem; nam partes in qui
bus apparet macula sunt rariо-
res: ideo minus bene possunt
lucere: partes autem iuxta illas
sunt densiores, & magis possunt
lucere. Et si quæratur, cuius
figuræ est talis macula. Dicit
Albertus, quòd est ibi quasi fi-
gura leonis cuius caput est ver
sus orientem; & super dorsum
eius est quasi arbor transuersa-
liter sita; & similiter imago ho
minis lateraliter apposita, cuius
pedes sunt versus posteriora leo G
nis, & dicit quòd talis figura
multum bene potest apparere
post plenilunium. Ad ratio-
nes. Ad primam dicitur, quòd
corpus lunę, est corpus simplex
subitantialiter; cum hoc tamen
fiat quòd potest habere diuersi-
tatem in suis partibus quantum
ad raritatem, & densitatem. Ad
secundam dico, quòd non opor
tet assignare aliquam causam:
nisi quia sic est de natura istо-
rum astrorum: luna enim ma-
gis habet illam maculam, quàm
alia astra; quia luna est talis na
turæ. Et hæc de primo articulo.
Quantum ad secundum.

DVBITATVR primo; *Arti. 2.*
Vtrum totalis terra sit sphæri- *An terra vndeque q. sit sphærica.*
ca. Arguitur quòd non: quia
sequeretur, quòd oculus eleua-
tus super superficiem terræ, si-
cut est oculus alicuius hominis
stātis super terram videret plus
quam medietatem cœli, quod
est contra astrologos. Conse-
quentia patet: quia si oculus
esset directè in centro terræ, &
vna medietas terræ esset amota;
tunc videret præcisè medietatē
cœli; ergo oculus existens super
superficiem terræ videbit plusq̄
medietatem. Item sequeretur q
terra esset totaliter cooperta a-
quis, cuius falsitas patet ad sen-
sum. Sed pro probatione conse-
quentiæ supponatur, quòd aqua
sit sphærica, vel tendens ad sphæ
ricitatem. Secundo supponā-
tur, quòd terra & aqua tendant
ad idem centrum; tunc impos-
sibile est ambo esse sphærica ni-
si vnum circundet aliud. Item
in terra apparent multæ gibbo-
sitates, concauitates, montium
& vallium: & vbi non sunt mō
tes, &

A tes, & valles apparet esse plana,
quod non esset si esset sphærica.
In oppositum est philosophus
in textu. Pro cuius solutione po
nuntur aliquæ conclusiones.
Prima, terra non est perfectæ
sphæricæ, sed tendens ad sphæ-
ricitatē; quia multos habet mō
tes, & valles, & per hoc soluitur
tertia ratio. Secunda conclu-
sio: terra est rotunda inter orien
tem, & occidentem; quia alias
eædem stellæ æque citò orirentī,
& occiderent habitantibus ver-
sus occidentem, sicut habitanti-
bus in oriente, quod est falsum:
cuius totalis causa non videtur
esse alia nisi tumor terræ.
Tertia conclusio: terra habet
rotunditatem a septentrione ad
meridiem: nam aliquis potest
a meridie procedere tātum ver-
sus septentrionem, quòd polus
B sibi sensibiliter magis eleuatur:
quod non videtur prouenire,
nisi propter quēdam rumorem
terræ existentem inter meridiē,
& septentrionem. Quarta con-
clusio; terra vndique est ro-
tunda: sic, quòd eleuationes mō
tium propter paruitatem non
faciunt quin terra sit rotunda.
Probatur ista conclusio; quia
partes terræ æqualiter tendunt
ad medium mundi, & descen-
dunt ad loca declniora: nisi
vna aliam sustineat; nihilo-
minus tamen per lapsum tem-
poris quælibet descendit versus
medium mundi, quod videtur
esse causa rotunditatis terræ.
Vnde si terra esset fluxibilis,
sicut aqua puta, quòd vna pars
non sustineret aliam fluere ad
omnimodam rotunditatem.
Quinta conclusio; totalis mun
dus est sphæricus: ideo ratio-
nabile, videtur elementa esse
sphærica. Et ex istis sequun-
tur aliqua. Primo, quòd lineæ
exeuntes directè de superficie
terræ exteriori versus centrum
continuè vadunt appropinquā-
do sic, quòd in centro concur-
runt adinuicem. Secundo se-
quitur, quòd si fierent duæ tur-
res ad perpendiculum quanto
irent altius tanto elongarentur,
& quanto irent basius, tanto
plures appropinquarent adin-
uicem. Ex quo sequitur, quòd
si fieret aliquis puteus ad per-
pendiculum, inferius esset stri-
ctior, & superius esset latior.
Sequitur etiam quòd ambulan-
tium super terram caput mo-
uetur velocius pedibus; nam
caput in aere describit maiorē
circunferentiam, quàm pedes;
vnde homo posset esse ita ma- D
gnus, q caput moueret in dupla
velocius, quàm pedes; q̄a in du-
plo maiorem circunferentiam
describeret. Ad rationes. Ad
primam dico, quòd oculus sic
existens in centro videret me-
dietatem cœli, & potest in tale
proportione esse eleuatus su-
per superficiem terræ, quòd vi-
deret præcisè medietatem; po-
test etiam esse tantum eleuatus
quòd plures videbit de media-
tate. Ad secundam dicitur, q
bene procederet si centrum ma
gnitudinis terræ esset centrum
mundi; sed quia sic non est;
sed multum est eleuatum super *An sphæra cœlestis mouetur per tres motibus.*
centrum mundi non oportet,
q terra sit totaliter cooperta
aquis.

DVBITATVR secundo. C
Vtrū sphæra cœlestis sicut sphæ

B re planetarum moueantur pluribus motibus, scilicet: ab oriente in occidentem motu diurno: & ab occidente in orientem motu proprio. Et videtur quòd nõ: impossibile est idem simul moueri pluribus motibus localibus: quia impossibile est idem corpus simul esse in diuersis locis: & quia diuersi motus locales sunt ad diuersa loca; videtur q̃ impossibile sit idẽ corpus simul & æque primo moueri ad diuersa loca. Item sequeretur q̃ vnus illorum motuum esset tali orbi naturalis, & alter violentus: & sic ille alter non diu duraret in tali orbe. In oppositum videtur esse Ari. in textu. Pro cuius solutione supponitur q̃ omnes orbes ad motum primi mouentur ab oriente in occidens: sed cum hoc orbes planetarum habent proprium motũ; qui est ab occidẽte in oriẽs. Sed de talibus motibus orbiũ planetarum est difficultas, Vtrũ quilibet orbis totalis alicuius planetæ habeat vnum totalem motum proprium, quo moueatur ab occidente in oriens; vel vtrum tantum habeat deferens quo moueatur: ad cuius motũ mouearur luna, quæ est in deferente. Dicunt aliqui quòd habet totalem motũ proprium; quo mouetur tota sphera ab occidente in oriens. Et dicunt q̃ non oportet q̃ si prima sphera moueatur vno motu, & secunda duobus, & tertia tribus, quòd quarta quatuor, & quinta quinq; motibus moueat. Et dicunt q̃ tot motibus moueri debet orbis, quibus indiget ad attingendum finem. Vnde dicunt q̃ sphera Saturni, Iouis, & Martis habent proprietatem super esse & durationem rerum & omnem habitudinem earum: & ad istud consequendũ sphera stellata propter eius mobiliratem perficit suum officium vno motu: & alijs tres ſ. Saturnus, Iupiter, & Mars indigent pluribus motibus. Sed Sol, Venus, & Mercurius intendunt alium finẽ. ſ. motus & mutationes rerum: & illum finem pauca actione attingit sol: sed venus & mercurij qui non sunt ita mobiles indigent maiori actione: luna intendit alium finem scilicet ad disponendũ materiam in istis inferioribus ad bene recipiẽdũ influctias stellarũ: & ad illum finẽ attingendum non indiget multa actione. Et ex istis sequitur q̃ sol & luna paucioribus motibus mouentur, q̃ orbes aliorum planetarum: & ex istis non sequitur; prima sphera mouetur vno motu, secunda duobus tertia tribus: ergo quarta quatuor: quia motus attribuunt cœlis ſm q̃ possũt attingere fines suos. Alij vero dicunt q̃ orbes planetarũ nõ mouentur motu proprio totali ab occidente in orientem: sed solũ in ipsis sunt quidã circuli deferentes; qui mouentur, ad quorũ motũ mouetur planeta: & isti faciliter soluunt rõnes & multũ probabiliter dicunt. Supponit secũdo q̃ aliqd moueri simul pluribus motib⁹ circularib⁹, pt intelligi duob⁹ mõis. Vno mõ sup eisdem polis: alio mõ sup diuersis polis; sic q̃ vno motu mobile moueat super aliquibus polis & alio motu super alijs. Tũc sit prima cõclusio: impossibile ẽ eundẽ orbẽ moueri ab oriente in occidens: & cum hoc ab occidente

C

A cidente in oriens super eisdem polis. Secunda conclusio, orbes planetarum mouentur ab oriẽte in occidens super polos mundi ad motum primi mobilis: sed cum hoc mouentur ab occidente in oriẽs super alijs polis. Prima pars conclusionis est notata & secũda pars probatur: quia nos videmus, q̃ aliquis planeta sit modo ī Ariete: postea in Tauro, & postea in signo geminorum, & sic de alijs signis zodiaci. sed hoc non potest saluari nisi per motũ planetarum ab occidente in oriens. Et aduerte, quòd isti motus non proueniũt ab eadem intelligentia: sed imaginandum est, quòd orbes planetarum mouentur ab oriente in occidens ex influentia, quam recipiunt a primo mobili & cũ hoc quilibet orbis planetæ habet intelligentiam sibi appropriatam, quæ mouet ipsum ab occidente in oriens: & ille motus est illi orbi proprius: & per hoc satis patet quid sit dicendũ ad rationes. Ad secundam tamẽ potest dici, quòd non oportet, quòd si alicui mobili insint plures motus locales, quòd si vn⁹ illorum sit ei naturalis, quòd alter sit ei violentus: sed sufficit, quòd ei insit præter naturam.

B

D VBITATVR tertio, Vtrum omnia astra sint eiusdem speciei. Et videtur, quòd sic: quia omnes orbes cœlestes sunt eiusdẽ speciei: ergo & omnia astra. patet consequentia: quia astra sunt eiusdem speciei cum orbibus, quorũ sunt astra: ergo si orbes sint eiusdem speciei ita, & astra. Et, quòd astrum sit eiusdem speciei cum orbe cuius est astrum, patet: quia videtur dicere Arist. quòd astrum est densior pars sui orbis: modo rarum, & densum non diuersificant speciem: sed astrum, & orbis eodem motu mouentur: igitur: Et, q̃ orbes sint eiusdem speciei, patet: quia magis conueniunt orbes inter se, quàm orbis, & astrum eius: sed orbis, & astrum sunt eiusdem speciei: igitur. patet etiam: quia motus simplices orbium sunt eiusdem speciei: ergo illi orbes sunt eiusdẽ speciei. Secundo sic, omnis ignis est eiusdem speciei cum quolibet alio igne: & similiter est de alijs elemẽtis: ergo a simili quælibet portio cœli est eiusdem speciei cum qualibet alia parte cœli. Item si stellæ, & astra differãt specie ab inuicem, sequeretur, quòd essent plura corpora distincta specie, quàm quinq; quod est contra Arist. in primo huius: igitur. In oppositum arguitur: quæcunq; sunt eiusdẽ speciei specialissimæ debent habere consimiles proprietates naturales: sed sic non est de stellis: quia quædam stellæ influunt in ista inferiora caliditatem, quædam frigiditatem: quædam humiditatem, quædam siccitatem, quædam inimicitias, & quædam amicitias: & sic de diuersis proprietatibus, quæ in istis inferioribus inueniuntur. Item natura non facit sub vna specie plura individua, nisi propter corruptibilitatem individuorum: sed orbes non sunt corruptibiles: igitur. Pro solutione ponuntur aliquæ conclusiones. Prima, orbes cœlestes, & stellæ seu astra non sunt eiusdem speciei specialissimæ quod ista probat ratio

An omnia astra sint eiusdem speciei.

C

D *Text. cõ. 5. & 11. de.*

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

V

X

Y

Z

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

VV

XX

YY

ZZ

AAA

BBB

CCC

DDD

EEE

FFF

GGG

HHH

III

KKK

LLL

MMM

NNN

OOO

PPP

QQQ

RRR

SSS

TTT

VVV

XXX

YYY

ZZZ

AAAA

BBBB

CCCC

DDDD

EEEE

FFFF

GGGG

HHHH

IIII

KKKK

LLLL

MMMM

NNNN

OOOO

PPPP

QQQQ

RRRR

SSSS

TTTT

VVVV

XXXX

YYYY

ZZZZ

E post oppositum : & quando dicit Arist. stellam esse de natura sui orbis intellexit, quòd esset secum eiusdem naturę non secundum speciem specialissimam : sed secundum speciem subalternam. Secunda conclusio, probabile est intelligentias mouentes orbes esse diuersarum specierum specialissimarum : quia si essent eiusdem speciei specialissimę omnes essent similes secundum virtutes, & operationes quascunq; quod non videtur verum igitur. Tertia conclusio, orbes moti a diuersis intelligentijs sunt adinuicem diuersarum specierum specialissimarum quia non omnes orbes habent consimiles proprietates mobiles vt patet de primo mobili, & de sphęris planetarum, & de cœlo signorum. Item si F orbes non differrent adinuicē specie, tunc non essent ordinati adinuicem nisi accidentaliter vnus supra alium. Item si essent eiusdem speciei non videretur quare non essent continui adinuicem. Et ex istis sequitur, quòd sol est alterius speciei a luna, & ab alijs stellis, secundum quòd omnes planetæ, & omnes stellæ fixæ adinuicē sunt diuersarum specierum, cum habeant proprietates, & virtutes naturales valde diuersas, & actiones effectuum specie diuersorum. Sequitur 2 tuo, quòd orbes sunt alterius speciei ab astris, & ista omnia videtur dicere Arist. & probare in libro de proprietatibus elementorum. Ad rationes. Ad primam negatur antecedens, ideſt quòd omnes orbes sint inter se, & eiusdem speciei: negatur etiam, quòd astrū sit eiusdem speciei cum suo orbe : & quando dicitur, quòd astrum est densior pars sui orbis: dico, quòd verum est: sed dico, quòd plus differunt adinuicem, scilicet secundum virtutes suas naturales. Dico viterius, quòd dato, quòd mouerentur vno motu non tamen propter hoc sequitur quin sint alterius naturæ. Potest etiam negari, quòd motus simplices ipsorum orbium sint eiusdem speciei specialissimę: quia sicut dictum est in primo, non omnis motus deorsum omni motui deorsum est eiusdem speciei specialissimæ: licet bene subalternæ : ita nec omnis motus circularis omni motui circulari est eiusdem speciei specialissimæ. Posset etiam dici, quòd licet diuersitas motuum arguat diuersas naturas corporum simplicium: nō H ramen oportet, quòd similes motus arguant eandem naturam saltem secundum speciem. Et ex istis sequitur, quòd cœlum non est homogeneū sicut sunt elementa. Dico viterius, quòd plura sunt corpora simplicia secundum speciem specialissimam, quàm quinq; cum quo stat, quòd non sunt nisi quinq; corpora simplicia secundum speciem subalternam. Ex quo sequitur, quòd cœlum non est species specialissima, sed subalterna. Et hæc de secundo art. Quātum ad tertium sit.

CONCLVSIO respondet: Alia astra a sole habent lumen suum, quo notabiliter illuminant ista inferiora a sole: & hæc conclusio relinquitur probata in argumentis. Ad rationes patet quid sit dicendum.

ARI-

ARISTOTELIS DE COELO, ET MVNDO.

LIBER QVARTVS.

T. cō. 1. & sade.

DE graui autem, & leui quid est vtrunque, & quæ natura ipsorū considerandum: & propter quam causam habent virtutes has: est enim quæ de ipsis contemplatio his, qui de motu sermonibus propria &c.

B

Quid necesse opinari sint de graui, & leui.

EST est quartus liber de Cęlo, & Mūdo, in quo Philosophus ostēdit determinare de natura grauis, & leuis: & diuiditur in duos tractatus. In primo determinat de graui, & leui secundum opinionem antiquorum. Et primo recitat opinionē Platonis dicens, quòd opinio Platonis erat, quòd illud est grauius, quod componitur ex pluribus partibus eiusdē speciei: & illud est leuius, quod cōponitur ex paucioribus partibus eiusdē speciei, & dicit. Plato, ꝙ omnia corpora sunt composita ex omnibus partibus consimilibus, & non elementis: & dicit Philosophus, ꝙ hæc opinio est insufficiens. Primo, quia non determinat de graui, & leui simpliciter. Secundo sequeretur, quòd magnus ignis esset grauior tota terra: quia componitur ex pluribus partibus eiusdem speciei. Secunda opinio est Democriti, & suorum sequatium dicentium, quòd illud est leuius, quod est minus in quantitate: sed hęc opinio est falsa: quia videmus multa entia in quantitate minora aliis esse grauiora. Tertia opinio, est dicentium illud esse grauius, quod est interceptum pau- D cioribus vacuitatibus: & illud leuius, quod est interceptum pluribus vacuitatibus. Sed hanc opinionem reprobat Philosophus: quia tunc multus aer esset leuior multo igne: cum in eo sint plures vacuitates. Etiam sequeretur, quòd vacuum esset simpliciter leue, & plenū esset simpliciter graue? qđ est falsum: qa vacuū nō mouet sursum. Quarta opinio, fuit dicētiū illud esse graue?, qđ plus habet de materia: & illud leuius qđ min? hēt. Hāc opinionē reprobat dupliciter. Primo, qa illi nō determinat de graui, & leui simpliciter. Secūdo, qa sequetur, ꝙ multus aer, & multus ignis essent grauiora modica terra: quia plus habent de materia: sed hoc est falsum igitur.

Nos

E Nos autem dicimus primum determinantes, de quo maxime dubitat, quidam propter quid &c.

T.cō.21. & inde.

Iste est secundus tractatus huius libri, in quo Philosophꝰ determinat de graui, & leui secundum suam propriā opinionem: & diuiditur in quinque capitula. In primo ponit calē conclusionē non oportet tale quod liber, quod mouetur, supple naturaliter, moueri a quolibet, neque ad quo libet: sed a determinato mouente mouetur, & ad determinatum locum mouetur, puta ad naturalem. Vnde dicit, quòd grauia feruntur ad propria loca, & etiā leuia propter hoc, quòd sunt perfectiones naturales ipsorum. Ex quo infert, quòd

Opin. propria de graui, & leui.

F non est quærenda causa, quare graue mouetur deorsum, & leue sursum: sicut non est quærenda causa quare sanabile mouetur ad sanitatem, & alterabile ad alterationem, & augmentabile ad augmentationē. Ex quo infert tres differentias inter motum grauis, & leuis, & alios motus: quia grauia, & leuia habent in se principium sui motus: motum autem alterabile, nec augmentabile: sed mouentur ab extrinseco. Secunda differentia, quia idē est suppositum, quod prius est sanabile, & postea ægroabile: non autem idem est prius graue, & leue. Tertia differentia: quia motus localis est posterior aliis secundum generationem: prius enim oportet esse factum graue per generationem, & alterationem, quam quòd moueatur.

DIFFERENTIAS autem & accidentia circa ipsa nunc dicamus, &c.

G *T.cō.26. & inde.*

Istvd est secundum capitulum, in quo ostendit quid sit graue, & quid leue: & dicit, q̄ duplex est graue, scilicet simpliciter, & in respectu: & etiam duplex est leue, scilicet simpliciter, & in respectu. Graue simpliciter est, quod omnibus aliis naturaliter substat: sed leue simpliciter est, quod omnibus aliis naturaliter supereminet: sed grauia, & leuia in respectu, dicuntur. quæ nec omnibus aliis substant, nec omnibus aliis supersunt, sed in medio sunt. Et subdit, quòd mixta dicūtur grauiora, vel leuiora, secundum q̄ plus, vel minus participant de istis elementis grauibus, vel leuibus. Subdit secundo, quòd propter differentias elementorum eadem mixta apparent esse adinuicem grauiora, & leuiora: vt magnum lignum sentitur esse grauius in aere: quàm parum plumbum: Et in aqua econtrario modo: & huius dat causam: quia omnia elementa præter ignem habent de grauitate: de terra, & aqua manifestum est: de aere probat: nam ipse vbiq; habet grauitatem præter quàm in terra, & aqua: etiam vesica plena aere plus ponderat, quàm si esset vacua: diuersitas ergo illorum mobilium accidit propter differētiam corporū simplicium: nā si aliquid hab et plus aeris, q̄ terræ, & aquæ illud erit leue in aqua, & grauius in aere.

Graue, & leue dupleu.

H

Qvod autem est simpliciter leue, & simpliciter graue ex his est manifestum &c.

T.cō.31. & inde.

A Istvd est tertium capitulum, in quo intendit talem conclusionem: Aliquid est simpliciter leue, & aliquid simpliciter graue. Vnde graue simpliciter est, quod natum est semper ferri deorsum, vt terra: sed leue simpliciter est, quod natum est semper ferri sursum vt ignis. Et infert primo, quòd cētrum est terminus, ad quem mouentur grauia, & terminus, a quo mouetur leuia. Ex quo infert secundo, q̄ grauia, & leuia feruntur ad loca contraria. Tertio infert, quòd nihil mouetur in infinitum: cum cuiuslibet motus sit terminus, vltra quem non sit motus. Quarto infert, quòd sunt ponēda grauia, & leuia in respectu: & graue, & leue simpliciter non sint immediate contraria.

Simpliciter graue, & simpliciter leue, &c.

T.cō.37. & inde.

Qvoniam autem est vnum solum, quod omnibus supersertur, & vnum: quod omnibus subsstat &c.

B

Istvd est quartum capitulum, in quo Philosophus ostendit numerum elementorum ex numero motuum: dicens, quòd oportet esse vnum, quod omnibus superferatur, vt ignis: & vnum quod omnibus substet, vt terra: & ista sunt contraria: inter quæ oportet esse alia duo media, scilicet aerem, & aquam: igitur sunt quattuor elementa. Ex quo infert, quòd motuū naturalium sursum, & deorsum necesse est esse quattuor materias proprias, idest quattuor corpora simplicia, quæ determinatur ad sua loca p̄ suas granitates, & leuitates. Tūc sic arguit: tot sunt elementa, quot motus naturales grauiū & leuium: sed quattuor sūt

Quatuor sunt elementa.

C tales motꝰ: igitur quattuor sunt elemēta. Ex quo infert vlterius, quòd necesse est esse quattuor differentes naturas, quibus determinantur grauia, & leuia ad suos motus naturales, & ad sua loca naturalia. Ex quo infert, q̄ non sufficit vna natura pro omnibus grauibus, vt dicebant aliqui antiqui, nec vna natura pro omnibus leuibus.

T.c. 42.] & inde.

Figvra autem non causa eius, quod est ferri simpliciter, aut deorsum, aut sursum.

Istvd est quintum, & vltimum capitulum, in quo Philosophus ostendit, quod figura non est sufficiens causa motus sursum, & deorsum: dicēs, quòd figuræ non sunt causa huius, quòd est ferri sursum, aut deorsum: licet bene eius, quòd est velocius, aut tardius: idest velocitatis, aut tarditatis. Et mouet vnū dubium, quare est, quòd aliqua corpora lignea supernatant: alia vero minoris quantitatis descendunt. Soluit Philosophus dicēs, quòd causa omnium istorum est, quòd quanto corpus motum fuerit maioris virtutis in diuidendo medium, quàm ipsum medium fuerit virtutis resistentiæ, tanto corpus citius diuidit medium: & descendit si sit graue, & ascendit si sit leue. Similiter cum fuerit debilioris virtutis, tunc graue supernatabit. Vnde corpus latum multū comprehendit de corpore subtile & ideo non potest diuidere illud facilitē: sed corpus rotundum non tantum comprehendit, sicut corpus latum: ideo facilliori modo non diuidit medium.

Figura nō est cā sufficiēs. motus sursum, & deorsum.

Dubium

B *An detur elementum simpliciter graue, simpliciter leue, & nullo modo?*

QVAERITVR vtrum aliquod elementum sit simpliciter leue, & aliquod simpliciter graue, & aliquod graue, & leue in respectu. Arguitur primo, ꝙ non: quia si sic terra maxime esset graue simpliciter: ignis leue simpliciter: alia autem in respectu: sed hoc non: quia qualibet terra data maior terra est grauior. Et similiter patet de igne: ergo illa terra non esset grauissima. Secũdo sic, Quia de aere, & aqua dicimus sine addito, quòd aer est leuis, & aqua grauis: ergo sunt grauia, & leuia simpliciter, nam nisi aqua esset simpliciter grauis, & aer
F simpliciter leuis oporteret, ꝙ grauitati aquæ esset aliquid leuitatis admixtum: & leuitati aeris aliquid grauitatis: quod est falsum: igitur. Tertio sic, Sequeretur, quòd quodlibet elementum præter ignem haberet grauitatem: & quodlibet præter terram leuitatem: quod est falsum: quia contraria non possunt esse simul: igitur. Quarto sic, Nullum elementum in proprio loco habet grauitatẽ: cum ibi non moueatur: ergo nullum elementum est graue simpliciter. Quinto sic, Si esset aliquod elementum graue, & leue in respectu sequeretur, quòd vbicunq; poneretur ascẽderet, & descenderet: sed hoc est falsum: igitur. In oppositum est Philosophus in text. In quæ sione erunt tres art. Quantum ad primum.

Art. 1. PRIMO sciendum, quòd circa textũ Incidũt aliquæ difficultates. Prima, quid intelligendum est per graue simpliciter, & graue in respectu, & per leue simpliciter, & leue in respectu. Pro cuius solutione supponitur, quòd quatuor modis aliquid potest dici graue simpliciter. Vnomodo: quia ipsum est graue, & nihil est eo grauius: & sic solum illud, quod est aggregatum ex omnibus gravibus dicitur graue simpliciter. Secundomodo dicitur graue simpliciter: quia nihil habet leuitatis admixtũ: & sic quælibet pars terræ est grauis simpliciter. Tertiomodo dicitur graue simpliciter de quo graue simpliciter, id est sine addito potest verificari. Quartomodo dicitur graue simpliciter: quia natum est de- H
scendere per tria elementa: & sic quælibet pars terræ est grauis simpliciter. Tunc dicitur, ꝙ nulla pars terræ qualiter cunque bene disposita est grauis simpliciter primomodo: quia data quacunq; parte terræ est aliquid grauius, puta tota terra. Dicitur secundo, quòd quælibet pars terræ bene disposita est grauis simpliciter tribus vltimis modis. Dicitur tertio, quòd tota terra est elementum graue simpliciter primomodo, fuit enim ad hunc sensum, quòd est omni elemento grauior, licet forte non sit omni graui grauior. Et si dicatur aliquæ particulæ terræ non descendunt per aerem: immo ascendũt, vt patet de puluere visis per radios solares. Respondetur, quòd licet aliquæ particulæ terræ non descẽdant per aerem, quia non sufficiunt ipsum diuidere etiamẽ quę

G *Simpliciter graue simpliciterque leue quadruplicater.*

hibet

A libet talis nata est per ipsum descendere. Adnerte tñ, ꝙ nulla pars terræ quantuncunq; parua ascendit per aerem nisi ab extrinseco moueatur, puta a vento, vel ab aliqua qualitate. Vnde propter alterationem factã in eis per calorem solis inducẽtem in eis leuitatem tales particulæ terræ dicuntur moueri sursum: Supponitur secundo, ꝙ sicut graue simpliciter dr quatuor modis: ita leue simpliciter: ideo distinguatur de leui simpliciter, quod est ignis sicut de graui simpliciter: & de ipso ponuntur aliquæ cõclusiones. Prima, nulla particula ignis dicitur leuis simpliciter primo modo, quia non est omni leui leuior. Secunda conclusio, quælibet particula ignis est leuis tm
B pliciter secundo, tertio, & quarto modis.

Graue in respectu duplicetur.

SECVNDO sciendũ, quòd graue in respectu dicitur duobus modis. Vnomodo: quia sic granitati est aliquis gradus leuitatis admixtus. Secundomodo, quia in aliquo elemento natum est descendere, & in aliquo natum est ascendere. Tunc ponuntur aliquæ conclusiones.

Prima, aer, & aqua non sunt grauia, & leuia in respectu primomodo: quia tunc in aqua esset aliquis gradus leuitatis, & in aere aliquis gradus grauitatis: quod tamen est falsum: quia tũc sequeretur, quòd aqua non esset elementum simplex: quia sua qualitas motiua non esset simplex: & similiter diceretur de aere. Et si quis dicat, dicit Arist. in textu, quòd quodlibet elemẽtum aliud ab igne habet aliquẽ gradum grauitatis: & hoc probat de aere. Respõdetur, quòd C
Philosophus non intelligebat de aere puro, & in sua propria dispositione, sed de aere indisposito. Secunda conclusio: aqua est grauis in respectu secundomodo: quia posita in aliquo elemento ascenderet, & posita in aliquo descenderet. Et similiter dicatur de aere: quia ipso posito in aliquo elemento ascenderet: & posito in alio descenderet: ideo dicuntur grauia, & leuia in respectu secundomodo. Tertia conclusio: talis est ordo entium naturalium, quòd graviora appetunt esse sub leuibus, & leuiora appetunt esse super graviora. Primum patet de ligno, quòd ascendit per aquam, & etiam oleum. Vnde si aqua haberet supra se terram ascẽderet supra eam nisi impediretur. Et similiter si aqua haberet sub se D
ignem, vel aerem descenderet nisi impediretur vbicunq; esset ponderetur. Et similiter si aer haberet sub se ignem descenderet, & si haberet supra se aquam, vel terram ascenderet. Ex quo concluditur, ꝙ aqua & aer sunt grauia, & leuia in respectu: concluditur etiam, ꝙ in eis non est duplex qualitas motiua cuius tamen oppositum multi tenent: sed in ipsis est vna qualitas simplex, quæ facit ascendere quando sub eis est aliquod leuius: & ascẽdere qñ supra ipsa est aliqd grauius. Ex quo potest inferri, ꝙ graue, & leue in respectu potest vbicunq; ascẽdere naturaliter, & vbicunq; descendere naturaliter: nam vbicunq; ponatur aqua, dummodo aer sit sub ipsa, ipsa descenderet nisi haberet impedimentum: etiam vbicunque

que aqua poneretur dummodo supra ipsam sit terra ipsa nata est ascendere, & descendere, nisi inueniret impedimentū: & hoc iō, quia semper minus graue appetit esse super magis graue; & ex isto patet differentia inter graue simpliciter, & in respectu: quia graue simpliciter nullibi ascendit, & leue simpliciter nullibi descendit.

An corpus graue minus alio in aere, sit grauius eodem in aqua.

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas: Vtrum videlicet, quodlibet corpus, quod est alio grauius in aere sit eodem grauius in aqua. Et videtur quòd sic: nā si b sit grauius a in aere: & grauius b in aqua: tunc non posset sciri, quod illorum est grauius. In oppositum videtur esse Philosophus in textu nam dicit ibi, quòd magnum lignum est grauius paruo plumbo in aere, & econtra in aqua. Pro solutione ponuntur aliquæ conclusiones. Prima, non quodlibet corpus, quod est grauius alio in aere est eodem grauius in aqua; vt patet de magno ligno, & paruo plumbo. Secunda conclusio: non quodlibet corpus est æque graue in aere, & i aqua: patet de ligno, quod descendit per aerē, & natat super aquam; quòd non videtur fieri, nisi quia est grauius in aere, quam in aqua.

Tertia conclusio, non quodlibet corpus est æque graue in aqua, & in oleo: vt patet de ligno, quod non ita profunde descendit in aqua, sicut in oleo. Et si quis arguat eandem grauitatem habet corpus, vel saltem maiorem in aere, & in aqua, & vbicunque fit corpus sequitur, q̄ non est grauius in vno loco, q̄ in alio. Respondetur, quòd aliquid dicitur graue a grauitate, quæ est quædam qualitas inexistens grauī. Et sic dico, quòd tale corpus non dicitur grauius in vno loco, quàm in alio, nisi talis grauitas augeatur. Aliomodo dicitur aliquod graue ab actu ipsius grauis, vel illius qualitatis, quæ vocatur grauitas, qui quidem actus est descendere: & sic quanto aliquid velociori modo descendit, tanto dicitur esse grauius: & sic videtur ibi accipere graue, vel grauius.

Et si quis dicat, qualiter debeo cognoscere, q̄ aliqua sunt æqualiter grauia, saltem secundum speciem. Respondetur breuiter, quòd illa dicuntur æqualiter grauia secundum speciem, quæ sic se habent, quòd æquales portiones eorum in magnitudine æqualiter ponderant. Et illa dicuntur inæqualiter grauia secundum speciem, quæ sic se habent, quod æquales portiones eorum inæqualiter ponderant: & proportionabiliter dicatur de duobus corporibus solidis, puta si capiantur duo solida, & a quolibet capiantur æquales portiones in magnitudine: si æqualiter descendunt, tunc sunt eiusdem grauitatis secundū speciem: si autem non æqualiter descendunt, tūc non sunt eiusdem grauitatis in specie. Et ex istis videtur haberi, quòd non omnis grauitas est omni grauitati eiusdem speciei: sed de hoc magis alias videbitur. Sed restat alia parua difficultas: Vtrum quandocunque aer ascendit, ascendat violēter. Dico, quòd nō nisi ascenderet supra leuius se. Et similiter dicatur de aqua, q̄ non

non quandocunq; descendit, descendit naturaliter, nisi quando sub ea est corpus leuius.

An aliquod elementum in suo proprio loco habeat grauitatem.

QVARTO sciendum, quod incidit alia difficultas: Vtrum aliquod elementum in suo proprio loco habeat grauitatem. Et videtur quòd non: quia tunc sequeretur, quòd homo existens in fundo maris perciperet illā magnam grauitatem aquæ existentis supra eum, cuius tamen oppositum videtur. In oppositum arguitur: quia elementum in suo proprio loco habet qualitates naturaliter consequentes formam eius substantialem: sed grauitas est qualitas consequens formam substantialem grauis: igitur. Respōdetur breuiter, quòd elementum habere grauitatem in suo proprio loco potest intelligi dupliciter. Vnomodo, quòd habeat formam accidentalem seu qualitatem, per quam natum est moueri deorsum, seu per quam si esset extra proprium locum moueretur: & sic dico, quòd illam habet, quæ vocatur grauitas. Aliomodo potest intelligi, quòd elementum graue in suo proprio loco æqualiter trahat deorsum seu moueatur: & sic verum est, quòd nō habet sic grauitatem in suo proprio loco, idest grauitas in suo proprio loco non trahit deorsum, neq; leuitas sursum. Et si quis arguat: nam posito, quòd aqua sit in suo loco proprio, & dimittatur ire vna pars terræ illa aqua trahet sursum, & non nisi per suā grauitatem: igitur. Item si super ignem remoueatur vna pars ipsius ignis, tunc ipse ignis ascenderet: alias esset dare vacuum, & non nisi per leuitatem: igitur leuitas in suo proprio loco trahet seu mouebit sursum. Ad primam concedo, quòd tunc aqua trahet sursum: & dico, q̄ per eandem qualitatē, per quā descenderet naturaliter ad suum proprium locum si esset extra ipsum, per eandem ascenderet supra terram demissam in ea. Vnde nō est imaginandum, quòd in aqua sit vna qualitas scilicet grauitas, per quam descendit infra aerem, & alia qualitas, quæ sit leuitas: per quā ascendit super terram, quia tunc aqua non esset simplex elementum cum haberet duas primas qualitates moduas. Et aduerte, quòd tam cito, quòd terra ponitur supra aquam, aqua desinit esse in suo proprio loco naturali: ideo tunc incipit trahere, & moueri. Ad secundam dicitur, quòd tunc ignis moueretur sursum: & hoc a natura vniuersali, nec esset dare vacuū. Et hæc de primo arti. Quantum ad secundum.

Dubitatur.

DVBITATVR primo, Vtrum grauitas, & leuitas sint formæ substantiales grauis, & leuis, vel solum sint qualitates motiuæ. Et videtur, quòd sint formæ substantiales: quia sunt natura, & non materia: ergo forma. patet consequentia a sufficienti diuisione: cum natura nō dicatur, nisi de materia, & forma. Et, quòd sint natura, patet: quia diffinitio naturę conuenit grauitati, & etiam leuitati: quia grauitas est principium mouendi, & quiescendi eius, in quo est nā grauitas est principium motus localis deorsum, & leuitas principiū motus localis sursum.

Arti.

An grauitas, & leuitas sint forma substantialis.

E Secũdo sic, ponatur terra in aere, omni accidente circumscripto: quæritur vtrum descenderet, vel staret: si staret ergo ibi esset locus naturalis eius, & ibi resisteret alteri corpori: si descenderet hoc esset a grauitate, quæ nõ esset accidẽs per casum positum: ergo substantia; & nõ materia, ergo forma: & per cõsequens illa grauitas erit substantia: & non nisi forma: igitur. Item aqua aliquando ascendit, & aliquando descendit sine aliqua mutatione in suis accidentibus: & hoc nõ est nisi per formam substãtialem eius, quæ est grauitas: ergo. In oppositũ arguitur: grauitas, & leuitas sunt qualitates per se sensibiles, scilicet sensu tactus; nam aliqs secundum tactum sentit grauitatem lapidis: sed nulla forma substantialis, nec aliqua substãtia est per se sensibilis: igitur. Item substantia non est contraria substantiæ: sed leuitas contrariatur grauitati: ergo sequitur, quòd non sunt substantiæ. Item substantia nõ suscipit magis, & minus: sed grauitas, & leuitas suscipiũt magis, & minus, patet: quia aliquod graue est altero graui grauius, sicut terra est grauior aqua. Item manente eadem forma substantiali variatur grauitas, & leuitas: ergo grauitas, & leuitas non sunt formæ substantiales. Pro solutione ponuntur aliquæ cõclusiones. Prima, grauitas non est forma substantialiter grauis, nec leuitas leuis: quod patet per rationes post oppositum. Secunda cõclusio, grauitas, & leuitas sunt qualitates secundæ naturaliter posteriores caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate: nam G calefaciens intendit primo producere caliditatem, ad quam sequitur grauitas & leuitas secũdum exigentiam formæ substãtialis? Vel etiam potest dici, q tales qualitates consequuntur formas substantiales illorũ, quorum sunt qualitates secundum exigentiam talis formæ. Ad rationes ad primam dico, quòd illud argumentum procedit ex vna falsa imaginatione: nã imaginatur, q principium in diffinitione naturæ dicatur de principio actiuo, q non est verũ sed de principio passiuo, quod non est aliud, quàm illud, per quod graue natũ est fic moueri, quod non est nisi forma substãtialis: & si secundum grauitatem graue natum esset sic moueri: tamẽ non esset primo, sed solum inquantum sequitur talem formam substantialem. Ad secun H dam dicitur cum ipso Adam in quarto Sniarum, in materia de corpore Christi, quòd terra in illo casu non resisteret pellendo magis, quàm corpus neutrũ: nec, quàm vna particula cœli, si ibi poneretur. Et si dicas retineat ibi Deus illam particulam immobiliter; tunc resisteret manui meę, vel non. Dicit, q manus veniens ad talem terram non procederet, nec illam subintraret, sed ibi fisteret impedita, & non acciperet nec tangeret tactu sensationis, sed solum tactu applicationis. Ad aliud satis patet solutio in art. præced.

Grauia, & leuia q̃so mouentur.

DVBITATVR secundo, Vtrum grauia, & leuia mouean tur actine a grauitate, & leuitate, vel a suis formis substantialibus: id est vtrũ motus deorsum, vel

A vel sursum grauatum, vel leuiũ sit a grauitate, vel leuitate, vel a suis formis substantialibus. Et arguitur primo, q a formis substantialibus: quia motus grauiũ & leuium, sunt naturales: ergo sunt a natura, & non materia: ergo a forma: modo grauitas, & leuitas non sunt naturæ, cum natura non dicatur nisi de materia, & forma. Itẽ si graue moueretur a grauitate, & cum ad motum grauis oportet mouere grauitatem: sequeretur, q grauitas moueretur a grauitate, & sic idem moueretur a seipso: quod videtur esse falsum. In oppositum arguitur: ab illo mouetur graue, quo intenso intenditur motus cęteris paribus, & quo remisso remittitur motus: sed sic est de grauitate. Vnde vi B demus, q cęteris paribus grauius velocius descendit, & minus graue minus. Item sicut se habẽt caliditas, & frigiditas ad alterationem: ita leuitas, & grauitas ad motum localem: sed caliditas, & frigiditas sunt principia alterationis: ergo grauitas, & leuitas sunt principia motus localis. Pro solutione supponitur, quòd de hoc sunt multi modi dicendi; Dicunt enim aliqui, q quando aliquod corpus agit, secundum quòd natũ est naturaliter agere: tunc illius actionis forma substantialis est principalius agens, & qualitas instrumentale agẽs: vt quando aqua frigefacit, forma substãtialis aquæ est principale principium illius frigefactionis, & frigiditas minus principale seu instrumẽtale: sed quando aqua calefacit per caliditatem, quam habet: tunc caliditas est totale agens, & non forma substantialis. Similiter dicerem, q quãdo aqua habet leuitatem: vt puta qñ est vapor vel fumꝰ, tũc mouetur ab illa leuitate, & non a forma substãtiali. Dñt tñ aliter alii qui ponẽdo duas conclusiones. C

Prima, motus grauium, & leuium naturales nullomodo proueniunt a grauitate, & leuitate tanquã a principijs actiuis principalibus. Tertia conclusio: dicti motus proueniunt a formis substantialibus grauium, & leuium tanquàm ab agentibus principalibꝰ, & a grauitate, & leuitate tanquam ab agentibus instrumẽtalibus: ita quòd isti volunt, quòd nunquàm illæ qualitates actiuæ sint agentia principalia, sed solum instrumentalia: & iste est modus, qui communiter tenetur: & est satis probabilis. Posset aliter proba- D bilitèr dici, quòd illæ qualitates sunt agentia principalia, & non formæ substantiales, quòd probatur: Quandocunq; aliquid sic se habet, quòd posito ponitur actio, & remoto removetur actio: signum est, q illud est agens principale: sed sic est de istis formis, seu qualitatibus: nam remota grauitate a graui non plus mouetur deorsum. Itẽ hostia in sacramento ita mouet deorsum, sicut si esset forma substantialis; & tamen non est ibi forma substãtialis: sed grauitas in q̃itate igr. Item si caliditas ignis separetur ab ipso igne, remanente eadem quantitate, distracta substantia ipsius ignis, non minus calefaceret, & causaret caliditatẽ in alio, & alteraret aliud: & sic videtur, quòd quo ad istas

actiones transeuntes, vel quasi transeuntes illæ qualitates actiuæ sint principalia agentia. Et dicitur notanter quo ad actiones transeuntes: quia quo ad actiones immanentes forma substantialis est principale agens: vt quando ignis causat caliditatem in ipsomet: certe talis caliditas est ab ipsa forma substantiali: sed quando calefacit extrinsecum principaliter, est ab ipsa caliditate. Vnde si ignis non haberet caliditatem, nunquam posset calefacere aliquod extrinsecum. Nec valet dicere caliditas est principale agens: ergo potest causare ignem, vel ignire. Dico, quòd non valet consequentia: & de hoc magis aliàs videbitur, quòd nullum accidens pòt causare substantiam, neque habere actionem attingendi substantiam. Dico etiam, quod non sequitur, quòd talis qualitas sit natura, nisi capiendo naturam large: pro illo, quod est principium actiuum alicuius actionis naturalis: sed secundum illum sensum non capitur principium in diffinitione naturæ: vt aliàs visum est: igitur.

Quando grauia appetunt descendere & leuia ascendere.

DVBITATVR tertio: Vtrum grauia appetant descendere per lineas breuissimas: & leuia ascendere per lineas: etiam breuissimas. Et videtur, quòd non: quia tunc sequeretur, quòd terra nõ velociori modo moueretur per ignem, quàm per aerem, quod est falsum; cum ignis sit rarior aere: & consequentiam probo: quia sicut terra appetit esse sub igne, & descendere per ignem secundum lineam rectam: ita ignis appetit esse supra terram secundum lineam rectam: & sic impediret se ad inuicem vnum in ascendendo, & reliquum in descendendo. In oppositum arguitur: quia grauia appetunt descendere per illas lineas, per quas descendunt, si non sint impeditæ: sed hoc est per lineas breuissimas, quæ possunt protrahi: igitur. Pro solutione dicitur breuiter, quòd graue non appetit descendere plus per vnam lineam quàm per aliam: sed quòd descendat per vnam, & non per aliam, hoc est, secundum quòd applicatur tali, vel tali resistentiæ: & finaliter ex applicatione alia, & alia ipsius grauis ad medium extrinsecum determinatur, & descendat per talem, vel talem lineam: ita & bene ex se appetit descendere: sed motus descendendi determinatur secundum aliam, & aliã applicationem eius ad medium extrinsecum. Et si quis arguat: quia quãto graue descendit per lineã rectã, difficilius arrestatur, quàm quãdo descendit per lineam obliquam: sed hoc nõ est: quia magis inclinatur descendere per illam lineam, quã per lineam obliquã: sed hoc est propter hoc, quia quãto descendit per lineam rectã, minorẽ habet resistentiã, quã quando descendit per lineã obliquam. Propter tamen talem rationẽ, & multas alias dicunt aliqui, quòd graue appetit magis descẽdere per lineã rectam, quàm per lineam obliquam: Nã si lapis poneretur in vacuo, vbi nulla esset resistẽtia, adhuc descenderet per lineam rectam, & nõ obliquam: & hoc non est, nisi quia appetit descendere per talem lineam: ideo quilibet modus multũ videtur esse probabilis. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit,

Art. 3.

CONCLVSIO responsalis: Aliquod elementum est simpliciter graue, & aliquod simpliciter leue, & aliquod graue, & leue in respectu: quæ conclusio relinquitur satis esse probata in primo art. Ad rationes patet quid sit dicendũ etiã in 3. artic.

PETRI TATARETI PARISIENSIS,

In libros Aristotelis de Ortu, & interitu eruditissimæ Lucubrationes.

LIBER PRIMVS.

P. cõ. 1. & inde.

DE generatione autem, & corruptione & naturæ generatorum, & corruptorum, vniuersaliter de omnib⁹, & causas diuidendum, & rationes ipsorum determinandum: amplius de alteratione, & augmentatione: quid vtrũque sit, & vtrum existimandum sit. &c.

Variantur quorũ plures sententiam in diuersa de generatione.

HIC est liber de generatione, & corruptione: qui diuiditur in duos partiales libros. In primo, determinat de generatione, & corruptione, & aliis mutationibus eis annexis. In secũdo determinat de generabilibus, & corruptibilibus, & principijs generabilium, & corruptibilium. Primus, diuiditur in quatuor tract. Primus continet quatuor cap. In primo, determinat de generatione secundum opin. antiquorũ: & primo narrat opi. antiquorum in generali: dicens, quidam antiquorũ dixerunt generationẽ esse alterationẽ: alij vero dixerunt generationẽ non esse alterationẽ. Vnde qui posuerunt tantũ vnum primum materiale, non potuerũt saluare differentiam inter generationẽ, & alterationẽ: sed qui posuerunt principia, habuerunt ponere ea differre: ideo Anaxagoras, qui posuit plura principia materialia, non posuit differentiã inter generationẽ, & alterationẽ, vocẽ ignorauit. i. quid nominis generationis. Differẽter eñ posuerũt antiqui plura principia materialia: & Empedocles posuit quat-

E tuor elemẽta: Anaxagoras, Democritus, & Leucippus posuerunt infinita principia materialia: sed differunt, quia Anaxagoras posuit homogenea: vt os, carnem esse principia heterogeneorum: sed Democritus, & Leucippus posuerunt homogenea esse ab heterogeneis. Consequenter cõparat Philosopho. Anaxagoræ opinioni Empedoclis: dicit enim Empedocles quattuor elementa esse corpora simplicia, & os, & carnem componi ex ipsis. Sed Anaxagoras dicit ista non esse magis simplicia, quam alia: sed omnia, quæ apparẽt, dicit esse composita ex infinitis, & diuersarum rationum: & ista infinita vocabãt esse pansperma. i. vniuersale semẽ aliorum. Dicit consequẽter, q illi, qui dicebant tantum esse vnũ principiũ materiale: habebãt dicere, q generatio nõ differt ab alienatione: qa illud principiũ dicebãt esse hoc aliquid in actu: & ipsum semper manere: sed qñ manet hoc aliquid in actu, non põt fieri, nisi alteratio. Sed dicentes plura esse principia habebãt dicere, q generatio, & alteratio differũt, qa generationem dicebãt fieri per segregationem, & congregationem illorum principiorũ: sed alterationem dicebant fieri manẽtibus eisdem principiis. Consequenter dicit, q ponentes plura principia, non potuerũt saluare alterationem: quia alteratio est mutatio qualitatum, eodem subiecto in actu manente: & hoc erat impossibile apud eos: quia dicebant elementa non posse ad inuicem transmutari substãtialiter, neq; per consequens secundum qualitates: Dicebant elemẽtum determinare sibi proprias qualitates: & sic nõ poterat esse mutatio in qualitatibus. Similiter ostendit, q ad positionẽ Empedoclis sequuntur duo inconuenientia. Primum, quia cõtradicebat apparẽtiis, quia dicebat nullum quattuor elementorum fieri ex altero, & omnia fieri ex ipsis: & ista sunt cõtraria sensui. Secundum inconueniens est: quia cõtradicebat sibiipsi: quia dicebat nullum elementum fieri ex altero: & tamen ponebat ipsa esse generabilia, & corruptibilia: quia dicebat ipsa esse aliquando facta ex vno confuso chaos.

VNIVERSALITER itaque de generatione, & corruptione simplici elementorum dicendum. &c.

ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus determinat de generatione, & corruptione secundum opiniones antiquorum, ponendo aliquas conclusiones. Prima: Plato insufficienter locutus est de mutationibus secundum formam: quia ipse solum locutus est de generatione, & corruptione, prętermittens augmentationem, & alterationem. Secunda conclusio: omnes antiqui præter Democritum insufficienter locuti sunt de prædictis mutationibus: quia ipsi non profunde quæfuerunt, sed solum dixerũt ea, quæ vulgares dicunt: puta, q augmentatio sit per additionem similis simili. Tertia conclusio: Democritus videtur sufficienter fuisse locutus de mutationibus secundum formam: quia

T. cõ. 4. & inde.

H Prosequitur in restandis eorum opinionibus.

A quia de omnibus talibus maxime curam habuit. Quarta conclusio: de prædictis mutationibus secundum formam ad philosophum naturalem pertinet determinare: nam de ipsis multæ fiũt dubitationes. Quinta cõclusio: opin. Platonis de generatione rerum est irrationabilior, q opinio Democriti. quod probat quadrupliciter. Primo sic: quia rationabilius est corpora componi ex corporib⁹, sicut dicit Democritus: q ex non corporib⁹, sicut dixit Plato, qui posuit res naturales componi ex triãgulis, superficieb⁹, & lineis. Secundo sic: Plato ex dictis suis nõ poterat saluare generationẽ, & corruptionem, quas intendebat saluare Democritus: igitur. Tertio sic: Democritus erat expertus circa naturalia: quia multum eis insudauerat: Plato vero insudauerat circa diuina, & vniuersalia: propter quod Platonici ex multis sermonibus imbuti multa falsa dixerũt: ad pauca enim respicientes facile fallum enunciant. Quarto sic, quia Democritus prospexit rationes naturales, & proprias: Plato vero rationes cões, & logicas. Vnde Democritus ponebat duplices rationes, per quas volebat ostẽdere corpora non cõponi ex nõ corporibus. i. principales, & minus principales: Principales tãtum ponit vnam: & est hæc; si corpus ponatur esse diuisum: quantũcunq; sit diuisibile: nihil sequitur impossibile: sed omne corpus est diuisibile in indiuisibilia: ergo possibile est esse nullum sequitur impossibile. Minor p̃batur: quia facta diuisione omni modo alicuius corporis, secũdũ quodlibet signum, vel remanẽt corpora indiuisibilia, vel magnitudines diuisibiles, vel puncta, vel nihil, vel superficies, vel qualitates sine magnitudine: sed quodlibet istorum est impossibile præter primũ. Quod secũdũ sit impossibile: patet, quia nõ est diuisum secũdum quodlibet sui signum. Quod tertiũ sit impossibile. C. q remaneant pũcta, probat quattuor rationibus. Prima quia vnicuiq; illorũ oporteret assignare locum proprium: quod est impossibile: igitur. Secũda ratio, quia tũc ista puncta non essent immobiliter cum moueretur ad motũ corporis: nec mobilia, cum indiuisibile nõ moueatur. Tertia ratio, quia tunc sequeretur q ipsa puncta in corpore se tangerent, qđ est impossibile. Quarta ratio, quia tũc sequeret, q corpus non esset magnũ, neq; paruum: quia indiuisibile additum diuisibili nõ facit ipsum maius. Quod quartum sit impossibile, s. q nihil remaneat, probat: qa tunc corpus quod esset, esset cõpositũ ex nihilo. Quod autem quintum sit impossibile. C. q remaneant superficies patentes, talis nõ sunt profundæ; & sic corpus non haberet in se omnes dimensiones. Quod autẽ non remaneant qualitates sine magnitudine, probat: quia tũc accidentia possent separari a suo subiecto, quod est impossibile. Soluit Philosophus istum rationem: dicẽs, q si ponatur corpus esse diuisum secundũ quodlibet signũ, sequeretur impossibile: quia ista non est possibilis, corpus est diuisum ad quodlibet signum: & tamen hæc est vera, corpus sit quodlibet eius signum est diuisibile.

B

C

D

E sibile. Pinaliter ponit duas rationes minus principales. Prima: corpus non est diuisibile omnino & secundum quodlibet sui: ergo est stare ad partes indiuisibiles. Secunda ratio: quia sunt dabiles partes minimæ ipsius corporis, quæ nō apparent: igitur. Ad primam dicit Ar. ꝙ non vbiq; corpus est diuisibile; quia vbiq; in punctis: nam alijs est diuisibile. Ad secundam dicit ꝙ licet sit dare partes minimas ſm sensum, non tñ simpliciter.

T. c.11. & inde.

DETERMINATIS autē his, primo videndum. vtrum generatur quid simpliciter & corrumpitur &c.

Propria sententia de generatione, & corruptione.

IN hoc tertio capitulo determinat philosophꝰ de generatione & corruptione secundū propriam eius opinionē soluendo sex quæstiones, prima: vtrū possibile sit ꝙ aliqd simpliciter generetur, aut corrumpatur. Et arguitur ꝙ non: quia tunc illud fieret ex nihilo: sed consequens est impossibile: vt cōcedunt omnes naturales. Consequētia probatur: quia generatio simpliciter est ex non ente simpliciter: sicut generatio secundum quid est ex nō ente secundum quid, scilicet ex non ente tali vel tali. Respondet ꝙ ex non ente in actu: quod tamen est ens in potentia, cuiusmodi est materia, aliquid bene generatur. Secunda quæstio, quæ est causa perpetuitatis generationū & corruptionum. Respondet ꝙ duplex potest esse causa perpetuitatis generationum & corruptionum, scilicet efficiens, quod est mouens immobile, vel mouens motū: de qua vsum est in 8. phys. & materia. Sed quōd materia non possit esse causa probatur, quodlibet genitum capit aliquā portionem materiæ a materia: & cum materia sit finita, tandē consumetur. Respondet quōd ex quo generatio vnius est corruptio alterius et ecōtra: ideo quācunq; portionem materiæ capit genitum, illam dimittit corruptum: ideo materia dicitur esse causa perpetuitatis generationū & corruptionum. Tertia quæstio: propter quid aliqua dicuntur simpliciter generari, aut simpliciter corrumpi, & aliqua dūr generari, & corrumpi secundū quid. Respondet ꝙ diuersitas generationum est secundum diuersitatem prædicamentorum: si enim fiat mutatio ſm prædicamentum substantiæ, dr generatio, vel corruptio simpliciter: si vero fiat ſm prædicamentū ꝗstatis, vel vbi, vel qualitatis, vel alicuius alterius prædicamenti, dicitur generatio, vel corruptio ſm quid. Quarta qō: propter qd semper ita est, ꝙ illud quod generatur, ex aliquo corrupto generatur. Respondet ꝙ hoc est: quia generatio est ex non ente, & corruptio in non ens: illud tamen non ens non dicitur non ens: quia nullo modo sit ens: sed quia non est illud ens, quod generatur quamuis sit aliud ens. Quinta quæstio: cum generatio fit inter contraria: Vtrum illud non ens sit aliquod illorum cōtrariorum. Respondet quōd nō ens, ex quo substantialiter aliqd generatur. est materia, quæ dicitur non ens in actu. Sexta quæstio: Vtrum eadem materia numero sit in genito & corrupto. Respondet quōd sic: aliter illa

non haberent adinuicem transmutationem.

T. c.23. & inde.

DE generatione autem, & alteratione quid differunt dicamus &c.

Differentia inter generationem, & corruptionem.

IN hoc quarto capitulo determinat philosophus de differentia inter generationem, & alterationem: & diuiditur in duas partes. In prima ponit duas differentias inter generationem, & alterationem. Quarum prima est. Subiectum generationis est ens in potentia: sed subiectū alterationis est ens in actu. Secūda differentia, quæ sumitur ex parte diffinitionum: quia alteratio est quando subiecto sensibili manēte eodem, fit transmutatio in passionibus eius, aut a contrarijs, aut a medijs. Generatio vero est transmutatio huius totius in hoc totum, nullo sensibili manente eodem vt subiecto: vt si ex semine fiat sanguis: aut ex tota aqua fiat aer, vel ecōtra. Et subdit quod subiectum generationis, quod manet idem, & mutatur de vna forma substantiali in aliam; dicitur hyle. i. materia prima, quæ nullum actum substantialem habet ex se, seu ex natura sui: Sed subiectum alterationis, quod dicit transmutari de vna qualitate in aliam vnum & idem manēs, est substantia per se existens, quæ dicitur hoc aliquid. In secunda parte ponit differentiam alterationis ab alijs motibus: dicēs quōd si manente eodem subiecto, fiat mutatio ſm quantitatē: talis dicitur augmentatio, vel diminutio. Si vero ſm quale, est alteratio: si secundum vbi, est loci mutatio.

DE augmentatione autē reliquum dicere, quid differt a generatione, & alteratione, &c.

T. c.25. & inde.

Augmentatio in quo differt a cæteris mutationibus.

ISTE EST secundus tractatus, in quo philosophus determinat de augmentatione, & diminutione. Et diuiditur in tria capitula. In primo ponit differentiam augmētationis ab alijs motibus vel mutationibus: mouēs duas quēstiones. Prima, cum sit notum augmentationē differre ab alijs mutationibus pœnes terminos, vtrum etiā differat ab ipsis pœnes modū transmutandi. Rādet philosophus ꝙ fit: quia quando subiecto sensibili manēte eodem, fit transmutatio in passionibus eius, aut a contrarijs, aut a medijs. Generatio vero est transmutatio huius totius in hoc totum; nullo sensibili manente eodem vt subiecto: vt si ex semine fiat sanguis: aut ex tota aqua fiat aer, vel ecōtra. Et subdit quod subiectum generationis, quod manet idem, & mutatur de vna forma substantiali in aliam; dicitur hyle. i. materia prima, quæ nullum actum substantialem habet ex se, seu ex natura sui: Sed subiectum alterationis, quod dicit transmutari de vna qualitate in aliam vnum & idem manēs, est substantia per se existens, quæ dicitur hoc aliquid. In secunda parte ponit differentiam alterationis ab alijs motibus: dicēs quōd si manente eodem subiecto, fiat mutatio ſm quantitatē: talis dicitur augmentatio, vel diminutio. Si vero ſm quale, est alteratio: si secundum vbi, est loci mutatio.

B nomon in vacuo quia vacuum non est nec in pleno: quia esset penetratio dimensionū; cū non sit locus sine corpe. Secūda ratio: quia qđ gñatur & augmentat: generatur & augmẽtatur ex ali quo & ab aliquo: & nullū illorum est incorporeū, igitur. Tertia rō: quia si augmẽtatio fieret ex aliquo incorporeo, nō fieret per additamentū magnitudinis ad magnitudinē: qđ est falsum: quia per hoc differt a gñatione simpliciter. Consequenter ostẽdit quōd fiat ex aliquo corpeo ponendo talē conclusionē: augmentatio fit ex aliquo actu corporeo: quia nō ex aliquo incorporeo: ergo ex aliquo actu corporeo. Et subdit quōd eadē est materia numero generationis & augmentationis: eo quōd aug
F mentatio non fit sine quadam generatione.

T. c. 32. & inde. SVSCIPIENDVM itaq; magis quasi tãgentes quæstionem a principio, qualis &c.

IN hoc sẽdo capitulo mouet Philosophus duas qõnes. Prima vtrum sit posibile proprie aliquid augeri. Et arguit primo quōd non: quia si aliquid augeretur, hoc esset adueniente aliquo extrinseco, vel ergo corpo reo vel incorporeo non incorporeo: quia per talem nihil augeretur: nec corpeo: quia tunc duo corpora essent in eodem loco, vel fieret penetratio dimẽsionum; sed quodlibet est impossibile: igitur. Secūda quæstio: quid est quod augetur. Vtrū sit cibus aduenies, vel corpus cui advenit, vel membrū, vel totum aggregatum ex his: & videt quōd totum aggregatum: quia ipsum efficitur maius, sicut fit de aqua & vino qñ miscentur adinuicē. Respõdet philosophus ponẽdo talem conclusionem: corpus aiatum cui additur cibus, augetur. Et probat quatuor rationibus. Prima illud quod augetur, manet idem ante transmutationem & post. Si. n. vna gutta aquæ ponatur in vase vini; nos non dicimus aquam augeri, cū ipsa corrumpatur: sed dicimus vinum augeri, quod manet idem ante transmutationem & post. Secunda ratio: quia si caro calefiat aut frigefiat, dicimus carnem alterari quæ manet: similiter dicendum est de illo quod augeē. Tertia ratio: illud augetur, i quo est primum mouens: sed in corpore aiato & non in cibo est primum mouens. i. aia. Quarta ratio: illud qđ aduenit alicui non augetur, sed magis illud cui advenit; cum augmentatio fiat aliquo aduenīente: sed cibus advenit corpori: igitur.

A Quinta augmentatio non fit ad ueniente aliquo incorporeo. Sexta pp augmẽtationem non oportet ponere duo corpora in eodē loco. Hoc supposito declarat modum, per quē fit augmẽtatio ex parte illius quod augetur: dicẽs ꝙ partes heteroge neæ augmentantur per hoc, ꝙ ptes homogeneæ augmentatur; cum ex ipsis componantur heterogeneæ. Et subdit quōd partes homogeneę sunt duplices: q̃dam sunt formales, & quædam materiales. Deinde ponit talem conclusionem illius quod auge tur, quælibet pars ſm formam seu formale augetur, & nō quælibet ſm materiam: probat duobus exemplis: Primū vt si per aliq̃ mensuram puta per dolū transeat aliqua aqua, semper manet eadem ſm spẽm & figurā:
B sed non est eadē ſm materiam, hoc est ſm identitatem numeralem. Secūdum exemplum est de heterogeneis: quia illa semp manent eadem ſm spẽm & figuram: licet aliqđ adueniat, & aliqđ defluat. Deinde ostendit quō se habet nutrimentum ad illud qđ augetur, dicẽs ꝙ corpus aiatum sit maius adueniente nutrimento contrario vel dissimili, quod per digõnem alteratur: & tandem in substantiã viuentis trasmutatur. Ex quo patet ꝙ illud qđ augetur, augetur a quodam aliquo modo simili, & aliquo modo dissimili: ī principio enim est dissimile, & postea factum est simile. Et subdit ꝙ anteq̃ aliqđ corpus augeat, cibus est in potẽtia illud & actu alimenti materia. n. nutrimẽti primo stat sub vna forma substantiali, postea sub forma nutriti, Deinde ostendit quō fit augmentatio ex parte illius quod augetur & ex parte cibi; & hoc per duo exempla. Primū: quia cibus digestus miscetur corpori qđ augetur: sicut modica aqua posita cū multo vino, quæ conuertitur in substantiã & naturam vini: sic etiã corpus aiatum in sui naturam conuertit nutrimentum. Secundum exemplum: quia ignis conuertit ligna sibi appolita i ignẽ & fit maior; sic corpus animatum virtute aiæ conuertit cibū in substantiã iną. Deinde cõparat augmentationẽ ad alias mutationes: dicẽs ꝙ sicut non gñatur vniuersale, puta homo vel aīal, sed singulare: ita non augetur vniuersale sed singulare. Deinde ponit differentiã inter nutritionem & augmentationē: dicens ꝙ qñ materia cibi est in po
D tentia caro, vel os, dr fieri nutritio: sed qñ est in potentia caro quãta, dr augmentatio. Ex quo patet ꝙ nutritio est conuersio nutrimenti in substãtiã nutriti: siue ꝙ hoc nutritū fiat maius, si ue nonsed augmentatio est conuersio nutrimenti in substantiam nutriti; sic quod nutritum sit maius: ex quo patet, quōd omnis augmentatio est nutritio, sed non econtra. Deinde infert vnum correlarium quōd anima tantum nutritur quandiu viuit: ita quod non longo & notabili tempore durat sine nutrimento; sed non tamen sumere augetur vel diminuitur. Prima pars patet; quia quandiu animatum viuit: videtur sumere alimentum; & cum vita consistat in calido & humido, oportet quod quandiu viuens viuit, ꝙ calor & hu-

T. c. 35. & inde. QVONIAM autem de his quæsitum est sufficienter, oportet quæstionis tentare solutionem inuenire. &c.

IN hoc tertio capitulo ostendit philosophus quo fit augmentatio, supponens primo ꝙ sex sunt cõditiones augmẽtationis, tres affirmatiuæ & tres negatiuæ. Prima: illius quod augetur, quælibet pars augetur. Secūda est: auctum ante augmentationem & post manet idem numero. Tertia, augmentatio fit aliquo extrinseco adueniente. Quarta ad hoc ꝙ fiat augmentatio, non oportet ponere vacuum in corpe quod augetur.

Quinta

Augmentationis conditiones, & modus.

& humidū remaneant; sed hoc non potest fieri nisi continue restaurentur: igitur. Secunda pars patet: quia animatum potest viuere per longum tps & tamen non plus conuertit de cibo in sui substantiam, quam deperditum fit: quandiu ergo forma potest conuertere cibum, tā diu corpus nutritur: similiter quandiu potest conuertere plus quam deperditum fit, tandiu augetur. & non vltra: hoc est tā diu est in vita. Vnde quia in ḡne propter impurritatem materiæ virtus debilitatur: vt non possit tantum conuertere quantum est deperditum: & tunc bene fit nutritio, licet non fiat augmentatio, sed potius diminutio: & dicit q̄ est sic de vino, cui apposita est tanta aqua q̄ vinum adhuc valde modicæ actiuitatis, & tandem non potest plus conuertere aquam.

Vtrū aliquid possit simpliciter generari.

QVAERITVR vtrum aliquid possit simpliciter generari. Arguitur primo q̄ nō: quia maxime esset forma: sed hoc non: quia forma producitur de nihilo: ergo non generatur. Consequentia probatur: quia ex nihilo nihil fit. Secundo sic. Sequeretur q̄ aliquid posset generari ex simpliciter non ente, probatur: quia sicut se habet generatio fm quid ad non ens fm quid: ita se habet generatio simpliciter ad non ens simpliciter: sed generatio fm quid fit ex nō ente fm quid: ergo generatio simpliciter fiet ex non ente simpliciter. Tertio sic: Nihil qđ est, pt generari: cū ens est ens qđ est: ergo nullū ens pōt generari. Consequentia patet in Celarent. Maior est nota, & similiter minor. Quarto sic: Nulli accūs est generatio simpliciter: cū quod generat in materia est accūs; quia cū quod generatur in materia adest & abest p̄ter subiecti corruptionem: ergo est accidens. Quinto sic: Corruptio non est possibilis: ergo nec generatio. Antecedens patet: quia si esset possibilis vel esset naturalis: & hoc non, quia nulla corruptio est naturalis, cū omne ens diligat se permanere: nec violenta: quia cum nullum violentum sit perpetuum, tandem deficerent corruptiones. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres ar. Quantum ad primum.

Arist. vt sit Generatio, et cū terminus quæra-tur.

PRIMO sciendum, q̄ præter ea quæ dicta sunt alias de generatione & corruptione, duplex est generatio. s. simpliciter & fm quid. Generatio simpliciter est, qua aliqđ accipit esse simpliciter, & cognoscitur qñ acquiritur aliqua substantia, seu qñ terminus ad quē est substantia. Ex quo sequit q̄ non dī ibi generatio simpliciter, eo q̄ fiat ex non ente simpliciter: sed quia aliquid simpliciter per ipsam accipit esse. Vel vt dicit Sco. in 4. d. 1. q̄ ḡnatio simpliciter, dī ibi simpliciter: quia est ad formā, puta substantialē, q̄ dat esse simpliciter. Sed generatio fm quid est, qua aliquid accipit esse fm quid. i. accitale: vt esse album, esse nigrū: & cognoscit qñ acquirit aliquod accūs, seu aliqua forma accitalis. Et aduerte q̄ termin⁹ ḡnonis dī esse duplex. s. totalis: & est totū cōpositū ex materia, & forma: sed terminus partialis est ipsa forma substantialis, q̄ in format materiā. Vnde i eodē instanti tpis aliquid corrūpitur, & aliquid generatur, & forma informat ipsam materiam: vt qñ do ex aere fit aqua, in eodem instanti in quo generatur aqua corrumpitur aer, & est eadem materia numero quæ erat sub forma aeris, saltem secundum partem & quæ est sub forma aquæ: ideo materia dicitur esse subiectum generationis: quia recipit formam & manet semper eadem vel secundum totum vel fm partē: quod notāter dī: qa aliqn diuiditur materia corrupti in duas partes, quæ informantur duabus formis substantialibus: Et ex isto sequitur q̄ oē qđ ḡnatur simpliciter fit ex aliquo suppositō. s. materia: & illi subiecto additur forma substantiale de nouo, cuius formæ substātialis nihil p̄fuerat in materia: sed ex hoc nō sequit q̄ forma ḡnetur ex nihilo: quia non dī aliquid ḡnari ex nihilo ex eo q̄ nihil eius p̄fuerit: nec qa non ḡnatur ex aliqua parte sui nec qa ḡnatur ex nihilo tanq̄ ex oppositō sed qa ḡnatur sine subiecto p̄supposito de cuius potentia ipsa forma educit: & qa qñ forma ḡnatur semper p̄supponitur materia, de cuius potētia educit ipsa forma. ideo nō dī ḡnari ex nihilo. Sit aduerte q̄ ipsa materia dī ens in pura potentia supple subiectiua: licet sit vere ens in actu existendi: sed nō in actu formali: non qđē qa non hēat formā: qa nunq̄ est materia sine forma: sed qa ex se nō hēt q̄ sit informata: sed ab alio puta a creante, vel ḡnante: ideo dicit Sco. in 2. di. 1. q. 3. q̄ materia prius natura est priuata q̄ informata: quia ex se hēt q̄ sit priuata, ex alio q̄ sit informata. Vnde ipsa sola sine alia causa posita sufficit ad hoc q̄ ipsa sit priuata: esset enim sp priuata, nisi esset aliqua cā positiua impediēs eius priuationē, puta dando sibi formā. Et si quis arguat contra dicta: quia quando aliquid alteratur, aliquid accipit esse simpliciter: quia aliqua qualitas, qua subiectū dī alterari: ergo alteratio erit generatio. Respondet q̄ verū est, q̄ quando aliquid alteratur, aliquid accipit esse simpliciter: sed nō illud quod alteratur, sed in generatione aliquid accipit ēē simpliciter. s. illud quod generatur.

Generatio vnius corruptio alterius quomodo.

SECVNDO sciendū, q̄ circa textū incidunt aliq difficultates. Prima: Vtrū ista sit cōcedenda: generatio vnius est corruptio alterius. Et vī q̄ non: quia ista est falsa, generatio ē corruptio: ergo ista ē falsa, generatio vnius est corruptio alterius. Pro solutione est aduertendū, quod istæ duæ propōnes sunt veræ. s. corruptio vnius est generatio alterius: & ēt ista, generatio vnius est corruptio alterius: prima ibi est magis propria, q̄ secunda: quia nullū agēs naturale per se intendit corrūpere aliquid: sed per accidens corrūpit illud, quod est incōpossibile generato, qđ per se intēdit. Accidit. n. q̄ generās corrūpat: corrūpit. n. solū pp̄ incōpossibilitatē termini corrumpendi cū termino, seu forma generanda. Vnde generans aqua ex aere, corrūpit aerē de per accidens: quia forma aquæ est incōpossibilis cum forma ignis, supple in eadem materia. Et adhuc

uerte vlterius ꝙ quando dī corruptio vnius est generatio alterius, tūc est p̄dicatio concomitatiua, quia si esset p̄dicatio formalis alia esset falsa: ve bene probat argumentū prius factū: & est sensus, generationē vni⁹ sequi, seu concomitarī corruptio alterius: & corruptionē vnius cōcomitarī generatio alteri⁹, scilicet, vel mediate, vel immediate: Q̄ notāter dicitur propter corruptionē aialium, seu viuentium: in quibus immediatē non sequitur generatio alterius, vt postea magis videbit. Et si quis quærat, Vtrū illæ propōnes sint vniuersaliter veræ. Respondeo breuiter quòd ſm mentem Arist. sunt vniuersaliter veræ: quia Arist. qui ponebat æternitatem mundi dixit esse ante oēm generationem fuisse corruptionem, & ante omnē corruptionē fuisse generationē, & post omnem corruptionem fuisse generationem. Sed ſm veritatem dubium est vltima corruptio, vel saltem vltimæ corruptiones, & vltimæ generationes: puta quando mixta in die iudicij resoluentur in elementa. Ex quo sequitur contra Arist. quòd erit aliquid corruptibile, vel corruptibilia, q̄ nunquam corrumpentur, neq; ſm se totum, neque ſm partē: quia post diē iudicij remanebunt elementa, quæ sunt corruptibilia; & tñ nunq̄ corrumpent. Secūda difficultas: Vtrum in generatione ſm quid seu in generationibus accidentium, corruptio vnius sit generatio alterius. Respondeo primo ꝙ in accidentibus spiritualibus non oportet: non .n. oportet ꝙ si generetur notitia alicuius, quòd corrumpatur notitia alterius. Dico secundo ꝙ in accidentibus corporalibus non semper oportet, nisi illa accidentia sint contraria immediata: in aliis autem forte non oportet.

Tertio sciendum, quòd circa textu incidit alia difficultas: vtrum generatio sit alteratio. Et arguitur quòd sic: quia omnis motus, quo aliquod aliter se habet nunc q̄ prius se habuerit: est alteratio, vel saltem aliquis motus, sed generatio est huiusmodi: nam in generatione materia aliter se habet quam prius se habuerit. Item omnis motus successiuus qui non est augmentatio, vel diminutio, vel loci mutatio: est alteratio: sed generatio est huiusmodi: cum multa successiuè generentur. Etiam multæ sunt formæ substātiales diuisibiles, q̄ successiue acquirūtur, & non nisi per generationem: igitur. In oppositū est philosophus in text. Pro solutione est aduertendum, quòd generatio quandoq; capitur ꝑ dispositione puta disponēte materiam ad informationē formæ substantialis, & sic nō differt ab alteratione. Aliomodo capitur pro introductione formæ substātialis: & sic dī generatio simpliciter, q̄ non est alteratio. Aduerte vlterius, quòd differentia est inter generationem secundum quid, & alterationem: quia generatio secūdum quid dicit simplicē productionem secundum aliquod p̄dicamentū aliud a p̄dicamento substantiæ, quodcunque fuerit illud; sed alteratio dicit simplicē productionē ſm p̄dicamentū qualitatis. His suppositis patet talis cōclusio: Generatio simpliciter dicta nō est alteratio, q̄ ꝑ probari ꝑ multas differentias inter generationem & alterationem. Vnde quod ꝑ generationem generaē accipit esse simpliciter: sed quod altera tur accipit solum esse quale. Itē generatio non est mutatio ad qualitatem sed ab substantiam: igitur. Vnde illud dicitur proprie generari, quod est & ante non fuit: sed illud dicitur alterari quod nunc est quale & ante erat, & sic non fuit quale. Item subiectum alterationis dicit alterari: subiectum vero generationis quod est materia non dī ꝓprie generari: vt alias visum est. Et illius potest esse aliqua ratio quia vulgares materiam primam, quæ est verè subiectum generationis percipiunt: nō sibi generari non attribuūt. Itē illud quod per generationē acquirit semper est perfectiꝰ, q̄ subiectū generationis: sed econtra est in alteratione: quia illud quod acquirit per alterationem semper est imperfectius, q̄ sit subiectum alterationis. Aduerte ꝙ in generatione nunquā est successio ſm intensionem & remissionē gradualem: in alteratione vero est successio saltem vt in pluribus ſm intensionem, & remissionem gradualem. Et cā huius est, quia substātia nō suscipit magis & minus, sicut qualitas. Aduerte etiā ꝙ nō est possibile aliquam rem totalem generari in aliquo toto tpe, & in qualibet eius parte, sed bene alterari: vnde dato aliquo igne, in aliquo tēpore ꝑ alterari, sed generatus in vna medietate tpis non pōt generari in alia. Aduerte finaliter ꝙ oēm generationem præcedit aliqua alteratio disponēs subiectū ad generationē: & ad vnius formę generationē sequit alterius formæ corruptio. Ad rōnes. Ad primā dī ꝙ procedit ex insufficienti assignatione. Ad secundā ꝑ dicit ꝙ motus ꝑ capi dupliciter. Vno modo large pro omni mutatione successiua, & sic bene ad subiectum ꝑ esse motus, & generatio ꝑ esse motus. Aliomodo accipitur stricte pro mutatione successiua facta in subiecto existente hoc aliquid in actu, & sic ad substantiam non est motus, neq; generatio est motus.

Quarto sciendum, quòd incidit talis difficultas: Vtrum in corruptione rei naturalis fiat resolutio vsq; ad materiam primam. Pro cuius solutione supponitur ꝙ resolutionē fieri vsq; ad materiam potest dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ in corruptione substantiali fiat tanta resolutio ꝙ materia manet absq; omni forma: & sic non intelligendum. Aliomodo potest intelligi ꝙ nihil illius corrupti remaneat in genito nisi sola materia sic ꝙ nulla forma, nec substantialis, nec accidentalis maneat; & sic ad istum sensum mouet difficultatem ita ꝙ sit sensus: Vtrum quando res naturalis corrumpitur, maneat aliqua forma corrupti siue substantialis siue accidētalis. Supponitur secundo, ꝙ adhuc resolutionem fieri visq; ad materiā primā, dupliciter pōt intelligi. Vno modo statim, sic ꝙ in eodē instanti in quo forma corrumpit, nulla forma substantialis, neq; accidētalis maneat in ma per aliquod tps. Aliomō non statim; sic quod post corruptionē vel separationem

nem formæ specificę corrupti materia manet per aliquod tẽpus sub aliquibus formis, antequam generatur ex ea nouus effectus. Tertio supponitur, quòd duplicia sunt genita, & corrupta: quædam habent vnã formam substantialem tantum: sicut sunt elementa mixta inanimata. Alia habent plures formas substantiales ordinatas adinuicem; sicut sunt animata: & hoc magis videbitur in secundo de Anima. His suppositis dicitur primo, quòd in habentibus tantum vnam formam substantialem fit resolutio statim vsq; ad materiam primam, quãdo corrumpitur, ideſt in talibus nihil remanet ipsius corrupti nisi materia prima, vt quando ignis corrumpitur, ipsius ignis nihil remanet nisi materia prima. Dicitur secundo, quòd in habentibus plures formas substantiales, sicut sunt animata, & viuentia: non fit resolutio statim vsq; ad materiam primam: quia corrupta, vel separata forma specifica: materia adhuc manet sub aliqua forma, vel sub aliquibus formis substantialibus. Vnde quando interficitur bos, adhuc manet materia eius sub forma carnis, vel sub multis alijs formis, seu sub forma corporeitatis: quia adhuc manet corpus, quod non est præcise materia prima. Ex istis patet, quòd in corruptione rei naturalis fit resolutio vsq; ad materiã primam statim, vel non statim. Et hæc de primo articulo. Quãtum ad secundum.

Artic. 2. DVBITATVR primo, Vtrum in genito, & corrupto manent aliqua forma substantialis, vel accidentalis. Pro eius solutione respõdetur, quòd duplex est corruptum, & genitum: quoddam est viuens seu animatum, aliud est inanimatum: sicut lapis, ignis, & aqua. Tunc respondetur, quòd in corruptione animati manet eadem forma substantialis, & eadem accidentia; vt quando corrumpitur bos, adhuc manent sua accidentia, & manet suum corpus; quod non est præcise materia prima, sed aliquod compositum ex materia, & forma substantiali, & corporeitatis: & in eo manent accidentia eadem, quæ prius erant: vt videmus ad sensum, quòd in homine corrupto, & mortuo manet eadem albedo, & eędem cicatrices, quæ prius fuerant in ipso. Et non potest dici, quòd de nouo talia generentur: quia non videtur modus per quem talia generarentur: cum interficiens, vel percutiens non est per se natus generare colorem, seu talem figuram, neque talia accidẽtia, quæ ibi remanent. Et si dicas: quomodo potest ergo saluari diffinitio generationis, in qua dicitur, quòd est mutatio huius totius in hoc totum, nullo sensibili manẽte eodẽ: & tñ dicis nũc, quòd manent eadem accidentia sensibilia, & eadem forma mixti: & tamen mixtum est subiectum sensibile. Respondetur, quòd diffinitio debet sic intelligi: est mutatio huius totius in hoc totum nullo sensibili supple specifico manente eodem: ita, quòd non maneat aliquod totum sensibile, vt subiectum, quòd sit compositum ex materia, & forma specifica, seu

An hęc manent aliqua forma substantialis, vel accidentalis, genito, vel corrupto.

Solutio.

seu q̃ non sit in potentia ad aliquam formam; licet ibi possit manere aliquod sensibile. vt accidentale; & etiam aliquod sensibile, vt subiectum compositũ ex materia & forma generica seu corporeitatis. Alia sunt composita inanimata, & de istis dicitur q̃ in corruptione alicuius talis non manet neq; forma substantialis neq; accidentalis. Vnde quando ex aere generatur aqua, nihil ipsius aeris manet nisi ipsa materia. Similiter dicatur de mixtis inanimatis; vt si ex lapide generetur terra, nihil ipsius lapidis manet nisi materia. Vnde imaginor (sicut alias visum est) quòd ipsa forma substantialis in talibus inanimatis informat materiam nudam, i. non habentem aliquod accidens absolutum, neq; aliquã formam substantialem. Imaginor etiam quòd nullum accidens absolutum immediatè inhæreat ipsi materiæ. sed quando destruit forma substantialis in talibus, destruitur totum compositum, & omnia accidentia absoluta, q̃ ibi præfuerant. Ex quo sequitur, q̃ licet materia sit subiectum vnicuiq; primum, i. principiale: non tamen immediatum. Imaginor etiam q̃ in nullo inanimato ponendę sunt plures formæ substantiales: sed præcisè ponitur forma specifica, quę virtualiter continet formam mixti vel corporeitatis: de qua alias videbimus. In animatis autem ponendę sunt plures formæ substantiales. Et si quis quærat: vnde prouenit hoc quòd in ipsis animatis ponuntur plures formæ & non in alijs. Respondet ibi Sc. quod est propter, contradictionem: nam forma animæ non manente, manet corpus: Ideo in quolibet animato necesse est ponere illam formã, qua corpus est corpus, aliã ab illa quæ est animatum. Et aduerte q̃ per talem formam corporeitatis corpus non est in diuiduum, neq; species in genere corporis, neq; in genere substantiæ: sed tantum per reductionem. Vnde corpus q̃ est altera pars manens in suo esse q̃ prio fine anima, habet formam qua est corpus; isto modo non habet animam: ideo illa necessario est alia ab anima: sed hoc corpus vt est individuum corporis quod est genus, dicitur esse corpus ab eadem forma, a qua est homo vel equus. Ex quo sequitur q̃ non oportet ponere tot formas substantiales in aliquo animato, quot sunt prædicata dicta quidditatiuè de illo, quod tamen multi antiqui asseruerunt.

Solutio.

Vicellio.

DVBITATVR secundo. Vtrum eius quod augetur, quælibet pars augeatur. Pro cuius solutione supponitur quod ibi quæritur de augmẽtatione propriè dicta, quæ fit per conuersionem nutrimenti in substantiam aliti, postquam fuerit deperditum de eius substantia, facta ab anima & calore naturali vt viuens suam debitam quantitatẽ attingat. Et aduerte q̃ isti augmentationi, annectitur generatio, corruptio, alteratio, & loci mutatio: generatio quidem partialis, qua materia nutrimenti de nouo informat forma nutriti: & corruptio qua corrumpitur nutrimentũ: & alteratio qua alteratur cibus seu

An quælibet pars eius, quod augetur, augeatur

Tertia para. Bb nutri-

nutrimentum vt fit in proxima dispositione vt cõuertat in substantiam aliti; loci mutatio, per quam nutrimẽtum mittitur ad singula membra. Dicit enim Sc. q̃ in nutritionem est aliqua generatio extendendo generationem ad inductione formæ substantialis in materia post primationem: quia materia nutrimenti non manet ibi sub forma alimenti, nec sub aliqua alia forma, quam sub forma nutriti.

ostãtia. Et si quis dicat, vtrum ibi sit generatio simpliciter. Respondetur q̃ sic: quia est ad formam, q̃ dat esse simpliciter scilicet ad formam substantialem, licet nõ simpliciter: sic q̃ illud quod generatur non sit pars alterius: & ideo potest ibi dici generatio: quia illud qđ generatur, fit idẽ supple in specie alicui præexistẽti cui adiungitur: Vel potest dici in generatio, vel generatio ytis in toto: & quia nunquam potest fieri generatio, nisi terminus ad quem seu forma de nouo accipiat esse; ideo forma carnis quæ introducitur in materiam nutrimenti noua est. Dicit ibidem secundo q̃ pars aduenies per nutritionem est alt quo modo similis parti præexistenti, q̃ fuit per generationẽ: & aliquo modo dissimilis: similis in forma specifica: non tantũ intellectiua, sed corporeitatis: dissimilis in hoc: quia est impurior, quam præexistens fuerat: quia quanto agens naturaliter magis continuat actionem in contrarium, tanto magis debilitatur eius virtus: quia tale reparitur in agendo: quanto ergo caro prius habita ex generatione agit in nutrimentum vt in contrarium, tanto magis debilitatur eius virtus: & ex hoc dicitur impurior. Et cum genitum non possit esse perfectius generante, illa caro genita erit impurior carni præexistenti: simile patet de vino. Vnde quanto vinum magis agit in aquam mixtam, tanto est impurius; ita q̃ propter eius impuritatem quasi totum fit aqua: & talis impuritas in carne est propter imperfectionem qualitatum naturalium consequentium formam, quæ sunt principium alterandi nutrimentum: & non ideo q̃ forma carnis intendatur & remittatur: vt volunt aliqui dicere. Vnde pars conseruat se in toto tantum, quãtum per suas qualitates resistit corrumpenti. Et ex istis sequitur q̃ maior periodus est in parte primo genita, quam posterius genita, ceteris paribus: hoc si pars canis genita fuerit ex tali alimento, quod natum fuerit conuerti in carnem æque purã sicut illud ex quo generata est illa caro. Vnde alteratione proportionata alimento caro nata est generari purior quam ex alio. Dicit vlterius, quòd duplices sunt partes in illo, quod augmentatur, vel nutritur, scilicet pars secundum formam, & pars secundum materiam. Et dicit quòd pars secundum formã potest dici dupliciter. Vno modo quia habet formam, & sic quælibet pars quãdiu est in toto dr pars secundum formã: Alio modo: quia competit sibi actio secundum formam puta conuertere nutrimentũ in substantiam alitr. Dicit vlterius, q̃ pars ſ̃t intelligi habere actionẽ dupli-

dupliciter. Vno mõ: quia concurrit ad actionem totius, sic quòd si separata essent non conuenirent sibi actio. Alio modo; quia in toto habet propriam virtutẽ ad agendum & ad conuertendum nutrimentum in substantiam aliti: & dicit quòd ad hoc q̃ aliqua pars habeat talem virtutem, requiritur q̃ sit subdeterminata intensione & extẽsione: quia non q̃libet pars modica in toto posset ibi habere actionem propriam: sed tantum concurrere ad actionem totius. Et per oppositum pars dicitur secundum materiam: quia in toto nõ habet suam propriam actionẽ ad conuertendum nutrimentũ in substantiam aliti, licet bene concurrat ad actionem totius. Sed quæreret aliquis, vtrum q̃ nutrimentum cõuertitur in substantiam aliti, generetur de nouo aliqua forma vel non. Dico q̃ duplex est forma; quædam est quæ modo inextensibili & non extensibiliter respicit materiam, sicut anima intellectiua: & talis nullam partem nouam habet per hoc q̃ ipsa informat aliam partem materiæ. Alia est extensibilis in materia, sicut forma carnis: & talis non informat aliam partem materiç seu materiã nutrimenti sine noua parte formæ. Ex quo sequitur q̃ illud per quod aliquid immediate augetr tali augmẽtatione est aliqd mixtũ & quantũ, sicut caro vel os quod efficit pars integralis totius: sicut pars ſ̃m formã dicitur esse pars integralis totiꝰ habens actionẽ propriã in toto: & ſt pars ſ̃m materiã dr pars integralis: sed nõ habet virtutẽ propriã in toto. Ex quo sequitur q̃ pars formalis seu ſ̃m formã, nõ dicitur ideo formalis q̃ sit præcise pars formæ: nec pars materialis q̃ sit pars materiæ: quia quælibet est quoddam compositum ex materia & forma: sed ad videndũ quæ pars dr augeri: & quæ pars dr fluere in illo quod augetur: & qũo sunt ibi pori.

An aliquid augeatur.

DVBITATVR tertio. Vtrum aliquid augetur. Et videtur q̃ non: quia tunc sequeretur q̃ semper in duplo augeret: vel saltem secundum quantitatem notabilem: cuius tamen oppositum videmus: & consequentia probat: quia illius quod augetur quælibet pars augetur: ergo in duplo debet esse maius. Pro solutione istius dubij, & ſt dubij præcedentis supponit q̃ partes secũdum materiam sunt illę partes quæ dicuntur fluere idest sunt in proxima dispositione ad fluendum propter defectum quantitatis virtutis: quia non habet virtutẽ conuertendi nutrimentũ in substantiã aliti: & tales non dicunt̃ propriè augeri: sed partes ſ̃m formam dicuntur augeri: quia tales non fluunt: quia habent virtutẽ conseruandi se in toto: cũ habeant quantitatẽ virtutis sufficientẽ, vt aliqua pars ad sui conservationẽ sibi aggeneretur: sed de modo augmentationis & nutritionis dicitur q̃ in tali augmentatione est quędam iuxta positio. Pro cuiꝰ declaratione accipiat aliqua pars secundum formã q̃ sit a, ista habet multas partes: & ponatur q̃ habeat decẽ: scilicet b c d usque ſupponatur q̃ quando nutrimẽtũ est sub forma proxima formæ nutriendę sine hoc fuerit antequã mutet localiter

ũm cum nutrimẽtum conuertitur in substãtiã & tãã aliti, generetur de nouo aliqua forma.

B ad partes nutriendas, siue postquam missum fuerit per quasdã vias subiectiles: cuiusmodi sunt venæ approximatæ parti nutriendæ, & receptum in quibusdam poris qui ibi sunt ex fluxu aliquarum partium secundũ materiam, plenis humore subtili, conuertitur tunc nutrimentum in ipsum nutriendum: & sicut ante conuersionem iuxta ponebatur contiguè partibus nutriẽdis: ita post cõuersionem iuxta ponitur contigue aliquibus partibus manentibus. Ex quo sequitur, quòd nutrimentum non iuxta ponitur toti nutriendo; quia sunt intra ipsum totũ: licet vna pars de nouo genita sit aliquid intra aliam partem illius partis nutritę. Et sic patet quomodo in nutritione est iuxta positio alicuius. i. partibus, quæ propriè non nutriuntur, sed non est iuxta positio illi, quod ꝓpriè nutritur, cuius vna pars fluit, alia pars noua restauratur. Ex quo sequitur, quod nõ quælibet pars aucti augetur: quia tunc necesse esset quòd auctũ semper augeretur in duplo, vel saltem in notabili quantitate. Ex istis potest colligi, quòd auctio viuentis est duplex: quædam est per iuxta successionem nutrimenti in partibus pornsis, & formalibus, & solum illæ propriè augẽtur. Alia sit iuxta positionem, sicut in partibus non porosis: nõ quidem per solam iuxta positionem nutrimenti: sed per cõuersionem nutrimenti in substãtiam aliti. Sequitur etiam quòd quãdo dicitur, ꝙ quælibet pars porosa ꝛm formam augetur, debet intelligi in corpore sano: & dum modo illa pars sit sana: quasi esset ægra, posset diminui. Ex istis etiam sequitur quòd partes secundum materiam non propriè augentur, sed sit ipsis quædam iuxta positio nutrimenti conuersi in substantiam aliti. G

Omne viuens, quãdiu viuit nutritur quomodo.

Sed restat parua difficultas: qualiter est saluabile, omne viuens quandiu viuit nutriri: cum sint multa animalia quæ tota hyeme nullum sumunt alimentum. Pro solutione supponit ꝙ nutritio potest capi dupliciter Vnomodo pro conuersione nutrimenti in substantiam aliti; & sic non oportet, ꝙ omne viuens quandiu viuit nutriat. Aliomodo capitur pro actione caloris naturalis in humidum radicale vel cibale: & sic bene oportet omne viuens quamdiu viuit nutriri. Et siquis arguat ꝙ nõ: quia prope instans mortis, humores habent tantum dominiũ supra calorem naturale ꝙ non possunt pati a calore, sed extinguunt ipsum calorem: ergo talis actio caloris naturalis non semper erit, quandiu viuens viuit. Respõdetur quòd hoc argumentum videtur concludere: ideo aliter posset dici, quòd Aristote, voluit dicere quòd viuens quandiu viuit nutritur; sic quòd non ꝑt multo, & notabili tempore viuere, siue nutritione. Et hęc de secundo artic. Quantum ad tertium sit. H

Arti. 3.

Conclvsio responsalis: Aliquid potest simpliciter generari: quæ conclusio relinqẽ satis probata in primo art. Ad rõnes ante oppositum: ad duas primas patet solutio. Ad tertiam negatur consequentia: arguitur enim ibi a minus amplo ad magis amplum cum distributione magis

A magis ampli. Ad quartũ patuit alias solutio in logica. Ad quintã dr ꝙ ex parte materiæ nulla dicitur generatio neq; corruptio violenta: licet bene respectu illius quod currumpitur: & hoc comparando ad primum actiuum corrumpens. C

T. c. 43. & inde.

Qvoniam autem oportet primum de materia & de vocatis elementis dicere, siue sint siue non &c.

Simul tãgentia ꝙ, & quomodo plura.

Iste est tertius trac. in quo philosoph⁹ determinat de tactu actione & passione; & cõtinet quatuor capitula. In primo determinat de tactu; & diuiditur in duas partes. In prima tangit intentum suum ponendo duas conclusiones. Prima; in hoc libro terminandũ

B est de actione, passione, mixtione & tactu; quia in isto libro determinandum est de generatione & corruptione; sed generatio & corruptio non possunt fieri sine actione & passione: nec actio & passio sine tactu; igitur. Secunda conclusio: inter prædicta prius determinandum est de tactu, quàm de actione & passione: quia quæcunq; propriè agunt & patiuntur, tangunt seinuicem: & non econtra: quia tactus est communior, quàm sit actio & passio: & per consequens prius dicendum est de tactu, quàm de actione & passione. In secunda parte ponit conditiones requisitas ad tactum seu ad simul tangentia: & sunt tres. Prima: quod illa quæ se tangunt, habeant extensionem: Ex quo patet quòd tactus propriè non est nisi habentium magnitudinem. Secunda conditio; quòd simul tangẽtia habeant vltima simul. Tertia: quòd sint adinuicem actiua & passiua. Ex quibus elicitur diffinitio simul tangentiũ: dicens, ꝙ simul tangentia sunt quorum diuersis existentibus magnitudinibus, vltima sunt simul actiua & passiua, motiua & mobilia. Deinde ponit cõuenientiam & differentiam inter agere & mouere, conueniũt enim in hoc quòd sicut est aliquod mouens immobile & aliquod mouens motum; ita est aliquod agens impassibile, puta cœlum; & aliquod agens passibile puta terra & aqua: sed differunt; quia mouens est in plus, quàm agens: & hoc propriè capiendo agens: quia agens dicitur respectu patientis: sed patiens non dicitur propriè nisi secundum passiones & passibiles qualitates: ideo illud quod solum mouetur localiter: non dicitur pati. Finaliter dicit quòd simul tangentia capiunt̃ tripliciter. Vnomodo propriè, quæ habent diuersas magnitudines; & vltima sunt simul, & agunt & patiuntur adinuicem. Aliomodo large, quæ habent vltima simul siue agant & patiantur ad inuicem siue non. Aliomodo largissime, quorum vnum est mouens & aliud motum: siue illa habeant magnitudinem, siue vltima sunt simul, siue non. D

T. c. 46. & inde.

De facere & pati dicendum deinceps: suscepimus autem a prioribus subcontrarios &c.

B *Antiquorū & ppria opinio de qualitatibus agentium, & patientiū.*

IN hoc secundo capitulo determinat philosophus de actione & passione, & qualitate agentis & patientis, & diuiditur in duas partes. In prima tangit duas opiniones antiquorū. Prima fuit quorundam dicentium quòd simile non ꝑt agere in sibi simile: quia non videret rō qua re vnum magis ageret in aliud quàm econtra. Secunda opinio fuit Democriti dicentis, quòd simile agit in omnino simile, & patiē a simili. Vnde dicit quòd ea, q̄ sunt sic diuersa, quòd non habent similitudinem in aliquo non possunt agere, vel pati adinuicem. In secunda parte ponit philosophus ꝓpriā eius opinionem ponendo quatuor conclusiones. Prima, nihil patitur ab omnino sibi simili. Probat duab⁹ rationibus. Prima, quia F qua ratione hoc pateretur ab alio, eadem ratione aliud pateretur ab ipso. Secunda rō, quia tunc sequeret quòd idē ageret in se, & pateretur a se: cū non esset diuersa ratio agendi & patiēdi. Secunda conclusio: Nihil patiē ab omnino sibi dissimili. Probat dupliciter. Primo, quia linea non patiē ab albedine, neque econuerso; nisi forte ſm accēs: puta si accidat lineā esse albā aut nigrā. Secunda rō: quia quod patiē, patiē a suo cōtrario: modo contraria conueniunt in gñe: ergo nihil patiē ab aliquo, nisi cum eo aliquo mō conueniat. Tertia conclusio: Agens & patiens sunt similia genere, & dissimilia specie: quia non agūt, nec patiuntur adinuicem, nisi contraria, quæ sunt eadē genere & diuersa specie. Quarta conclusio: Agere est assimilare sibi passum: & pati est assimilari agenti. Quod probat: quia passum in principio est cōtrarium agenti: sed in fine transmutationis passum est simile agenti. G Deinde ostendit quæ agentia, & passa repatiuntur adinuicem: dicens quòd q̄dam agentia in agēdo repatiuntur, & quædam nō. Probat per simile de motore: nā sicut motor se habet ad mobile: ita actiuum ad passum, sed est dare motorem motū, & motorem immobile: ergo est dare agens passum & agens impassibile. Et subdit quòd in agentibus ordinatis primum est impassibile, & vltimum passibile. Deinde ponit talem conclusionē. Agens cōicans in materia cum passo repatitur ab eo: sed agens non communicans in materia cum passo, non oportet quòd repatiatur ab eo. Prima pars patet: quia quæcunq; communicāt in materia sic se habent, quòd materia vnius est in potētia ad formam alterius, & econtra: ergo præsentibus agente, & patiente sufficienter approximatis vnū ab alio transmutatur. Secunda pars patet: quia illa quę non cō municant in materia, non sunt disposita vt vnum recipiat formam alterius: igitur. Et subdit quòd agens agit per formam, & non per suam materiam: quia materiæ est pati, & non agere: agens enim est in actu tale quale patiens est in potentia. Agens enim agit propter finem actionis, qui est forma quam producit: quia habito fine, cessat motus: ergo agens agit per suam formam, siue substantialem, siue accidentalem. Et ex isto textu elicitur hæc auctoritas. Habitibus

A bitibus præsentibus in materia cessat motus. Et subdit finaliter quòd passum patitur: quia hēr materiam, & nō quia habet formam. Ignis est calidus: ideo patitur a frigido: quia est potentia ad frigiditatem: & hoc est per suam materiā, & non per suam formam: & si caliditas esset separata a materia, ipsa esset impassibilis a frigiditate: quia philosophus reputauit impossibile, q̄ aliqua qualitas sit separata.

T. c. 55. in fine. QVOMODO autem contingat hoc accidere rursus dicamus: his quidem videtur pati vnumquodq; &c.

Antiquorum sententia de B *nū actiōnis, & passionis.*

ISTVD est tertium capitulum, in quo philosophus determinat de modo agendi & patiēdi, ponendo tres opiniones. Prima fuit Empedoclis dicentis, actionem & passionem fieri per poros vacuos per quos dicebat agens proximū intrare passum. Secunda fuit Democriti, & Leucippi, qui dixerunt actionem, & passionem fieri per atomos, siue per contactum corporum indiuisibilium. Tertia fuit Parmenidis & Melissi negantium multitudinem entium, & per consequens actionem & passionem: ponebant enim tantum vnum ens immobile, quod dicebant esse infinitum. Deinde comparat illas opiniones adinuicem, ponendo duas conclusiones. Prima, Opinio Leucippi & Democriti est rationabilior opinione aliorum: quia Leucippus & Democritus fundauerunt suas opiniones in apparentijs ipsius sensus: non negando multitudinem entium: sicut Parmenides & Melissus. Secunda conclusio: Positio Empedoclis est minus sufficiens positione Democriti & Leucippi: quia secundum Empedoclem non est manifestum a quo res fiant: cum ipse poneret omnia entia in vno confuso chaos: sed secundum Democritum res fiunt ex atomis, seu corporibus indiuisibilibus tanquam ex primis principijs & irresolubilibus. Consequenter reprobat iltas opiniones, ponendo duas conclusiones. Prima, Leucippus irrationabiliter ponit corpora indiuisibilia esse actiua & passiua adinuicem: quod probat tribus rationibus. Prima, quia accepto aliquo indiuisibili, vel ipsum est susceptibile vnius solius qualitatis, vel qualitatum contrariarum. Si primum, non erit alterabile: cum alteratio fiat per qualitates contrarias. Si secundum, tunc non erit diuisibile. Secunda ratio: quia indiuisibile & diuisibile secundum Democritum & Leucippum non differunt nisi sicut magnum & paruum: ideo non est ratio quare paruum est indiuisibile magis quàm magnum. Tertia ratio: si corpora indiuisibilia sint actiua & passiua adinuicem: aut ergo alterum patitur ab altero, aut vnum a se. Si primum, tunc oportet, q̄ ipsa conueniant in materia, & differant in formis, & sic non erunt indiuisibilia. Si secundum, hoc esset secundum idē: & sic contraria essent in eodē, vel ſm aliud & aliud, & sic indiuisibile erit diuisibile. Secunda conclusio. Nō sunt ponendi patiēs quos fiat

E actio & passio, sicut dicit Empedocles: quia non est ponenda pluralitas rerum sine necessitate: sed fine poris fit fieri actio & passio; quia vel illi pori sunt pleni, vel vacui. si pleni, tunc agens non poterit eos subintrare. si vacui. hoc erit vt per ipsos agens tangat passum; licet tactus corporum possit fieri sine poris; igitur.

T. 177. & inde. QVOMODO autem existat generare entibus, & facere, & pati dicamus &c.

Quæ regantur, vt aliqd agat, patiatur vt ISTVD EST quartum capitulum, in quo Philosophus determinat de modo agendi, & patiendi secundum eius propriam opinionem, ponens quinq; conditiones actionis & passionis, vt prius dictæ. Prima, passum debet esse in potentia tale, quale est agens in actu. Secunda conditio est quòd passum patiatur secundum quamlibet eius partem quantitatiuam: supposito quòd secundum quamlibet talem partem sit infra sphæram sui agentis. Tertia conditio est, quod illud magis patitur, quod est magis dispositum, supposita æquali actiuitate agentis. Quarta conditio: totaliter simile non patit a totaliter simili. Quinta conditio; vnum corpus non agit in alterum, nisi tangat ipsum vel corpus medium, per quod agit. Et ex istis infert tria correlaria. Primum, si corpus debeat pati, requiritur quòd fuerit vndiquaq; diuisibile: sic quòd eius nulla pars sit indiuisibilis: quia aliter esset impassibile: cum indiuisibile sit impassibile. Secundò correlarium, quòd actio & passio non fiunt per diuisionem passuorum, & introitu aliorum corporum: quia videmus idem corpus manens continuum, & non diuisum, esse modo humidum, postea siccum, postea calidum, postea frigidum sine introductione corporum exteriorum. Tertium correlarium: augmentatio non fit per solum introitum corporum similium & iuxta positionem sine transmutatione substantiali, vt aliqui crediderunt. qa tunc non quælibet pars aucti secundum formam esset aucta: cuius oppositum videtur habere Ari in quæstione præcedenti. Cõsequentia patet: quia secundum istos ista corpora atomalia non essent aucta, sed solũ essent iuxta posita alijs corporibus, & tamen secundum istos ista corpora atomalia debent dici partes secundum formam.

G

H T. c. 82. & inde. RELIQVVM autem videndum de mixtione secundum eundem modum methodi &c.

Quia mixtum, ad mixtibile, qd? mixtio & quomodo an sit possibilis. ISTE est quartus tractatus huius libri, in quo ipse determinat de mixtione, & continet vnicum capitulum, quod diuiditur in duas partes. In prima mouet quasdã qõnes, quarũ Prima est, quid sit mixtũ. Secũda qd sit mixtibile. Tertia, quibus entib⁹ conueniat mixtio. Quarta, quo sit mixtio. Quinta, vtrũ sit possibilis vel non. Et rñdet primo ad vltimã ſm antiquos. Dixerunt. n. antiqui qꝫ nõ erat possibilis: quia vel fierent ambob⁹ mixtibilibus manẽtib⁹, vel corruptis, vel vno manente, & alio corrupto. Non primũ: quia illa, q̃ uno eodẽ modo se hãt, & nullomodo sunt transmutata, nõ debent dici mutata. Nec ſm: quia illa quæ non sunt,

A sunt, non possunt misceri. Nec tertiũ, mixtio. n. est eorum, quæ similiter se habẽt. Pro solutione quæstionis ostẽditur vtrum mixtio differat a generatione, & alteratione, & augmentatione. Pro quo ponit talem conclusionem: Mixtio nec est generatio, nec alteratio, nec augmentatio. Prima pars patet, quia in generatione solum concurrũt materia, & forma: sed non dicimus formam misceri materiæ: igitur. Secunda pars patet: quia in augmentatione concurrunt alimentum: puta cibus, & corpus auctum: sed cibus non miscetur corpori aucto, cum corrumpatur igitur. Tertia pars patet: qa in alteratione solum concurrunt subiectum, & qualitas: sed illa non miscentur adinuicem: igitur. Ex hoc infert, quòd aliqui antiqui, puta Anaxagoras, male dixerunt omnia esse mixta in vno confuso chaos: quia non omne ens potest misceri omni enti: illa enim nõ possunt misceri adinuicem, quę non possunt existere, vt accidentia.

B

C

D His præmissis, soluit prædictam quæstionem: dicens, quòd mixtio est possibilis. Ad argumentum respondet, quòd mixtibilia aliquo modo manent, & aliquomodo non manẽt in mixtis: manẽt enim potentia, & virtute: actu vero non manent: sed ex his actu generatur aliquod aliud: scilicet mixtum, in quo sunt in virtute. In Secunda parte soluit quartam quæstionem, in qua quęrebatur: quomodo fit mixtio narrando aliquas opiniones. Prima fuit illorum, qui dixerunt mixtionem fieri per iuxta positionem minimorum secundum sensum. Secunda fuit, quòd mixtio fit per iuxtapositionem minimorum secundum formam. Tertia fuit, quòd mixto fit per iuxtapositionem indiuisibilium. Has opiniones reprobat, primo secundam, dicens, quòd ad eam sequuntur duo inconuentia. Primum, quòd in mixtione mixtibilia nullomodo trãsmutarentur. Secundum, quòd quælibet pars mixti nõ esset mixta: quia mixtibilia solum essent iuxtaposita sibiinuicem. Secundo reprobat primam opinionem: dicens, quòd ad eam eadem sequuntur inconuenientia, ficut ad secundam. Tertio reprobat tertiam, dicens quòd non sunt dabilia talia indiuisibilia, eo quòd omne corpus est diuisibile in semper diuisibilia, & non in aliqua minima. Deinde ponit modum mixtionis supponẽs primo, quòd entium quædam sunt actiua, & passiua adinuicẽ, vt quæ habent eandem materiam. Alia vero nõ sunt actiua, & passiua: vt illa, quæ non habent eandem materiam: & istorum non est mixtio: vt ars medendi non miscetur sanitati. Secundo supponit, quòd actiuorũ, & passiuorum adinuicem quædam de facili sunt diuisibilia: quædam vero non. Tunc dicit Philosophus, quòd actiuorum, & passiuorum adinuicem: quæ faciliter diuiduntur, si plura vnius ponantur cum pauco alterius non fit mixtio, sed potius augmentatio: ideo vna gutta vini non miscetur mille amphoris aquæ: quia species vini dissoluitur, & conuertitur in aquã. In tertia parte soluit alias

tres

tres quæstiones. Primo, tertiam dicẽs, quòd ex dictis satis patet, quòd mixtio solum cõuenit entibus actiuis, & passiuis adinuicem: sola enim entia actiua, & passiua adinuicem contrarietatem habentia sunt adinuicem mixtibilia. Secundo, soluit secundam, dicens, quòd humida bene sunt mixtibilia; quia sunt de facili diuisibilia: modo actiua, & passiua sunt maxime mixtibilia nisi fuerint lubrica, vel viscosa: quia talia non bene possunt misceri cum aliis: quia non faciliter diuidũtur: vt oleum non misceatur aquæ, sed supernatat ei: & magis facit cum ea alterationem. Dicit vlterius, quòd si mixtibilia ponantur in paruis particulis, facilius miscentur, quàm si ponantur in magnis: quia tunc melius possunt agere, & pati adinuicem. Tertio, soluit primam quæstionem: dicens quòd mixtio est mixtibilium alteratorum vnio.

An elementa maneant formaliter, uel uirtualiter in mixto.

QVAERITVR, vtrum elementa maneãt formaliter in mixto. Et arguitur primo, q̃ sic: quia vnumquodque componitur ex his, in quæ resoluitur: sed vnumquodque mixtum resoluitur in quatuor elementa: igitur vnumquodque elementorum est in mixto. Secundo sic: si elementa non manerent formaliter in mixto, sequeretur, quòd mixtum esset ita simplex, sicut elementum, quod est falsum. Patet consequentia: quia si aut elementum habet solam formam in materia, ita & mixtum.

Tertio sic: si elementa nõ manerent: hoc esset, quia corrumpuntur quando ex ipsis generatur mixtum: sed hoc non: quia tunc non esset mixtio: vt habet Philosophus in tex. Quarto sic, per quasdam experientias. prima, videmus enim ex lignis positis in igne exire aquam: & cum ignis nõ fit naturaliter generatiuus aquæ, sed potius corruptiuus, oportet dicere, quòd in ligno substantialiter erat aqua: videmus etiam exire fumum loco aeris: videmus etiam de rosis, & aliis floribꝰ extrahi aquã: etiam quando lapis confricatur ferro, exit ignis: quod non esset nisi ignis fuisset in aliquo illorum: videmus etiam quosdam lapides, ex quibus fiunt vitra, & ex illis extrahitur aqua. Quinto sic auctoritatibus. prima est Commentatoris dicentis, ipsa elementa formaliter manere in mixto. secunda est Philosophi. 5. Metaphysic. cap. de elementis: vbi dicit, quòd elementum est, quo existente fit aliquid. In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum tum ad primum.

Arti. 1.

PRIMO sciẽdum, quòd de proposita quæstione multæ fuerunt opiniones. Prima fuit Auicennæ: quam recitat Commentator. 3. Cœli, commento. 77. dicentis, quòd formæ substantiales elementorũ nullomodo possunt intendi, & remitti: quia substantia nõ suscipit magis, & minus. Sed qualitates eorum possunt intendi, & remitti: quia habent contrarium. Ex quo infert Auicenna, quòd elementa manent

Opi. Auicennæ.

nent in mixto secũdum suas formas non mutatas, neque remissas: bene tamen qualitatibus eorum remissis existentibus. Sed contra hoc arguit Commen. si qualitates eorum possunt remitti substantia eorum non remissa, sequeretur, quòd formæ substantiales possent totaliter denudari a suis qualitatibus: idem enim est iudicium totius, & partis: ergo si aliqua pars qualitatis est separabilis, tota qualitas est separabilis: quod est falsum. Ex quo infert contra Auicennam, quòd inexercitatio, & inexperiẽtia Auicennæ in naturalibus, & bona confidentia in proprio ingenio induxit ipsum ad istos errores. Secunda opinio fuit Cõmentatoris dicentis, quòd formæ substantiales elementorum sunt realiter intensibiles, & remissibiles, sicut qualitates ipsorum: ideo quantum remittitur de qualitate elementi, tantum remittitur de sua forma substãtiali. Dicit vlterius, quòd elementa manent in mixto formaliter secundum esse remissum, & secundum qualitates remissas: nec est inconueniens formas diminutas, cuiusmodi sunt formæ elementorum, quæ sunt mediæ inter formas substantiales perfectas, & accidentia, suscipere magis, & minus. Sed contra hanc opinionẽ arguitur primo: quia secundum Philosophum in prædicamentis nulla substantia suscipit magis, & minus: imo quæcunque ratio concludit de formis substantialibus elementorum, etiam concludit de forma mixti. Item non est ponenda pluralitas sine necessitate: sed nulla necessitas cogit ponere pluralitatem elementorum in mixto; Tunc quia nulla operatio mixti est eiusdem speciei cũ operatione elementi: etiam forma mixti, & forma elementi habent sufficientes entitates: vt sint termini diuersarum generationum. Item forma elementi est nata constituere suppositum per se existens in genere substantiæ: ergo si sint plures formæ substantiales in mixto, quælibet constituit compositum: cõsequens est impossibile: igitur, Item omnem formam substantialem consequitur sua propria quantitas: ergo si in mixto sint formæ substantiales, & elementorum, ibi erunt diuersæ quantitates. quod tamen apparet esse falsum: igitur.

1. de cœl. & mun.

Cõmen. Opinio. 3. cœl. 67. & 1. de generat. cap. de mixtione.

SECVNDO sciendum, dimissis illis opinionibus, aliter respondet Scotus. Pro cuius declaratione supponit primo, q̃ elementa non manent in mixto secundum substantiam, siue remissam: sicut dixit Commentator: siue non remissam, sicut dixit Auicenna. Et siquis dicat quòd Aristot. videtur dicere, quòd elementa manent in mixto. Respondet quòd in quolibet genere est inuenire medium eiusdem rationis cum extremis: & tale medium dicitur compositio ex extremis: vt rubor ex albo & nigro: talis tamen compositio non est extremi vnius cum alio, sed est conuenientia naturalis medij cum extremis, quæ non est extremi ad extremum: non quòd media qualitas habeat pro partibus suis extrema: sed est ita simplex, sicut extremũ: & ita sicut qualitates extremæ dicun-

Opi. Scot. 2. dist. 15. q. unica.

B dicuntur manere in medio: ita dicitur, ꝙ in mixto dicuntur manere formæ substantiales elemẽtorum propter naturalem conuenientiam, quæ est formæ mixti cum elementis, qualis non est vnius elementi ad aliquid elementum. Supponit secundo, ꝙ secundum Arist. forma mixti est actualior, & perfectior forma elementi: ideo dicuntur elementa virtualiter manere in mixto, sicut imperfectũ manet in perfecto: nec est etiam intelligendum, ꝙ maneãt in mixto secundum suas qualitates: licet in mixto sint qualitates similes qualitatibus elementorũ. Dicit tertio, ꝙ elementa manent in mixto virtualiter, quod potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia suæ qualitates remissæ maneant: & sic non est intelligendum. Aliomodo, quia mixtum suis qualitatibus similibus calefaciat, infrigidat, humectat, & exsiccat: & similes operationes operationibus elementorum producit mixtum: ideo elementa dicuntur manere virtualiter in mixto. Dicit quarto, quod quatuor elementa manẽt in vno mixto virtualiter habente formam substantialem continenti in virtute formas elementorum: non tamen secundũ substantiam, vt partes sui: sed propter prædictam conuenientiam, & continentiam virtualem: & hoc videtur habere Philos. in text. cum dicit, quòd elementa manent in potentia, & virtute.

TERTIO sciendum, quòd circa textũ incidunt aliquæ difficultates. Primo quid debemus intelligere per mixtionem. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd mixtio tripliciter capitur. Primomodo, pro aggregatione, & iuxta positione mixtibilium adinuicem secundum paruas partes suas: sicut est mixtio vnius lanæ cum alia lana. Secundomodo capitur pro alteratione mixtibilium cum remotione formarum substantialium & continuatione materiarũ eorundem. Tertiomodo, pro generatione mixti præsupponente mixtiones prædictas: & hoc modo capiendo mixtionem omnis mixtio est generatio: cũ omnis talis fit productio formæ substantialis in materia: tamen non omnis generatio est mixtio: qa non omnis generatio præsupponit tales mixtiones: nec hoc est etiam de ratione generationis: nam ad generationem sufficit, ꝙ materia recipiat formam substantialẽ, qua prius carebat; hoc autem non sufficit ad mixtionẽ: sed cum hoc requiritur, ꝙ materia, in qua introducitur forma mixti, habeat diuersas partes, quæ prius stabant sub diuersis formis elemẽtorum: quia elemẽta prius fuerunt congregata ad inuicem, & alterata, & tandem corrupta: & ex materiis eorum adinuicem continuatis fit vna materia, in qua introducitur forma mixti. Supponitur vlterius quòd mixtum tripliciter capitur. Vnomodo, pro mixtibilibus adinuicem congregatis: & sic mixtum non est aliquid vnum simpliciter, sed solum aggregatione. Secundomodo capitur ꝙ totali

Mixtio quid, & quotuplex.

Mixtum tripliciter.

A totali materia, cuius vna pars fuit materia vnius elementi, & alia materia alterius elementi. Tertio modo capitur pro eo, quod generatur ex illa materia: & illud dicitur proprie mixtum. Et si quis quærat: quomodo generatur mixtum ex talibus elemẽtis? Respõdet Sco. ibidem, quòd non oportet necessario quatuor elementa cõcurrere ad compositionem mixti: aliquando enim mixtum fuit factum ex vno elemẽto, vt habetur in Gen. quòd pisces fuerũt producti ex aqua.

Cap. 1.

Dubitatio.

Et si quis iterum quærat: Vtrũ quando ex elementis generatur mixtum, elementa concurrant ad generationem mixti. Respondetur breuiter, quòd non: quia in illo instanti, in quo ex ipsis generatur mixtum: illa elementa non sunt, sed sunt corrupta: nec est dicẽdum, quòd corrumpant se ad inuicem: quia oportet vnum illorum formaliter remanere: quia aliàs non videtur quomodo corrumpet aliud: sed illud consequens est falsum: igitur.

Quomodo intelligitur diffinitio mixtionis.

QVARTO sciendum, quòd adhuc incidit alia difficultas: Quomodo intelligitur diffinitio mixtionis: vbi dicitur, quòd mixtio est mixtibilium alteratorũ vnio: vbi videtur haberi, quòd in mixtione mixtibilia alterantur: & quòd non corrumpuntur adinuicem. Respondetur breuiter, quòd talis diffinitio debet capi in sensu improprio: id est materiarum mixtibilium prius alteratarum vnio: nam mixtibilia corrumpuntur: & materia eorum continuatur, & informatur vna forma mixti. Vel potest dici, quòd mixtio est mixtibilium alteratorum: & non tantum alteratorum, sed prius corruptorum vnio. Vel iden dicitur mixtibilium vnio: non quia mixtibilia maneant formaliter, & realiter: sed quia dicuntur manere secundum virtutem, licet non secundum substantiam: ita quòd aliqua forma producitur ex illis, quæ continet vnitiue qualitates eorum in virtute, & non substantias. Et si quis arguat, quòd ibi elementa manent secundum substantias: quia si elementa non manerent in mixto, sequeretur, quòd nullus effet ordo formarum: quia quælibet immediate perficeret materiam. Dicit ibidem Scot. quòd nihil prohibet formam mixti æque immediate perficere materiam primam, sicut formam elementi: & hoc loquendo de immediatione perfectionis, scilicet, quòd perficit materiam non mediante alia forma: sed non perficit immediate immediatione trãsmutationis: natura enim seruat ordinem in transmutando: quia vna forma præcedit aliam in materia quãtũ ad fieri & transmutari, id est quando, ex aliquo generatur aliquod mixtum perfectum: non primo mutatur illud ad formam illius mixti, sed ad aliquam aliam: vt patet in generatione hominis: prius enim producitur semen: & ex semine sanguis: & ex sanguine caro: & sic de aliis. Et sic dico, quòd seruatur ordo in transmutando, sed non in perficiendo: & ita vult habere, quòd quando generatur mixtum, est ordo formarum in transmutando: quia materia prius transmutatur in formã elementi, quàm mixti; ita ꝙ non

instantis.

non inducitur forma mixti nisi præcesserit forma elementi. Et siquis iterum arguat: animata, & viuentia habent corruptionem intrinsecam, & non nisi propter elementa cõtraria, quæ sunt in ipsis. Respondet Scot. quòd viuentia habent corruptionem intrinsecam: quia nutriuntur propter restaurationẽ deperditi: sed hoc non est ideo quòd ibi sint elementa. Et siquis quærat: quomodo ergo fit talis corruptio? Dico, quòd animata habent multas partes organicas, & diuersas: & in istis partibus nihil prohibet esse qualitates contrarias alterantes seinuicem: cor enim est calidũ: cerebrum frigidum, & etiam epar: quãdo autem debitam proportionem excedit qualitas unius supra qualitatem, & virtutem alterius, accidit infirmitas in animali, si fit pars minꝰ principalis: & erit mors, si fit pars principalis: nisi apponatur medicina iuuans partem debiliorem. Et siquis dicat: videtur ergo, q̃ solum illæ partes organicæ, & diuersæ deberent fluere, & refluere, cum solum illæ dicantur se alterare? Respondeo negando consequentiam. Et ratio est: quia in eadem parte non organica possunt esse diuersæ qualitates, propter quas fiet alteratio, & tandem corruptio illius partis. Et hæc de primo artic. Quantum ad secundum.

Scot. vbi sup. post sol. ar. 4. prin.

Art. 2.

An simile possit agere in sibi simile.

DVBITATVR primo, Vtrum simile possit agere in sibi simile. Pro cuius solutione supponitur, q̃ hic est sermo de actione proprie dicta: quæ est inter qualitates primas contrarias, & non de actione spirituali, vel aliarum qualitatum. Secũdo supponitur, quòd cum similitudo sit conuenientia aliquorum in qualitate, nullum est inconueniens aliqua esse similia in vna qualitate: & dissimilia in alia: vt ignis est similis aeri in caliditate: & dissimilis aeri in ficcitate: & sic dubium potest intelligi vtrum simile secũdum illam qualitatem secundum quam est simile, possit agere in sibi simile. Et arguitur, quòd sic: quia simile fortificat suum sibi simile; ergo agit in ipsum: consequentia tenet: quia fortificare est agere. Secundo sic: Vnum contrarium fortificat aliud: ergo a fortiori vnũ similium fortificabit reliquum. Item magis calidum agit in minus calidum: igitur simile agit in minus simile: quia duo calida sunt similia. Item vnus oculus agit in alium oculum: ergo sic agit in simile. Item ignis, & aer sunt similia: & tamen ignis agit in aerem, & sic viderentur concludere ista argumẽta, quòd simile secundum illam qualitatem, secũdum quam est simile possit agere in sibi simile: cuius tamen oppositum videtur dicere Philosophus in textu: nullus enim dubitat quin simile possit agere in suum simile secundum illam qualitatem, secũdum quam est sibi dissimile.

Quotuplex aliquid dicatur simile alteri.

Tertio supponitur, quòd aliquid potest dici simile alteri dupliciter. Vnomodo: quia conuenit cum eo in qualitate solum. Aliomodo magis proprie: quia est simile in qualitate, & gradu. Tertiomodo: quia conuenit cum eo in qualitate, & gradu, & in agendo per illam qualitatem:

tem: quemadmodum dicimus, quòd ille ignis similiter calefacit sicut ille. Quarto supponitur, quòd caliditas nunquam generat frigiditatem: qualitates enim contrariæ nunquam sunt generatiuæ qualitatum contrariarum licet bene vnum contrarium circumstans possit esse causa fortificationis alterius contrarij: quia est causa coadunationis, & vnionis alterius cõtrarij: vt quando circa aliquod cor pus frigidum stat caliditas: ipsa caliditas non patitur transitum graduum frigiditatis in suum subiectum, sed reflectit eos in subiectum frigidum: & ibi magis vniuntur, & multiplicantur: quia de nouo alij producuntur a corpore frigido: ideo fortificant dupliciter. Vnomodo, quia vniũ tori: virtus in vnita est fortior se ipsa dispersa: quia verisimile est, & credo, q̃ similiter sit verum, quòd in aere sit intensior caliditas, quam in manu hominis: qa propter eius intensam caliditatem aer est leuis: tamen caliditas manus sentit magis percipitur. Fortificantur secundo, quia multiplicantur. Similiter posset dici de frigiditate, quòd ipsa nõ patitur caliditatem transire in suum subiectum: ipsa etiam conculcat suum subiectum: propter cuius condensationem caliditas non potest transire: ideo per antiperistasim, & per iuxta positionem sui contrarij reflectitur ad suum subiectum: & ibi magis vnitur, & multiplicatur, propter, quod fortius agit. Supponitur. Quinto, quòd eadem caliditas numero sine eius intensione, vel remissione potest quãdo que esse in materia rara, & densa: cum per solam compressionẽ possit fieri condensatio: & tamẽ per talem compressionem nulla portio materiæ acquirit plures gradus formæ quam ante habuerit: & tamen fortius agit, q̃ prius. His suppositis ponuntur aliquæ conclusiones. Prima, simile alteri in qualitate bene agit in simile: quia magis calidũ sua caliditate bñ calefacit minꝰ calidum: & per hoc soluitur vnum argumentum. Secunda conclusio: actione reflexa eadem caliditas bene intendit seipsam: vt patet de caliditate in puteo, quæ per antiperistasim in hyemte intendit seipsam, vel saltem fortificat seipsam. Tertia conclusio, actione reflexa simile alteri in qualitate, & gradu potest agere in sibi simile: quia tali actione reflexa potest agere in se ipsum: vt dicebat præcedẽs propositio: ergo potest agere in sibi simile. Quarta conclusio, actione directa simile alteri in qualitate, & gradu põt agere in sibi simile: nam caliditas existẽs in materia dẽsa põt producere caliditatẽ intẽ fiorẽ, q̃ ipsamet si sit in materia rara: ergo põt agere in sibi dissimile in gradu. Quinta conclusio, simile alteri in qualitate, gradu, raritate, & dẽsitate, & in mõ agẽdi actione reali, & nõ reflexa nõ agit in sibi simile. Et illi cõclusionem volebat hñe Philosophus in textu: quia oĩs actionis naturalis est pp aliquẽ finẽ, & maxime agens agit, vt assimiles sibi passum: ergo passum fit nõn similis, non vr ratio neq; causa quare debeat agere in ipsum: per istas propones, & supositiones facilit er soluunt rationes.

DVBI-

An a p portione æqualitatis, vel minoris fiat actio.

B DVBITATVR secundo, Vtrum a proportione æqualitatis, vel minoris æqualitatis fiat actio: deest posito, quòd a, & b sint virtutum æqualium: vtrum vnum possit agere in aliud: vel si vnum sit minoris virtutis, quàm aliud, vtrum possit agere in aliud, quod est maioris virtutis. Arguitur primo pro prima parte: quia si aqua proijciatur in ignē, vtrumq; videtur agere in reliquum, & corrumpere reliquum: ergo videtur, quòd sint æqualium virtutum. Pro secunda parte probatur quia quando gutta aquæ ponitur in dolio vini, gutta agit in vinum debilitando ipsum vinum: & tamen est minoris virtutis, quàm ipsum vinum. Pro solutione supponitur, quòd triplex est potentia: vt ad propositum sufficit. scilicet actiua, passiua, & resistiua. Tunc dico, quòd non oportet

Potentia triplex.

F potentiam actiuam esse maiorē potentia passiua, seu receptiua: ita quòd virtus actiua potentiæ actiuæ sit maior, quàm virtus passiua potentiæ passiuæ: immo quanto virtus potentiæ passiuę est maior, tanto magis potest recipere: oportet ergo intelligere de potentia resistiua, id est quòd si potentia actiua agentis sit æqualis potentiæ resistiuæ passi, vel minor, vtrum tūc fiet actio: & hoc semper intelligendo de agente naturali, & non libero: quod agit quantum vult, & non quantum potest. Supponitur vlterius, quòd licet a, & b sint æqualium virtutum actiuarum in agendo, adhuc possunt agere adinuicem: immo licet b sit minoris virtutis in agendo, quā a adhuc tamē posset agere in a: & hoc patet per experientiā de

G igne, & aqua, quæ agunt adinuicem: & tamen aqua est minoris virtutis in agendo. Supponitur vlterius, quòd si deberet esse actio, oportet quòd potentia actiua sit maior in agendo, quā potentia resistiua in resistendo; quia aliàs non posset dari vnde veniret maior, vel minor velocitas in agendo. Et si quis *Instātia.* quærat: quomodo ergo vnum agit in aliud, & econtra. Respōdet, quòd quanto aliqua qualitas est maioris virtutis in agendo, tanto est minoris virtutis in resistendo: & econtra, puta quā to est maioris virtutis in resistēdo, tanto est minoris virtutis in agendo. Vnde caliditas est maioris virtutis in agēdo: ideo est minoris virtutis in resistendo: & siccitas est maioris virtutis in resistendo; ideo est minoris

H virtutis in agendo. Ex quo sequitur, quòd licet ignis sit maioris virtutis in agendo, quàm aqua, tamen est minoris resistē tiæ: ideo vnum bene potest agere in aliud, & econtra. Et ex isto sequitur, quòd aliqua, quæ sunt æqualis virtutis actiuę, vel resistiuę, possunt agere adinuicem: sed non si virtus actiua sit æqualis virtutis, vel minoris, quàm sit virtus resistiua: & per hoc soluuntur rationes: quia talia possunt esse æqualia in agendo, vel in resistendo. licet nō æqualia in agendo, & resistendo.

Obiectio. Et si quis dicat de gutta aquæ, quæ agit in dolium vini: quia virtus resistiua dolij vini est maior, quàm virtus actiua guttæ aquæ: ergo non videtur quomodo agat? Respondetur, quòd virtus resistiua totius dolij

A vini est maior, quàm virtus actiua guttæ aquę, non tamē pars vini seu portio vini cui apponitur illa gutta aquæ.

An agēs & patiēs debeant participare in materia.

D VBITATVR tertio, Vtrum agens, & patiens debeāt communicare in materia? Et videtur, quòd non: quia si accidens puta qualitas esset separata a subiecto, ageret in passum: & tamen non communicaret in materia cum passo: igitur. Item Deus agit in ista inferiora: & tamen non communicat in materia cum istis inferioribus: igitur. Respōdetur, quòd talis propositio Agēs, & patiens debent communicare in materia, debet intelligi de communicatione aptitudinali, vel actuali: modo accidēria separata nata sunt communicare cum passo in materia sui subiecti: Vel quòd non

Arist. de gen. & cor. lib. 1. d. 1. q. 3.

B est vera nisi de agente vniuoco: nam Deus, & cœlum non communicant in materia cum istis inferioribus. & tamen agunt in ista inferiora. Dubitatur vlterius: vtrum omne agens in agendo reparetur? Et videtur, quòd non: quia cœlum, & corpora superiora agunt in ista inferiora: & tamen non reparantur ab ipsis. Item sequeretur, quòd quando agens ageret in passum, quòd ibi essent infinitę actiones, & passiones: vel quòd vna actio esset infinita: nā a agit in b, & b in a: iterum in a b, & sic in infinitum. In oppositum est Philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur, q̄ hic loquimur de actione propriè dicta, quę est inter quatuor qualitates primas. Supponitur secūdo, q̄ a proportione maioris inęqualitatis sit

An omne agens in agendo reparetur.

C actio: vt iam satis visum est in præcedēti dubio. Tertio supponitur, q̄ ordo in qualitatibus primis in agendo est talis, quòd caliditas est maioris actiuitatis, postea frigiditas, postea humiditas, & finaliter siccitas. Et q̄ caliditas sit maioris actiuitatis, quàm frigiditas patet per experientiam: nam quis aquam frigidam potest pati supra manum suam: & tamen non calidam: & hoc non iest, nisi quia caliditas est maioris actiuitatis. Et, quòd humiditas sit maioris actiuitatis, quàm siccitas patet: nam experimur corpora humida magis humectare, quàm sicca desiccare: sed ordo talium qualitatum in resistendo est euersus: nam siccitas est maioris resistentiæ, postea humiditas, postea frigiditas, & finaliter caliditas. His suppositis ponuntur ali D quæ conclusiones. Prima, Ali quod agens in agendo reparitur: vt patet si quis habeat manum, & recipiat pomum frigidum in manu: experitur, quòd frigiditas pomi remittit calididitatem manus. patet etiam: nā cibus alteratur a calore naturali, & eundem calorem naturalem alterat cibus: immo si cibus sit multum frigidus, remittit notabiliter in aliquo corpore calorem naturalem: & tamē non est dubium quin etiam ei⁹ frigiditas a calore suo remittat.

Secūda cōclusio, Si virtus actiua fuerit fortior in resistendo, q̄ virtus passiua in agendo, vel æque fortis tūc agēs in agendo nō reparietur. Tertia conclusio, Si agens non fuerit infra sphærā actiuitatis passi, in agendo nō reparietur. Verbi gratia: si

E agẽs sufficiat agere per decẽ pedalia, & passum solũ per quinq; nec agens nõ repatietur. Quarta conclusio, Si virtus resistiua agẽtis sit debilior, q̃ virtus actiua passi: aliunde timen fortificetur non oportet, q̃ in agẽdo repatiatur. Quinta conclusio, Si agẽs fuerit intra sphæram actiuitatis passi; & eius virtus resistiua nõ sit maior neque æqualis virtute actiua passi; & nõ fortificetur aliunde, agens in agendo repatietur; & de hoc iã alias fuit visum in 3. Physi. Et ad rationes. Ad primam patet solutio. Ad secundam negatur consequentia, qua infertur, q̃ tales actiones essent infinitæ, vel vna actu infinita. Ad probationẽ dicẽ, q̃ agens agit in passum vna actione finita continua, & passum reagit vna actione finita cõtinua; ideo non fit reactio, eo q̃ agens in passum agit; sed quia agens est passo contrarium. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

Art. 3.

CONCLVSIO responsalis: Elementa non manent formaliter in mixto, sed tãtum virtualiter; quæ conclusio reliquitur probata in primo articulo.

Resolui ẽ aliud dupliciter.

Ad rationes. Ad primam respõdetur, q̃ aliquid dicitur resolui in aliquid dupliciter. Vno modo tanquam in partes suas; & sic non est intelligendum, q̃ mixtum resoluatur in quatuor elementa. Alio modo tanquam in aliquid vel aliqua, quæ ex ipso generantur; & sic bene dico, q̃ mixtũ potest resolui in quatuor elemẽta, ideſt ex mixto possunt generari quatuor elementa. Ad secundam respondetur, q̃ elementa, & cœli non dicũtur ideo corpora simplicia: quia non cõponuntur ex materia, & forma: sed dicuntur simplicia propter negationem mixtionis quatuor qualitatum primarum. Ad tertiam patet solutio in primo articulo. Ad quartam negatur, q̃ experiamur formas elementorũ manere in mixto. Ad probationem dicitur, quòd cineres remanentes generantur in ligno, nec erant ante ibi. Similiter debet dici de fumo, qui generatur actione ignis ab humoribus ligni. & similiter dicatur de flamma, quæ generatur ex lignis corruptis: sed de aqua exeunte dicitur, q̃ in poris ligni includebatur quædam humiditas nutriens lignũ. Et quia illa frigiditas in ligno posito ad ignem, fugit suum cõtrarium, scilicet calorem ignis; ideo exit per poros. Ad quintã dicitur, quòd negandus est Commentator: & ad Aristot. dicitur, quòd capit elementum pro materia prima.

ARI-

ARISTOTELIS DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE.

LIBER SECVNDVS.

T. cõ. 1. & mix.

DE mixtione quidem igitur & actu, & de facere & pati dictũ est, quo existunt in rebus trãsmutantibus secundum naturam: amplius

B autem & de generatione, & corruptione aliqua &c.

HIC est secundus lib. de Generat. & corrup. i quo Philos. determinat de generatione, & corruptione elementorũ, & mixtorum: & continet tres tract. Primus continet tria cap. In primo inquirit de principio materiali elementorũ: circa quod primo tangit intentionem suam: dicẽs, q̃ postquam determinatũ est de mixtione; tactu agere, & pati, generatione, & corruptione elemẽtorum in cõi: consequenter determinandum est in speciali de generatione, & corruptione elemẽtorum. Et narrat aliquas opiniones antiquorum: dicens, q̃ quidam antiquorũ dixerunt materiam omnium generabiliũ, & corruptibiliũ esse vnã, quæ erat hoc aliquid in actu. Et horũ quidã dixerunt ignẽ, alij aerẽ, alij aquam, & aliqui mediũ: alij vero posuerunt plura principia materialia, puta ipsa quatuor elementa, & ex eorum actionibus, & passionib⁹ fieri generationes, & corruptiones. Ideinde reprobat ipsos in generali: dicens, q̃ ponentes principium materiale generationis, & corruptionis esse ens in actu, fine plura principia per se existentia peccant: qui; quodlibet ens per se existẽs determinat sibi aliquas qualitates: sed principiũ materiale generationis, & corruptionis non determinat sibi aliquas qualitates: ergo tale non põt esse ens per se existẽs. Præterea reprobat opinionem Platonis, ponentis vnũ principiũ materiale, q̃d vocabat receptaculũ omnium formarum: & ostẽdit ipsum defecisse in trib⁹. Primo, quia non determinat in Timæo, vbi loquitur de tali principio: Vtrum ipsum sit distinctũ ab elementis, aut non. Secundo quia dicit tale se habere ad formas naturales, sicut aurũ se habet ad figuras: sed hoc est incõueniens: Tertio, quia dicebat materiã primã esse planitiẽ. i. superficiem, eo q̃ ẽx ipsum corpora vltimate resoluuntur in superficiem. Consequenter determinat de principio materiali generabilium, & corruptibilium, ẽx veritatem: dicens, q̃ materia cor-

Opin. antiquorũ de principio materiali elementorũ

poru n ſenſibilium eſt vna non ſeparabilis a contrariis: ſed cũ cõtrarietate exiſtens, ex qua generantur dicta elementa. Et ſubdit, ꝙ ipſa materia eſt primum principium materiale. Secundo, qualitates contrariæ ſicut calidi tas, frigiditas. Tertio, quatuor elementa, quæ licet ſint poſteriora materia, & forma, præcedunt tamen corpora mixta.

T. cõ. 7. & inde. SED non minus, & vt corporis qualia, & quanta dicendum principia; alij enim ſupponentes &c.

Ponit ad videndum eſſe elementorum numerum. ISTVD eſt ſecundũ cap. in quo Philoſ inquirit, penes, quas qualitates ſumitur numerus elementorũ, ponẽs talẽ concluſionem: Penes qualitates tãgibiles debet ſumi numerus elementorũ. Quod probat: quia penes illa ſumendus eſt numerus elementorũ, quæ conueniunt oĩbus generabilibus, & corruptibilibus: & ſm quæ generabilia, & corruptibilia aguntur, & patiũtur adinuicẽ: ſed illæ ſunt qualitates primæ tangibiles, & non aliæ: quia aliæ qualitates, vt ſunt ſapores, calores, & ſic de aliis: non conueniunt omnibus generabilib⁹: igitur. Sed contra hoc obijcitur: quia viſus eſt prior tactu: ergo qualitates viſibiles ſunt priores qualitatibus tangibilibus: & per conſequens ab ipſis debet ſumi numerus elementorum. Reſpõdet, ꝙ licet viſus ſit prior tactu obiecto, tamen tactus eſt prior ſubiecto: quia eſt ſubiectum omnium ſenſibilium: & ſuę qualitates ſunt cauſæ aliarũ qualitatũ. Deinde oſtendit ſm quas qualitates tangibiles debet ſumi numerus elemẽtorũ. Et enumerat ſeptem contrarietates qualitatũ tangilium. ſ. calidum, frigidum, humidum, ſiccum, graue, durũ, molle, lubricũ, aridum, aſperũ, leue, groſſum, & ſubtile. Deinde ponit talem concluſionẽ. Secundum grauitatem, & leuitatẽ non eſt ſumendus numerus elementorum: quia grauitas, & leuitas nõ ſunt qualitates actiuę, & paſſiuę alterationum requiſitarum ad generatiões, & corruptiones. Deinde ponit aliam concluſionem: Solum penes iſta quatuor, quæ ſunt frigiditas, caliditas, humiditas, & ſiccitas, ſumitur numerus elementorum: quod probat ex dictis antiquorũ. Probat etiam, quia ſecundum illas qualitates ſumẽdus eſt numerus elementorum: ſecundum quarum actiones, & paſsiones fiunt generationes, & corruptiones: iſtę ſunt huiuſmodi. Quod probat: quia ſm caliditatem fit ſegregatio: ſecundum frigiditatẽ fit congregatio. Deinde dicit, ꝙ humidum eſt male terminatũ termino proprio: eſt tamen bene terminabile termino alieno: ſiccũ vero ecõtrario ſe habet. Probat ſecũdo prædictam concluſionẽ: quia ſm qualitates priores debet ſumi numerus elementorũ: ſed quatuor qualitates prius dictæ ſunt huiuſmodi: quia aliæ reducuntur ad ipſas, nam ſubtile reducitur ad humidũ: groſſum reducitur ad ſiccum: quia male terminabile termino alieno, licet bene termino proprio, ſicut ſiccum: lubricum reducitur ad humidum: non quidem ad humidum aqueum, ſed ad humidũ aereum: quod eſt bene inflammabile. Similiter aridum reducitur ad ſiccum: quia aridum fit: per

C Cõtrarietates quæ intenduntur principium ſeptem.

M

per compreſſionem humidi: ſimiliter molle reducit ad humidum: durum reducitur ad ſiccũ. Et dicit ꝙ aliquid dicitur humidum dupliciter. Vnomodo humiditate intrinſeca, quæ conuenit ex natura ipſius humidi. Aliomodo humiditate extrinſeca: & ſimiliter ſiccũ dicitur duobus modis.

T. cõ. 10. & inde. QVONIAM autem quatuor elemẽta ſunt: eorum aũt quatuor ſex cõiunctiones &c.

Quatuor & nõ plura ſunt elemẽta demũ ex eorum proprietatibus. ISTVD eſt tertium cap. in quo Philoſ. primo inquirit numerum elemẽtorum, ponens talem concluſionẽ: Quatuor ſunt elementa, & nõ plura: quod probat dupliciter ſ. ratione, & auctoritate antiquorum. Ratione probat: quia tot ſunt elementa, quot ſunt combinationes vtiles quatuor qualitatum primarum: ſed ſolum ſunt quatuor combinationes vtiles quatuor qualitatum primarum: ergo ſolum ſunt quatuor elementa. Minorẽ probat: dicẽs primo, ꝙ caliditas, & frigiditas nunquam ſimul ſunt: ſimiliter nec humiditas, & ſiccitas: quia illæ contrariantur: vel ergo in vno elemento eſt caliditas cũ ſiccitate, & ſic eſt ignis: vel caliditas cum humiditate, & ſic eſt aer, vel frigiditas cum ſiccitate, & ſic eſt terra: vel frigiditas cũ humiditate, & ſic eſt aqua. Probat ſecundo auctoritate: quia nullus antiquorũ poſuit elemẽta in maiori numero, quàm in quaternario. Finaliter ponit; quinque proprietates elementorum. Prima, licet vnũquodq; elementũ quandoq; reperiatur ſimplex, non tã ſemp: immo aliqñ reperitur mixtum: vt aer, cui ſæpe miſcentur vapores, & aquæ terreſtreitates: & illa tota proprie non debent dici aer, aut aqua: ſed plus habẽs de aere, dicitur aereũ: & de aqua, aqueum: de terra, terreũ: de igne igneum. Secunda proprietas: ignis eſt inſuper abundantia caliditatis, aer humiditatis, aquæ frigiditatis, & terra ſiccitatis. Tertia proprietas, loca naturalia ignis, & aeris ſunt ſurſum: aquæ vero, & terrę deorſum. Et ſubdit, quòd ignis habet locum ſurſum ſincere, & pure: & terra habet locum deorſum ſincere, & pure: ſed aer impure, & permixte habet locum ſurſum, & aqua locum deorſum. Quarta proprietas: igni cõtrariatur aqua, & aeri terra: quia habent qualitates contrarias. Quinta aliquæ qualitates primæ conueniunt elemẽtis in ſummo: vt caliditas igni, humiditas aeri, frigiditas aquæ, & ſiccitas terræ.

C

D

An quatuor ſint prima qualitates.

QVAERITVR, vtrũ ſint quatuor qualitates primæ: quarum duæ, ſcilicet caliditas, frigiditas ſint actiuæ: & humiditas, & ſiccitas paſſiuæ; & ſecundum has ſint quatuor elementa. Arguitur primo contra primã partem; quia non eſt niſi vna qualitas prima; igitur. Antecedẽs probatur; quia illud, quod per ſuperabundantiam dicitur, vni ſoli conuenit; modo prima dicitur per ſuperabũdantiam: quia eſt ſuperlatiui gradus; igitur. Secũdo ſic: Lux, & lumen ſunt qualitates primæ priores iſtis, cum videãtur eſſe ęternæ; igitur ſunt

Ce 3 plu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

E plures, quàm quatuor: vel illæ quatuor non erunt primæ. Tertio sic contrà secundam partem: illæ qualitates sunt magis passiuæ, quæ magis, & facilius patiũtur: sed caliditas, & frigiditas magis, & facilius patiũtur: quia sunt minoris resistentiæ: igitur. Quarto sic, Omne elementũ est principium intrinsecum: sed nõ sunt nisi duo principia intrinseca rerum naturalium: igitur solum erunt duo elementa. Quinto sic, Aqua non est elemẽtum: ergo non sunt quatuor elementa; Antecedens patet: quia elementum debet esse simplex, & purum: sed nõ reperitur aliqua aqua pura: quia maxime reperitur in mari: qa ille locus maris sit locus naturalis talis aquę: sed hoc non: quia ibi nõ est aliqua pars aquæ puræ: cum aqua sit ibi falsa. In oppositum est Philosoph° in tex. In qõne ẽrũ tres arti. Quãtum ad primum.

Art. 1.

Qualitatum multiplex diuisio.

PRIMO sciendum, quòd de numero qualitatum quædam sunt qualitates sensibiles, quædam insensibiles. Sensibiles, quæ ab aliquo sensu percipi possunt; vt omnes colores, lux, lumen, omnes soni, & voces, omnes odores, omnes sapores, & quatuordecim qualitates tangibiles. Alię sunt qualitates insensibiles; vt omnes qualitates: quæ recipiuntur in anima: influentiæ cœlestes, quæ sunt quædam qualitates causatę in istis inferioribus a corporibus superioribus. Quędam sunt virtuales, de quibus est dubiũ: vtrum sint aliquæ res distinctæ a rebus, quæ dicuntur habere tales qualitates virtuales. Item qualitatum sensibilium, quædã generantur sine actione contrarietatis de per se concurrente, scilicet ex solo motu; vt sonus. Aliæ generatur mediante actione contrarietatis de per se concurrẽte: vt odor, color, & sapor. Item quædam sunt de per se actiuę actione corruptiua; sicut sunt caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas. Aliæ sunt, quæ non sunt de per se corruptiuę, sicut sapores, odores, & colores. Vnde licet odor, sapor, & color agant multiplicando suam speciem in medio, vel organo sensus: hoc tamen non est agere corruptiue: quia actio corrupti ua non fit sine abiectione alicuius contrarij: etiam licet grauitas, & lenitas agant, quia vero producunt motus: tamen non sunt actiuę actione corruptiua.

F

G

H

Vlterius aduertendum, quòd qualitatum sensibilium, quædã cõsequuntur qualitates primas non commixtas in aliqua contrarietate: vt raritas consequitur caliditatem, & siccitatem, vel humiditatem: densitas consequitur frigiditatem, & siccitatem, vel humiditatẽ: Vtrum tamen dẽsitas, & raritas sint qualitates: vel vtrum solum sint species fixus: de hoc alias visum fuit in 4. Physic. Aliæ sunt, quæ consequuntur qualitates primas in aliqua mixtione contrarietatis: sicut sunt calores, odores, & sapores: qui consequuntur mixtionem qualitatum primarum in aliqua contrarietate: & secũdũ diuersas mixtiones illarum qualitatum in contrarietate fiũt diuersitates colorũ.

Et ex isto potest sequi, quòd cũ in elementis non inueniantur tales mixtiones contrarietatum

A tatum: saltem si sint in naturali dispositione, elementa non sunt alicuius coloris, nec odoris, nec saporis. Et siquis arguat cõtra: quia videmus aquã, & terram: ergo habent colorẽ. Respondetur, quòd ista non videntur nisi per reflexionem radiorum solis, quemadmodum videtur speculum. Et siquis dicat: dixit Arist. quòd omne corpus est coloratum: igitur quatuor elementa sunt colorata. Dico, quòd Arist. capiebat ibi colorem large, vt se extendit ad omnem qualitatem visibilem: sicut sunt, colores, lux, & lumẽ: modo dico, quòd quatuor elementa bene habent lumen non quidem per inherentiam, sed per reflexionem. Et siquis vlterius dicat: aliqua aqua est dulcis, & etiam aliqua amara. Respõdetur, q̃ non est verum de aqua i sua ꝓpria natura existe.

B

SECVNDO sciendum, q̃ circa textum incidunt aliquæ paruæ difficultates. Prima, quare istę quatuor qualitates, scilicet caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas dicuntur primę qualitates, cũ multę aliæ præcedant eas, sicut est lux, & lumẽ. Respondetur, q̃ non dicuntur iõ primæ, quin sint, vel possint esse aliquæ aliæ priores ipsis: sed quia naturali generatione sunt causæ allarũ qualitatum sensibilium: sicut saporum, colorũ, & odorũ, & non econtrario.

Quare calidum, frigiditas humiditas, et siccitas dicuntur qualitates primæ.

Secunda difficultas, quomodo intelligitur vnũ dictũ Arist. in quo vr habere, quòd humiditas, & siccitas sunt qualitates passiuę: cũ dicatur cõmuniter, q̃ sunt quatuor qualitates primæ: & etiam cũ tales qualitates sint maioris resistentiæ, q̃ aliæ. Rũdetur breuiter dimittendo multas rationes: q̃ non dicuntur passiuę quin agant, & corrũpant se adinuicẽ: sed quia nõ sunt tantæ actiuitatis sicut aliæ duæ. Terria difficultas, vtrum lux, quæ inuenitur in istis inferioribus, consequatur mixtionẽ qualitatũ primarũ contrariarum. Rũdetur, q̃ lux, quæ inuenitur in istis inferioribus, sicut est lux ipsius ignis, cõsequitur cõmixtionem qualitatum primarum contrariarũ. Ex quo sequitur, q̃ cum in nullo elemẽto existẽte in propria, & naturali dispone est talis cõmixtio, q̃ nullum elementũ in sua propria dispositione lucet: ideo ignis in suo proprio loco non lucet: & quia iste ignis inferior lucet: ideo sequitur, quòd non est in sua propria dispositione. Sequit vlterius, q̃ lux, quę inuenitur in istis inferioribus, non est qualitas prima, cũ cõsequetur cõmixtionẽ qualitatũ contrariarũ primarũ. Sequitur vlterius, q̃ lux corporũ superiorũ, & inferiorũ nõ sunt eiusdẽ speciei: quia lux corporũ superiorũ, nõ consequitur mixtionẽ qualitatũ primarũ, rũ bñ lux corporũ inferiorũ. Et lux superiorũ est calefactiua: nõ tamen lux corporum inferiorum. Alia difficultas: vtrum quęlibet qualitas prima agat in aliam. Respondetur breuiter, quòd solum qualitates contrariæ dicuntur agere adinuicem: quia actio solum fit ratione contrarietatis. Ex quo sequitur, quòd caliditas non agit de per se in siccitatem, nec in humiditatem cum tales qualitates sint cõpossibiles in eodem. Et si

Lux, quæ inuenitur in sublunaribus inest ei secundum mixtionem primarum qualitatum.

D

An una prima qualitas agat in aliam.

B quis arguat: calor solis, vel ignis videntur multum deficcare: vt patet per experientiam; & hoc non est nisi quia caliditas agit in humiditatem. Itē frigiditas videtur corrumpere siccitatem; vt patet de frigiditate noctis. Respondetur q̄ caliditas solis vel ignis de per se agit in frigiditatem: qua corrupta, generatur leuitas: quia partes humidæ & substantiales euaporantur & manent partes grossæ, siccæ & terrestres: & sic de per accidens deficcat: & hoc maxime in mixtis: quia in elementis nunquam caliditas deficcat, nisi siccitas coagat. Vnde radij solares nunquā deficcarent nisi concurrēte siccitate: similiter frigiditas noctis nunq̄ humectat de per se: nisi coagentibus infinitis frigefactiuis, vel rarefactiuis.

F *An pos-sint esse in elementis qualitates virtuales.* TERTIO sciendum, quòd incidit talis difficultas: vtrum sint ponendę qualitates virtuales in elementis distinctæ ab actualibus qualitatibus & a formis substantialibus eorum. Et arguitur quòd sic: quia tales qualitates virtuales inueniuntur in mixtis: ergo etiam in elementis. Antecedens patet: quia piper quando est actualiter frigidum, adhuc est virtualiter calidum. Item in aqua calefacta generatur frigiditas, & non potest esse nisi a frigiditate virtuali: igitur. Item elementa in suis proprijs locis naturalibus conseruantur: & non videtur a quo, nisi a suis qualitatibus virtualibus: igitur. In oppositum arguitur: quia si tales qualitates essent ponendę in elementis, sequeretur q̄ octo essent qualitates primæ. s. quatuor actuales, & quatuor virtuales: sed illud est falsum: ergo. Pro solutione supponitur, q̄ de hac difficultate sunt duo modi dicendi. Dicunt aliqui, q̄ in elemētis ponendæ sunt tales qualitates virtuales, puta in igne vna caliditas virtualis: & vna siccitas virtualis: & similiter dicat̄ in alijs elementis: & isti mouentur propter rationes prius factas. Mouentur secundo: quia non vr̄a quo corrumpat caliditas aquæ calefactæ, nisi a frigiditate virtuali. Et dīt isti q̄ istæ qualitates virtuales non possunt intēdi, nec remitti. Dīt vlterius q̄ istę qualitates virtuales generantur per modum sequelę ad generationem formæ substantialis. Dicunt vlterius, q̄ istæ qualitates agunt principaliter in materiā conseruando in ea qualitates actuales: sed iste modus non multum vr̄esse probabilis. Ideo ꝓ aliomodo ponunt aliquę conclusiones: In nullo elemēto ponenda est qualitas virtualis distincta ab actuali & forma substantiali ipsius elementi. Probatur quia hoc maxime esset, eoq̄ aqua calefacta reducit se ad priorem frigiditatem: sed ꝓp hoc non oportet ponere; quia vinum calefactum reducit se ad frigiditatem, & tamen in eo nō ponitur qualitas virtualis frigefactiua: nam si vinum haberet talem frigiditatem virtualē nō plus deberet calefacere corp⁹, quam frigefacere: immo etiā sequeretur q̄ in vino essent qualitates virtuales oppositæ. s. caliditas virtualis, & frigiditas virtualis. Et si quis quærat quomodo ergo aqua reducit se ad frigiditatem:

A tatem: & quomodo corrumpitur ibi caliditas? Respondetur breuiter, quòd posset dici probabiliter, quòd non est inconueniens, quòd aliquid corrumpatur, & tamen nullo effectiue corrumpatur: vt scientia in anima intellectiua, quæ corrumpitur propter defectum conseruantis. Dicitur tamen in proposito, quòd talis caliditas corrumpitur a forma substantiali aquæ, cui est disconueniens. Dicitur vlterius, quòd forma substantialis aquæ contrariatur virtualiter ipsi caliditati aquæ, sicut lux frigiditati. Posset etiam dici, quòd talis caliditas corrumpatur a frigiditate, quæ de nouo producitur a forma substantiali ipsius aquæ. Secunda cōclusio, quam maxime videntur tenere Medici. In mixtis diuersarum specierum sunt ponendæ qualitates virtuales distinctæ ab actualibus: sicut patet de vino, & pipere: q̄ licet sint actualiter frigida, tamen sunt virtualiter calida: ideo suscepta in corpus humanum calefaciunt ipsum corpus. Tertia conclusio, tales qualitates virtuales suscipiunt magis, & minus: & hoc patet per medicos. Quarta conclusio, tales qualitates virtuales distinguuntur realiter a formis substantialibus illorum, in quibus sunt. Quinta conclusio, qualitates virtuales sunt qualitates secundæ totam proportionem qualitatum primarum consequentes: & ista videtur probare per vnam rationē: puta, quod agens naturale non agit in materiam extrinsecam nisi mediante aliquo instrumēto. i. nisi mediante aliqua qualitate. Aliqui tamen nolunt ponere istas qualitates virtuales in mixtis: immo dicunt, q̄ forma substantialis eorū est causa taliū effectuū. Dicūt etiam, q̄ dicunt̄ virtuales qualitates, cū ibi realiter inhereant. Sed rōnes primæ opinionis dictę, sunt solutæ: nisi vna, quæ probat de locis naturalibus: Ad quam respondetur, vtalis visum est: quòd talia elementa conseruantur a qualitatibus influxis a corporibus superioribus.

QVARTO sciēdum, q̄ adhuc incidit alia difficultas: vtrū caliditas igni, & aeris sint eiusdem speciei specialissimæ. Pro cuius solutione supponitur, q̄ de hoc sunt duo modi dicendi probabiles. Primus dixit, q̄ caliditas ignis, & aeris differunt specie, quod probat: quia si essent eiusdem speciei, tūc caliditas aeris esset remissa respectu caliditatis ignis, quod est falsum: quia tunc oporteret in aere esse aliquos gradus frigiditatis, qui remitterent caliditatem eius: & sic aer nō esset simplex in qualitatibus, vel oporteret, q̄ ignis approximatus aeri, subito faceret eum esse summe calidū cū aer respectu caliditatis ignis nullam habeat resistentiam. Item caliditas ignis contrariatur humiditati aeris, & non ipsa caliditas aeris contrariatur eius humiditati: igitur differunt specie. Item humiditas aeris, & aquæ differunt specie: quia vna est extinctiua ignis: puta humiditas aquæ, & non humiditas aeris: igitur. Prima pars patet: quia aqua vehementer calida corrumpit ignem, & non per frigiditatem suam: quia tunc

An vnū elementū sit alterū elementi materia.

D

B non habet: ergo erit per humiditatem eius. Secunda pars patet: quia humiditas olei, q̃ est aerea nutrit ignē: ergo vī q̃ tales humiditates differant specie: qa naturaliter agentium eiusdem speciei non sunt contrarij actꝰ, & operationes. Posset etiã idem probari de siccitate ignis quæ determinat sibi summam raritatem, & summã caliditatem: & tã siccitas terræ determinat sibi sũmam frigiditatē, & summã densitatem: ergo vī q̃ tales siccitates differant specie. Et sic ſm istos: calor nõ esset species specialissima. Vnde caloris animalis est nutrire & augere ſm figuram animalis, non autem caloris ignis: calor etiã vini reservat a putrefactione: sed calor mortui disponit ad putrefactionem, nam quanto cadauer est calidꝰ, tanto citius tendit ad putrefactionem. Et dīt isti quòd non est inconueniens vnum & idem contrariari pluribus secundum speciem specialissimam, tamen bene ſm speciem subalternam: ideo qã dixit Philosophus tantum vnum vni est contrarium: hoc est intelligendum de vno ſm speciem substantialiter: Nã ideo frigiditas aquæ contrariatur caliditati aeris q̃ ignis, quæ ſm eos differunt specie. Dicunt et q̃ calidꝰ ignis nõ intendit caliditatem aeris per se, sed solum per accidens: quia corrumpendo humiditatem, fortificat caliditas aeris, vel dicunt quòd ibi introducitur calor differens specie a caliditate aeris. Alius est modus dicendi qui dicit, q̃ caliditas ignis & aeris sunt eiusdem speciei specialissimæ: quod probatur quia aliàs vnus & eidem essent plura contraria: quod est falsum. Item sequeretur, quòd essent plures qualitates primæ q̃ quatuor: quod est falsum. Item illa non differunt specie quorum vnum intendit aliud: sed caliditas ignis intendit caliditatem aeris: igitur. Itẽ omnis albedo omni albedini est eiusdem speciei: ergo omnis caliditas omni caliditati est eiusdem speciei. Item illa sunt eiusdem speciei specialissimę, quorum effectus immediatè sunt eiusdem speciei specialissimę: sed effectus caliditatis aeris, & ignis sunt huiusmodi: nam caliditas causata in manu mea à caliditate aeris est eiusdem speciei cum caliditate causata in alia manu mea a caliditate ignis: & iste modus videtur esse probabilior & communior quàm modus præcedens. Ideo respondendum est ad rationes alterius modi. Ad primam dicitur, quòd caliditas aeris est bene remissa respectu caliditatis ignis, & potest intendi a caliditate ignis. Dicitur etiam negando, quòd in aere sint gradus frigiditatis: negatur etiam quòd subito & in instanti ignis intenderet caliditatem aeris: nam repugnat latitudini graduali subito generari. Ad aliam dicitur, quòd humiditas aeris & aquæ non differunt specie. Dicitur vlterius, quòd aqua non extinguit ignem ratione frigiditatis: cum aqua calida ita bene extinguit, sicut aqua frigida. Vlterius dicitur quòd nõ extinguit principaliter ratione humiditatis cum etiam aer ratione humiditatis non extinguat. Vlterius dicitur quòd extinguit per modum suffo-

A fuffocationis propter eius densitatem, vnde ignis resolute a ligni cõtinuò quendam fumum subtilem per cuius continuationem continuatur: ideo aqua superfusa claudit poros, & cõstringit fumum sub tanta densitate, quòd non pòt sub tanta manere. Dicitur vlterius, quòd humiditas aeris non nutrit ignem. Dicitur vlterius, quòd oleum nutrit ignem, non quòd sua humiditas differat specie ab humiditate aquæ sed propter siccitatem sibi admixtam est multum ignibile. Ad aliud dicitur negando quòd siccitas ignis determinet sibi summam caliditatē, vel summã raritatem. Vlterius dicit quòd tales effectus non pueniunt solum ex parte caliditatis, sed aliunde veniunt. Et hæc de primo artic. Quantum ad secundum.

B *Artic. 2.*

An quod libet elementum determinet sibi vnã qualitatẽ in summo.

DVBITATVR primo, Vtrum quodlibet elementum determinet sibi vnam qualitatem in summo sic, quòd ignis sit primo calidus: aer primo humidꝰ: aqua primo frigida: & terra primo ficca. Pro solutione dicitur primo; quòd igni conuenit summa caliditas possibilis per naturam, sic quòd per naturam eius caliditas non posset intendi. Ex quo sequit quòd ignis non habet siccitatem in summo. Dicit secundo; quòd ignis est primo calidus & non primo siccus. Dicitur tertio; quòd ignis existẽs in sua naturali dispositione determinat sibi maximam raritatem per naturam possibilem; quia determinat sibi maximam causam raritatis; puta caliditatem. Et si quis cõtra ista arguat: quia si ignis non haberet siccitatem in summo vt ibi dicit; se quereꝰ q̃ posset magis desiccari: sed hoc est falsum: igitur. Dī quòd ignis existens in sua naturali dispositione non pt magis desiccari: qa hoc repugnat suæ naturæ, & maxime suæ formæ substantiali; puta q̃ informet materiam magis rarã. Dī quartoquòd ieri existenti in natura li dispõne conuenit summa humiditas, q̃ per naturam pt esse. Et si quis arguat contra hoc: qa aqua magis humectat q̃ aer: igr aer non est maxime humidus. Antecedens apparet esse notum per experientiam. Respondeꝰ q̃ hoc q̃ aqua magis humectat quàm aer, est propter densitatẽ sue materiæ, ratione cuius densitatis fortificatur eius actio. Et si dicatur vlterius, sensus iudicat aquam esse magis humidam quàm aer: igitur. Respondetur q̃ hoc est propter eandẽ causam puta propter eius densitatem. Quinto dicitur q̃ aquæ existenti in naturali sua dispositione conuenit summa frigiditas, quæ per naturã potest esse. Et si quis arguat contra hoc: qa aqua est magis humida q̃ frigida: quia eius humiditas difficilius removeꝰ ab aqua q̃ eius frigiditas: igr magis vī esse humida. Respondeꝰ q̃ non sequitur, hoc difficilius removeꝰ ab hoc: ergo intensioni modo sibi conuenit: vnde q̃ frigiditas facilior modo separat ab aqua quàm humiditas provenit ex eo q̃ frigiditas est minoris resistentiæ, quàm sit humiditas: licet sit maioris actiuitatis. Sexto dī q̃ terra existens in sua naturali dispõne hꝫ summã siccitatẽ, q̃ per naturam potest inesse. Et si quis

E siquis arguat quia terra est maxime frigida: quia maxime distat à fõte caloris puta ab igne: ergo non erit summè ficca: quia vni elementorum non conueniunt duæ qualitates in summo ſupple primæ. Item in terra apparet maximus effectus frigiditatis: quia denſitas eſt effectus frigiditatis, & terra eſt maxime denſa inter omnia elementa: igitur. Itē maxima pars terræ apparet eſſe humida: igitur non erit ſummè ſicca. Ad primũ rãdetur ꝙ procedit ex falſa imaginatione: puta ꝙ quicquid habet caliditatem habeat ab igne, & quod habet frigiditatẽ, ſit pp remotionẽ illius ab igne: quod eſt falſum: nam qualitates naturales quas habet aqua, vel aliquod elementum, hẽt aliũ naturã: conſequuntẽ. n. tales qualitates formam ſubſtantialem talis

F elementi, & quaſi ſic poſſet argui de igne, puta ꝙ poſſet magis caleſieri ab influentijs corporũ ſuperiorum. Reſpondeẽ ꝙ non: quia non eſt ſuſceptiuus maioris caliditatis. Ad ſecundum dí ꝙ ſumma denſitas non conſequitur præcisè frigiditatem: ſed frigiditatem & ficcitatem: alias oporteret aquam quæ eſt ſummè frigida, habere ſummã denſitatem. Ad tertium dicit, quòd quando terra eſt humida hoc non eſt ipſa exiſtẽte in ſua naturali diſpoſitione. Sed reſtat vna parua difficultas: Vtrũ qualitates elementorũ agant & patiantẽ adinuicem, ſicut caliditas & ficcitas ignis. Reſpondeẽ breuiter ꝙ non: quia actio maxime fit ratione contrarietatis: & tales qualitates non contrariantur adinuicem: igitur. Dico vlteriꝰ quòd ſi in aliquo ſubiecto qualitates contrariæ inueniãtur, ꝙ tales bene agunt & patiuntur adinuicem ſupple terminatiuè.

G

Vtrum principiũ effectiuũ poſſit eſſe accidens. Obiectio.

DVBITATVR ſecundo. Vtrum accidens poſſit eſſe principium effectiuũ generandi ſubſtantiam, ſic videlicet, ꝙ eius actione attingat ſubſtantiam. Et arguitur primo ꝙ ſic, quia ſi nõ hoc maxime eſſet, quia cauſans non poteſt eſſe imperfectius cauſato: ſed hoc non: quia albedo eſt imperfectior ſua ſpecie ſenſibile, & intelligibile; & tamen eſt cauſa eius: igitur. Item natura dignificanda eſt tantum, ſicut poteſt niſi apparet de oppoſito; ſed videmus, ꝙ poſitis accidentibus aliquibus generatur ſubſtantia, & non poſitis non generatur: igitur. Item ſi tota caliditas ignis ſeparetur ab ipſo igne, & in ipſa ponatur vna gutta aquæ, illa caliditas corrumperet illam guttam aquæ: & cum corruptione vnius ſit generatio alterius: ſequitur ꝙ illa accidentia generarent ſubſtantiam: igitur. Item accidentia poſſunt agere in ſubſtantiam ſm quẽlibet gradum exiſtentem in ſubſtantia. i. põt corrũpere oẽm qualitatẽ ſibi contrariã exiſtẽ in paſso ſm quẽlibet gradum ſed ad corruptionẽ vltimi gradus ſequit̃ corruptio ſubſtantiæ: igr̃. Itẽ accñtia põt inducere gradũ incõpoſſibilẽ ipſi paſſo: igr̃ põt corrũpere paſſum. Pro rãſione huius dubij ſupponit ꝙ triplex ſit imaginari actio conuenire ipſi accidenti. Prima reſpectu ſubſtãtiæ generandæ: & de tali ponit talis concluſio: Accñs non ſit eſſe principiũ effectiuũ generandi ſubH

A ſubſtantiam; quòd probat: quia omne agens vel eſt vniuocum vel æquiuocum, ſi vniuocum eſt æque perfectum ſicut productum: ſi æquiuocum: ergo eſt perfectius: & hoc ſi ſit totale agens: modo ſi accidens eſſet principium effectiuum generãdi ſubſtantiam eſſet totale agẽs æquiuocum ſãlem in ſuo ordine: quia nullum eſt ibi aliud agens æquiuocum particulare. Et per hoc poteſt ſolui primum argu. & alię duę rationes: vnde duplices ſunt actiones reſpectu accidentium cãdorum, vna eſt reſpectu ſenſationis, & alia realis in paſſum realiter habẽs cõtrarium. Et de iſtis duabus ponitur talis concluſio: accidentia poſſunt eſſe principium illarum duarum actionis ſcilicet & ſenſationis & ſpecierum ſenſibiliũ

B & intellectionis & ſpecierũ intelligibilium: poſſunt etiam eſſe principium actionis realis corrumpendo ſuum contrarium in paſſum: vt caliditas poteſt frigiditatẽ corrumpere in ducendo in paſſum caliditatẽ. Alia cõcluſio: alterans in quantum alterans nunquam poteſt inducere gradũ incompoſibilẽ alterabiliquia mouens nõ poteſt mouere gradum incompoſibilem mobiliquia mobile manet in toto motu: ergo non inducitur ſibi aliquis gradus incompoſibilis quia tunc nõ maneret ipſum mobile; & ꝙ hoc ſoluit vnũ argumentum. Ex quo ſequitur ꝙ alterãs nunq̃ ꝙ alterationẽ corrumpit alteratũ. Sequit̃ vlterius ꝙ nulla ſubſtantia ſit corrũpi niſi a ſubſtantia: ſicut oppoſitũ ſubſtantiæ corrumpendæ nõ poteſt induci niſi a ſubſtantia.

C Ex quo ſequitur ꝙ ſi omnia accidentia ignis eſſent ſeparata ab igne, nõ poſſent corrũpere vnã guttam aquę: ideo ſi poneretur gutta aquę in medio illorum accidentium nunq̃ corrumpet̃ ab illis accidẽtibus: qa ab ipſis nõ pt̃ ſubſtantia generari: & ſi talis gutta aquę ibi corrũpet̃, hoc nõ eſſet ab illis accidẽtibus: ſed tũc fugere oportet ad primam cãm quæ induceret ibi formam ad quã agens naturale diſponit Sequitur vlterius, ꝙ nullus eſt gradus in alteratione, ad quem neceſſario ſequit̃ corruptio formæ ſubſtantialis alterabilis: ſed talis vltimus gradus quẽ determinat ſibi alteratum, corrumpitur a forma ſubſtantiali ipſiuſmet alterantis. Et ſiquis qrat: quare actionis ſcilicet & ſenſationis & ſpecierum ſenſibiliũ & intellectionis & ſpecierũ intelligibilium: poſſunt etiam eſſe principium actionis realis corrumpendo ſuum contrarium in paſſum: vt caliditas poteſt frigiditatẽ corrumpere in ducendo in paſſum caliditatẽ. Alia cõcluſio: alterans in quantum alterans nunquam poteſt inducere gradũ incompoſibilẽ alterabiliquia mouens nõ poteſt mouere gradum incompoſibilem mobiliquia mobile manet in toto motu: ergo non inducitur ſibi aliquis gradus incompoſibilis quia tunc nõ maneret ipſum mobile; & ꝙ hoc ſoluit vnũ argumentum. Ex quo ſequitur ꝙ alterãs nunq̃ ꝙ alterationẽ corrumpit alteratũ. Sequit̃ vlterius ꝙ nulla ſubſtantia ſit corrũpi niſi a ſubſtantia: ſicut oppoſitũ ſubſtantiæ corrumpendæ nõ poteſt induci niſi a ſubſtantia. Et ſiquis qrat: quid eſt ille gradus incompoſibilis alteratio. Rñdetur ꝙ eſt gradus, ſeu qualitas generis, quæ determinat ſibi genitum, quæ producit ab ipſomet genito, ſeu forma eius, ſubſtantialis ꝙ forma ſubſtantia ſic determinat ſibi illum gradũ

Obiectio.

D

ad

ad hoc q ipsa informet materiam & maneat in materia: immo quælibet forma substantialis determinat sibi aliquem vel aliquos gradus qualitatis vel qualitatum, ad hoc q ipsa informet materiam; & producuntur tales grad⁹ ab ipsamet forma substantiali entis & nunquam possunt corrumpi nisi a forma substantiali alterantis vel corrumpentis. Et per hoc soluitur omnia argumenta nisi vnum puta secundum, ad quod dicitur q natura dignificanda est tantum quantum potest, nisi appareat oppositu, vel sit aliqua ratio in oppositum: modo dico q multę sunt rationes ostendentes substantiam nō posse corrumpi neque generari ab accidente.

An aliquod elementū sit purum.

DVBITATVR tertio. Vtrum sit dare aliquod elementum purum. Et arguitur quòd non: quia non est aliqua aqua pura: igitur nullum elemẽtum est purum: patet consequentia; quia non videtur maior ratio de alijs, quàm de aqua, sed aqua non sit pura, patet; q̃a aqua maris est salsa; igitur non est pura. Et q nulla alia aqua ab aqua maris sit pura patet; quia quælibet alia ab aqua maris est sapida: igitur non est pura. Item nullus aer est purus: quia vel esset aer suprema regionis; quod non; quia ille est nimis calidus propter caliditatem ignis circundãtis, vel esset aer mediæ regionis; quod non: quia ille est frigidus; nec infimæ regionis; quia talis est cõmixtus vaporibus: igitur non est purus; nec videtur aliqua ratio quare aliquod aliud elementum sit purum: igitur. In oppositum est philosophus in textu, vbi ponit quatuor elementa esse corpora simplicia; quod nō esset verum nisi essent pura. Pro solutione supponitur quòd elementum potest dici purũ dupliciter. Vno modo substantialiter; quia sua substantiæ nihil substãtialiter est admixtum. Secundo modo qualitatiuè; quia habet suas qualitates tam primas, quàm secundam in naturalissima dispositione. Ex quo sequit q voco ignẽ purum qualitatiuè: qui habet maximam caliditatem intẽsiuè cum siccitate proportionata illi caliditati. Ex quo videtur sequi q omne illud elementũ dicitur pure qualitatiuè quando habet suas qualitates in sua naturali dispositione: siue habeat alias qualitates siue non: & sic diceretur q non sequitur aer habet aliquos gradus frigiditatis: ergo non est purus. Dicunt tamen aliqui q elementũ dr purum qualitatiuè: quia non est mixtio qualitatum primarum alia a duabus qualitatibus sibi connaturalibus: & iste modus videtur esse communior: ideo si aer habeat aliquos gradus frigiditatis non dicit esse purus qualitatiuè. Tunc ponuntur aliquæ conclusiones. Prima, quod libet elemẽtorũ dr esse purũ substantialiter sine totali sive partiali. q̃a qdlibet tale habet formã substãtialẽ simplicẽ: igit qdlibet tale est substãtialiter purũ. Secũda cõclusio: nullũ totale elementũ est purũ qualitatiuè, de terra patet: q̃a vt in plurimũ est humida: de aqua ẽt satis patet cũ aliqua aqua sit salsa, & aliqua sapida: etiam de aere patet cum multæ eius partes sunt nimis

Conclusiones.

Amis calidæ, vt partes contiguæ ipsius ignis, multę etiam eius partes sunt frigidæ, de igne patet: quia quo ad partes eius inferiores alteratur ab aere: igitur non habet siccitatem quo ad suam naturalem dispositionem; ergo non est purus qualitatiuè. Sed quæreret aliquis, vtrum sit aliquis ignis purus qualitatiuè. Dicitur q sic; quia in aliqua parte ignis denominatur influentiæ calefactiuę & deficcatiuę igitur &c. etiam posset probari de terra. Sed de aqua & aere est dubium: potest tamen dici probabiliter q aliquis aer & etiam aliqua aqua est pura qualitatiuè, quod probatur: quia in aliqua parte aquę & etiam aeris potest esse influentia secundũ naturalem dispositionem ipsius partis aeris, & alia secundum naturalem dispositionem aquæ. Et sic dicit q dabilis est aliqua pars aquæ sine aliquo sapore: & etiã aliqua pars aeris sine frigiditate & in sua propria naturali dispositione: & p hoc possunt solui argumenta faciliter. Sed restat aliud dubium: vtrum granitas terrę & aquę sint eiusdem rationis: & etiã leuitas aeris & ignis. Ad quam breuiter respondetur vt iam visum est in libris de Cęlo: q non. Ex quo sequitur q granitas & leuitas sunt species subalternæ: & istud probatur: quia nisi sic; tunc leuitas aeris & ignis moueret ad eundem locum: cum essent eiusdem rationis: igitur. Nec valet dicere quòd leuitas aeris in suo loco naturali non trahit propter formam substãtialem aeris prohibentem; eo quòd ipsa est in suo loco naturali. Dicitur quòd hoc non valet: quia granitas & leuitas mouet secundũ suum impetum & inclinationem naturalem: siue conueniat formæ siue nō: vt patet de vapore ascẽdente, quia est de natura aquę: immo forte ipsa aqua. Et hæc de secundo arti. Quantum ad certum sit.

An sit aliquis ignis purus qualitatiuè.

Arti. 3.

CONCLVSIO responsalis, q tantum sunt quatuor qualitates primæ: quæ conclusio satis patet ex dictis in primo articulo. Ad rationes etiam satis patet quid sit dicendum.

QVONIAM quidem igitur omnia innata sunt adinuicem transmutari manifestum.

T. c. 29.

ISTE EST secundus tractatus huius libri, in quo philosophus determinat de transmutatione elementorum adinuicem. Et diuiditur in quatuor capitula. In hoc intendit quatuor conclusiones. Prima: omnia elementa possunt adinuicem trãsmutari: ita quòd quodlibet potest generari ex quolibet, quod probat: quia quæcunque habent cõtrarietatem adinuicem nata sunt adinuicem trãsmutari, cum omnis transmutatio sit de cõtrario in contrariũ: sed quodlibet elementum habet cum quolibet contrarietatẽ: igitur quodlibet elementum potest ab alio transmutari. Secunda conclusio: elementa habentia symbolum, idest conuenientiam in aliqua qualitate faciliùs transmutantur: vt puta aer, & ignis, terra & aqua; Quod probat: quia illa elementa facilius transmutantur, in quibus vna sola qualitas transmutatur, quàm illa in quibus

Conclusiones de elementorum transmutatione.

E quibus oportet plures transmutari: sed in habentibus symbolum solum transmutatur vna qualitas, & in habentibus symbolum, transmutantur plures; igitur. Tertia conclusio: ex duobus elementis non symbolizantibus potest heri tertium elementum ab vtroq; distinctum: quod patet: qa ex igne & aqua corrupta siccitate ignis, & manente caliditate, & corrupta frigiditate aquæ remanente eius humiditate, fit aer: similiter corrupta caliditate ignis remanentem eius siccitate & corrupta humiditate, aque remanente ei⁹ frigiditate, fit terra. Quod etiam ex terra & aere fit ignis; probat per quoddam signum: quia fumus videtur participare aerem per hoc q̃ habet subtilitatem: & terram per hoc habet grossi-

F tudinem: & tamen ex fumo facillime generatur ignis per inflammationem: ergo lignum est q̃ ex aere & terra potest fieri ignis. Ex quo habetur hic auctoritas: Flamma est fumus ardens. Quarta conclusio ex duobus elementis symbolizantibus non potest fieri elementū tertium distinctum ab eis; quia tunc vnum ageret in reliquum, & tunc vel solū remaneret vna qualitas, & alię duę corrumperentur: vel corrumperetur qualitas symbola, & alię duę manerent: sed neutrum potest fieri: quia in vno elemento non est nisi vna qualitas vnius speciei: etiam in vno elemento non possunt esse duo qualitates contrariæ: igitur. Ex quo sequitur q̃ in transmutatione vnius elementi habentis symbolum fit transmutatio de vno in alterum vna qualitate corrupta: sed in non habentibus symbolum fit transitus, duabus qualitatibus corruptis. G

T. c. 36. & inde. Sed tamen adhuc sic inspicimus de eis; si enim naturalium est corporum materia &c.

Quatuor elementa sunt adinuicem generabilia & corruptibilia. Istvd est secundum capitulū, in quo philosophus probat quatuor elementa esse prima generabilia & corruptibilia: & mouet hanc quæstionem: vtrum vnum dictorum elementorum sit materia alterius elementi. Pro cuius solutione ponit sex conclusiones. Prima, nullum dictorum elementorum est materia aliorum: quod probat: sex rationibus. Prima: subiectum transmutationis manet idem sub vtroq; termino: sed cum ex vno elemento fit H aliud, ipsum non manet: igitur. Secunda ratio: aer determinat sibi aliquas qualitates contrarias alijs: ideo non potest naturaliter manere sub alijs contrarijs. Tertia ratio; quia cum ex aere fieret ignis aut aqua, semper maneret ratio aeris: & sic aer esset aqua. Quarta ratio: quia tunc cōtraria essent simul & semel in eodem; quod non videtur possibile: igitur. Quinta ratio: quatuor elementa habent adinuicem contrarietates, quas sibi determinãt: ergo naturaliter vnum non potest esse materia alterius. Sexta ratio: quoruncunq; est vna materia communis: vnum non est materia alterius: sed omnium elementorum est vna materia communis: igitur. Secunda conclusio: materia quatuor elementorum

A rum non est corpus medium quod sit hoc aliquid & in actu: qa omne quod est hoc aliquid determinat sibi aliquam qualitatem contrariam: quod non facit materiam: igitur. Tertia conclusio: materia est prima tio, i. materia est carens actu substantiali, i. quantum est de se, esset carens forma substantiali. Quarta conclusio: materia elementorum nō potest per se subsistere: quia omne quod per se subsistit, est hoc aliquid: igitur. Quinta conclusio; quatuor elementa sunt inter corpora generabilia & corruptibilia prima: quia nulla alia videntur eis priora: igitur sunt prima. Sexta cō clusio: omnia elementa sunt trāsmutabilia adinuicem: quod probat; quia medijs existentibus finitis & transmutabilibus adinuicem; necesse est extrema esse finita & adinuicem transmutabi-

B lia: sed elementa media sunt huiusmodi: quod probat: quia aer & aqua quæ sunt elementa media, sibijnuicē cōtrariant. Sed q̃ sint finita, probat tribus rōnibus: prima: qa si essent infinita, sequeret q̃ infinita essent qualitates: quia quodlibet elementū habet propriā qualitatem, per quā distinguit ab alijs. Secunda rō; qa si essent infinita sequeret q̃ nō mia essent adiuuicē transmutabilia; q̃ ē falsum; igit. Tertia rō, si elementa essent infinita, sequeret q̃ nullum elementū posset transmutari in aliud: qa in quolibet elemento essent infinitæ qualitates: sed infinitæ qualitates non possunt transmutari; igitur.

Elementa sunt finita.

F. c. 37. & inde. Admirabitvr aūt aliquis dicens corporum elementa plura vno, vel non transmutent &c. E

Reprobatio sex errorum Empedoclis. Istvd est tertium capitulum, in quo philosophus reprobat sex errores Empedoclis. Primus error est, q̃ nulla elemēta erant adinuicem transmutabilia. Contra quē arguit philosophus: quia omne quod est huiusmodi; habent ea dē materiā sunt adinuicē transmutabilia; sed elementa sunt huiusmodi: igitur. Minor patet: quia vnum elementum generatur; ex alio nam ex vno pugillo terræ fiunt decem pugilli aquę & ex vno pugillo aquæ fiunt decem aeris: & ex vno aeris decē ignis. Secundus error fuit, q̃ generatio rerum naturalium est a fortuna. Sed contra hoc arguit philosophus: quia generatio rerū naturaliū vt in plurimū fit eodē mō; sed fortuna est corū D q̃ fiunt extra semper, & frequen terāgit. Tertius error fuit q̃ corpus cœleste est mixtum; & q̃ mixtio eius erat facta per amicitiā, iō erat laudabilissima. Sed cōtra hoc arguit philosophus: quia tunc sequeret q̃ cœlū esset dissolubile & corruptibile: quod est falsum; igit. Quartus error fuit, q̃ lis & amicitia sunt causę motus, videt amicitia cā congregationis elementorum, lis vero causa disgregationis. Contra hoc dicit philosoph⁹ q̃ omnia ista sunt falsa: & Empedocles dicit illa; sed non demonstrat ea. Quintus error, lis & amicitia sunt cāę vniuersales motus. Sed contra hoc dicit philosophus, q̃ hoc est cōtra eū: qa ipse posuit fortunā esse cām motus; ergo ista quo nō sunt cāę vniuersales cuiuslibet motus. Sextus error fuit

E q̃ omnia ex elementis componũtur. Contra hoc dicit philosophus q̃ per ista principia solũ potuit saluare alterationes corporales & non spirituales, puta de non sciente sciens, & non manente manens.

T. c. 46. & inde. DE elementis autem, ex quibus corpora cõstituta sunt: quibus quidem videtur materia esse aliquid &c.

Quomodo generãtur mixta ex elementis. ISTVD est quartũ capitulũ, in quo philosophus determinat de generatione mixtorum ex elementis. Et diuidit in tres partes. In prima ponit duas cõclusiones. Quarũ prima est ponentes elementa esse intransmutabilia adinuicẽ, nõ possunt saluare veram generationem mixtorum ex elementis; quia tunc sequerentur duo inconuenientia. Primum, q̃ mixtum non esset aliud, quam iuxta positio elementorum adinuicem. Secundum non quælibet pars mixti esset mixta, quòd est falsum. Secunda conclusio; ponentes omnium elementorũ esse eandem materiam communem, & omnia elementa esse trãsmutabilia adinuicem, bene possunt saluare generationem mixtorum ex elementis licet hoc sit difficile; quia vel elementa ponuntur in mixto; & tunc sequuntur eadem inconuenientia quæ prius; vel non ponuntur manere sed corrumpi: & tunc videtur q̃ mixtio nõ sit aliud, quàm corruptio elementorũ; vel vnũ manet & aliud corrumpitur: & tunc non erit mixto sed generatio vel augmẽtatio. In secũda parte dat vnum modũ generationis mixti quo scilicet mixtum generatur ex elementis. Et dicit primo q̃ contingit aliquid esse magis & minus calidum; si ergo vnum mixtibilium sit in actu simpliciter & aliud in potentia; hoc est si vnum omnino denominetur supra aliud, tunc non fit mixtio ex eis; sed si neutrum mixtibilium denominetur supra aliud, sed medio modo se habeant ita videt q̃ quodlibet illorum sit aliquo modo in potentia, & aliquo modo in actu; ita q̃ quodlibet potest agere in aliud & econtra; tunc ex eis generatur tertium; quod vocatur mixtum. In tertia parte ponit talem conclusionem; quodlibet corpus mixtum perfectum naturaliter existens circa locum terræ componitur ex quatuor elementis: quod probat dupliciter scilicet ratione & signo. Ratione sic; quia quodlibet mixtũ perfectum naturaliter existit circa locum terræ: ergo quodlibet tale componitur ex terra: & vltra componitur ex terra: ergo ex aqua. Prima cõsequentia patet: quia quicquid est circa locũ terræ, in eo denotat terra. Secundã consequentiã probat: quia quodlibet mixtũ perfectũ debet esse bene terminatum & debet habere partes adinuicem bene compactas: sed hoc fit per humidũ aqueũ: igitur. Signo probat sic quia quodlibet mixtũ perfectũ existens naturaliter circa locũ terræ nutrit ex quatuor elementis: ergo ex quatuor elementis: tenet cõsequentia; quia vnumquodq; componit ex his ex quibus nutrit: ex eisdem enim sumus & nutrimur. Añs patet primo de terra & aqua: si enim essent aliqua mixta; quæ nõ nutrirentur ex terra & aqua; maxime

A mę essent plantæ: qđ est falsum: nutriuntur enim ex aqua & terra: quod patet: quia rustici volentes irrigare plantas miscent aliquod cum aqua. Secundo probat de aere & igne; quia in nutritionem oportet nutrimentũ conuerti in substantiam nutriti: hoc autẽ fit p̃ calorẽ: & calor est ipsius ignis & aeris: ergo in nutritione cõcurrunt ignis & aer.

T. c. 55. & inde. QVIA vero sunt quædã generabilia, & corruptibilia, & generatio contingit eis &c.

Causa efficiens generationis, & corruptionis q̃. ISTE EST tertius tractatus huius libri, in quo philosophus determinat de causis transmutationis generabilium & corruptibilium: Et continet duo capitula. Primum est de causa efficiente secundum opinionẽ antiquorum. Et diuiditur in duas B partes. In prima narrat duas opiniones de causa efficiente generationis & corruptionis. Prima fuit Platonis ponentis solũ duo principia rerum, scilicet materiam & formam. Alia fuit Leucippi & Democriti ponentium solum principiũ materiale, scilicet materiam: & dicunt eam esse sufficiens principium generationis & corruptionis. Et præter materiam nõ ponunt aliam causam efficientem. Deinde reprobat dictas opiniones ponendo tres conclusiones. Prima ad gñonem rerũ nõ sufficit fortũ, i. ydeç cũ materia: quia si sic sequeret q̃ res sp generaretur. Cõsequens est falsum. Et consequẽtiam probat: quia huiusmodi forma idest idea & materia semp sunt. Secunda conclusio: quamuis ponẽtes materia esse causam efficientẽ melius loquantur, q̃ ponentes formã. i. ydeam: tñ irrationabiliter loquunt: quia materiæ est pati: ergo eius non est agere: & per consequens non efficit generationem. Tertia conclusio: tria sunt principia generabilium & corruptibilium. s. forma, materia & efficiens: qđ probat: quia principia debent esse in eodem numero in corporibus superioribus & inferioribus: sed in superioribus sunt tria principia siue causæ motus scilicet materia & forma & efficiens: ergo & in istis inferioribus. In secunda parte determinat philosophus de causa efficiente generationis & corruptionis sm̃ opinionẽ propriã, & intendit aliquas conclusiones. Prima: motus cœli est causa generationis, & corruptionis in istis inferioribus, probat duabus rationibus. Prima illud qđ D adducit & abducit generans, est causa generationis & corruptionis in istis inferioribus; sed motus cœli est huiusmodi: igitur. Secunda rõ rationabilius est qđ illud quod semper est sit causa illius quod aliquando est & aliquando non est, quam econtra: ergo motus cœli qui semper est, debet magis poni causa generationis aliorum, quàm econtra. Secunda conclusio ad saluandũ perpetuitatem generationũ & corruptionũ in istis inferioribꝰ præter motum cœli, requiritur motus cœli factus in obliquo circulo. Pro cuius probatione supponit duo. Primum quòd idẽ similiter se habens ad suum passum, sp̃ natũ est facere idẽ. Secũdũ est: qa contrariorũ contrariæ sunt cãe: ergo præter motum primũ ponẽdus est alius motus. Ex

E quibus sequuntur duo correlaria. Primum est: tempus generationis est æquale tempori corruptionis: quia tempus generationis est ipse accessus solis ad nos, & tempus corruptionis ipse recessus solis a nobis. Corrolarium secundum; omne viuens habet determinatam periodum, siue mensuram suæ durationis'. Tertia conclusio: generationes & corruptiones sunt perpetuæ, quod probat duabus rationibus. Prima sumitur ex parte causæ finalis: quia in omnibus videmus appetere & desiderare quod melius est: sed melius est esse, quàm non esse: ergo natura appetit semper esse: sed non potest semper esse ℔ numerũ: ergo ℔ speciem. Secunda ratio sumitur ex parte causę efficientis: si motus cœli sit continuus
F & perpetuus: etiam motor erit perpetuus: ergo oportet generationem & corruptionem esse perpetuas in illis inferioribus: cum hoc sufficiat ad perpetuitatem generationum & corruptionum: sed motus cœli est perpetuus & similiter motor eius: igitur generationes & corruptiones erunt perpetuæ.

7. c. 61. & sequ. QVONIAM autem in cõtinue motis secundum generationem, aut alterationem, aut vniuersaliter transmutationẽ.

Quinque quæst. circa generationem in medium. ISTVD est secundũ capitulum, in quo philosophus soluit quinq; qõnes. Prima: vtrum de necessitate oia generabilia generabunt. Soluit philosoph⁹ dicens ℣ aliqua de necessitate generabunt & aliqua non; ꝙ patet quia sicut est de fore & nõ fore, ita est de generari & nõ ge
G nerari in futuro: sed aliqua necessario erunt; vt conuersio solis ad tropicos: & aliqua non necessario erunt; vt inciso vestis. Secunda quæstio: vtrum illud quod generatur prius de necessitate inferat illud, quod est posterius. Ad hoc respondet præmittendo talẽ suppositionem ℣ in essentialiter ordinatis si posterius est, primus est vel fuit. Hoc supposito respondet philosophus: dicens ℣ in illis, in quibus necessarium est posterius esse vel euenire, tunc ad esse prioris sequitur esse posterioris: sed in illis in quibus posterius non de necessitate ponitur in esse; tunc ad esse prioris non sequitur esse posterioris. Tertia q̃stio; vtrum generationes perpetuentur ℔ rectum aut ℔ circulum. Respondet ℣ non perpetuantur secundum rectum, sed
H secundum circulum. Primum patet: quia vel formæ substantiales generandę sunt finitę secundum speciem, vel infinitæ; nõ in finitæ quia ibi est status; si vero dicatur ℣ sint finitæ; ergo poterunt pertransiri; & per cõsequẽs aliquando cessarent generationes, nisi fierent circul⁹; ergo oportet ipsas generationes ꝑpetuari ℔ circulũ. Quarta quæstio: an idẽ corruptũ numero possit reproduci. Ad hoc rñdet philosoph⁹ ℣ nõ; sed bene in specie. Quinta quæstio: vtrũ eadẽ generabilia eodẽ mõ reuertant. Respondet philosophus ℣ non; & dicit aliqua eadẽ numero reuertunt sicut sol & cæteri planetæ; q̃ mouent ab occidẽte in orientẽ, & reuertunt de vno in aliud idẽ numero: nam idem est sol numero q̃ oritur & q̃ occidit; sed de isto reduci

A reduci non est hic principaliter sermo; sed de reduci illorũ, quæ fiunt per generationem; & in illis non redeunt eadem numero, sed solum in specie.

An omne elementum possit immediate in quodlibet transmutari.

QVAERITVR Vtrum quodlibet elementum possit immediatè in quodlibet transmutari. Et arguit primo ℣ non; quia nullum elementum ꝑt transmutari in ignem; igitur non quodlibet elementum potest transmutari in aliud. Antecedens patet; quia in illud quod actu est, nihil potest transmutari; sed omnis ignis actu est; ergo sequitur ℣ nullum elementum põt in ignẽ transmutari. Secundo sic; si
B vnum elementum transmutaretur in aliud, sequeretur ℣ in aliquo instanti, vel in aliquo tempore non essent quatuor elementa: sed consequens est falsum: igitur & antecedens. Consequẽtia probatur; quia illud quod transmutatur in aliud in illo instanti, in quo transmutatur, non est: ergo si vnum elementum transmutetur in aliud, in illo instanti non erit: & per consequẽs non erunt quatuor elementa. Tertiò sic; ignis non potest immediate transmutari in terrã; igitur non quodlibet elementum potest transmutari in aliud. Consequentia patet: & antecedens probatur; quia nimis distãt: mõ agẽs & patiens debent esse proxima, cuiusmodi non sunt ignis & terra: igitur. Quartò sic; ignis non potest transmutari in aerem: igitur, consequentia te-
C net; & antecedẽs probatur; quia si ignis in aerem debeat transmutari; oportet eius caliditatẽ corrumpi vel remitti: cum aer non sit ita calidus sicut ignis; sed hoc non est possibile; quia vel remitteretur a caliditate aeris, quod est falsum: quia non contrariatur caliditati ignis; vel ab humiditate aeris: & hoc nõ: quia eadem ratione caliditas, & humiditas non habent contrarietatem. Quinto sic: non quodlibet mixtum potest immediatè transmutari in quodlibet mixtum: igitur nec quodlibet elementum. Consequentia tenet: quia elementa sunt magis contraria inter se in qualitatibus quàm mixta: quia mixta non sunt contraria nisi per contrarietatem elementorum: igitur si mixta, quæ minus sunt contraria, ad inuicem transire non pos-
D sunt, neq; elementa poterunt. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres art. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum, quod *Arti. 1.* qõ non quæritur de transmutatione qualitatiua vnius elemẽti in *Resolutio ſſtionis.* aliud; sed de transmutatione substantiali: ita ℣ sic sonat⁹ Vtrum vnum elemẽtum substantialiter transmutetur in aliud. Et pro declaratione huius supponit primo, ℣ elemẽta communicant in materia, & sunt contraria in qualitatibus. Secundo supponitur ℣ dupliciter põt intelligi ex qualibet elemento fieri quodlibet, Vnomodo ex totali totale. Alio modo ex partiali partiale. His suppositis dicitur primo, quòd per potentiam naturalẽ non ꝑt ex quolibet totali elemento fieri quodlibet: neq; mediatè, neq

B immediatè : quia tunc deficeret vnum elementum in vniuerſo, & deſtrueretur ordo vniuerſi: qđ non permittit natura. Dĩ ſecundo: q̃ ex alia parte vnius elementi ſm natura non p̃t immediatè fieri quodlibet aliud elementum : quod patet: quia pars ignis exiſtens in ſua ſphæra nõ p̃t immediatè conuerti in terrã: quia vel hoc eſſet per actionem terræ: & hoc non : cũ ipſa terra non poſſit naturaliter applicari igni : nec per influentiam cœli, cum non poſſit talẽ partẽ ignis ad terrã approximare. Dĩ tertio : q̃ vnumquodq; pedale cuiuslibet elementi quantũ eſt ex ſe,& e xnatura ſua p̃t immediatè tranſmutari in quodlibet aliud elemeurũ : quia quodlibet cum quolibet habet contrarietatẽ & quodlibet cõicat in materia cum alio. Ex quo ſequit, q̃ diſtantia ignis,& terræ non impedit quin vnum quantum eſt de ſe poſſit immediatè conuerti in alterum, vbi approximaret. *An elementa ſymbola faciliùs tranſmutentur quàm a ſymbola.* Sed reſtat alia difficultas: an elementa ſymbolizantia facilius tranſmutent quàm non ſymbolizãtia. Pro cuius ſolutione ſuponit primo, q̃ illa elementa dicuntur ſymbolizantia, quæ conueniunt in aliqua qualitate prima, vt aer & ignis. Secundo ſuponit, quòd ex vno elemento facilius fieri alterum poteſt intelligitur tripliciter. Vnomodo ex parte potentiæ actiuę, vel reſiſtiuæ elementorum. Secundo ex parte conditionis qualitatum : primarum. Tertio ex parte conditionis qualitatum ſecundarũ: ſicut ſunt denſitas, raritas, duricies & mollicies. Primomodo adhuc multipliciter poteſt intelligi. Vnomodo ex parte potentiæ actiuę tantum, non habendo reſpectum ad reſiſtentiam. Aliomodo ex parte reſiſtentiæ tantum non habendo reſpectũ ad potentiam actiuam. Aliomodo ex parte vtriuſq;. His ſuppoſitis ponuntur aliquæ propoſitiones. Prima, ex parte actiuitatis tantum cæteris paribus in non habentibus ſymbolum non eſt facilior tranſitus; quia in nõ habentibus duæ qualitates agunt : in aliis vero tantum vna. Secunda propoſitio; ex parte reſiſtentiæ tantum in habentibus ſymbolum eſt facilior tranſitus; quia in illis eſt minor reſiſtentia ; cum vna ſola qualitas reſiſtat. Tertia propoſitio: quantum eſt ex parte actiuitatis & reſiſtentiæ ſimul, cæteris paribus, in habentibus ſymbolum, & nõ habentibus eſt æque facilis tranſitus : quia in non habentibus duo agunt & duo reſiſtunt, in habentibus autem vnũ agit, & vnum reſiſtit : modo qualis eſt proportio duorum agentium ad duo paſſa, vel reſiſtentia : talis eſt vnius agentis ad vnum paſſum, vel reſiſtens cæteris paribus. Quarta propoſitio: in ter elementa habentia ſymbolum facilior eſt tranſitus : ad iſtum ſenſum, ideſt pauciora agunt & pauciora reſiſtunt : ſed ex parte qualitatum ſecundarũ, ſcilicet denſitatis, & raritatis duriciei & mollicies, ſic ignis & terra ſunt difficillimè adinuicem tranſmutabilia : quia difficile eſt ignem, vel materiam ipſius ignis tantum condenſari ſicut terra; & terram tantum rarefieri ſicut ignis. Ex quo ſequitur q̃ ex parte illarum qualitatum

A tum elementa magis conuenientia in raritate facilius tranſmutantur, quàm diſconuenientia. Ex quo poteſt concludi probabiliter, q̃ omnibus attentis frequenter elementa non habentia ſymbolum ſic citius nata ſunt tranſmutari adinuicem, quàm q̃dam habentia ſymbolum: quia multo citius ignis & aqua ſunt tranſmutabilia quàm ignis & terra.

An ex q̃buſcunq; elementis aſſymbolis poſſit tertium elementum generari.

SECVNDO ſciendũ, q̃ incidit alia difficultas; Vtrum ex quibuſcunq; duobus elementis non habentibus ſymbolum poſſit tertium elementum generari. Pro cuius ſolutione ſupponitur quòd ex duobus elementis poſſe fieri tertium, poteſt dupliciter intelligi. Vnomodo quòd hoc fiat per actionem propriã ipſorum. Aliomodo virtute alterius agentis. Hoc ſuppoſito

B ponuntur aliquę propoſitiones. Prima : ex duobus elementis, ſiue ſymbolizantibus, ſiue non poteſt fieri tertium elementum diſtinctum ab eis ſpecie, virtute alicuius agentis concurrẽtis : poteſt enim intenſus ignis generare ignem ex pedali terræ, & pedali aeris. Secunda propõ: ex tribus elementis virtute alterius coagentis poteſt tertium generari à quolibet eorum ſpecie diſtinctum: poteſt enim fortis ignis ex vno pugillo terræ, & vno aquæ, & vno aeris ſibi ſuffi cienter approximatis generare ignem. Tertia propoſitio : ex duobus elemenis habentibus ſymbolum per actionem propriam non poteſt generari tertium, a quolibet eorum ſpecie diſtinctum, & hoc ſufficienter fuit probatum in texta. Sed reſtat alia difficultas : vtrum quando ex vno elemento generatur aliud remaneat aliquod accidens abſolutum; vt puta qñ ex aere fit ignis Vtrum in materia aeris remaneat aliquod accidens abſolutum. Et videtur q̃ ſic: quia cãliditas aeris remanet, cum non videtur à quo poſſet corrumpi; & hoc ſi ignis ſit generans. Et hoc videt velle Ariſtotel, cum dicit quòd elementa ſymbolizantia facilius tranſmutantur: quia eſt vna qualitas, quæ non corrumpitur cum in tali non habeant contrarietatem. In oppoſitum tamen arguitur : quia quando ex aere generatur ignis, ipſe aer corrũpitur : ergo etiam ſua accidentia: Vel oporteret ponere illa accidentia immediatè inhærere ipſi materiæ primæ, & quòd forma nõ informaret materiam nudam: cuius tamen oppoſitum aliàs dictum eſt. Reſpondetur probabiliter, quòd quando ex aere generatur ignis, nullum accidens abſolutum aeris manet, ſed forma ignis informat materiam nudam producendo accidentia ſecundum ſuam propriã exigentiam. Dicitur ſecundo, q̃ ipſa caliditas aeris, ex quo aere generatur ignis, corrumpitur: vel directè ſi generans habeat qualitatem ſibi contrariam; vel indirectè, ſeu mediatè puta a corrumpente ipſum aerem. Dicitur tertio, quòd forma ignis, & aeris quodammodo virtualiter contrariantur: quia producunt effectus, qui formaliter cõtrariantur: ſicut ſiccitas & humiditas: ideo vna poteſt corrũpere aliumpad cuius corruptionem corrumpuntur accidentia ipſum conſequentia.

An si infinita essent elementa in infinita essent contrarietates quali tatum.

E TERTIO sciẽdum, q̃ circa textum incidit talis difficultas: Vtrum si essent infinita elementa essent infinitæ contrarietates qualitatum. Et arguitur primo, quòd non: quia hoc maximè esset eo, quòd numerus contrarietatum sequitur numerum elementorum: sed hoc non, quia quatuor sunt elementa: & tamen non sunt nisi duæ contrarietates: igitur. Item sequeretur vnum infinitum esse maius alio: consequens est falsum. Consequentia probatur: quia quælibet duæ contrarietates faciunt quatuor combinationes: ergo essent plures cõbinationes, quàm contrarietates, & contrarietates sunt infinitæ: igitur. Item si essent infinita mixta, non oportet esse infinitas contrarietates: cũ duæ sufficerent pro omnibus: ergo nec pro elementis infinitis: patet consequentia a simili. In oppositum est philosophus in textu. Pro resp̃onsione ponũtur aliquæ propositiones. Prima propositio: nullum elemẽtum contrariatur duobus elemẽtis diuersis in specie æque primo, seu totaliter eisdem contrarietatibus: quia tunc oporteret, quòd illa duo elementa quibus contrariarentur, essent eiusdem speciei specialissimæ: quod est cõtra suppositum. Et si dicatur: aer contrariatur igni, & terræ in humiditate. Dicitur quòd hoc non esset æque primo & totaliter: quia principaliter contrariatur terræ: quia ambobus qualitatibus: & minus principaliter contrariatur igni, scilicet in vna qualitate. Et ex isto sequitur secunda propositio, quòd si vnum elementum medium contrarietur duobus extremis, oportet illa extrema contrariari inter se: quia si essent similia omnino: tunc non esset medium inter illa: cum medium propriè differat specie, & est dissimile cũ extremis: hoc patet etiam de aere qui contrariatur aquæ & igni: & est medium: & ignis & aqua contrariantur adinuicem. Tertia propositio: omnia elementa habent cõtrarietatem: quia omnia elementa sunt proxima, vel distantia: sed proxima habent contrarietatem: igitur & distantia. Quarta propositio: si infinita essent elementa: infinitæ essent contrarietates: quia quodlibet cum quolibet habet contrarietatem, & nullum cõtrariatur pluribus eadem contrarietate æque primo: ergo oportet quòd quodlibet elementum contrarietur cuilibet secundum aliam, & aliam cõtrarietatem. Tunc respondetur ad rationes. Ad primam dicitur, quòd numerus cõtrarietatum non sequitur numerum elementorum: quia quamdiu elementa sunt finita semper sunt pauciores contrarietates: sed si elementa essent infinita etiam essent infinitæ contrarietates: & tamen non essent plura elementa: quia infinito non est plus, nec maius: nisi accipere tur magis impropriè: de quo aliàs visum est: quemadmodum conceditur quòd vnum infinitũ est maius alio, idest continet tot & aliud, & cum hoc aliqua: & per hoc soluitur secunda ratio. Ad aliam dicitur quòd non est simile: quia mixta non determinant contrarietates simplices, si cut elementa: sed sufficit mixta distingui per easdem qualitates secundum magis, & minus.

Quæstio.

Sed restat alia difficultas: Vtrum si essent infinita elementa, quodlibet haberet infinitas qualitates. Respondetur breuiter, quòd sic, secundum mẽtem Philosophi in textu: quia quodlibet elementum erit cuilibet aliorum contrarium per vnam qualitatem: sed nullum cõtrariatur pluribus æque primo per vnã qualitatem: ergo oportet, quòd existentibus infinitis elementis, q̃ quodlibet habeat infinitas qualitates.

An quod libet mixtum existens circa medium, componatur ex quatuor elementis.

QVARTO sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas: Vtrum quodlibet mixtũ existens circa medium, seu circa terram componatur ex quatuor elementis. Et arguitur, q̃ non: quia multa sunt mixta in fundo maris: & talia non componuntur ex igne: quia si ibidem esset ignis, statim corrumperetur propter nimium dominium aquæ sibi contrariæ. Item multa sunt mixta, in quibus non sunt elementa leuia: quia multa sunt mixta grauiora, quàm terra: quod esse non posset, si in his essent elementa leuia. Item aurum est vnum mixtum: & tamen in ipso nihil est aquæ: quia aurum durat longissimo tempore in igne: quod esse non posset, si in eo esset aliquid aquæ: quia ignis fortissimus propter cõtrarietatem resolueret, & corrumperet illud aquæ. In oppositum est Philosophus in textu.

Pro cuius solutione supponi tur, quòd non oportet quærere qualiter elementa maneant in mixto: quia hoc iam aliàs declaratum est: puta, quòd manẽt in mixto virtualiter, & non formaliter: quod tamen potest intelligi vel virtualiter quo ad virtutes alteratiuas, vel quo ad virtutes motiuas. Et nota, quòd nullum debet habere illas virtutes naturaliter: quia si haberet eas violenter, tunc diceretur mixtum solum qualitatiue, & non substantialiter: immo dico, quòd elementa possunt dici mixta qualitatiue, sed nõ substantialiter. Ex istis, & aliis dictis sequitur primo, quòd si mixtum debeat dici compositum ex quatuor elementis, hoc debet intelligi virtualiter, & non formaliter. Sequitur vlterius, quòd mixtum componi ex quatuor elementis, nihil aliud est, quàm ad eius generationem virtualiter, vel actualiter elementa concurrere, & in eo virtualiter manere. Vnde elementa dicuntur cõcurrere virtualiter ad generationem mixti, quando qualitates illorum elementorum, vel si miles concurrunt ad generationem talis mixti. Sequitur tertio, quòd ex vno elemento per eius actionem non potest generari mixtum: quia ad mixti generationem ex elemento sequitur corruptio ipsiusmet elementi: ideo non potest generari mixtum. Quarto sequitur, q̃ ex duobus elementis non symbolizantibus non concurrente aliquo extrinseco, non potest generari mixtum: quia vel vnum superat aliud in vtraque qualitate: & sic conuerteret aliud in suam naturam: vel superat aliud in vna qualitate, & superatur ab eo in alia: & tunc magis generatur tertium elementum

Aliter componi ex quatuor elementis, quomodo?

Sex, l. 2. dis. 19. q. unica.

B eum, quàm mixtum: vel superat aliud solum in vna qualitate, & in neutra superatur: & sic adhuc generatur tertium elementum: vel neutrum eorum superat aliud: & sic neutrũ corrumpetur: & per consequens non fieret mixtum. Et similiter potest dici de elementis symbolizantibus: puta, quòd ex duobus elementis symbolizantibus non concurrente alio extrinseco, non potest generari mixtum. Vlterius sequitur probabiliter, quòd ex tribus elementis non concurrente extrinseco disponente materiam, non posset fieri mixtum: quia ibi oporteret esse duo elementa symbolizantia, & sic superabunt aliud, & conuertent in sui naturam: & per consequens non generatur mixtum. Ex quo sequitur, quòd quando mixtum debet generari ex elementis alteratione propria, & non concurrente extrinseco: debet esse concursus quatuor elementorum. Dico tamen, quòd his non obstantibus ex vno solo elemento, sicut ex terra concurrente influxu cœli potest generari mixtum: & si ad talem generationem concurrat caliditas, & siccitas, ignis dicitur concurrere virtualiter: si humiditas, & caliditas, tunc aer dicitur concurrere virtualiter: & similiter dicatur de aliis. Dico vlterius, quòd mixtum residens circa terram est compositum virtualiter ex quatuor elementis: quia ad eius generationem virtualiter concurrunt quatuor elementa. Et ad rationes: Ad primam dicitur, quòd mixta in fundo maris adhuc videntur componi ex igne virtualiter: quia in eo est aliqualis caliditas, & frigiditas. Ad secundam dicitur, quòd nulla sunt mixta ita grauia, sicut terra, si inueniatur in sua propria natura, & dispositione. Ad tertiam negatur, ꝙ in auro nõ sit virtualiter aqua: & ad probationem dicitur, ꝙ verum est, quòd durat multum in igne propter temperatam eius mixtionem, & conseruationem formæ substitialis. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum. C

Art. 2.

An sit aliquod mixtum perfectè temperatum in qualitatibus.

DVBITATVR primo: Vtrum sit possibile aliquod mixtum esse simpliciter, & perfectè temperatum in qualitatibus. Respondetur, quòd de hoc dubio difficultauerunt Commentator, & Auicenna. Vnde Auicenna tenet partem affirmatiuam, pro qua arguit, quòd si est dare mixtum intemperatum; ergo & mixtum temperatum: nam si vnum contrariorum est in natura, possibile est reliquum esse. Secundo sic. Sanitas consistit in debito temperamento qualitatum: sed sanitas est possibilis: igitur. Sed contra ipsum arguit Commentator: quia tale mixtum non haberet locum naturalem: quia qua ratione locus sursum esset sibi naturalis eadem ratione locus deorsum, & sic non haberet locum naturalem: & per consequens nec quietem. Secundo sic. quia tale corpus quantum est de se esset perpetuum: quia nec caliditas vinceret frigiditatem, nec econtra: & sic esset de aliis qualitatibus: & sic non

Vide. 1. de Gene. com. vit. & 3. me. cõ. 67.

A non alteraretur illud mixtum; & per consequens non corrumpetur. Pro solutione est aduertendum, quòd temperamentum secundum medicos est duplex. Vnum est ad iustitiam, quod consistit in debita proportione qualitatum, quæ esset conuenientissima illi mixto ad eius substantiam, & eius operationes exercendas: & tale temperamentum aliud est in homine, equo, & boue. Et pro maiori declaratione supponitur, quòd duplex est complexio, scilicet radicalis, quam determinat sibi forma substantialis eius: & alia accidentalis, quam mixtum habet ab extrinseco, sicut a sole, vel nutrimento. Et ad mutationem complexionis accidentalis sequitur variatio complexionis substantialis, licet non totaliter. D

Temperamentum duplex.

Complexio duplex.

B Nota vlterius, quòd mixtum certæ speciei stat naturaliter sub aliqua dispositione, & sub aliqua violenter: sub prima dicitur esse sanum: sub secunda dicitur esse ægrum. Tunc ponuntur aliquæ propositiones. Prima, cuilibet speciei conuenit aliqua latitudo proportionis qualitatum primarum, sub qua nullum mixtum alterius speciei naturaliter potest esse: cum talia determinant sibi diuersas complexiones. Secunda propositio, vnaquæque species determinat sibi maiorem latitudinem, sub qua potest stare violenter, quàm sub qua potest stare naturaliter: quia maior est latitudo, sub qua potest stare homo infirmus, ꝙ sub qua pót stare homo sanus. Tertia propositio: non est possibile mixtum diu permanere sub vtraq; optima dispositione: cum continue fiat alteratio a medio, & a partibus inter se. Quarta propositio, possibile est mixtum stare aliquo tempore paruo sub complexione temperata ad iustitiam: quia dabile est mixtum distemperatum flegmaticum: igitur est dabile mixtum temperatum ad iustitiam: quia vbi contingit reperire posteriùs, contingit reperire prius; modo complexio temperata præcedit intemperatam; igitur. Quinta propositio, sicut mixtum determinat sibi complexionem essentialem, seu radicalem: ita accidentalem sibi congruam, & proportionatam essentiali: quia mixtum aliquando melius se habet in vna regione, quàm in alia: melius in vno tempore, quàm in alio: quod non esset nisi quia complexio eius accidentalis est sibi conuenientior. Aliud est temperamentum ad pondus vbi non est plus de gradibus vnius qualitatis, quàm alterius: vt frigiditatis, quàm caliditatis: & de isto dicitur, quòd temperamentum ad pondus est possibile quantum ad duas qualitates contrarias: potest enim aqua continue moueri de intensa caliditate ad intensam frigiditatem: in qua mutatione habebit habere tot gradus caliditatis, sicut & frigiditatis: & consimiliter potest dici de aliis qualitatibus. Ex quibus concludi potest, quòd temperamentum quo ad pondus est possibile quo ad omnes qualitates primas. D

DVBI-

B DVBITATVR secundo, *An omne viuens habeat determinatam periodum.* Vtrum omne viuens habeat determinatam periodum suæ durationis. Et videtur, quòd non: quia tunc sequeretur, quòd vita non posset prolongari: sed consequens reputatur falsum: igitur, & antecedens. Item ignis in sua sphæra existens est corruptibilis: & tamen non habet determinatam periodum: quia quantòcunq; durat, adhuc diutius potest durare. Item possibile est vitam hominis perpetuari: igitur non habet determinatam periodum. Antecedens probatur: quia possibile est humidum radicale continue per artem medicinæ tantum restaurari quantum fuerit deperditum per actionem caloris naturalis. In oppositum est Philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd in

F propositio periodus est tempus determinatum secundum reuolutiones corporum cœlestium, vltra quod res non potest esse naturaliter. Supponitur secundo, quòd entium corruptibilium quædam sunt simplicia, quædam mixta. Item mixtorum quædam sunt homogenea, quædam heterogenea. Supponitur tertio, quòd quælibet res diligit se permanere: quia quælibet res resistit corrumpentibus quod non faceret nisi diligeret se permanere. His suppositis ponuntur aliquæ propositiones. Prima, omnis corruptio substantiæ fit a suo contrario: quia omnis corruptio substantiæ fit per alterationem disconuenientem rei, quæ corrumpitur: & hoc maxime loquendo de corruptione naturali, & non violenta extrinsece exhibita. Et si quis dicat, substantiæ nihil est contrarium: igitur non corrumpitur a suo contrario. Respondetur, quòd contrarietas propriè dicta, & formalis solùm est inter quatuor qualitates primas: contrarietas virtualis potest esse inter duas substantias, & etiam inter substantiam, & accidens: vt alias visum est. Et dicitur notanter substantiæ: quia accidentia frequenter corrumpuntur: non a suo contrario, sed defectu conseruantis: vt lumen, & scientia. et de hoc dicunt aliqui, quòd substantia non potest sic corrumpi: puta propter defectum sui conseruantis: cuius tamen oppositum dicunt aliqui. Dicunt enim, quòd cœlum potest desinere esse per rationem conseruantis,

H cum tale non habeat determinatam periodum, cum ex sua natura non habeat contrarium formaliter, vel virtualiter. Ex istis sequitur, quòd si sit aliqua substantia, quæ non habeat contrarium, ipsa non est corruptibilis. Sequitur secundo, quòd quanto aliquid habet minus de contrarietate cæteris paribus, tanto magis durat. Secunda propositio, nihil dicitur alterare seipsum alteratione corruptiua: vt patet inductiue primo in simplicibus: secundo in mixtis, in quibus pars alterat partem, & non eadem pars ipsam met partem: nec totum, totum. patet etiam ratione, quia quodlibet ens diligit seipsum; ergo non alterat se alteratione corruptiua, ad quam sequitur corruptio

A ruptio substantiæ. Tertia propositio, nullum simplex, vel mixtum homogeneum habet in se principium actiuum, seu corruptionis: quia non habet contrarium: & hoc si sit naturaliter dispositum. Et ex isto sequitur, quòd talia non possunt corrumpi nisi ab extrinseco, a quo disponuntur ad sui corruptionem. Ex quo sequitur, quod quanto aliqua sunt magis homogenea, tanto sunt maioris durationis cæteris paribus. Et aduerte, quòd sex

Cause du raisons corruptibilium. possunt assignari causæ durationis corruptibilium. Prima, est similitudo partium in qualitate. Secunda est debilitas corporis continentis in contrarietate. Tertia, est duricies per quam aliquid est difficilius ad diuidendum. Quarta, est mixtio humidi cum calido, & sicco terrestri. Quinta, est latitudo proportionis qualitatum primarum. Sexta, est temperamentum calidi, & humidi. Ex quo sequitur, quòd secundum diuersitatem istarum causarum aliqua magis permanent, & aliqua minus. His suppositis dicitur primo, quòd non est dare maximum tempus, per quod homo potest viuere naturaliter: quia quocunq; dato, per quod potest viuere, est dare maius, vltra quod potest viuere: nec est dare minimum, in quod potest: nec maximum, in quod non potest: sed tantum est dare minimum in quod non potest. Ex quo patet, quòd per periodum in proposito non intelligitur maximum tempus, per quod potest esse: nec maximum, per quod

C res potest non esse; nec minimum per quod res potest esse; sed minimum, vltra quod res potest non esse: & ex quo homo sine miraculo non potest perpetuari: ideo est aliquod tempus determinatum speciei humanæ, vltra quod nullum individuum tal. speciei per naturam viuere potest: nec vltra illum terminum potest prolongari per artem: & illud tempus vocatur periodus speciei humanæ: quodlibet tamen individuum speciei humanę habet determinatam periodum secundum complexionem suam naturalem: & talis bene potest prolongari per artem medicinę. Ex quo sequitur, quod quęlibet substantia viuens habet determinatam periodum suę durationis ex natura sua. Dicitur secundo, quod quælibet substantia corruptibilis alia a substantia viuente habet determinatam periodum ex natura sua ex reuolutionibus cœli: cum nulla talis semper maneat vna, & eadem. Dicitur tertio, quod accidentia, quæ non sunt nata esse nisi in subiectis corruptibilibus, & habent contrarium per se vel per accidens, habent determinatam periodum ex natura sua: sed accidentia, quæ sunt in subiecto in corruptibili ex sua natura non habent determinatam, cum talia possint semper manere. Ad rationes: Ad primam patet solutio. Ad secundam dicitur, quod ignis in sua sphæra non habet determinatam periodum: cum oporteat ipsum semper manere, tamen quodlibet pedale eius habet. Ad tertiam dicitur,

Sexta. de immortalitate hominis in statu nouo.

quod

B quod vita hominis non potest perpetuari: ad probationem dicitur, quod impossibile est quantuncunq; fuerit bonus medicus restaurare humidum post tempus status vitæ quin continue desiccetur, quia humidum, quod ipse apponit, non est ita purum sicut humidum præcedens.

Vtrum corruptum possit redire idem in numero.

DVBITATVR tertio, Vtrum corruptum possit redire idem in numero. Et arguitur, quod sic: quia homo corruptus idem in numero redibit: igitur. Secundo sic, illa sunt eadem numero quorum materia est vna: sed corrupti, & geniti materia est vna: ergo genitum, & corruptum sunt idem numero. Tertio sic, materia est in potentia ad formam corruptam: igitur illa potest reuerti. Antecedens patet: quia materia est in potentia

B ad formam generandam: & non est differentia inter generandam, & corruptam, cum illę sint nihil: igitur. Quarto sic, materia existente vna: & agente existente eodem, erit vnum: sed post corruptionem rei materia manet vna, & agens est idem: igitur. In oppositum est Philosophus in textu. Pro cuius solutione est aduertendum, quod

Vide li. 4. dist. 43. q. 3. ar. 1.

de hoc dubio possimus loqui dupliciter. Vno modo supernaturaliter: & sic dico breuiter, quod idem numero potest redire seu generari: nam fide tenemus omnes homines in die iudicij redire. Alio modo possumus loqui naturaliter: & adhuc dico, quod duę fuerunt opiniones. Fuit enim opinio quorundam Philosophorum, quod omnia redibunt: & videtur esse opi- C nio Platonis, qui videtur dicere, quod post magnum annum, idest post triginta sex milia annorum eadem numero redibunt: quia redeunte eadem causa, redibit idem effectus: sed in illo anno redibunt omnia corpora ad eundem situm: igitur. Sed hæc opinio non est vera: immo ad eam sequuntur multa inconuenientia. Primum, quod nostrum addiscere non est nisi quoddam reminisci. Sequitur etiam quod actus liberi arbitrij subessent causalitati cœli: quod tamen est falsum: nam actus voluntatis nostræ non subsunt alicui causalitati vel influentiæ corporum superiorum saltem per se. Alia est opinio Aristotelis, quod impossibile est generabile pluries generari siue simul, siue successiue: quia H corruptum non potest idem in numero redire: igitur non potest idem numero bis generari. Antecedens probatur: quia si corruptum posset redire idem in numero, hoc maxime esset propter identitatem causarum concurrentium ad suam generationem: sed hoc non: quia non videtur propter quid redirent: ni si forte, quia possunt omnes causæ eędem reuerti: sed hoc non constat, quòd possunt omnes eędem causæ redire, & esse: eo, quòd influentiæ, & motus cœlestes eędem in numero non possunt redire per naturam. Item materia non plus est in potentia ad formam corruptam: quia nulla est potentia ad præteritum. Item maior est interruptio in esse, quàm in magnitudi-

A ne: sed interruptio in magnitudine facit, quòd magnitudo non est vna: ergo etiam interruptio in esse facit, quòd rediens non erit vnum numero; & per faciliùs possunt solui rationes.

Et siquis dicat, idem in quantum idem semper est natum facere idem: ergo si redeant eædem causæ redibit idem effectus. Respondetur, quòd idem inquantum idem semper est natum facere idem in specie, & non in numero: quamuis enim primus motor sit semper idem, & similiter se habeat ad idem mobile: tamen non perducit semper eundem motum, sed bene similem. Sed restat adhuc

An in generationibus sit processus in infinitum.

parua difficultas, vtrum in generationibus sit processus in infinitum. Respondetur breuiter, quòd difficultas nihil aliud quærit, nisi vtrum non sit deuenire ad vltimam generationem postquàm non erit vlterior. Sit aduerte pro solutione, quòd in generationibus procedere in in- C finitum, potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum rectum; alio modo secundum circulum. Vnde generatio dicitur procedere secundum rectum, quando non redit idem, sicut in circulo redit idem: sed generatio procedit in infinitum secundum circulum, quando redit idem sicut in circulo redit idem. Tunc ponitur talis conclusio: generatio non vadit in infinitum secundum rectum in specie licet bene in numero; generatio etiam procedit bene in infinitum secundum circulum in specie sed non in numero. Et hæc de secundo arti. Quantum ad tertium sit.

Art. 3.

CONCLVSIO responsalis: Quodlibet elementum quantum est de se potest immediate transmutari in quodlibet elementum; quæ conclusio satis patet in primo articulo: patet etiam quid sit dicendum ad rationes.

PETRI TATARETI PARISIENSIS,

In Meteorologicos libros Aristotelis Commentarius.

LIBER PRIMVS.

Text. com. & inde.

DE primis quidem igitur causis naturæ, & de omni motu naturali, & adhuc autem de secundum superiorem lationem per ornatis F astris, & de elementis corporalibus, quot & quæ: & de ea, quæ inuicem permutatione: & de generatione, & corruptione communi dictum est prius: Reliqua autem pars huius methodi est adhuc considerandi, quam omnes priores meteorologiam vocabant &c.

Quid in his Meteorologicis libris agendum.

ISTE est liber Meteororum Aristotelis in quo ipse determinat de impressionibus meteoricis: & diuiditur in quatuor libros. In primo, determinat de impressionibus ignitis: & diuiditur in quatuor tractatus. Primus diuiditur in tria capitula. In primo determinat de causa materiali, & efficiente ipsarum impressionum: & diuiditur in duas partes. In prima recapitulat ea, quę dicta sunt: dicens primo, quòd dictum est prius de principiis, & causis naturæ, seu entis naturalis: & de omni motu naturali, & de astris, & quatuor elemẽtis, & generatione, & corruptione in communi: Consequenter H ostendit de quibus dicẽdum est in istis libris: dicens, quòd hic dicendum est de hoc, quòd antiqui vocabat meteorologiam, quod idem est, quòd sermo scientificus de eleuatione: & alicis, q illa fiunt per naturam inordinatiorem, quàm sit natura primi elementi, ideſt cœli, id est impressiones fiunt magis inordinatæ, quàm sit natura, secũdum quam fiunt motus cœli. Et dicit, quòd impressionum quædam fiunt circa locum propinquum astris, sicut patebit de galaxia, & de cometis, & de aliis impressionibus ignitis motis, & apparentibus superius: quædam fiunt in medio aeris: vt nubes, & venti: & quædam in aqua, sicut salsedo maris: quædam in terra, sicut terræmotus. Et de omnibus istis eõsiderabuntur causę. Determinabitur etiam de circularibus

Meteorologia subiectum.

A ribus passionibus, quæ fiunt per coagulationem, ideſt in spissatione, cuiusmodi sunt halo, & iris. Determinabitur etiam de plantis, & de animalibus: & in hoc comprehẽdit librũ de anima, & paruos libros naturales. In secunda parte ponit quinq; suppositiones. Prima, præter quatuor elementa ponendum est vnum corpus simplex, quod est causa efficiens omnium impressionum: ponenda sunt quatuor elementa, quæ sunt causæ materiales istarum impressionum. Secunda suppositio: necesse est hunc mundum inferiorem esse contiguum lationibus superioribus, vt omnis virtus eius inde gubernetur. Tertia suppositio, ignis, terra, aqua, & aer sunt principia materialia omnium impressionum. Quarta suppositio, in isto libro determinandum est de circulo lacteo, ideſt de galaxia, cometa, & alijs huiusmodi impressionibus. Quinta suppositio, omnia elementa sunt adinuicem transmutabilia, & vnumquodq; est in potentia ad aliquid: sic quod materia, quæ nunc stat sub forma vnius elementi; potest postea stare sub forma alterius elementi.

Suppositiones.

B

PRIMVM quidem igitur dubitabit vtiq; quis circa vocatum aerem, quam oportet accipere, &c.

Elementorum ad inuicem quantitas qua.

ISTVD est secundum capitulum huius tractatus, in quo Philosophus determinat de quantitate elementorum adinuicem: & diuiditur in duas partes. In prima mouet vnam dubitationem de aere, quærendo quanta sit moles ipsius aeris. In secunda parte nititur soluere C hanc dubitationem. Et primo ponit opinionem Anaxagoræ: dicẽs, quòd vt prius dictum est; præter quatuor elementa oportet ponere quintum corpus simplex, puta cœlum: quod est alterius naturæ ab ipsis: cum sit ingenerabile, & incorruptibile: vt patet per antiquos appellantes ipsum æthera, quasi æterno tempore currens. Et siquis quærat, quare hic narrat hanc opinionem cum alias fuerit narrata. Respondetur, quòd non oportet tantum: semel neq; bis easdem opiniones redire, sed infinities.

ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν.

In secunda parte ponit tres conclusiones. Prima, cœlum, & terra non sunt de natura ignis: quia tunc omnia ista inferiora fuissent totaliter destructa: cum corpora cœlestia sint valde magna. Secunda cõclusio, spacium intermedium inter cœlum, & terram non est plenum solo aere; quia tunc aer multum excederet quantitatem aliorum elemẽtorum. Tertia conclusio, spacium intermedium inter cœlum, & terram non est plenum duobus elementis tantum, scilicet igne, & aere: quod probat duabus rationibus. Prima, terra non potest attingere aquam secundum omnes partes sui: immo videmus, quòd multæ partes aquæ sunt extra terram: ergo spacium inter cœlum, & terram, non est solum plenum aere, & igne, sed etiam aqua. Secunda ratio, qualis est proportio partis ad partem, talis est proportio totius ad totum: sed partes aeris habent proportionem decuplam ad partes aquę: quia ex vna parte aquæ fiunt de D

B cem aeris: ergo totus aer excedit aquam in eadem proportione: quod non faceret si tantum inter cœlu, & terram esset ignis, & aer. Ex quo infert, quod elementa non solum sunt proportionata adinuicem in virtute, sed etiam in magnitudine.

RELIQVVM autem perscrutantes dicere; quomodo ordinata sunt duo ad primi corporis positionem, &c.

ISTVD est tertium capitulum, in quo Philosophus determinat de ordine elementorum adinuicem, mouendo tres quæstiones. Prima, qualiter ignis, & aer sint ordinata respectu cœli. Secunda, quomodo a cœlo, & ab altro, puta a sole tantum inferius causatur caliditas: cum cœlum, & astrum non sint formaliter calida. Tertia, quare nubes non generantur in suprema regione aeris: cum suprema regio aeris sit frigidior. Ad primam quæstionem dicit Philosophus, quod sunt duo elementa inter concauum orbis lunæ, & aquam, scilicet aer, & ignis: & quia ignis est magis purus: ideo est supra aerem, & contiguatur cœlo lunæ: igitur ignis in sua sphæra mouetur circulariter: aer etiam quo ad partem superiorem mouetur circulariter ad modum ipsius, cui contiguatur. Ostendit vlterius quid est vapor: & quid exhalatio: dicens quod Vapor est corpus subtile humidum, & calidum & est materia omnium impressionum humidarum; sed exhalatio est corpus calidum, & siccum cum siccitate terrestri. Consequenter soluit tertiam quæstionem dans triplicem causam, quare in suprema regione aeris non generantur nubes. Prima, quia illa regio est velut ignis ratione excessiuæ caliditatis, per quã prohibet vaporem condensari, & conuerti in nubem. Secunda causa, quia aer supremę regionis mouetur circulariter: ideo dato, quod vapores ibi ascenderent propter velocitatem motus disgregarentur sic, quod non possent condensari, nec constituere nubem. Tertia causa, quia in suprema regione aeris non possunt fieri venti: ergo neq; nubes. consequentia patet per locum a maiori: quia venti sunt exhalationes calidæ, & siccę, quæ nateq sunt magis ascendere, quàm vapor, qui est calidus, & humidus. Et antecedens probat signo: quia sacrificantes in altis montibus: anno reuoluto, quando iterum ibant ad faciendum sacrificium: inuenichant cineres anni præcedentis, quod non fecissent, si illic fuisset ventus. Ad secundam quæstionem dicit Philosophus, quod non est inconueniens hæc inferiora calefieri a superioribus non habentibus caliditatem: quia cœlum suo motu trahit secum quædam inferiora, scilicet ignem ad superiorem partem aeris per motum suum, & motus localis de sua natura natus est calefacere: ideo sol, & cœlum calefaciunt ista inferiora. Pinaliter probat, quòd cœlum, & astrum non sint calida: & hoc duobus signis. Primum: quia talia velocissime mouentur: & tamen non igniuntur, nec videmus ibi generari aliquas impressiones ignitas sicut in istis inferioribus: igitur. Secundum signum, quia sol apparet albus, & non rubeus: ergo signum est, quòd non est forma liter calidus.

Quomodo ignis, & aer sint.

In suprema aeris regione, cur non generantur nubes.

Superiora corpora quomodo calefaciunt hæc inferiora

HIS autem determinatis; dicamus propter quam causam flammę accensę apparent circa cœlum, &c.

ISTE est secundus tract. huius libri, in quo Philosophus determinat de impressionibus ignitis: dicens, quod materia remota impressionum ignitarũ est corpus terrestre habens aliquid de corpore igneo pingui, & faciliter inflammabili: sed materia propinqua est exhalatio calida, & ficca: causa vero efficiens est calefaciens huiusmodi corpora: cuiusmodi sunt sol, & astra: finis autem talium impressionum est generatio ignis: finis autem remotus est salus animãtium. Et huiusmodi impressiones sic generantur: nam a calore solis eleuatur exhalatio calida, & ficca, quæ postea per calorem ignis inflammatur: & secundum diuersitatem exhalationis in caliditate, & siccitate, raritate: & densitate, granitate, & leuitate diuersificantur huiusmodi impressiones secundum diuersas figuras: non enim generantur omnes istę impressiones in eodem loco: nam quędam generantur infra terram, quædã in infima regione aeris, quædã in media, & quędam in suprema: Omnis enim impressio ignita sit ex exhalatione calida, & ficca: vel ergo illa exhalatio est multum calida: & per consequens leuis: ita quod sufficit ascendere vsq; ad supremam regionem aeris: & talis exhalatio aut est æqualiter subtilis in omnibus suis partibus, aut inæqualiter: Si inæqualiter, aut magis habet de grosso, quàm de subtili: & tunc quando inflammatur apparet per modum figuræ piramidalis: Si vero tãtum habet de grosso, quantum de subtili, tunc apparet per modum lanceæ ardentis: Si vero talis exhalatio sit æqualiter subtilis in omnibus suis partibus: aut est continua, aut discontinua: si discontinua apparet per modum stipularum ardentium: si vero sit continua, & parua, & sit accensa in vna parte, & non in alia: tunc apparet per modum candelę ardentis: & huiusmodi impressiones generantur in suprema parte aeris: Sed si talis exhalatio sit mediocriter calida sic, quòd non moueatur nisi ad mediam regionem aeris, aut ergo est continua, vel non continua: si secundum, tũc apparebit per modum stipularum ardentium: si primum, vel materia est conglobata sic, quòd vnus globus primo inflammatur: postea alius: tunc vocantur capræ saltantes, quas vocat Arist. Eges. Contingit etiam, quòd talis exhalatio condensetur in nube frigida, & eũ inflammabitur per antiperistha sim frãget nubem: & tũc apparent scintillę ardentes: Si talis non sit globata, vel est compacta, vel non: si secundum, tunc candelæ apparent ardentes: si vero sit compacta, & sibi non accidat aliquid frigidum, & inflammetur, tunc solet vocari

E ignis fatuꝰ. Si vero occurrat ali quod frigidũ, aut sit inferius, aut superius, si secundũ, & propter impedimentum talis exhalatio non posśit ascendere, sed moueatur lateraliter: tunc vocatur sydus volans: & quandoque contingit, quòd tale frigidum concurrat ante inflammationem: & tunc talis exhalatio inflammatur interius, & apparet per modũ draconis exuffiantis ignem: si vero tale frigidum obuiet inferius, tunc exhalatio ascendit, & apparet ignis ascẽdens: si vero exhalatio sit debiliter calida, & moueatur in infima regione aeris, tunc si materia sit simul continua, & simul accensa, apparet per modum stipulæ ardentis. Si autem materia sit F subtilis, & leuis, ita quòd potest moueri faciliter ad modum aeris, tunc apparent impressiones ignitæ per modum cãdelarum. Vnde candelæ ardentes generantur ex fumo pinguis: aliquando etiam ex sudore equi: & huiusmodi impressiones aliquando apparent minores, & aliquãdo maiores secundum magnitudinem exhalationis.

APPARENT autem aliquãdo nocte serenitate existente, cõsistentia multa flamma in cœlo &c.

ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus determinat de hiatu, & voragine, quæ apparent per colorem, & illuminationem exhalatio-

Hyatus, uorago, et sanguineꝰ.

nis, & de alia impressione, quæ vocatur Sanguineꝰ colores: & habent pro materia propinqua exhalationem calidam, & siccam: & causa efficiens est plane ta, vel astrũ lumine suo sic mouens, & inflammans tales exhalationes. Et sic generãtur: nam per calorem solis, vel astri eleuatur exhalatio calida, & ficca a terra, quæ propter frigiditatem inspissatur, & secundum q̃ diuersimode lumen in aere recipitur, apparent diuersi colores. Vnde aliquando partes extremales apparent albæ, & media nigra, & cum nigrum minus immutet visum, quàm album, vel sanguineum: ideo illa pars nigra apparet magis distans, quàm pars extremalis: ideo apparet quædam ruptura, siue fenestra in cœlo, quæ si sit magna, vocatur Vorago: si parua, vocatur Hiatus. Ex quo patet, quòd hiatus, & vorago differunt sicut magnum, & paruum. Sanguinei autem colores causantur ex lumine trãseunte exhalationem opacam: nam albũ visum per nigrum apparet rubeum: & quanto lumen magis dominatur supra exhalationẽ, H tanto apparet illa exhalatio magis alba: quanto vero minus, minus apparet alba. Vnde quando lumẽ medio modo dominatur, tunc apparet rubedo: quandoque totaliter, tunc apparet albedo: quando vero remisse, apparet nigredo. Vnde istæ impressiones fiũt in aere, licet propter distantiam videantur esse in cœlo: & apparent magis de nocte, quàm de die: quia lumen solis impedit ne videatur minus lumen: & fiunt tempore sereno: quia tempore obscuro venti, & nubes impediunt visionem istarum impressionum.

G *Nei colores unde, & quomodo causentur.*

DE

A DE cometis autem & vocato lacte dicamus, dubitantes ad dicta ab aliis &c.

ISTVD est tertium capitulum, in quo philosophus determinat de cometis: & diuiditur in duas partes. In prima determinat de cometis secũdum opinionem antiquorum: & narrat tres opiniones. Prima, fuit Anaxagoræ, & Democriti dicẽtium, cometam esse apparitionem plurium stellarum errantium. Dicebant enim, quòd cum stellæ errantes appropinquabant adinuicem, apparebant facere cometam. Alia fuit opinio Pythagoricorum, dicẽtium cometam esse vnam de stellis errantibus, quæ multo tempore radiat sub radijs solis, apparet per modum cometæ. Alia fuit opinio Hyppocratis dicentis, quòd cometa quantum ad corpus erat stella erratica, & de natura cœli: sed quantum ad caudam erat de natura elementorum. Istam opinionem reprobat duabus rationibus. Prima, quia tunc aliquando appareret sine cauda, quod est contra experientiam. Secunda ratio: quia tunc essent plures planetæ, quàm septem, quod falsum est. Secundam opinionem reprobat duabus rationibus. Prima, quia omnes stellæ erraticæ videntur sub zodiaco: sed multę cometæ apparent extra illum circulum: igitur. Secunda ratio, quia si sic esset, tunc non possent apparere plures cometæ, quod est falsum: quia aliquando visi sunt plures cometæ. Primam opinionem improbat tribus rationibus. Prima, quia

Cometa quid, quotuplex, quis moueatur, & quæ portenta inducat.

B

tunc sequeretur, quòd dissoluto C cometa, plures deberent apparere planetæ, quod est falsum. Secũda ratio, quia planetæ aliquando coniunguntur aliis stellis: & tamen propter illam coniunctionem nõ apparet cometa: igitur. Tertia ratio, quælibet stella per se videtur indiuisibilis: ergo plures stellæ coniunctæ nõ possunt facere tantam apparentiam.

In secunda parte determinat de cometa secũdum opinionem propriam: dicens, quòd cometa sic generatur: nam per calorem solis, & aliorum astrorum a corporibus terrestribus existẽtibus hic inferius, & viscosis, elenatur exhalatio terrestris calida, & sicca vsque ad supremam regionem aeris: & ibi propter vicinitatem ignis inflammatur, & secundum diuersam dispositionem materiæ diuersimode apparet. Vnde quando illa materia D extenditur in longum, vocatur stella caudata: quando enim in medio est grossior, & in extremis subtilior: tunc in medio apparet lumen, & in extremis magis clarum: & tunc vocatur stella comata: & quando inferius habet partes continuas, & subtiles, tunc vocatur stella barbata. Consequenter determinat de motu cometæ: dicens, quòd quãdo cometa insequitur vnam stellam, vel planetam cœli: tunc mouetur ad motum ipsius: sed quãdo per se mouetur, tunc non mouetur ita velociter: immo retardat multum, ita quòd si hodie sit cum vna stella cœli crastina die tardius ibit ad occasum. Deinde determinat de signis cometæ, seu quid significat

Universidad de Deusto
Biblioteca

E cometa; dicens, quòd est signũ magnæ caliditatis, & multorum ventorum. Secundo, est signum traditionum, mortalitatum, bellorum, & magnæ pestis: quia tempore generationis cometæ viget caliditas ignea: ita quòd calor multum augetur in hominibus, & etiam colera: & tunc incitantur homines ad iurgia, & bella. Tertio, est signũ mortalitatis principũ: quia principes sunt subtilioris complexionis propter nutrimentum subtilius, & magis delicatum: ideo facilius inflammantur, & irascuntur. Quarto, est signum magnorum ventorum: nam expertum est sæpe, quòd quando fuerunt multi cometæ, tunc fuerunt anni multum ficci, & multum ventosi. Vnde dicit, quòd
F quodam tempore fuit ventus ita impetuosus, quòd lapis eleuatus est a vento, & deportatus per magnum iter, & immediate apparuit magnus cometa.

CIRCVLVS autem lacteus &c.

ISTVD est quartum capitulum, in quo Philosophus determinat de galaxia, seu de via lactea. Et primo narrat tres opiniones antiquorum. Prima, fuit aliquorum dicentium, quòd sol semel ductus a Phaetõte exiit viam suam: & tunc combussit illam partem cœli, quæ nunc apparet alba: sed ista opinio est fatua: & eam improbat Philosophus: quia tunc zodiacus, sub quo mouetur sol, effet iam combustus. Secunda opinio, fuit Anaxagoræ, & Democriti di-G centium, galaxiã esse lumen quorundam astrorum aggregatorum. Hanc opinionem improbat Philosophus: quia tunc galaxia aliquando appareret prope aliquas stellas: & aliquando prope alias: sed hoc est falsum.

Galaxia quæ, & quia lactea dicitur, quid.

Tertia opinio fuit aliquorum dicentium, quòd lumen astrorũ immisceatur vapori humido versus cœlum stellatum. Hanc opinionem reprobat Philosophus, quia tunc sequeretur, quòd galaxia semper deberet apparere in alio, & alio loco, cuius tamẽ oppositum videtur. Finaliter determinat de galaxia secũdum propriam eius opinionem: dicens, quòd ab istis inferioribus per calorem solis, & aliorum astrorum eleuantur multæ exha
H lationes calidæ, & siccæ vsq; ad supremam regionem aeris, in quibus recipitur lumen astrorum: ideo apparet claritas magna, siue albedo, quę vocatur galaxia, & quòd sic generetur, probat Philosophus ratione, & signo. Ratione sic: quia virtute vnius astri eleuatur materia, ex qua generatur cometa: ergo virtute multorum astrorum potest eleuari multa materia, ex qua potest generari galaxia. Signo probat sic: quia galaxia non apparet inter tropicos propter niniam caliditatem: igitur.

An de impressionibus meteoricis sit scientia.

QVAERITVR vtrum de impressionibus meteoricis sit scientia. Et arguitur primo, quòd non: quia de impressionibus solum

A lum est opinio: igitur de ipsis nõ est scientia. Cõsequentia est nota: quia scientia, & opinio sunt habitus distincti abinuicem. Antecedens probatur inductiue de omnibus, quæ fiunt, & traditur in istis libris, quæ videntur esse conclusiones contingẽtes: & consequentię nõ videntur valere: vt no sequitur tonitruũ est: ergo extinctio ignis in nube est: quia tonitruum potest aliter fieri sine his. Secundo sic: Impressiones meteoricæ non sunt termini, neque conclusiones: ergo de ipsis non est scientia. patet cõsequentia: quia omnis scientia est de conclusione, vel de terminis illius conclusionis: nec est dicendum, quòd sit de rebus significatis per terminos, cum illæ res sint mutabiles, & possint
B aliter esse. Tertio: Impressiones, vt in plurimum non sunt: ergo de ipsis nõ est scientia, patet consequentia: quia destructo scibili destruitur scientia, vt patet in prædicamentis. Quarto sic: Scientia proprie dicta est de significato totali conclusionis scitę: sed nulla impressio est significatum totale conclusionis scitæ: ergo. Quinto sic: Omnis scientia est verorum: sed nulla impressio est vera, cum sola propositio dicatur vera: igitur de impressione non est scientia. In oppositum videtur esse Philosophus in textu, tradẽs nobis scientia de huiusmodi impressionibus. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Art. 1. PRIMO sciendum, q̃ pro declaratione huius termini Scientia supponitur, quòd de aliquo
Quot modis sciatur potest haberi sciẽtia tripliciter. Vnomodo tanquam de conclu-C sione demonstrata, vel demonstrabili: & sic nec de impressionibus, neque de aliis rebus est scientia: & de hoc intelligebatur primus Posteriorum, cum dicebatur, quòd scientia erat verorum, & necessariorum, idest conclusionum verarum, & necessariarum, & non quidem necessariarum, quòd non possunt non esse: sed necessariarum, quia non possunt esse falsæ, saltem terminis supponentibus. Secundo modo, scientia est de aliquo tanquam de termino, vel terminis, ex quibus concluditur cõclusio demonstrata, vel demonstrabilis: & sic etiã de impressionibus non est scientia: cum impressiones non sint termini. Tertio modo, scientia est de aliquo, vel de aliquibus tanquam de rebus significatis per terminos cõclusionis demonstratæ: & sic scien-D tia potest esse de omnibus rebus siue sint perpetuæ, siue corruptibiles, siue casuales, siue fortuitæ: quia omnes tales res possunt significari per terminos conclusionis: & sic de impressionibus est bene scientia. Et de hoc satis aliàs visum est in 1. Poster. Et si quis quæratVtrum notitia, quæ habetur de conclusionibus demonstratis in hac sciẽtia sit certa, & euidens. Respondetur, q̃ aliquæ conclusiones huius libri sunt ita certæ, & verę, sicut geometricæ, vel perspectiuæ: vt patebit in tertio, vbi determinabitur de halone, & iride. Aliæ sunt conclusiones huius scientiæ certæ certitudine naturali, ad quas sufficiunt rationes probabiles, & persuasiones naturales: sicut patet in 1. huius, de stellis cadentibus, & de capris saltantibus: &

tia potest de aliquo haberi. T. cõ. 9. 28. & alibi.

Pagina. 201. D.

E in 2. de fluxu, & refluxu maris.

Sed pro declaratione huius termini, impressio, supponitur, quòd impressio tripliciter accipitur. Vnomodo communiter, pro quocunq; derelicto ex constructione, vel commixtione duorum corporum: sicut dicimus, quòd in cera remanet impressio sigilli. Secundomodo capitur pro quacunq; alteratione qualitatum primarum: siue etiã pro quibuscunq; qualitatibus derelictis ex alteratione qualitatum primarum. Vltimo capitur pro corpore naturali mixto imperfecto composito ex materia, & forma: cuiusmodi sunt pluuię grandines, impressiones ignitę, & sic de alijs: & dicuntur talia mixta imperfecta propter eorum subitam mixtionem, & generationem: & non propter eorum breuę corruptionem: quia in mari est aliquis piscis, qui quatido de mane generatur de sero corrumpitur: & tamen non dicitur corpus mixtum imperfectum. Vel dicuntur mixta imperfecta: quia talis mixtio videtur solum esse secundum qualitates, & non secundum substantiam: cum pluuia sit substantialiter aqua. Et aduerte, vt dictũ est in textu, quòd illæ impressiones fiunt super terram in media regione aeris, & in suprema: tamen illa scientia magis denominatur ab impressionibus, quæ fiunt supra: ideo dicitur scientia de impressione meteorica: quia de ipsis fuit maior difficultas inter Philosophos: vel communiter: quia sunt perfectiores alijs impressionibus: & dicitur a meta, quod est trãs, & teoros, quod est apparitio, quasi apparitio vl tra naturalem habitationẽ: vel dicitur a meteores, quod est eleuatio quasi impressio elenata.

Impressio tripliciter.

Enhimerus, nodi, & febres ephimeræ.

Imaginatiõ ethimologia.

G

SECVNDO sciendum, ꝙ circa textum incidit talis difficultas: vtrum sit necesse hunc mundum inferiorem esse continuum lationibus superioribus, vt eius virtus inde gubernetur. Et videtur, quòd nõ; quia actus humani non reguntur a lationibus superioribus: igitur. Antecedens probat: quia tunc non essent liberi. Itẽ multæ sunt actiones in istis inferioribus, quę nõ reguntur illis superioribus, vt combustio stupę: nam dato, ꝙ cœlum non moueretur: non minus ignis applicatus stupę combureret stupam. Item hoc maxime videretur fieri mediante lumine: sed hoc non: quia multa sunt in profundo maris, ad quæ non attingit lumen. In oppositum est Philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur primo de intellectu illius dicti Necesse est hunc mundum, &c. quòd ly necesse non dicit necessitatem simpliciter: nam potest esse iste mundus inferior sine mundo superiori; sed dicit necessitatem secundum quid, puta naturalem, & significato ordine in potentijs naturalibus: & adhuc forte simpliciter non esset vera, vt statim dicetur.

An necesse sit mundum hunc inferiorẽ esse continuum lationibus superioribus vt inde eius virtus gubernetur.

H

Dicitur secundo, quòd mundus inferior est aggregatum ex quatuor elementis, & corporibus contentis in ipsis.

Dicitur tertio, quodlibet continuum capitur pro contiguo. Dicitur quarto, quòd per lationes intelliguntur motus corporum superiorũ, vel ipsamet corpora superiora. Dicitur quinto, quòd

A *(cælũ quæ agit in h.c inferiora.*

ꝙ per virtutem intelligitur potentia, siue actiua, siue passiua: & hoc potentia naturalis & nõ liberata: & per ly gubernet. intelligit agat, vel patiatur; ita ꝙ sit sensus necesse est hunc mundũ inferiorem esse continuum. i. cõtiguũ lationibus superioribus. i. corporibus superiorib⁹, seu motibus eorum, vt virtus. i. potẽtia naturalis gubernetur. i. agat vel patiatur. Supponit vlterius ꝙ cœlum agit in ista inferiora tripliciter. Per motum, lumen, & influentiam; per motum non ꝙ motus sit causa effectiua, sed per motum adducitur generans & agens: ita ꝙ illud dicitur fieri a motibus superioribus quod fit a cœlo, & ab intelligentijs mouentibus cœlũ: Quòd agat per lumen notum est: Et quod agat per influentiã patet: nam in profundo terræ multa mineralia generantur virtute planetarum.

B

Et si quis quærat, quæ res est illa influentia. Respõdetur quòd est quædam qualitas diffusa per totum medium: quemadmodum multiplicantur species coloris, vel lucis: & hoc visum est in libro de Generatione. Et aduerte quẽd multum differunt lumen, & influentia: nam lumẽ est qualitas sensibilis, sed non illæ influentiæ. Secundo: quia talis influentia non impeditur, saltem totaliter si aliquod corpus interponatur sed transit per corpora opaca, quæ non potest pertransire lumen. Tertio differt: quia lumen solum generatur a corpore luminoso: sed influentiæ bene causantur ab alijs partibus cœli. Ex omnibus istis fit conclusio responsalis: omnis virtus naturalis huius mũdi inferioris gubernatur a cœlo. i. agit vel patitur virtute cœli: quia cœlum agit aliqua hic inferius: ergo cõcurrit ad actionem istorum inferiorum: non tamen est imaginandum quòd ista inferiora, & motus istorum inferiorum habeant dependentiam essentialẽ a motu & corporibus superioribus, sic quòd nõ possit fieri motus in istis inferioribus sine motu superiorum: nam dato quòd cœlum non moueretur; & stupa appropinquaretur igni: ignis adhuc combureret: sed hoc forte non concederet Arist. Vltima conclusio non obstantibus istis, actus humani qui fiunt libere, fiunt velle, nolle, non reguntur a cœlo: ideo dicitur in conclusione præcedenti omnis virtus naturalis, excludendo virtutes rationales: vt intellectus, & voluntas. Et ex istis faciliter respondetur ad rationes.

C

D

TERTIO sciendum, ꝙ adhuc de actione corporum superiorum in ista inferiora ponuntur aliquæ conclusiones. Prima conclusio: corpora superiora habent actionem in elementa: & hoc dupliciter, scilicet quo ad alterationem, & quo ad generationem: accedente enim sole, & alijs stellis calidis ad zenith alicuius regionis, elementa superiora, scilicet ignis & aer augmentantur: & inferiora, scilicet terra, & aqua minuuntur & cõuertuntur in superiora: & econuerso recedente sole, & accedentibus stellis, seu planetis effectiuæ frigidis: vt est Saturnus, & Mercurius accidit generatio elementorum aquæ & terræ. Et si diceretur si hoc esset verum, sequeretur, quòd sphæra aquæ aliquãdo es-

Conclusiones ad idem.

Sec. li. 2. d. 14. q. 1.

B do essetmaior,& aliquando minor: Videtur etiã quòd esset dabile vacuum nisi vnum proportionabiliter tantum augeretur, quaneum aliud diminuitur. Respondetur quòd quãdo sol ascẽdit ad zenith alicuius regionis, tunc recedit ab alia regione; & tunc sicut diminuit in vna parte, proportionabiliter augmentatur in alia. Secunda conclusio: stellę habẽt actionem in illa inferiora quo ad loci mutationem: superior enim pars aeris mouetur circulariter ad motũ cœli; quod patet: quia impressiones ignitę & cometæ quæ ibi generantur, apparẽt moueri circulariter: & multo magis sphera ignis cum sit propinquior cę lo causat etiam motum in illis inferioribus, vt in aqua: de quo
F magis pollea videbitur. Tertia conclusio: planetæ habent actionem supra mixta imperfecta: nam impressiones quãdã generantur ab ipsis; nam materia illarum impressionum cuiusmodi est vapor, non eleuatur nisi per calorem sibi incorporatum, vel virtute alicuius stellæ; vt patet de cometa qui non solum mouetur ad motum cœli; sed in sequendo motum alicuius planetæ. Et si quis quærat, quare ergo Astrologi non bene iudicant de istis effectibus, qui causantur ab illis corporibus superioribus. Respondetur q̃ ratio est: quia non cognoscunt perfectè qualitates & virtutes cœlorum & stellarum concurrentium ad talem effectum: quia si cognoscerent, posset de ipsis bene iudicare, quemadmodum Angeli qui perfectè cognoscũt illas virtutes. Quarta con-

clusio, stellæ habent actionem G
in mixta perfecta inanimata; vt sunt metalla; de quibus alias magis dicetur: Quinta conclusio; stellæ habent actionem super animata, alterando scilicet corpora mixta ad qualitatem conuenientem vel disconuenientem animæ perficienti tale corpus: & ita possunt agere ad generationem & corruptionem: possunt etiam in sensitiuis: nam organa sensuum quæ sunt corpora mixta, possunt alterari ad aliquem gradum conuenientem illis vt nata sunt esse organa sensuum: & etiã ad gradum disconuenientem sensui: & ita posset organum corrumpi, & ledi. Ex quo infertur quòd possunt habere actionem supra intellectum: quia si deordinetur sensus in actu suo, ita & in-
H tellectꝰ: vt in phreneticis & lunaticis; possunt etiam esse causa deordinationis in voluntate: possunt enim appetitum sensitiuum alterare vt magis inclinetur ad hoc, quam illud; & quia voluntas nostra inclinatur ad illud quod efficaciter appetitur ab appetitu sensitiuo; ideo isto modo planetę inclinãt voluntatem.

QVARTO sciendum, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima vtrum motus calefaciat hæc inferiora. Ad quam respondetur breuiter, q̃ motum calefacere hæc inferiora potest intelligi dupliciter: Vnomodo quòd sit causatiuus & productiuꝰ caliditatis in hic inferiora: & sic non est calefactiuus, cum non sit nisi quantas successiua, quæ non est productiua caliditatis. Aliomodo

Motꝰ an calefaciat hæc inferiora.

A modo potest intelligi quod sit calefactiuus, idest quod mediante eo tanquam instrumento mobile calefaciat: & sic bene motus est calefactiuus. Dicit enim
Vide phys. 55. & inde. Commentator quòd motus localis disgregat rarefacit: ideo motus est calefactiuus ad istum sensum quòd mediante motu adducitur calefaciens, vel quòd calefaciens mediante motu calefacit. Alia difficultas, quomodo est possibile cum impressiones generentur valde remote a cœlo, nos credere ipsas esse in cœlo: Respondetur quod propter nimiam distantiam visus iudicat visibile esse vbi non est: & iudicat interdum visibile esse quod non est: vt quando a longe videmus animal quòd est equus, iudicamus esse leonem vel hominem.

Quo pacto dici possint impressiones esse in cœlo.

Alia difficultas: vtrum vapor & exhalatio sint corpora mixta imperfecta, a seinuicem & a
B quolibet elemento specificè distincta. Respondetur breuiter quòd relictis multis opinionibus quòd vapor & exhalatio sunt mixta imperfecta a seinuicem specificè distincta.

Dicitur secundo quod exhalatio distinguitur specificè a quolibet elemento: & quando dicitur est substantialiter ignis, dicitur quòd falsum est: immo ex ipsa generatur ignis: immo in exhalatione sensibiliter videmus proprietates duorum elementorum: est.n. exhalatio ficca terrestris calidaideo videtur virtualiter continere formam substantialem terræ & ignis. Dicitur tertio probabiliter quòd vapor specificè distinguitur a quolibet elemento. Et si dicatur quòd vapor est substantialiter aqua. Respondetur quòd non est verum: sed bene ex ipso generatur aqua. Alia difficultas: quare est quòd media regio aeris dicitur esse frigida cum aer ex natura sua debeat esse calidus & humidus. Respondetur breuiter ponendo aliquas conclusiones. Prima media regio aeris est frigida: quia semper conuertit vapores in aquam, puta in pluuiam, nubem & grandines: & hoc in omni tempore anni, quod non faceret nisi esse frigida. Secunda conclusio: media regio aeris non est summè frigida: quia hoc conuenit aquæ: igitur. Tertia conclusio: quæcunq; causa frigiditatis mediæ regionis aeris assignetur; ista videtur esse melior, scilicet quòd D
est propter influentiam cœlestem & aspectus astrorum: qui infrigidant naturaliter illam regionem vt fiant generationes mixtorum, quæ non possunt alibi generari. Et hoc de primo articul. Quantum ad secundum.

DVBITATVR primo. Vtrum materia omnium impressionum sit vapor, vel exhalatio. Et videtur quòd non: quia vapor & exhalatio nihil sunt: igitur non sunt materia impressionum. Antecedens probatur: quia vapor nec est elementum nec elementatũ nec est accidens. Primo non est elementum: quia maxime esset aqua, quod tã non est: qa habet caliditatẽ & humiditatẽ & nõ aquam: nec est elementatũ: quia non vĩ causari nec cõponi ex his.

Arti. 2.

An materia omnium impressionum sit vapor exhalatio.

E ex his. In oppositum est philosophus in textu: Pro cuius solutione est aduertendum ꝙ terra hic apud nos est porosa & habens foramina: & ex calibus foraminibus terræ propter calorem solis exeunt aliquãdo duplices fumi: quidam calidus & siccus & vocatur exhalatio; quidam humidus & calidus, & vocatur vapor, & ista quandoq; videmus ad sensum. Supponit vlterius ꝙ cum terra calefit a sole & corporibus superioribꝰ, aliquę partes eius calefiunt & rarefiunt, ex quibus exit quidã fumus calidus & siccus; & contingit ꝙ talis fumus, aliquando includitur intra terram, & propter frigus & pluuiam claudunt pori: & propter hoc quandoq; causãt terremotus: de quo postea videbitur. Supponitur

F vlterius ꝙ in tali productione exhalatiõis ex terra, est vna generatio substantialis & vna corruptio terræ vel aliquarum partium terræ. Ex quo patet quid sit materia talium exhalationũ: ideo quandoq; exhalatio dicitur de natura terræ: quia generatur a terra; vel quia habet siccitatem terream & non igneam. Et si quæras, nonne possunt generari ex aqua sicut ex terra. Respondetur ꝙ sic, & hoc saltem si aqua non sit pura: sed mixta ex aliquo terreo. Tunc sit ista conclusio omnium impressionum ignitarum exhalatio est materia, capiendo materiam pro illo quod transit in aliud, manente tamen materia in generatione alterius. Aduerte, vlterius ꝙ vapor proprie sit ex aqua vel corporibus humidis; & habet humiditatem & caliditatem: & non est aqua sed est vnum mixtum: tamen quandoq; cum ipso eleuantur quædam particulæ aquę: sicut cum ex exhalatione eleuantur quædam partes terræ. Et tunc sit secunda conclusio: ꝙ omniã impressionum humidarum vapor est materia trãfiens. Sed quæreret aliquis, vtrum impressiones ignitæ generantur naturaliter vel violente. Pro cuius solutione supponitur ꝙ istæ impressiones ignitæ differunt multipliciter. Primo magnitudine & parnitate. Secundo multitudine & paucitate: Differunt etiam figura: quia aliquando sunt sicut capręsaltantes: aliqñ sicut lancex; aliquando sicut cãdelę, aliquando sicut stellę cadẽtes. Differunt etiam in raritate & densitate; nam aliquæ sunt rariores alijs: Differunt etiam

G

Impressiones ignitæ ꝙs generantur naturaliter, an violenter.

H in caliditate: quia aliquæ sunt calidiores alijs & etiam in leuitate: Differũt etiam in motu: nã aliquę sunt faciliter mobiles: ita ꝙ quandõ homo vult ipsas capere, videtur, ꝙ fugiant propter mobilitatem materiæ, quæ mouetur per aerem motum per manũ: qui aer pellit ipsas: Differunt etiam quia aliquæ sunt ex materia viscosa: Ideo dicit Albertus ꝙ aliquando sunt multum venenosę: & quandoq; homines leduntur ab eis; & quandoq; decipiuntur ab ipsis: quia quandoq; sequũtur eas, ac si essent candelæ, & tantũ inspiciũt eas; quòd tãdem obliuiscuntur viam, & veniunt ad aquas. Differunt etiam quia quædam mouentur sursum, quædam deorsum, quædam ad latus, & quandoq; quasi saltando, differunt etiam

A etiam duratione: quia quædam diu durant, & quædam pauco durant. Et aduerte ꝙ magis generantur in Vere & in Autumno, quam in aliquo alio tempore. Differunt etiam loco: quia quędam fiunt in locis calidis & humidis humiditate aerea & pingui, & maximè vbi fuerunt cadauera: & quandoq; super naues & maximè super malum nauis: & quandoq; super comam equorum, quandoq; in suprema regione aeris: quandoq; in media & quãdoq; in infima: & omnium istorum exhalatio est causa propinqua: Sed causa formalis, est quædam forma substantialis mixti imperfecti, cui non est nomen impositum. Et aduerte quòd omnes impressiones ignitæ sunt eiusdem speciei: sed differunt accidentaliter per sua accidentia vel per

B causas extrinsecas. Causa autẽ efficiens quandoq; est caliditas, sicut quando generantur in suprema parte aeris: quandoq; frigus circumstans, sicut quando generantur in media vel in infima regione; fugiunt enim frigus tanquam cõtrarium, & mouendo inflãmantur. Ex quibus ponitur conclusio responsalis: Oẽs impressiones ignitæ vbicunq; fiant fiunt naturaliter: quia omnes earum causæ sunt naturales: ió fiunt naturaliter.

An in serenitate nocte ꝙ pareant hiatꝰ, & voragines.

Dvbitatvr secundo. Vtrum de nocte existente sereni tate, appareãt hiatus & voragines. Et vr̃ ꝙ non: quia illa apparent existente aliquo vapore & nube: ergo non apparent in serenitate. Consequentia patet: quia serenitas dicit priuationẽ nubis. In oppositu est philosophus in

C tex. Pro cuius solutione supponitur ꝙ serenitas in proposito denotat priuationem nubium, licet non simpliciter omnium; tamen multarum & grossarum; sicut tranquillitas non significat priuationem omnium ventorũ, sed magnorum. Supponitur vlterius ꝙ hiatus vel vorago non generantur per corruptionem vaporis vel exhalationis, sicut aliæ impressiones: sed solum ꝙ illuminationem & pluuiam cadentem supra illum vaporem dissimilem in raritate & densitate: nam me hum debet esse densum: ideo apparet ibi nigrum; & hoc satis visum est in texto; etiam patet quid sit dicendum ad rationem. Sed de comeris quæritur, vtrum sit de natura elemẽtari, puta exhalatio ignita vel de natura cœli. Et arguitur primo, ꝙ non sit de natura

D elementari: quia nulla exhalatio elementaris durat tantum q̃ tum durat cometa: igitur. Item cometa mouet circulariter; sed impressio ignita mouetur sursum: igitur. In oppositũ est philosophus in textu. Pro cuius solutione supponit ꝙ de illo dubio multę fuerũt opiniones, quę satis patent in textu: ideo pro nunc ponuntur aliquæ conclusiones. Prima: cometa non est aliqua stella, neq; de natura cœlesti: quia tunc semper appareret: quod est falsum: igitur. Secunda conclusio: cometa est de natura elemẽtari, puta exhalatio: vt satis patet in tex. Et aduerte ꝙ comerę multipliciter differunt adinuicem: quod maximè probatur per experientias: & sunt tales diuersitates: secundum diuersitatẽ exhalationum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num. Primo differunt magnitudine : nam aliquæ sunt ita magnę ꝙ apparent quasi soli aliquæ ita paruæ ꝙ quasi non videntur. Differunt secundo multitudine: quia aliquando apparent multę, aliquādo vna. Differunt etiam figura: quia aliqū habent caudam, aliqñ non. Differūt colore : nam aliquæ sunt candidæ: & aliquæ rubicundæ. Differūt etiā motu; quia aliq̄ sunt, q̄ non mouentur ; sicut illæ quæ nō habent caudam, sed comam : & q̄dam diuersimode mouent quandoq; versus orientem : tamen vt in plurimum mouentur versus occasum & sæpe transuersaliter. Differunt etiam loco : apparent enim aliquando altæ, aliquando prope nos. Differunt ēt duratione: quia aliquæ multum durant, aliquæ paucum: debent tamē durare ad minus per septem dies. Ad rationes : Ad primam dico, quòd cometæ diu durant non quidem in eadem materia : sed continuæ eleuatur alia, & alia materia. Ad secundam dicitur, quòd mouetur circulariter propter motum aeris, & aliquando ad motum vnius planetæ dominantis supra eum. Sed quæreret aliquis de signis cometæ : Vtrum significent mortem principum, & ficcitatem : Et arguitur quòd non ; quia maxime esset eo, quòd esset causa omnium illorū: sed hoc est falsum: ergo. In oppositum est philosophus in text. Pro cuius declaratione supponitur, quòd cometa significat futurum malum ; & hoc in aliquibus partibus : quia non semper oportet, quòd sit in oibus partibus. Secundo significat ficcitates & ventos : quia aliquæ partes materiæ ex qua generatur cometa, semper remanent in aere, ex quibus causantur venti. Tertio significat terremotum. Vnde dicit Seneca, quòd semel post apparitionem cometæ per terremotum fuerunt duæ insulæ submersæ. Quarto significat destructionē fructuū : q̄a significat ficcitatē : sed qū est magna ficcitas, nō bō possunt augeri fructus. Quinto significat mutationem legū & pluriū sectarum. Legitur. n. ꝙ tempore Neronis visi fuerunt tres cometæ : & post apparitionem illorum immediatè sequebatur mutatio legum, & plurium sectarum. Et aduerte quòd cometa non est causa istorum effectuum : sed aspectus, planetarum tunc vigentium. Sexto significat mutationem regum, & translationē regnorum : vt patet per historias Anglicanas, vbi dicitur quòd post apparitionem vnius cometæ, puta anno domini millesimo sexagesimo : Anglici lucrati sunt Alemaniam, quā diu tenuerunt : ideo dicitur in textu, quòd cometæ significant magna guerras.

In quest. Naturalibus.

Dubium

ad

DVBITATVR tertio. Vtrum galaxia sit de natura cœlesti vel de natura elementari, puta exhalatio vel vapor. De hoc dubio diuersi diuersimode loquuntur. Dicunt aliqui sicut Albertus, & multi alij, ꝙ galaxia est de natura cœlesti : nam in illa parte cœli in qua apparet galaxia, est magna multitudo stellarū: ideo illa est densior, q̄ aliq̄ ptes, idem lumen

An galaxia sit de natura cœlesti.

lumen solis magis refrangitur in illa parte cœli, quam in alia: ideo lumen astrorum magis apparet in illa parte; quàm in alia; & illud spacium vocatur galaxia. Alij dicunt ꝙ est de natura elementari, & generatur secundum modum expositum in textu : & isti fundant se in textu: nam dicit Ari. in textu ꝙ est de eadem natura sicut cometa. Probant etiam ; quia vna stella potest eleuare tantam materiā quòd apparebit cometa : ergo plures stellæ poterunt tantum eleuare ꝙ apparebit galaxia. Sed contra istam viam arguit : quia si galaxia esset de natura elementari, possemus aliquando sensibiliter percipere exhalationem aliquando maiorem, & aliquando minorem: quod tamē non apparet; igitur, Item nunquam possumus sensibiliter percipere talem exhalationem consumi, quod tamen fieret, si esset de natura elementari. Item videtur ꝙ aliquando deberet apparere in diuersis locis : quod non tamen fit : ideo propter istas rationes & multas alias primus modus videtur esse verior, puta ꝙ sit de natura cœli. Et ad rationes istorum, ad primam dicitur ꝙ Ari. in textu loquebatur probabiliter & disputatiue. Ad secundā conceditur antecedens & negatur consequentia & consequens: sed tamen plures stellæ propter lumen & densitatem, faciunt apparere galaxiam. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

Arist. 3.

CONCLVSIO responsalis : De impressionibus meteoricis est scientia, tanquam de scibili remotissimo : quæ conclusio relinquitur probata ex dictis in primo articulo ; patet etiam quid sit dicendum ad rationes.

DE loco autem & tempore ponere post hoc: primo autem circa terram dicamus &c.

ISTE EST tertius trac. in quo philosophus vult determinare de impressionibus humidis, quæ generantur ex vapore: & continet duo capitula. In primo determinat de generatione pluuiæ : dicens quòd materia eius est vapor calidus & humidus : causa vero efficiens est sol & alia astra & media regio aeris per suam frigiditatem. Sed finis eius est bonum vniuersi. Et generatur sic ; nam per calorem solis & aliorum astrorū a corporibus humidis aquis existentibus hic inferius eleuatur vapor vsq; ad mediam regionem aeris, vbi propter loci frigiditatem condensatur & conuertitur in nubem, & nubes in pluuiam descendentem per guttulas, propter salutem animantium: & si ille guttulę sint parue, vocantur plecades ; & si sint mediæ, vocantur labroceres : si magnæ vocantur pluuia. De signis autem & actionibus eius videbitur in quæstione. Dein de determinat de rore : vnde ros sic generatur : nam per calorem solis & aliorum astrorum a corporibus humidis eleuatur vapor subtilis vsq; ad infimam regionem aeris, qui propter frigiditatē noctis tēperatā condensatē & cōuertit in aquam descendentē per guttulas & adhęret

pluuia, vel pruina, pariter, & vix quomodo generatur.

B hæret herbis, & foliis arborum. Et differunt ros, & pluuia: quia ros generatur ex vapore magis calido quàm pluuia: & ille vapor, ex quo fit pluuia eleuatur magis, quàm ille ex quo fit ros: ideo pluuia fit in media regione aeris: & ros in infima. Deinde determinat de generatione pruinæ; dicens q̃ pruina fic generatur: nam de die per calorẽ solis eleuatur vapor subtilis habens debilem calorem vsque ad infimam regionem aeris, qui aduenientẽ frigiditate noctis ingrossatur & congelatur, & descendens adhæret foliis herbarum & arborum. Et dicit quòd ros & pruina conueniunt: & differunt. Primo conueniunt: quia generantur ex vapore subtili. Secundo: quia fiunt tempore sereno. Tertio quia fiunt in infi-
F ma regione aeris. Et differunt primo: quia vapor ex quo generatur pruina, conuertitur in aquam & postea congelatur, sed vapor ex quo generatur ros cõuertitur in aquam & non congelatur. Secundo differunt: quia ros generatur tempore temperato: sed pruina generatur in locis frigidis & tempore frigido.

Tertio differũt: quia ros generatur flante vento australi: pruina vero generatur flante vento boreali vt in plurimum. Deinde determinat de generatione niuis vnde nx fic generatur. nã per calorem solis & aliorum astrorum eleuatur vapor calidus & humidus vsq; ad mediam regionem aeris, vbi propter magnam frigiditatem aeris conuertitur in nubem: & nubes in niuem per grossas partes descendentem: & motus congelationis talium partium conuertit niuẽ G in aquam. Vnde nix & pruina conueniunt: quia vtrunque fit per congelationem; sed differũt quia generantur in diuersis locis: & nix generatur ex vapore grossiori quàm pruina; de accidentibus autem, & signis harũ impressionum videbimus in quæstione.

GRANDO autem ibi quidem fit; in propinquo autem terræ vaporãte hoc deficit &c.

ISTVD est secundum capitulũ, in quo philosophus determinat de grandine, mouens primo duas q̃stiones. Prima: vtrũ grando debeat magis apparere in æstate quàm in hyeme. Secunda vtrum sursum possit generari grando & arguit q̃ non: quia vel vapor congelaretur antequàm ex ipso fieret aqua, vel post. Primum non videtur possibile: quia tunc nõ descenderet q̃ partes rotũdas: nec fm vĩ possibile; quia aqua propter sui grauitatem debet descendere. Ad hãc quæstionem respondebant antiqui: q̃ vapor antequàm congeletur cõuertebatur in minutissimas partes: quæ propter paruitatem sua non pellebantur deorsum; sed remanebant in aere; & illę paruæ guttę congelatę cõgregabantur in vnum globum. Sed hanc opinionem reprobat philosophus: quia nunquàm videmus congelata congregari. Deinde respondet ad primam quæstionem secundũ antiquos: dicebãt enim q̃ grando generatur ex grosso vapore eleuato vsque ad mediam regionem aeris qui

De grandinis natura, loco, ac tẽpore.

H

A qui ibi congelatur. Hanc opinionem reprobat tribus rationibus: Prima: grandines non inueniuntur in alijs montibus: ergo non generantur in media regione aeris. Secunda ratio: quia quando generantur grandines apparent quandoq; nubes nigrę & spissæ ppe terrã. in quibus fit magnus & terribilis sonus: sed hoc non contingeret si grando generaretur in media regione aeris: quia tunc non possent ibi audiri illi soni. Tertia ratio: si grando generaretur in media regione aeris, tunc per motum suum fieret rotundæ figuræ: sed aliquando videmus grandines esse figuræ angularis, siue latę figuræ; ergo non generatur in media regione aeris. Ad videndum ergo quomodo generatur, supponit
B philosophus q̃ in æstate media regio aeris est frigidior, quàm in hyeme: quia in æstate suppo ma regio est multum calida & similiter infima: ergo media regio aeris ex quo circundatur maiori caliditate, erit multum frigidior, quàm in alio tempore. Et signum huius assignat: quia in æstate fontes & putei sunt frigidiores, quàm in hyeme; quia in hyeme calor est ad interiora terræ: in æstate autem frigiditas. Inde est q̃ pluuia descendit in diebus calidis per grossiores guttas, quàm in frigidis: inde est etiam quòd in Arabia sunt multæ pluuiæ & vehementes in æstate & non in hyeme. Dicit consequenter, quòd grando sic generatur; nam per calorem solis a corporibus humidis eleuatur vapor calidus & humidus vsque ad mediam regionem aeris: & propter frigiditatem loci conuertitur in nubem, & nubes in aquam descendentẽ per guttulas, quæ guttulæ per antiperistasim infrigidantur propter caliditatem infimæ regionis aeris; & congelantur: & quanto congelatio illa fit magis prope terram, tanto magis fulmto fit & grandines fiunt maiores. Ideo respondet ad quæstionem q̃ grandines magis fiunt in Vere & Autũno, quàm in æstate & hyeme: quia in vere & Autumno est maior abundantia vaporis, quàm in æstate: & adhuc magis fiunt in æstate, quàm in hyemę, eo q̃ non est sufficiens calor ad eleuandum vaporem sursum: nec est tanta frigiditas in media regione aeris per antiperistasim, sicut in æstate: de accidentibus vero eius videbitur in quæstione. D

C

DE fontibus autem diximus prius, quod oportet intelligere non tanquam ex vase &c.

ISTE EST quartus tract. huius libri, in quo philosophus determinat de impressionibus genitis sub terra: & continet duo capitula. In primo determinat de fontibus & fluuijs. In secundo de duratione eorum. Et primo narrat opinionem antiquorum, quæ talis est. Quidam enim antiquorum dicebant, quòd aquæ fontales & fluuiales erant aquę pluuiales receptæ in foraminibus terræ: & hoc confirmabant duobus signis. Primum:

Fõtium, & fluuiorũ origo.

E quia aquæ fontales & pluuiales sunt maiores in hyeme, quàm in æstate: quia tunc magis pluit igitur. Secundum signum est: quia quidam fluuij sunt perpetui, & etiam quidam fontes, eo quòd eorum receptacula sufficiunt ad recipiendum aquam pluuialem pro tota æstate vsq; ad aliam hyemem sequentem. Alię sunt aquæ fontales & fluuiales non perpetuæ; eo quòd non habent receptacula sufficientia ad recipiendum aquam pro tota æstate vsque ad hyemem sequentem. Sed contra hanc opinionem arguit philosophus: quia multitudo aquarum fontalium siue fluuialium decurrentium per totum annum est maior tota terra: ergo non potest esse sufficiens receptaculum ad recipiendum
F huiusmodi aquas: ideo dicit quòd fontes & fluuij sic generantur: nam in visceribus & concauitatibus terræ includitur aer, qui propter frigiditatem terræ inspissatur & conuertitur in guttulas descendentes per poros terræ ad vnum locum, in quo conueniunt: a quo fons & fluuius habent ortum. Istud declarat duobus signis. Primum: nam fossores terræ non reperiunt aquam in vno loco congregatam, sed eam vident guttatim per diuersos poros terræ descendere, ac si terra sudaret. Secundum signum est: quia a maximis montibus maximi oriuntur fluuij, eo quòd in illis montibus magnæ sunt concauitates, in quibus est magna frigiditas sufficiens ad ingrossandum aerem existentem in illis montibus: etiam prope montes inueniuntur fontes: in locis autem planis raro inueniuntur. Et quòd in terra sint concauitates, patet: nam per calorem solis & aliorum astrorum eleuatur multum de humido a terra, & multi vapores in terris existentes. Dicit etiam q sub vno monte est vnum stagnum, cuius nullus vnquam potuit terminos inuenire, & ingrediuntur multi fluuij: ergo signum est quòd in montibus sunt concauitates & etiam in terra. G

NON autem semper eadē loca terræ neq; aquosa sunt, neq; arida &c.

ISTVD est secundum capitulum & vltimum, in quo Philosophus determinat de duratione fontium: & ostendit q aliquando eadem loca terræ sunt arida & humida sicca & aquosa: quia sicut est in plātis & animalibus quantū ad statū senectutis, & iuuentutis ita vī esse in terra: sed sic est, quòd videmus aliquas plantas & animalia aliquando habere humiditatem, aliquando siccitatem sicut in senectute: ergo etiā ita est in terra quòd ipsa aliqū est arida & aliquando humida: Cœlum etiam in aliquo tempore adducit aliquos planetas, qui habent virtutem desiccandi, & aliquos qui habent virtutē humectandi eam; non tn semper viget eadē influentia sup eandē regionem terræ: sed in diuersis partibus terræ vigent diuersę in fluentię, & aliqñ supra eandem successiuè vigent diuersę. Et H

subdit

A subdit, quòd differētia est inter augmentationem, & defectum animalium, & plātarū, & ipsius terræ: quia animal, & plāta ex quamlibet sui partem augmentantur, vel diminuuntur, sed nō sic est de terra: immo vna pars post aliam siccat, vel humectatur. Et si dicatur, quòd nulla est memoria, q vbi nunc habitam⁹, fuerit mare: ergo pars terræ quæ nunc est ficca, & aquis discooperta nunquam fuit cooperta aquis. Respondet q talis transmutatio sit per longam successionem temporis: ideo talis transmutatio latet homines. Dixerunt tamen aliqui, quòd tales translationes terræ, non possent fieri nisi per nouam generationem totius vniuersi, vel mundi: hoc reprobat philosophus: dicēs quòd magnitudo totius ter
B ræ nihil est in ordine ad totum cœlum. Vnde in qualibet hyeme viget influentia humectatiua, faciens augere fluuios per aliqua tempora: & in alia parte viget influentia desiccatiua, sufficiens diminuere aquas. Et q terra sit aliquando arida, secundum aliquam sui partem, & postea humida, siue cooperta aquis, probat duabus experientijs. Prima: quia terra Aegypti fuit cooperta aquis, & inhabitabilis; & postmodum facta est ficca, & habitabilis. Secunda experientia de duabus regionibus, quarum vna erat temperatē humida, & multum vtilis pro habitantibus: & alia erat multum aquosa, & inutilis pro habitantibus: sed per successionem temporis optimum euenit. Ex quo patet, q aquæ fluunt, & refluunt, & hoc propter diuersas influentias corporum cœlestium, & propter diuersas concauitates existentes in terra, in quibus aer ingrossatur, & continuè in aquam conuertitur, & continuo generatur aer ad fugiendum vacuum: ideo hoc modo continuè generantur aquæ. C

An pluuia, ros, & pruina in media aeris regione generentur &c.

QVAERITVR Vtrum pluuia, ros, & pruina generentē in media regione aeris: & aquæ fontales in concauitatibus terræ. Arguitur primo, cōtra primam partem probando, quòd pluuia non generetur in media regione aeris: quia aqua, & pluuia sunt idem substantialiter: sed locus generationis naturalis aquæ est in terra: ergo non erit D media regio aeris. Secundo sic: In media regione aeris generantur impressiones ignitæ: ergo ibi non generantur pluuiæ: cum talia habeant virtutes contrarias. Tertio sic: Si ros generaretur inferius, sequeretur, quòd nubes non impedirent eius generationem: cum ibi inferius non generentur nubes: & tamen videtur mens Philosophi, quod nubes quandoque impediunt generationē roris. Quarto sic: Si ros generaretur hic inferius sequeretur, quòd esset, vel ratione frigiditatis, vel caliditatis: non frigiditatis, quia pars inferior nō est frigida: nec ratione caliditatis, quia sequeretur, q quanto esset calidus citius generaret: quod est falsum. Quinto sic: Aqua pluuialis ibibita terræ, & nō vī

B vbi tanta multitudo aquæ remaneret nisi iterum egrederetur per fontes & fluuios: ergo fontes & fluuij generantur ex pluuia retenta in viscéribus terræ. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erūt tres art. Quantum ad primum.

Artí. 1.

Impressionum humidarū genera.

PRIMO sciendum, quod pro declaratione textus supponitur, ℣ quinq; sunt impressiones humidæ. s. pluuia, nix, grando, ros, & pruina: de quorum generatione, & causis visum est in textu. Vnde duæ. s. ros, & pruina generātur in infima regione aeris: sed pluuia generat in media regione aeris: & hoc saltem magis communiter: nā aliquādo generatur in infima regione: qđ patet per experientiam: nam cū grandine multotiens videmus cadere pluuiam, quæ generatur

F in loco grandinis: nam aliquando antequam illæ guttulæ congelentur, citius descendunt, vel antequam grando ad terram perueniat liquefcit, & efficitur pluuia. Sed quæreret aliquis, Vtrū pluuia solum generetur per eleuationem vaporis in mediam regionem aeris. Sit videtur ℣ non nam multotiens videmus pluere, vbi nullæ nubes apparent in aere. In oppositum est philosophus in texto. Pro cuius solutione dicitur breuiter, quòd sicut in concauitatibus terræ ex aere generantur fontes: ita etiā dico, quòd in media regione aeris virtute alicuius corporis superioris ex aere potest generari aqua quæ descendens deorsum vocatur pluuia. Sed restat alia parua difficultas: Vtrum vapor naturaliter moueat sursum, vel violenter: & videtur quòd naturaliter, quia habet leuitatem: quòd violenter patet: quia est de natura aquæ, quę naturaliter mouetur deorsum. Respondetur primo: quòd vapor non est aqua: vt iam visum est: neque est, de natura aquæ: nisi quia generatur ex aqua, vel quia eadem est materia aquę, & vaporis. Dicitur vlterius, quòd si leuitas cōsequatur propriam formam substātialem ipsius vaporis, sic quòd ille vapor ex natura sua sit natus eleuari sursum, etiam dico quòd monetur naturaliter: Si autem illa leuitas conuenit sibi solum accidentaliter & non secundum naturam eius, posset dici quòd mouetur violenter, vel saltem præter naturam propriam: potest tamen probabiliter dici, quòd vapor est vnum mixtum cui ex natura sua conuenit moueri sursum.

Dubium

Vapor quo ascendit sursum.

G

H

SECVNDO sciendum, quòd de loco generationis grandinis est difficultas inter doctores. Vnde conueniunt omnes in materia grandinis: nam dicunt omnes, quòd materia grandinis est vapor grossus: & fit consimili modo sicut pluuia: sed forma est, sicut aqua congelata, vel vapor congelatus. Vnde vapor prius conuertitur in aquam: & postea congelatur: & propter hoc differt a niue: differt etiam a niue: quia prius conuertitur in aquam, quàm nix, propter virtutem aliquam intrinsecam calidi: Sed de loco generationis eius videtur dicere Aristot. in textu quòd generatur in infima regione aeris satis bassa non multum distante a terra. Et hoc probat in

Grando vbi generatur.

A textu tribus signis. Dicit tamen Albertus, quòd locus grandinis sit magis altus, quàm locus vbi fit pluuia: quia ille vapor a quo generatur grando, eleuatur a calido forti: & ideo potest eleuari valde sursum. Et dicit, quòd propter calorem intrinsecum ille vapor fit rarior: ideo statim congelatur in illo magno frigore: Sed tenendo hoc, quid dicendum esset ad Arist. diceretur quòd Arist. nolebat negare simpliciter quin generatio grandinis posset fieri in media regione aeris; sed ℣ non fiebat in tali regione: ita regulariter, sicut in infima regione vbi congelatur per antiperistasim: habet enim quælibet impressio humida aliquam frigiditatē connaturalem: ideo illę guttę descendentes habent aliquam frigiditatem, quę a caliditate infimę regionis p antiperistasim fortificatur & tandem congelatur. Et si quis dicat, quare vapor ex quo generat grando non cōgelatur in infima regione aeris est ascendit; sicut pluuia cum descendit. Respondetur quòd hoc est: quia in vapore est calidum eleuans, & mouens sursum: ideo ita cito non potest condensari, nisi quodammodo calidum fit corruptum: & ideo diu ascendit antequam conuertatur in grandinem. Et aduerte quòd quando grando generatur in media regione aeris, tunc fit multum sursum, & non fit tunc per antiperistasim: quia ille locus est vade frigidus: & ideo infrigidat illum vaporem, & quia ille vapor est calidus: ideo facilius congelatur, sicut aqua calida.

TERTIO sciendum, quòd pluuiæ ab Aristotel. assignantur octo signa. Primum signum est apparitio nubis, & ascensus vaporis sursum. Secundum est diminutio fluuiorum, fontium & rorum: quando enim prædicta diminuuntur, tunc vapores eleuantur ex quibus generatur pluuia. Tertium est humectatio parietum & lapidum: quia tunc viget constellatio conuertens aerem in aquam. Quartum est: cum lampades ardentes scintillant, & ferè extinguūtur; tunc enim aer circundans oleum conuertitur in aquam: vel est saltem plenus vaporibus humidis. Quintum est rubedo matutina solis. Signum enim est: quia tunc sunt multi vapores, per quos faciliter nunc pertranseunt radij solares. Sextum quando non videntur astra: quia tunc impeditur visio propter vapores existentes in aere. Septimum est cantus ranarum & anium. Octauum est quando pulices & muscę fortius pungunt, & oues auidius pascunt, & diligentius nutrimentum quærunt: quia tunc corpora eorum sunt alterata: & sic ex instinctu naturæ mouentur ad prouidendum sibi de necessarijs. Sed aduerte, quòd ipsius pluuiæ secundum Aristotel. in textu assignantur quinque accidentia. Primum est quòd pluuia semper descendit per guttulas, vt aer non posset sibi tantum resistere. Secundum est, quòd huiusmodi guttulæ quandoque sunt grossæ, quandoque mediocres, quandoque paruæ. Tertium est: quia pluuia quandoque est dulcis, & quan-

C *Signa pluuiarum imminentis demonstratiua.*

D

Accidentia pluuiæ.

B doque amara; & hoc contingit propter diuersam cõmixtionem vaporis: quandoque enim vapor est multum terrestris, & tũc est amarus: & quandoque est multum aureus, tunc est dulcis. Quartum accidens est quòd ciues generatur pluuia, quàm quæcũque alia impressio aqueas quia media regio aeris omni tempore anni est sufficienter disposita ad generationem pluuię. Quintum est quando pluuię cadunt: aliquando cadunt parnæ ranæ, vermes, & pisces: quod contingit ex eo: quia cum vapore aqueo eleuatur exhalatio viscosa: quæ virtute solis potest transmutari ad recipiendum formam prædictorum.

Accidentia vero. F

QVARTO sciẽdum, quòd multa sunt accidentia roris secundum philosophum in textu. Primum est quòd generatur in locis temperatis, & tempore temperato. Secundum est q̃ ros quãdoque est dulcis & quãdoq; amarus. Tertiũ est quòd blada collecta i rore, cito putrescunt: quia ibi est quædam materia viscosa & calida agens in humidũ: viscosum enim est causa putrefactionis. Quartum est quòd omes comedentes herbas plenas rore sępe moriuntur ex fluxu ventris: & hoc est propter viscositatem ipsius materiæ. sed etiã ipsius pruinę assignatur quatuor accũtia a philosopho in textu. Primum est quòd ipsa generatur de nocte & in aurora tempore frigido & in locis frigidis: quia hoc requirit congelationem. Secundum est quòd fit ex materia fœtida: quia vt in plurimum fit ex commixtione exhalationis calidæ cũ vapore humido. Tertium est quòd materia pruinæ aliquando ascendit sursum & conuertitur in nubem, & tunc est signum pluuiæ: quando vero descendit, est signum serenitatis. Supponitur vlterius q̃ ipsius niuis sunt quædã proprietates vel accidentia. Prima: si quis lauet manus niue, reddit eas firmas: eo q̃ nix generatur ex vapore quodammodo sicco & terrestri. Secunda nix reddit aerem turbidum & aliqualiter clarum propter humiditatẽ claram existentem in vapore, ex quo generatur humiditas, quæ clarificat. Tertia: nix nutrit oues & alia animalia: quia nix generatur ex humido aereo, in quo consistit vita. Quarta: nix augmentat blada & alia nascentia in terra. Quintanix sit magis in hyeme, quàm in alijs temporibus anni. Sexta: nix est figuræ latæ. Septima: nix descendit cum tempus est calidius, eo quòd nubes, ex qua generantur, est calida. Octaua: nix est coloris albi mollis, & manu compressibilis: eo quòd debili frigore condensatur. Sed ipsius grandinis secundum Arist. in textu sex sunt proprietates. Prima quòd grando congelatur ad modum crystalli. Secunda grando mortificat vegetabilia propter eius frigus & eius duriciem. Tertia tempore grandinis audiuntur magni soni, eo quòd in nube includuntur multæ exhalationes calidæ, & ficcæ, quæ petunt exitum; & mouentur per talem nubem frangendo eam, & tunc causant sonum. Quarta,

Primum accidentia.

Niuis q̃ prietates.

G

H

Grãdinis proprietates.

A ta, cũ grandine quandoque cadit pluuia, & hoc fit propter paruam antiperistasim. Quinta grando quandoque est rotunda, & quandoque angularis. Rotunda, quando generatur remotè a terra. Angularis, quando generatur prope terram. Sexta, quandoque in grandine apparent imagines porcorum, & hominum propter virtutes cœlestes tunc vigentes, similiter in grandine multotiens inueniuntur pili: quia vapor nunquam ascendit, sine terrestri, sed ex ficco terrestri statim generantur pili. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Arti. 2.

An pluuia, ros & pruina differant specie.

DVBITATVR primo. Vtrum pluuia, ros, & pruina differant specie specialissima. Et arguitur quòd sic: quia in diuersis locis, temporibus, & materijs diuersis generantur: igitur differunt specie. Consequentia patet; quia quæ sunt eiusdem speciei, in eodem loco generari debent: & antecedens patet in textu. Secũdo sic: Complexiones naturales istorũ inferiorum differunt, ergo videtur quòd ista debeant differre; quia secũdum diuersas complexiones fit diuersitas specifica. Et antecedens probatur, quia complexio niuis est magis frigida, quàm complexio pluuię: & complexio grandinis est frigida, & ficca: igitur. Item illa fiunt a diuersis agentibus: igitur sunt diuersa. Consequentia patet: quia agentia naturalia assimilant sibi effectus: ergo a diuersis diuersi fiut effectus. Item effectus illarum impressionum differunt specie: ergo illa differunt specie. Patet consequentia; quia effectus sunt cõsimiles causis. In oppositum videtur esse Philosophus in textum; puta, q̃ omnes impressiones humidæ sunt eiusdem speciei. Sed pro solutione huius dubitationis supponitur, quòd arguitur ex diuersitate operationum, & accidentium aliquorum in tota specie venimus in distinctionem specificam illorum, non tamen demonstratiuè, & efficaciter. Et hoc videt velle Sco. in 2.d.3.q.6. vbi dicit, q̃ vinum, & acetum sunt alterius speciei: quia operationes eorum a tota specie sunt alterius speciei: nam vinum à tota specie habet calefacere, & acetum habet frigefacere. Non obstante tamen hoc ponitur talis propositio; q̃ propter diuersitatem accidentium, & operationum non possumus sufficienter probare diuersitatem specificam substãtiarum: nam videmus frequẽter, q̃ substantiæ diuersæ speciei habent accidentia diuersa, & aliquando similia. Exemplum primi; vt ignis, & aqua habent diuersa accidentia. Exemplum secundi; ignis & aer differũt specie, & tamen habent accidentia eiusdem speciei. Similiter hõ, & Angelus dicũt species; & tñ cõsimiliones, & intellectiones sũt idem de eodem obiecto videtur esse eiusdem speciei: videmus etiam q̃ substantiæ dicũt species, & sunt principia accũtiũ dicium specie, & etiam accidentia eiusdem speciei. Nam aqua calefacta calefacit sicut ignis: & tamen differunt specie: videmus ẽt q̃ substantiæ sunt eiusdẽ speciei & tñ accũtia erunt alterius

terius speciei, & aliquando eiusdem. Exemplum primi: vt duo poma sunt eiusdem speciei: & tamen vnū naturaliter est dulce & aliud amarum. Similiter duo homines vnus erit albus, & alius niger. De secundo notum est; videmus etiam ꝙ substantiæ sunt eiusdē speciei, & erunt principia accidentium alterius speciei, & aliquando eiusdem speciei. Exemplum primi: vt duę voluntates hominum sunt eiusdem speciei: & tamen illud idem obiectum quod est volitum ab vna, est nolitum ab alia. Exemplum secundi: vt si duæ voluntates hominum diligant idem obiectum. Et ex omnibus istis patet ꝙ diuersitas accidentium vel identitas in specie nō probat simpliciter diuersitatem vel identitatem specificam substantiarum; ergo a simili non sequitur, ꝙ diuersitas accidētiū, vel operationum istarum impressionum inferat simpliciter diuersitatem specificam essentialem illarum impressionum: ideo potest faciliter teneri ꝙ licet accidentia, & operationes illarum impressionum differat specie: non tamen illæ impressiones. Dicunt tamen, aliqui subtiliter ꝙ ros & pluuia bene sunt eiusdem speciei: sed pluuia, & nix differunt specie, & similiter grando.

Aqua quomodo ascendat ad orificium fontis.

Dvbitatvr secundo. Vtrum aqua fontalis naturaliter ascēdat ad orificium fontis. Et videtur quòd non: quia aqua naturaliter descendit: ergo non naturaliter ascendit. In oppositum videtur esse philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur primo, ꝙ grauia naturaliter potest quadrupliciter ascendere, puta aqua. Vnomodo si supponatur sibi aliquod grauius: vt si in vno poto esset aqua, & intra poneretur lapis, tunc illa aqua ascenderet naturaliter: est enim ordo entiū ꝙ grauiora sunt deorsum. Secundomodo ad fugandū vacuum: sicut patet de aqua frigida, cui supponitur os phialæ calefactæ, in qua erat aer calefactus: & etiam rarefactus per caliditatem: talis enim aer phialę propter frigiditatem aqua cō densatur: & ne fiat vacuum aqua naturaliter ascendit per phialam. Tertiomodo ad fugandum cōtrarium: sicut aqua exiens in poris ligni viridis positi in igne, ascendit ad extremitatem ligni. Quartomodo propter æquilibrationem: aqua enim appetit vt secundū quam libet sui partem æqualiter distet a centro, & sit equæ alia; nam si fiat foramen in fundo nauis, tunc aqua ascendit donec sit ita alta, sicut aqua quæ est in fluuio: & secundum istum modum, scilicet æquilibrationem aqua naturaliter ascendit ad orificium fontis; aqua enim appetit naturaliter æquari loco, a quo sumpsit originē ex quo sequitur ꝙ orificia fontium artificialium, non debent fieri altiora, quam sit locus originis ipsius fontis. Vlterius sequitur, quòd per orificium artificiale fontis possumus scire altitudinem originis alicuius fontis. Vnde si origo fontis sit in loco satis alto: vt in cacumine montis & descendat aqua fontis ad locum inferiorem; dico ꝙ si fiat orificium vsq; ad altitudinem

Grauia quot modis possū ascēdere.

dinem montis: aqua tunc ibi ascendet. Et si quis quærat, vtrum aqua fontium, & fluuiorum sit naturaliter maior in æstate, quàm in hyeme. Respondetur, quòd sic: quia calor existens extra terram facit per antiperistasim terram interius esse magis frigidam: ideo facilius aer, et vapor in aquam conuertuntur. Aduerte tamen, quòd ratione aquarum pluuialium, & aliarum impressionum humidarum aqua in hyeme est maior, quàm in æstate. Quæreret etiam aliquis, vtrum vbi nunc est mare aliquando fuerit terra arida: & econtra. Pro cuius solutione supponitur, ꝙ montes quatuor modis generantur in terra. Primo ex fluxu maris, & aliarum aquarum impetuosarum congregantium multa terram in vno loco. Secundo, ex ventis impetuosis congregantibus multas arenas, & multas terrę striatas. Tertio ex motu terrę faciente magnam aperitionem in terra, ad quam sequitur vallis. Quarto, ex influentia deficcatiua, & rarefactiua terrę, mediante qua eleuatur quædam gibbositas in terra. Tunc respondetur probabiliter, quòd vbi nunc est mare aliquando fuit terra arida, & econuerso: & hoc per generationem, & corruptionem montium: & si non secundum totum locum, tamen secundum partem loci.

Aqua fontis quomodo ascendat.

An vbi nunc mare aliquando fuit terra, & econuerso.

Dvbitatvr tertio, Vtrum rubedo matutina significet pluuiam futuram. Et arguitur, quòd non: quia rubedo vespertina significat serenitatem: ergo & rubedo matutina,

Rubedo matutina, an significet pluuiam.

consequentia patet a simili ex eo, quòd ex similibus causis similes effectus proueniunt. Item rubedo circa lunam non significat pluuiam, sed serenitatem, vel ventum: ergo nec rubedo matutina circa solem. consequentia patet sicut præcedens. Et antecedens probatur per experientias. Item videmus per experientias sæpe post rubeditudem matutinam non sequi pluuiam: ergo non est signum futuræ pluuię In oppositum est Philosophus in tex. Pro solutione supponitur, quòd impressionum multiplicia sunt signa: quædā sunt signa, quæ sunt causæ cum hoc, quòd sunt signa: sicut sunt constellationes cœlestes. Alia sunt signa, quæ non sunt causa signatorum: sed sunt effectus causarum: & ex ipsis inducimur in cognitionem causarum, sicuti fumus est signum ignis, & est effectus eius. Alia sunt signa, quorum vtrunq; est effectus, & vnum est signum alterius: quia vnus communiter euenit post alium: sicut vapor, & nubes. Hoc supposito ponitur talis conclusio: Rubedo mutatina apparens in cœlo significat pluuiam futuram: quia talis color causatur, quando sol est in ortu, vel prope ortum ex eleuatione vaporum interpositorum inter visum nostrum, & solem: qui vapor de se esset niger, & opacus, sed lux apparens per nigrum facit apparere rubedinem: sicut etiam quando videmus candelam per flāmam albam; & cum tales vapores sint eleuati, & tandem in aquam possint conuerti per frigus mediæ regionis, in illa die conuertun-

tur

B tur in pluuiam. Secunda conclusio, rubedo serotina apparés in cœlo circa solem, significat serenitatem : quia signum est, quòd vapores, qui fuerunt elevati de die iterum cadũt de nocte: & si non ceciderint sunt ita prope terram circa solem, & aspectum nostrum: quoniam sol est prope superficiem orizontis, quòd ex ipsis non potest fieri pluuia : sed magis ros, vel pruina. Aduerte etiam, quòd magnum signum pluuiæ est quando sol, & luna apparent pallidi, vel fusci coloris, quod sit propter vapores : qui vapores sunt multum aquei, & parum habentes de fumo terrestri : ideo non apparet rubedo, sed potius pallor. Etiam quã F do oritur, & apparet maior, quàm sit solitum: quod sit propter interpositionem vaporum, in quibus vaporibus radij solares disgregantur, & faciunt solem apparere maiorem : Quando etiam in nouitate lunæ cornua lunæ apparent obcusa, & nigra tunc significant pluuiam in illo mẽse: Quando etiam ortus solis est nimis matutinus significat pluuiam. Tunc respondetur ad rationes. Ad primam negando consequentiam : quia non est simile. Ad secundam conceditur antecedens : & ad probationem dicitur, quòd non est eadem causa : quia rubedo circa lunam, est sicut rubedo vespertina, quæ significat serenitatem Ad aliam dicitur, quòd non est signum necessarium: quandoq; enim potest impediri, puta quando calor solis est tantus, quòd consumit vaporem vel quando vador peruentum remouetur. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

Signum pluuiæ.

CONCLVSIO responsalis: Pluuia, & nix generantur in media regione aeris : Ros, grando, & pruina in infima: quæ conclusio relinquitur probata in articulis. Ad rationes. Ad primam, & secundam patet solutio. Ad tertiam dicitur negando, quòd ros generetur in suprema regione aeris. Ad probationẽ dicitur, quod licet vapor roris sit subtilior, quàm vapor pluuiæ : non tamen ascendit ratione pauci caloris. Ad quartam, & quintã patet quid sit dicendum.

Art. 1.

G H

A C

METEORORVM ARISTOTELIS.

LIBER SECVNDVS

DE mari autem, quæ natura ipsius, & propter quam causam est salsa, & tanta aquæ multitudo: adhuc autem de ea, quæ a principio generatione dicamus: Antiqui quidem igitur & veri antes circa theologias faciunt ipsius fontes: vt ipsis sint principia, & radices terræ, & maris &c. B

Maris situs, ita'ne ro, & genesis.

ISTE est secundus liber Meteororũ, in quo Philosophus determinat de mari, deventis, de motu terræ, de tonitruo, corruscationibus, fulminibus, & ryphonibus. Et diuiditur in tres tractatus. In primo, determinat de maris & continet duo capitula. In primo, narrat opiniones antiquorum de mari. Dixerunt enim aliqui, quòd mare fiebat hoc modo: quia mare habet multos fontes in terra, qui sunt principia eius, ita quòd terra per suos fontes est principiũ maris. Alia fuit opinio dicentium, quòd terra fuit olim cooperta aquis, & postea per calorem solis, & aliorum corporum calefactiuorum paulatim desiccata est, & tandem tota desiccabitur: & illud, quòd remãsit humefactum, dicitur mare. Alij dixerunt, q; terra fuit semel ita calefacta a sole, & ab aliis astris q; tantum sudauit, q; mare ex illo sudore ortum suũ habuit. Primam opinionem reprobat prẽmittens diuisionem aquarum: Quarum prima est: aquarum quædam sunt fluxibiles, vt fontes, & fluuij. Aliæ sunt stationariæ : Fluxibilium quædam sunt D fluxibiles spontaneè sine arte. Aliæ sunt fluxibiles artificiosè. Hoc supposito probat, quòd mare non habet fontes in terra tanquam principia eius: quia fontes fluunt extra locum eorũ: sed mare nõ mouetur extra suũ locum igitur. Et si quis dicat, mare fluit, & refluit. Respondet, quòd hoc est a causis extrinsecis: puta a luna, & aliis corporibus cœlestibus habentibus dominium super humida.

Deinde determinat de natura ipsius maris, narrando opinionem antiquorum: quidam enim dixerunt mare esse principium omnium aquarum. Dicunt vlteriùs, quòd fluuij non solũ fluũt ad mare tanquam ad terminum: sed fluunt ab ipso tanquam a principio. Sed contra hoc arguit

B guit Philos. quia principiũ debet esse prius, & simplicius principiato: ergo cum mare sit turbidum, & salsum non est prius, & simplicius aliis aquis: & per consequens non est principium aliarum aquarum. Alia opinio fuit, ꝙ sol nutrit humido aqueo eleuato ab istis inferioribus. Hãc opinionem reprobat quinque rationibus. Prima, si sol nutriretur humido aqueo, sequeretur, quòd non esset vnus, & idẽ sol in diuersis diebus: sed foret quotidie alius, & alius. Secunda ratio, ignis elenans aliquod humidum ab aqua calefacta, non nutritur illo humido: ergo nec sol nutritur humido eleuato per ipsum. Tertia ratio, si sol nutriretur tali humido: eadem ratione alia astra deberẽt nutriri humido: sed hoc est falsum: igitur. Quarta ratio, si sic, sequeretur, ꝙ sol, & cœlum augmentaren-

F tur: & per consequens mouerẽtur velocius. Quinta ratio: vapores eleuati non pertingunt vsque ad solem: sed iterum descendunt deorsum: igitur. Tertia opinio fuit Platonis dicẽtis, ꝙ circa medium mundi est magna multitudo aquæ, quæ Tartarus vocatur, a quo ipsum mare venit. Sed contra hoc arguit Philos. quia si sic, sequeretur, ꝙ semper deberet esse eadẽ quantitas aquarum: quod est falsum: igitur. Istis opinionibus positis dicit Philos. ꝙ locus, in quo est mare, est locus naturalis aq: & est locus maris secundum accidẽs. Primũ probat, quia aqua naturaliter locatur circa terrã: cum ibi vigeat virtus generatiua, & conseruatiua aquæ: ergo ibi est locus naturalis aquæ. Secundũ patet: quia in mari sunt G quædam terrestreitates, quę magis debent locari in terra, quàm extra terram: & per consequens locus, in quo est mare, est locus maris secundum accidens, siue secundum partem. Et ex istis infert Philosophus, quòd omnes fluuij naturaliter fluunt ad mare: quia locus maris est locus naturalis aquæ: etiam ille locus est multum bassus: igitur, alij fluuij ad ipsum fluunt.

Et si quis dicat ergo mare notabiliter deberet augeri per ingressum aliorum fluuiorum.

Respondet Philosophus, ꝙ verum est, si nihil a sole iterum eleuaretur. Sol enim per suam caliditatem eleuat aquas subtiles maris: & dimittit grossas, & terrestreitates: & ex illis subtilioribus fiunt nubes.

De salsedine autem ipsius dicendum, & vtrum semper H est idem &c.

Istvd est secundum capitulum, in quo Philosophus determinat de perpetuitate, & salsedine maris. Et diuidit in duas partes. In prima, determinat de perpetuitate ipsius maris: dicẽs, quòd mare est perpetuũ. Quod probat, quia nulli dixerunt mare esse genitum: nisi illi, qui posuerunt mundum esse genitum; sed mundus non est genitus, immo perpetuus: igitur. Deinde determinat de perpetuitate maris secundum opinionem antiquorum: dicens, quòd opinio Democriti fuit, quòd mare non esset perpetuum: sed quòd continuè fieret minus: & quòd tandem totũ consumetur. Hanc opinionẽ reputat Philosophus fabu-

Mare quando durabile & unda salsum.

A fabulosum: dicens, quòd est similis opinioni, quæ dicit, quòd in terra a principio creationis mundi esset quædam vorago, quæ bis absorbuisset mare: & in prima absorbuttione fecerat montes, & in secunda, insulas. Istas opiniones reputat omnino fabulosas. In secunda parte determinat de salsedine ipsius maris: & diuiditur in duas partes. In prima, narrat opiniones antiquorum, quarum Prima fuit illorum, qui dixerunt mundum esse factum, & etiam mare: dixerunt terram in principio creationis mundi fuisse totam coopertam aquis; & postea per calorem solis magnam partem aquæ esse euaporatam: & illud, quod relictum est, dixerunt esse mare: & quia hoc est grossum, & terrestre: ideo dixerunt ipsum esse salsum. Hanc

B opinionem reprobat, dicens: quia tunc sequeretur, quòd mare nunc esset parum vel quòd illa, quæ eleuantur, iterum reuerterentur in mari. Secunda opinio fuit illorum, qui dixerũt mare esse salsum propter terrã commixtam ipsi mari. Hanc reprobat tribus rationibus. Prima ratio, quia tunc sequeretur, quòd fontes, & fluuij essent salsi, cum terra ita bene deferatur ad ipsos, sicut ad mare. Secunda ratio, quia videtur esse incõueniens, quòd tanta multitudo aquæ fit salsa propter talem paruam commixtionem terræ. Tertia ratio, quia isti dixerunt fontes, & fluuios esse eiusdem naturæ cum aqua maris: sed aqua fluuij, & fontes non est salsa: igitur. Tertia opinio, est eorum, qui dixerunt, quòd mare est sudor terræ; quia sudor est salsus: C ideo mare est salsum. Hanc reprobat tribus rationibus. Prima, quia isti non assignauerunt causam, propter quam sudor debeat esse salsus. Secunda ratio, sudor est superfluitas illius, cuius est; sed mare non est superfluitas terræ, cũ esset minus terra: igitur. Tertia ratio, si terra quandoque sudasset propter calorem solis, eadem ratione nũc sudaret: sed hoc non apparet: igitur. Deinde determinat de salsedine maris secundum propriam opinionem, ponens tres ſuppoſiciones. Prima, duplices sunt fumi, quidam sunt humidi, & calidi, qui vocantur vapores. Alij sunt ficci, qui vocantur exhalationes. Secunda suppositio, licet mare maneat vnum, & idem secundum speciem, mutatur tamen secundum partes.

Tertia ſuppoſino, siccum terre- D stre passum calido mixtum cũ humido aqueo causat salsedinem, eo quòd siccum terrestre non est totaliter digestum, sed combustum; & quando dominatur tale combustum super humidum, tunc causatur salsedo.

Tunc ponit talem conclusionem. Exhalationes terrestres adustæ descendentes ad mare, permixtæ cum humido aqueo, causant salsedinem maris. Et probat septem signis. Primũ, quia aquæ australes sunt magis salsæ, quàm boreales: & hoc, nisi, quia flante vento australi eleuantur plures exhalationes calidæ, & siccæ terrestres, quæ admiscentur aquis. Secundum signum, quia aqua maris est calidior aliis aquis: & hoc propter commixtionem exhala-

cionis

A tionis calidæ,& siccæ. Tertiũ signum est:si aliquis posuerit in mari vas subtile vndique clausum:tunc aqua ingrediens per poros erit dulcis:& hoc propter seclusionem grossi terrestris.

Quartũ signũ est:quia aqua marjs est grossior, & grauior aliis aquis:ideo maius pondus portat. Quintum signum est, quia est quoddam stagnum in Palæstina ita salsum,quòd nullus piscis ibi nascitur:& est ita grossum, quòd si equus proiceretur in ipsum, non submergeretur. Sextum signum est:quia vestimenta lota in mari ratione terrestreitatum efficiuntur sordida. Septimum signum est: nam in Arabia est quidam locus,vbi nascuntur calami:quibus combustis, homines accipiunt cineres, & commiscent

B aquæ:& totũ simul decoquunt: ita,q; vna parte aquæ euaporata,residuum efficitur sal. Et si quis quæreret:an aliqui fontes, & fluuij possint esse salsi? Respondet, quòd sic: quia per virtutem solis, & aliorum astrorũ possunt eleuari a terra multæ exhalationes terrestres, quæ possunt commisceri cum talibus aquis.

Laus Asphaltitæ, cuius meminerunt Iosephus, & Seneca.

An mare in suo naturali loco debeat fluere, & refluere.

QVAERITVR, Vtrum mare in suo loco naturali existens debeat fluere,& refluere.

Arguitur primo contra suppositum:quia mare est mixtum ex humido aqueo, & sicco terrestri:ergo non debetur sibi locus naturalis aquæ. Secundo sic; Vnumquodque corpus naturale debet naturaliter quiescere in suo loco naturali:sed mare fluit,& refluit: igitur non est in loco suo naturali. Tertio sic: Mare nec fluit naturaliter, nec violenter:igitur. Quod non violenter,patet, quia nullum violẽtum est perpetuũ. Quod nõ naturaliter, patet,quia agentia naturalia sunt determinata ad vnã partem, & non mouẽt motibus contrarijs:igitur. Quarto sic: Locus maris est decliuior: ergo si mare fluat, & refluat secũdo locum,in quo est,ipsum ascẽderet,qđ est falsum. Quinto sic: Si mare flueret,hoc maxime esset ab aquilone versus austrum: sed hoc non:quia in austro magis viget causa generationis mõtium,& eleuationis terræ: quia ibi viget calor solis, & aliorum astrorum:igitur. In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

C

H

Art. 1.

PRIMO sciendum, q; pro declaratione quæstionis supponitur primo,q; licet aqua,& mare supponant pro eodem: tamẽ mare aliquid cõnotat, quod nõ connotat aqua.S.terrestreitatẽ, & salsedinem annexam:ideo licet omne mare sit aqua, tamen non omnis aqua est mare.

Mare, an generabile, & corruptibile.

Supponitur secũdo, q; de ipso mari aliquæ sunt difficultates. Prima:vtrum mare sit generabile,& corruptibile? Et videtur, q; non:quia secũdũ Arist.omne corruptibile semel corrũpetur: ergo si mare semel corrumpatur,tunc non erunt nisi tria elementa: quod non concederet Philosophus. In oppositum arguitur;quia omne habens materiam est generabile, & corruptibile

A ptibile,saltem corruptibile:mare est huiusmodi:igitur. Respõdetur breuiter: sicut dictum est aliàs de alijs elementis, quòd sunt corruptibilia secũdum partem:cum partes eorum corrumpuntur,& aliæ generantur: sed non secundum se tota:quia non est aliquod agens, quod habeat virtutem supra totum elementum:& hoc forte est propter salutem viuentium, & ordinem

Dubium entium. Et si quæratur: cum multæ partes ipsius maris corrumpantur, & multæ generentur,Vtrum sit idem mare numero,quod fuit heri, & hodie,vel ante centum annos:Respondetur breuiter, sicut aliàs responsum est de alijs,quorum aliquæ partes semper fluunt, & aliquæ refluunt: sicut est de corpore

B hominis, vel animalis,quod nõ videtur esse vnum numero;nisi quia consimiles partes manent in consimili loco,situ,& figura.

Inflãtia. Et si quis quæratur postquàm mare est generabile, vel saltem genitum Vtrum generetur, vel fuerit genitum ex fontibus? Et videtur quòd non:quia fontes non corrumpuntur in generatione maris: ergo non generatur ex fontibus. Patet consequẽtia, quia generatio vnius est corruptio alterius. In oppositum videtur esse experiẽtia: experimur enim multos fontes subintrare mare. Pro solutione supponitur,quòd mare generari ex fontibus potest intelligi dupliciter. Vno modo, quòd ali qui fontes corrumpantur: & quòd tunc generetur aqua maris, sic quòd materia aquæ fontis informetur forma aquæ maris:& sic non est intelligẽdum. Alio modo capiendo generationem large pro compositione, vel constitutione: quem admodum dicimus,q; aliquid generatur ex suis partibus; & de hoc adhuc est dubium. Nam potest adhuc intelligi dupliciter:Vno modo,quòd constituatur ex aquis fontium genitorum in fundo maris. Et sic dico, q; non; quia in fundo maris non possunt generari fontes:quia tunc sequeretur,q; aqua eorum violenter ascenderet:cum origo esset decliuior,quàm ipsa aqua genita. Aliomodo potest intelligi sic,quòd aquæ fontium intrent mare,& efficiantur partes maris: & sic bene cõceditur,quòd mare generatur ex fontibus, ideſt multi fontes intrant mare,& etiam multi fluuij.

C

SECVNDO sciendum, q; aliæ sunt difficultates de mari.

D

An mare sit perpetuum.

Prima,vtrum mare sit perpetuum? Ad quam breuiter potest dici,quòd mare non est perpetuum, licet perpetuus sit mare. Vel potest dici, quòd mare non est perpetũ: sic videlicet, quòd omnes eius partes, quæ fuerũt ante centum annos,adhuc sint. Aliomodo potest intelligi, q; consimiles partes eius sint in consimili loco, situ,& figura sicut partes, quæ fuerunt ante centum annos: & sic bene potest concedi, quòd mare est perpetuum secundum mẽtem Philosophi:quemadmodum concedimus, q; est vnus, & idẽ Sequana numero nunc, & a centum annis. Secunda difficultas: vtrum mare fluat & refluat? Et vr, quòd sic per experientiam. In oppositum tamẽ videtur esse Philoso. in textu.

An mare fluat, & refluat.

Pro

Pro cuius solutione supponi tur, quòd ipsius maris est triplex fluxus. Primus est, qui causatur ex agitatione ventorum, & sic bene fluit. Alius est quo mare septentrionale fluit ad mare meridionale: & talis fluxus fit ratione decliuitatis: eo enim, quòd aqua est grauis, semper nata est moueri ad locum decliuiorem: modo mare septentrionale est altius, q̃ sit mare meridionale. Tertius fluxus est fluxus diurnus, quo mare saltē semel in die fluit, & refluit: & de causa istius fluxus respondetur, quòd causatur ex virtute lunę.

Aue. li. 2. 6. de. 9. 3. Et ex hoc dicunt astrologi, quòd luna habet dominium super humida, sicut sol super ficca: supra quãcunq; enim regionem eleuatur luna, ibi ascendit aqua contra lunam tanquàm versus causam suam: ita quòd

F aqua maris in illo loco, qui directe supponitur centro lunæ: est alitor, quàm in quocunque alio loco: & hoc fit per virtutem quandam connaturalem ipsi lunæ attrahentem ad se aquas maris, sicut magnes attrahit ferrum: & istius opinionis fuit Albumasar. Et aduerte, quòd illa pars aquæ, quæ supponitur directe lunæ, vocatur tumor aquę: & sic circumit ille tumor tantam terram in tanto tempore, quanto luna circumit suum orbem per motum firmamenti, quòd fit in viginti quinque horis minus duobus gradibus.

Quare mare bis in die fluat & refluat. Tertio sciendum, quòd ad videndum qualiter mare fluat, & refluat bis in die. Supponitur primo, quòd pars aquę tamescentis in oceano fluit ad

G alueos humiles vicinos propter naturam grauitatis: & tunc fluunt maria mediterranea: recedente enim luna a tali aspectu, vel situ, recedit tumor ille; & per consequens in loco oceani vbi prius aqua erat altior: fit humilior terra: & etiam in maribus mediterraneis: & ideo aquæ inundantes ad loca illorum fluuiorum propter loci humilitatem ex eadem lege naturæ fluunt ad oceanum: & hæc est causa in generali fluxus, & refluxus maris, sed qualiter fluat: & refluat bis in die. Respondet Albumasar, quòd luna in quartis cœli habet effectum consimilem in quartis terę oppositis: ita quòd sint in quarta orientali inter orientem, & meridiem; dum luna est

K in ascendendo super hemisphe rium, tunc habet fluxum in hac quarta: & descendente luna a puncto meridiei ad occidentem, continue incipit mare descẽdere in illa quarta, in qua prius creuit, & fluit in alia quarta occidentali: & descendente luna ab occidẽte sub terra vsq; ad angulum mediæ noctis fluit mare in quarta orientali super terram oppositam illi quartę in qua tunc est luna: & ita iam bis in illa die fit fluxus in illa quarta, & sic de alijs dicatur. Sed restat alia difficultas: vtrum luna habeat dominium supra humidum. Pro cuius solutione.

An luna dominetur humidis. Quarto sciẽdum, quòd vt alias visum est in. 1. Posite, duplicia sunt humida. Quædam sunt cito consumptibilia a sole: & super illa non habet dominium luna, supple augmentando, vel diminuendo ea: licet possit

A sit habere dominiũ quo ad motum. Alia sunt humida, non cito consumptibilia a sole: sicut sanguis, & medulla. Et de istis dico, quòd luna habet dominiũ super talia augmentando, vel diminuendo: vt patet per experiẽtiam. Aduerte vlterius pro maiori declaratione supradictorum, quòd duplex est mare, scilicet magnum mare, quod dicitur Oceanus: & mare mediterraneum, quod in aliqua parte coniungitur oceano. Vnde legitur, quòd sub Iulio Cesare facta sunt triginta maria mediterranea; inter quę est vnum, quod non fluit, neque refluit propter sui grossitudinem: & istud vocatur Mare mortuum. Aliud est, quod fluit, sed non percipitur a nobis propter eius subtilem dispositionem: Aliud est, quod se-

B mel fluit in die: Aliud bis, Aliud semel in mense. Et si quis quærat: An omnis aqua possit fluere, & refluere? Respondetur breuiter, quòd non: immo ad hoc, quòd aliqua aqua fluere, & refluere possit, quinque conditiones requiruntur. Prima, quòd sit grossa, & spissa: vapores ipsius per caliditatẽ solis non possint cito euaporari. Secũda est, quòd aqua debet esse multa: quia si esset modica, vapores qui quodammodo requiruntur ad fluxum, & refluxum: non possent in ipsa congregari, nec agitari huc, & illuc: sed cito dispergerẽtur. Tertia, q̃ bene potuit respici a Luna: ve radij lunares possint ab ea eleuare vapores. Quarta, q̃ sit salsa. Quinta, q̃ sit profunda, & concaua: aliàs cito euaporaretur. Et hæc de primo artic. Quantum ad secundum.

Mare duplex.

Aqua, vt fluat, & refluat, quod requiritur.

Dvbitatvr primo: quæ C sit causa diuersitatis fontium, & fluuiorum in saporibus, & alijs qualitatibus, & virtutibus productis diuersorum effectuũ. Vnde narrat Isidorus, q̃ est qui dã fons, cuius potus abbreuiat vitam; alius commouetur ad libidinem: alius prodest oculis: alius sanat multas antiquas infirmitates: alius reddit capillos aureos. Refert etiam Seneca, q̃ etiam sunt quædam aquæ infectiuę: de quib⁹, si aliquis bibat, moritur: & quę faciunt herbas, sup quas aspergũtur, deficcari. Refert etiam, q̃ est quoddam stagnum, in quo si homines prospiciunt, moriuntur. Dicit etiam, quòd est quidam fons tantæ virtutis durificatiuæ, quòd mutat lignum in lapides: & si aliquis biberit, murat viscera in lapides. Dicit etiam, quòd est alius fons de quo bibentes inebriantur. D Narrat etiam, quòd est quidam fons, de quo si quis bibat, reddit bonæ memoriæ; aliud, de quo redditur obliuiosus: alius, qui mulieres steriles fecundat: alius, qui sanat phrẽticos: alius de quo si amator bibat, manifestabitur sua malitia. Etiam sunt aliqui fluuij, qui sunt salsi: alij dulces: alij acetosi. Et de causa omnium istorum ponuntur ali quæ propositiones. Prima, in visceribus terræ nõ solum agit calor igneus, sed etiam cœlestis: qui multũ diuersificantur: nam igneus desiccat, aduritque cœlestis vero viuificat: & iste potest dici calor naturalis terrę, sicut calor retinens vitã nostrã. Vnde ex quòd terra est bonæ digestionis, adustiõis, receptibilis; generatur in ipsa dulcedo, aut salse-

Art. 3.

Vnde aqui natura quædã lucasser.

Lib. 1. & 3. Quæst. natural.

E do. Vnde fontes, & fluuij transeuntes per aliquam terram, accipiunt saporem illius terræ: sicut aqua colata per cineres propter adustionem cinerum capit amaritudinem. Vnde refert Seneca, q̃ est quidam fons, qui habet saporem vini. Et Philosophus dicit, q̃ est quidam, qui habet saporem acet: . Et causa diuersitatis saporum diuersorum in fontibus, & fluuijs, est ex diuersitate terræ, in qua generantur: vel per quã transeunt vna cum mixtione diuersã terrestreitatum indigestarum super digestas, vel adustarum cũ humido aqueo. Secunda propositio, aquarum fontaliũ, & fluuiorum aliquæ sunt nigræ, aliquę aliæ, aliquę rubeæ: sicut mare rubrum, cuius causa est diuersitas colorum terræ, in qua recipiuntur, vel per quam transeunt: & etiam diuersitas mixF tionis qualitatum primarum in corpore fontis. Vnde narrat Isidorus, q̃in India est quidã fons qui quater in anno mutat colorem: aliquando enim est sanguineus, aliquando albus, aliquando viridis. Tertia propositio, aquarum fontalium, & fluuiorum aliquæ exeunt frigidæ, aliquæ calidæ: omnes tamen aquę fontales, quæ non accipiunt caliditatem ex speciali dispositione terræ, in qua oriuntur, vel per quam transeunt: sunt frigidæ. Quod autem exeunt calidę, hoc est ex dispositione terræ, in qua sunt, vel per quã transeunt: & etiam ex multa exhalatione calida, & ficca inclusa in visceribus terræ, quæ non põt exire, mouetur hinc, & inde calefaciẽdo terrã. Ex illis potest inferri quare aquæ fontales bibitę in G orificio fontis sæpe causant strumẽ in collo, eo scilicet q̃ in orificio aliquorum fontium viget magna frigiditas alarum aquarum: ideo si bibãtur, faciunt descendere superfluitates a cerebro, quæ similiter cõgregatæ faciunt strumẽ in collo. Quarta propositio, aquarũ fontaliũ quędam sunt graues, quædã leues. Vnde narrat Seneca, quòd est quoddam stagnum, in quo natant lapides: & hoc, quia grauitas illius aquæ excedit grauitatẽ lapidis propter commixtionem terrestreitatum: & q̃to aqua est leuior, tanto est meliori ideo illę, quæ fluunt ad aquilonem a meridie, sunt leuiores; quia transeunt per regiones calidas: illæ quæ fluunt ad occidens, adhuc sunt meliores: quia cõtinue sol insequẽs eas purificat: meliores tamen sunt adhuc illæ, quæ fluunt versus orieus: H quia sol semper opponitur eis, & eas per radios suos semper purificat. Et ex istis potest inferri, quòd natura terrarum a quibus, & per quas fluunt fontes, & fluuij, est vna causa diuersitatum fontium, & fluuiorum. Ad hoc etiam concurrit diuersitas influentiarum cœlestium, & cõcursus illarum super aquas, aut super locata quibus, & per, quæ fluunt: facit etiam ad hoc diuersa commixtio qualitatum primarum: Nam q̃ aliquę aquę aliquorum fontiũ faciunt aues albas esse nigras, & aliæ econtra: hoc est propter dispõnem eius in qualitatibus primis. Vnde cũ aqua est multũ frigida, humida, & subtilis: tũc ipsa potata q̃ caloré naturalẽ pellitur ad cutem

Lib. 3. q. natural.

A tem, quam lassat, & humectat destruendo fumos grossos: & ex consequenti dealbat: si vero sit calida, & ficca denigrat: & quia ad variationem pellis in colore, sequitur variatio pilorum in ouibus, & in alijs animalibus: ideo quando cutis denigratur, etiam pili denigrantur.

An mare debeat esse falsum.

DVBITATVR secundo Vtrũ mare debeat esse falsum, Pro cuius solutione supponitur q̃ salsedo sicut, & aliæ qualitates secundæ causantur ex actione qualitatum primarum. Dicit enim in textu, q̃ ex mixtione sicci terrestris adusti cũ humido aqueo causatur salsedo: & debet esse tale terrestre multum adustum, & etiã multum terrestre: quia parua adustio, & parua terrestreitas possunt causare alios sapores: dulce enim sit in humido subtili bene permixto cum sicco, temperato a calido bene digerente humidum: salsum vero, & amarum fiunt in sicco terrestri passo a calido adurãte illud siccũ. Vnde sicut sæpe visum est ab istis inferioribus eleuatur duplex fumus; scilicet humidus, & calidus qui B vocatur vapor: & calidus, & siccus qui vocatur exhalatio, qui permiscentur adinuicem: non solum extra terram, sed etiam in terra: & hoc propter actionẽ diurnam solis, & aliorum astrorum in visceribus terræ: aut propter fortificationem caloris solis in visceribus terræ per antiperistasim generãtur exhalationes calidæ, & siccæ: per tales exhalationes deportatas in mare, & fluuios causatur salsedo maris: etiam ad salsedinem maris concurrit sol, qui continue per

Sed cur aquæ paludales non sunt salsediores saporis?

caliditatem suam eleuat subtile C a mari dimittendo ibi grossum: quod maxime facit ad salsedinẽ maris. Et hoc supposito dicitur primo, q̃ mare est salsum: Dicitur secundo, q̃ est salsum ex admixtione multi sicci terrestris, fortiter adusti cum humido. Dicitur tertio, q̃ mare non est elementum purum: nec est in eo eueniens propter salutem viuentium, elementum aquæ nõ esse purum. Dicũt tamẽ aliqui, q̃ in fundo maris inuenit aqua pura, tamen non est verũ: quia cum illa sit leuior aqua salsa, deberet ascendere naturaliter supra eam.

An aqua fontales possint esse salsa.

DVBITATVR tertio: Vtrum aquæ fontales possint esse salsæ? Et arguitur q̃ non: quia tunc sequeretur, q̃ elementa haberẽt qualitates secundas: puta saporem, odorem, & similiaset consequens est falsum: quia corpora simplicia non habent nisi qualitates primas. Et cõsequẽtia probat: quia aq̃ fon- D tales, & fluuiales sunt elementũ aquæ: cũ mare non sit purũ elementũ. Itẽ sequeretur, q̃ essent salsę eodem mõ, sicut mare est salsum: sed hoc est falsum: quia sol non põt ab ipsis elenare dulce, terrestri remanẽ exigẽ. Item sequeretur, q̃ aqua fontalis posset nutrire: sed hoc est falsum: quia nullũ elementũ seu corpus simplex nutrit. In oppositũ est Philosophus in textu. Pro solutione supponitur, q̃ vt visum est alias, fontes generantur gutta- *Fontes q̃ sic generantur.* tim, i. p guttas: ita q̃ anteq̃ veniant ad vnum locum, transeunt per multa loca: & in illis attrahunt sapores: & eis possunt cõmiscere exhalationes ficcæ, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

E terrestres: vel saltem transeunt per multa loca sicca terrestria: quod sufficit ad hoc, ꝙ tales aquæ sontales sint salsæ, vel amaræ. Ex quo sequitur, ꝙ nō oportet illas aquas esse salsas eodem modo, sicut mare. Sequitur etiã, vt iam visum est, ꝙ aquæ sontales qualitates, quas non habẽt in loco originis; accipiunt à locis, per quẽ transeunt: sicut patet de aqua colata per cineres, quæ accipit amaritudinem. Ad rationes. Ad primam dicitur, ꝙ aquæ saporosæ sunt aliqualiter mixtæ ideo non sunt elemẽtum purum. Ad tertiam negatur consequentia, quia aliomodo fontes sunt salsi, quã mare. Ex quo sequitur, ꝙ non est solum vnus modus, quo aquæ dicantur salsę. Ad aliam concedi-
F tur, ꝙ possunt nutrire: cum non sint aquæ puræ, sed mixtę. Ex quo patet, ꝙ de istis diuersitatibus aquarum, multa sunt naturaliter; de quibus causam, & rationes nescimus dicere: qa tales causæ multum sunt nobis occultæ: & similiter dicatur de multis naturalibus. Videmus enim carbones extra terram cito consumi, in terra magno tẽpore durare. Inde est, ꝙ illi, qui faciunt fundamenta ponunt in fundo carbones: vt fundamentum sit fortius: & perduralius. Instãtia. Et si quis cõtra prædicta ad hoc arguat: quia sapor insequitur mixtionem qualitatum primarum: vt alias visum est: sed in illis aquis sontalibus non est talis commixtio; quia aliter cõtraria viderẽtur esse in eodem: aqua etiam ex natura sua debet esse frigida. Respondetur, quòd sapor causatur ex mixtione qualitatum primarum, vel G ex actione, vel commixtione alicuorum habentium illas qualitates. Dico vlterius, ꝙ in aqua potest esse talis commixtio. Dico vlterius, quòd illę qualitates, quæ dicuntur contrariæ; possunt esse in eodem. Dico vlterius, quòd aqua in loco suæ originis est frigida: sed quòd sit calida, vel amara habet a locis per quæ transit. Et hæc de secũdo arti. Quantum ad tertiũ sit.

CONCLVSIO responsalis: Locus, quem mare occupat, est locus naturalis maris inquatum est aqua: & est locus naturalis aquæ, cum ad ipsum omnes aliæ aquæ fluant. Ad rationes. Ad primam, & secũdam patet solutio. Ad tertiam dicitur, quòd ille fluxus est perpetuus: nec est inconueniens idem H mobile a diuersis agentibus naturalibus moueri motibus contrarijs: vno quidem naturaliter, & alio præter naturam propriã. Ad quartam dicitur, quòd mare non ascendit secundum naturam propriam, sed ab aliquo extrinseco, puta a luna, & influentia. Ad quartam patet solutio. Art. 3.

DE spiritibus autem dicamus sumentes principium, dictum nobis iam prius, &c.

ISTE est secundus tract. huius libri, in quo Philosophus determinat de ventis: & diuiditur in tria capitula. Primum diuiditur in tres partes. In prima parte præmittit duas suppositiones. Prima duplex est exhalatio, scilicet calida, & humida, quæ dicitur vapor: alia calida, & sicca, quę dicitur fumus. Secun Ventũ ergo, & causa.

A Secunda est, quòd per motum solis, & approximatione eius ad venit capitis nostri tales exhalationes eleuantur. Istis suppositis infert quid sit principiũ ventorum: dicens quòd sicut exhalatio humida, & calida est principium omnium aquarum: ita exhalatio calida, & sicca est principium ventorum: & hoc probat triplici signo. Primũ quia propter superabundantiam multorum ventorum regiones aeris efficiunt calidę, & siccæ: & huius non videtur esse alia causa nisi, quòd ventus generatur ex exhalatione calida, & sicca. Secundum signum est: quia venti faciunt cessare pluuias. Tertium signum est: quia veniunt plures venti a polis mundi Septentrione, Meridie, & Occidẽte, quàm ab Oriẽte: & hoc est quia ibi est maior
B multitudo exhalationis. Dixerunt tamẽ aliqui antiqui, quòd ventus nihil aliud est, quàm aer motus: & quòd aer, & ventus non differebant nisi per hoc, ꝙ est moueri, & quiescere. Sed contra istos dicit Philosophus, quòd multi populares melius dixerũt sine inquisitione, quàm isti cum inquisitione. Vnde ventus sic generatur: nam per caloram solis, & aliorum astrorum eleuatur exhalatio calida, & sicca non cito inflammabilis a corpotibus humidis vsque ad mediam regionem aeris: quæ propter frigiditatem mediæ regionis aeris repercutitur inferius: & propter leuitatem eius nititur ascendere sursum, & mouetur lateraliter. Et ex hoc potest videri qualiter causatur motus ventorum: nam frigiditas mediæ regionis aeris, quæ C repellit exhalationem calidam, & siccam motam sursum, est causa motus ventorum. Præterea ostendit quomodo successiue generatur ventus: dicens, quòd sicut fluuius in principio est paruus: & recedendo a sua origine fit maior per ingressum aliorum fluuiorũ in ipsum: ita ventus prope locum, a quo eleuatur, fit paruus: & recedendo, fit maior: propter quod continue inuenit nouas exhalationes: quæ simul congregatę vnã cum aere faciunt ipsas maiores.

SOL autem, & cessare facit, & commouet spiritus, &c.

ISTVD est secundum capitulũ, in quo Philosophus determinat de causa motionis, & cessationis venti: dicens, quod pluuia aliquãdo commouet vẽtos: & aliquando facit cessare. Nam D aliquando terra est nimis sicca, ita quòd ab ea nulla exhalatio eleuari potest: & adueniente pluuia, disponitur ad hoc, vt ex ea possit eleuari exhalatio, quæ potest fieri ventus: & sic pluuia est causa cõmotionis vẽtorum. Sed si terra sit bene disposita, vt ex ea possint eleuari exhalationes calidæ, & siccę: tunc aduenientę magna pluuia multum frigida, & humida, consumitur materia ventorum; & sic pluuię faciunt cessare ventus. Similiter sol facit cessare ventos dupliciter. Primo, quando propter intensam eius caliditatem confirmuntur exhalationes. Secũdo, quando calor solis est ita vehemens, ꝙ tantum deficcat terrã, quòd ab ea non possunt eleuari exhalationes. Cessant etiam vẽ- Causa motionis, & cessationis ventorum.

Et aliquando propter nimiam frigiditatem, per quam consumitur exhalatio calida, & ſicca: vt quando ſit magnum gelu. Sol etiam eſt cauſa commotionis ventorum, eo q̃ mediãte calore eſt ſufficiens ad eleuandum a terra exhalationem calidam, & ſiccã. Ex quo infert Philoſophus, q̃ ventus autumnalis, & borealis flant, q̃n ſol incipit recedere a nobis: & flãt in die, & ceſſant de nocte: quia quãdo ſol eſt in cancro, tũc exhalatio, quæ eſt materia venti propter caliditatem ſolis conſumitur: ſed quando recedit a cãcro, tunc non cauſatur ita vehemens caliditas a ſole, quæ ſufficiat deſtruere illam exhalationem: ideo tunc poſſunt generari venti. Vnde omnis ventus circa principiũ ſuæ originis eſt plus: & quanto plus recedit ab eo, eſt maior: quia quando fluit per diuerſa loca, tũc reperit aliquas exhalationes a quibus augetur. Ex iſto infert Philoſophus, q̃ boreas eſt maior verſus auſtrum, quam verſus ſeptẽtrionẽ.

F

Depositione autem ipſorum, & qui contrarij quibus, & quos ſimul flare contingit, &c.

Istvm eſt tertium capitulũ, in quo Philoſophus determinat de numero ventorum, præmittẽs duas ſuppoſitiones. Prima, quod orizon eſt quidam circulus magnus imaginatus a ſuperficie terræ, diuidens partẽ cœli viſam a non viſa. Secunda eſt, q̃ illa, quæ plurimum diſtant ſecundũ locum, ſunt contraria ſecundũ locum. His ſuppoſitis ſignetur vnũ punctum in orizõte, ſcilicet h, & ſit oriẽs æquinoctiale: & ſignetur aliud punctũ ſcilicet a, & ſit oriens eſtiuale. Deinde ſignetur aliud punctum, & ſit c quod ſignet oriens hyemale. Deinde ex oppoſita parte orizontis ſignentur tria alia puncta, quorũ primus ſit d, quod eſt occidens eſtiuale: aliud e, quod ſit occidens æquinoctiale: & aliud f, & ſit occidẽs hyemale. Similiter verſus ſeptentrionem ſignẽtur tria alia puncta, quorũ vnum ſit g, aliud h, & aliud, i. Deinde ex oppoſita parte videlicet verſus auſtrum ſignentur tria alia puncta, ſcilicet k l m. Vnde in propoſito occidens æquinoctiale dicitur punctus ille, in quo occidit ſol, quãdo eſt æquinoctium: & per oppoſitũ dicatur de oriẽte æquinoctiali. Sed oriẽs eſtiuale eſt punctus, in quo oritur ſol quãdo eſt in ſolſtitio eſtiuali, ſcilicet in cancro, ſcilicet quando maxime aſcendit ſupra orizontem noſtrum: aut zenit capitis noſtri. Sed occidẽs eſt punctus, in quo occidit ſol, quando eſt ſolſtitium eſtiuale. Sed oriẽs hyemale eſt punctus, in quo oritur ſol, quãdo eſt ſolſtitium hyemale: puta quãdo ſol eſt in capricorno: & occidẽs hyemale eſt punctus in oppoſito. Vnde tunc eſt ſolſtitium hyemale, quando ſol in meridie maxime recedit a zenit capitis noſtri, accedendo ad orizontem noſtrum. Conſequenter nominat ventos. Vnde ventus, qui ſit ab oriente æquinoctiali: puta a puncto b, vocatur ſubſolanus: & eſt ſubtiliſſimus, calidus, & ſiccus: & complexioni cholericę multum conueniens. Sed ventus qui flat ab oriẽ-

H

Ventorũ numerus ac nomina.

A oriente eſtiuali dicitur vulturnus: & eſt calidus, & humidus. Alius qui flat ab oriẽte hyemali, puta a puncto c, dicitur Eurus: & eſt calidus & ſiccus. Et qui flat a puncto d, quod eſt occidens æſtiuale vocatur africus auſter, & eſt calidus: ille vero, qui flat a puncto e, quod eſt occidens æquinoctiale, dicitur faonius: & eſt frigidus, grandinoſus, conueniens complexioni flegmaticæ. Et ille, qui flat a puncto f, dicitur corus, & eſt ſiccus. Et ille, qui flat a puncto g: quod mediat inter oriens eſtiuale, & ſeptẽtrionem, dicitur aquilo, & eſt frigidus. Et ille, qui flat a puncto h, dicitur ſeptentrionalis ſiue boreas: & eſt frigidus, & ſiccus multum conueniens complexioni melancholicæ. Et

B ille, qui flat a puncto i, quod mediat inter occidens æſtiuale, & ſeptentrionem, dicitur circius: & eſt calidus. Sed ille, qui flat a puncto K, quod mediat inter oriens hyemale, & meridiẽ dicitur eurus auſter: & eſt frigidus, & humidus. Et ille, qui flat a pũcto l, quod dicitur meridies, vocatur auſter: & eſt calidus, & humidus conueniens complexioni ſanguineæ. Et ille, qui flat a puncto m: quod mediat inter occidẽs hyemale, & meridiem, dicitur eurus africus: & eſt humidus. Et aduerte, q̃ ſubſolanus dicitur eo, q̃ ſub ortu ſolis naſcitur: & eurus; quia ab oriẽte flat: & vulturnus quia alte ſonat: & faonius, quia eſt principialis ventus. Corus dicitur: quia circulum ventorum claudit. Sed auſter dicitur, qui habet ad dextrum eurum auſtrum: & a ſiniſtro eurum africum: & dicitur ab hauriẽdo aquas. Sed eurus auſter dicitur qui ex vna parte habet eurum, & in alia habet auſtrum: ſed eurus africus dicitur: quia eſt coniunctus africo; & auſtro. Sed ſeptemtrionalis dicitur a ſeptemtrione. Et circius dicitur: quia eſt coniunctus. Aquilo dicitur: q̃a aquas reſtringit. Et aduerte, q̃ venti poſſunt diſtingui quadrupliciter. Vnomodo penes puncta in circumferentia orizontis. & ſic infiniti eſſent venti. Aliomodo penes puncta ſignificabilia in circumferentia orizontis notabiliter diſtantia abinuicem: & ſic a nautis ponuntur triginta duoventi. Secundomodo poſſunt diſtingui penes cõbinationes quatuor qualitatum primarum: & ſic ſunt tantum quatuor, qui flant a punctis principalibus orizontis ſcilicet ſubſolanus, faonius, boreas, & auſter. Aliomodo poſſunt diſtingui penes diſtinctionem partium zodiaci, qui ſunt duodecim ſigna, ſub quibus ſol habet virtutem ad eleuandum naturam eorum.

G

H



De agitatione autem, & motu terræ post hæc &c.

Terræ motus unde, & quomodo generatur eiusque proprietates.

Iste est tertius tractatus huius libri, in quo Philosophus determinat de motu terræ, corruscatione, & aliis impressionibus: & diuiditur in tria capitula. In primo, determinat de motu terræ: & primo secundum opinionem antiquorum, recitando tres opiniones. Prima, fuit Anaxagoræ dicentis, terram esse spongiosam: & infra terram ingredi aerem, qui natus est seri sursum, & propter illum aerem inclusum infra terram, moueri terra. Sed hanc opinionem improbat: quia secundum istam opinionē non potest reddi causa, quare motus terræ magis fiat in vno tempore, quàm in alio. Secunda, fuit dicentium, quòd aqua pluuialis recipitur

pit in viscetibus terræ: & quando amplius recipi nō potest frāgitur propter violentiam: & ex cōsequēti fit terremotus. Tertia fuit Anaximenis ponētis, terram est deficcatam a sole: & propter nimiā siccitatem rumpitur, & partes distantes a inuicem coniunguntur, & tunc fit terremotus. Hāc opinionem improbat philosophus: quia tunc deberet apparere multiplex submersio terræ, quæ tamen non apparet. Etiā non videtur ratio quare in vna regione magis fieret motus terræ, quam in alia. Consequēter determinat de causa motus terræ secundū opinionem propriā, præmittens duas suppositiones. Prima est q̄ terra de sua natura est ficca: sed efficit humida per pluuias, p̄ quas redditur apta ad fumādum: & C

B tūc virtute soli, & aliorum astrorum generatur magna multitudo exhalationum infra terram, q̄ petit exitum per poros terræ: & tunc quādo exit, fiunt venti: sed quando retinet, fit motus terræ: aliquando vero partim exit & partim retinetur: & tunc fiūt parui venti, & parui motus terræ. Tunc subdit, quòd motus terræ sic generatur: nam per calorem solis, & aliorum astrorū in viscetibus terræ generatur exhalatio calida, & ficca: quæ petens exitum, mouetur de concauitate in concauitatem, rumpens aliquando inter media cōcauitatum: & in tali motu causatur motus terræ: & hoc probat septem signis. Primum, quia in tempore, quo flat Aquilo, fiūt multi motus terræ: & hoc est quia materia vēti, quæ est exhalatio inclusa infra terram, multum generatur. Secundum signum: tales motus terræ fiunt tam de nocte, quàm de die & in qualibet hora. Tertium signū, motus terræ magis fiunt in locis spongiosis & cauernosis: q̄a in illis fiunt multæ exhalationes. Quartum signum, est: quia motus terræ maximè fiunt in vere & autūno: & magis fiunt in temporibus pluuiosis, quàm siccis: quia in illis tēporibus plures causant exhalationes, q̄ in alijs; & in tempore pluuioso aq̄ intrant terram: & tūc exhalationes, ibi existētes comprimūtur, & petunt exitū. Quintum signū est: quia sicut in corpore humano spiritus moti inclusi in venis causant tremorem: ita multæ exhalationes inclusę intra terrā causant tremorem terræ. Sextū signum est: quia q̄liq; apparent magni motus terræ; qui non cessant quousq; terra sit fracta, & eius fractura exit vētus, & flamma. Septimum signum quia anteq̄ appareant motus terræ audiunt parui soni in terra, propter hoc, quòd talis exhalatio mouetur circa latera cōcauitatis terræ. Dicit etiam q̄ aliqñ ante terremotū apparet quædam parua nubecula ad modum lanciæ: & hoc est signum, q̄ ventus absorbetur a terra, & exit p̄ loca stricta. Consequenter ponit quædam accidentia motus terræ. Primum est, q̄ quando motus terræ fiunt magni, & fortes: tūc cito non recedunt, sed durant per longum tempus: aliquando per quadraginta dies: aliquando per annum: aliquando per mēses. Et huius causa est magnitudo concauitatum, & multitudo exhalationis inclusæ quod. D

pro-

E probat per simile in corporibus animalibus: nam videmus quòd quando motus febris est fortis non cito recedit. Secundum accidens est, q̃ tẽpore motus terrę modicum ante audiunt magni soni in terra: & aliq̃ accidit, q̃ auditur sonus absq; hoc, q̃ postea fiat terræmotus: cuius causa est paucitas, & debilitas exhalationis, quæ non sufficit mouere terram, licet bene causare sonum. Tertium accẽs est, q̃ aliquando post terræmotum fiunt mũdationes aquarum extra terram: cuius causa est: quia exhalatio, quæ est causa terræmotus exeundo terram, aliquando inuenit aquam & eã elevat. Quartum accidẽs est, q̃ terræmotus fit ẽm partem terræ ad modicum locum. Quintum accidens, q̃

F lis circondatis mari, quàm in alijs locis prope mare: & hoc intelligendo de paruis insulis: cuius causa est: quia multitudo aquæ circundantis insulam, in frigidat exhalationem, etiã ibi concauitates terræ potius replẽtur aqua quàm exhalatione.

De Chorusicatione autem & tonitruo adhuc autem de Typhone & Incẽsione & Fulminibus &c.

Iꝛtvd est ẽm capitulũ, in quo philosophꝰ determinat de Chorusicatione, & Tonitruo, primo ẽm opinionẽ proprij ẽmittendo aliquas suppõnes. Prima: duplex est exhalatio, ☾ calida & humida, q̃ vocat̃ vapor: & alia est calida & sicca, q̃ vocat̃ exhalatio. Secunda suppõ: vapor elevatus vsq; ad mediam regionẽ aeris ☾grossatur, & in nubẽ conuertitur. His suppositis dicit philosophus, q̃ tonitruũ sic generatur: Nam aliq̃ cum vapore elevatur exhalatio calida & sicca, per calorẽ solis: quæ exhalatio postquam vapores ingrossati sunt, & facti sunt nubes; includuntur in nubẽ, per antiperistasim fortificaturi & ipsa potens exitum, & percutiens ad latera nubis, causat sonum, qui dr tonitruum. Ex quo patet, q̃ tonitruum est sonus factus in nubibus ex violẽta percussione exhalationis calidæ & ☾siccæ, ad latera nubis. Istud declarat philosophus per quoddam simile de ligno viridi pofico in igneam per calorem ignis pellitur humor calidus, & exit per extrema ligni: & quod est grossum, & terrestre, vnitur ad intra: q̃d H petens exitum, frangit lignum causando sonum. Et subdit q̃ soni tonitruum diuersificãtur ẽm diuersam dispõnem nubis in raritate, & densitate. Deinde tãgit modum generationis chorusicationis: dicens quòd chorusicatio fit, q̃n per fortem motum exhalationis nubes frangitur, & exhalatio pellitur a nube: ☾ propter velocem motum inflãmatur, quæ inflammatio dicitur chorusicatio. Sed quæreret aliquis, Vtrum tonitruum præcedat chorusicationem, vel econtra? Dicitur q̃ tonitruum præcedit chorusicationem: licet chorusicatio prius percipiatur; eo quòd visus est magis perceptiuus sui obiecti, quàm auditus: ☾ quia visibile citius mouet medium, quàm sonus: quia sonus diffunditur cum motu locali, q̃ est

Tonitrui & Chorusicationis origo, natura q̃.

A est successiuus. Et subdit quòd tonitruum, cuius nubes est nigra, est timendum: quia tunc ☾ signum est quòd exhalatio facilitet inflammabitur. Si autem alba & parua, signum est debilitatis: Sed si nubes sit rubea, multum est timendum: quia signũ est quòd exhalatio est magna, & multum intensa; etiam si nubes sit viridis, maxime est timẽdum: quia tunc exhalatio est fortis. Finaliter determinat de chorusicatione & tonitruo, secũdum opinionem antiquorum: dicẽs quòd Anaxagoras & Empedocles dixerunt in nube esse quendam ignem, cuius splendorem dicebant esse corusicationem: & extinctionẽ illius ignis a frigiditate, & humiditate nubis dicebant esse tonitruum. Sed de modo, quo ille ignis erat in

B nube diuersificantur: quia Anaxagoras dicebat illũ ignem de scendisse de sphera ignis in nubem, qui tamen non videbatur existere in nube propter suam raritatem: in nube autem condensatur, & potest terminare visum nostrum. Sed Empedocles dicit illum generari in nube ex radijs solaribus interceptis, & congregatis in nube. Istas opiniones reprobat philosophus. Primo opinionem Anaxagoræ; nam ignis est leuis de natura, cuius est ascendere: ergo irrationabile est dicere illum ignem descendere. Secundo reprobat Empedoclem: quia tunc sequeretur, quòd in qualibet nube esset talis ignis: quod est falsum. Tertia opinio. Corusicatio est claritas radiorum luminosorũ congregatorum in nube. Hoc reprobat philosophus: quia tũc sequeretur, q̃ chorusicatio magis deberet apparere in die, q̃ de nocte: quod est falsum: igitur. C

De residuis autẽ dicamus operibus segregationis, huiusmodi præinducto iam modo &c:

Iꝛtvd est tertium capitulum huius tractatus, in quo philosophus determinat de Ecnephia, Typhone, & Fulmine. Primo tangens differentiam Ecnephiæ a tonitruo, & corusicatione: dicens quòd quãdo exhalatio calida & sicca fuerit segregata per modicas & subtiles partes diffusas diuisim subintrãtes nubem, fiunt chorusicationes, & tonitrua: sed si exhalatio fuerit multum spissa, & non fuerit segregata, tunc vocatur Ecnephias. Ex quo sequitur, quòd Ecnephias est magnus ventus motus versus terram propter frigiditatem nubis, Vnde sic generatur; quando D magna exhalatio spissa non potens subintrare nubem, violenter repellitur inferius a nube ad terram; & eius sunt duo accidentia. Primum, est quòd tempora generationis Ecnephiæ sit magna obscuritas circa terram: & hoc est; quia ille ventus secum multum adducit de nube grossa & obscura. Secundum accidens est; quia post Ecnephiam accidit pluuia & aquæ multitudo ratione multi vaporis & magnæ nubis existentis. Deinde determinat de generatione Typhonis: qui est ventus descen-

De Ecnephia, Typhone, ac Fulminis generatione.

descẽdens deorsum a nubibus: & sic generatur, scilicet ex exhalatione calida & sicca repercussa a nube ad modum turbinis mota de loco amplo in angustum, vt in portis obnijs & gyrans circa terram; ex hoc quòd pars repercussa a terra reuoluitur in partem sibi sequentem, obuiando sibi, cum qua iterum impellitur ad terram: & deinde cantatur gyratio illius venti. Deinde ponit duas differentias inter Typhonem & Ecnephiam. Prima, quòd Ecnephias est magis ventus continuus, quàm Typho. Secunda est: quia Typho monet circulariter: Ecnephias vero directè. Præterea ponit effectum Typhonis dicẽs quòd Typho aliquando secum eleuat illa quibus obuiat, & supra quæ reflectitur: vt eradicando arbores. Consequenter tangit motum generationis fulminis: dicens quòd cum fuerit exhalatio multum subtilis, & repercussa a nube, inflammatur: & tunc fulmen, seu fulgur fit. Et differt a corruscatione: quia corruscatio fit tempore tonitrui & non fulgur: Et sic generatur, puta quando multa exhalatio subtilis inclusa in nube, violenter expellitur ab ipsa nube vsque ad terram fit fulmen: quòd si non fuerit adurens propter nimiam subtilitatem, tunc vocatur fulmen penetrans: si vero materia eius sit grossior, & aduratus, vocatur fulmen adurens. Consequenter ponit differentiam illorum duorum penes suos effectus: dicens quòd primum fulmen propter suam subtilitatem per magnam velocitatem pertransit; & penetrat illa super quæ cadit; antequam ignitat & si faciat moram, denigrat: sed aliud propter eius tarditatem comburit. Fix hoc infert correlatiè causam aliquarum: dicens scilicet q̃ corporalia, & dura sæpe patiuntur a fulmine illa vero quæ non sunt resistentia aut dura, nihil patiuntur. Probat duobus exemplis. Primum: quia ferrum & calybs fuerunt a fulmine liquefacta, & tamen lignum eorum nihil patiebatur. Secundum exemplum est: quia aliquando fulmen pertransit vestimenta, & non adurit ea, & tamen lædit & interficit homines: & frangit ossa eorum; eo q̃ inuenitur ibi resistentia, ratione cuius super ipsa moram facit, & non in vestibus. Aliquando etiam fulmen est ita debile q̃ comburit pilos hominis, non ledendo carnem: aliquando etiam ratione suæ magnæ subtilitatis interficit animal: & tamen nullum signum adustionis apparet. Deinde mouet duas dubitationes: quare illi qui percutiuntur a fulmine, videntur moueri antequam percutiantur: Soluit dicens: q̃ fulmen sequitur, & præcedit ali quis ventus qui non videtur: & ille mouet illa quæ debent percuti a fulmine. Secunda dubitatio: vtrum diuisio quæ fit tempore tonitrui, fiat propter sonum? Respondet q̃ non; quia sonus non diuidit: sed talis diuisio fit ab exhalatione exeũte nubem: & velociter mota deorsum; non comburit tamen arbores: quia non est satis intensè calida.

An

An ventus sit bene definitus.

QVAERITVR, Vtrum ventus sit exhalatio calida, & sicca lateraliter mota circa terram. Et arguitur primo q̃ non: quia si ventus esset exhalatio calida, sequeret quòd maiores venti deberent magis fieri in æstate, quàm in hyeme, vel in alijs temporibus: cum tunc magis vigeat calor: sed hoc est falsum, & contra experientiam; nam in vernali tempore, aut autũnali, aut hyemali frequentius sunt maiores venti, quàm in æstate. Secundo sic: Si ventus esset exhalatio calida & sicca; tunc maiores venti deberent flare ab oriente ad meridiem, quàm a septentrione & occidente: sed hoc est falsum. Consequentia patet: quia in partibus orientalibus fiunt plures & maiores calores, q̃ in alijs partibus: igitur. Tertio: si sic, sequeretur q̃ ventus non esset impressio meteorologica; quia materia impressionum meteorologicarum non est ipse impressionet, sed exhalatio calida & sicca est materia talium impressionum: igitur. Quarto sic: Nos ponimus & distinguimus ventos pœnes calidum, humidum, siccum, & frigidum, secundum quatuor complexiones, aut tempora anni: ergo nõ omnis ventus est sicca exhalatio & calida. Quinto sic; Si ventus moueretur lateraliter, vel hoc esset naturaliter, vel violente. Non naturaliter: quia exhalatio est calida & sicca, quæ naturaliter mouetur sursum. Nec violenter; quia non videtur aliquod extrinsecum sic licet violentans, a quo moueatur. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Arti. 1.

PRIMO sciendum, quod pro declaratione quæstionis supponitur, quòd ventus non est aer motus: licet tamen cum vento moueatur aer: Verum est etiam q̃ aliquando aerem motum vocamus ventum: nam solemus dicere q̃ folles emittunt ventum, quando comprimuntur: & tamen non est ventus; sed est aer, qui propter similitudinem in motu cum vento dicitur ventus. Vnde ventus non est nisi exhalatio calida & sicca, lateraliter mota circa terram propter reuerberationem a frigiditate mediæ regionis aeris. Secundo supponitur, q̃ licet in tempore ventorum vigeat maior frigiditas, quàm in tempore tranquillitatum, cæteris paribus: hoc tamen non est per se ab ipso vento: quia ipse ventus de per se est calidus & siccꝰ: sed hoc est q̃ accidens & ab extrinseco. s. ex mixtione eius cũ vaporibus frigidis & humidis, quibus obuiat; & etiam ex aere frigido, cum quo miscetur: vel ex eo q̃ secum adducit vapores frigidos vel aerem frigidiorẽ, quam sit aer, in quẽ venit: rõne cuius borcas qui ad nos venit a loco frigido, & transit per loca frigida, dicitur esse frigidus.

Dicunt tamen aliqui q̃ ventus est etiam frigidus: quia q̃n talis exhalatio eleuatur, tunc per frigidus mediæ regionis aeris corrumpitur caliditas eius: & tunc mouetur per aerẽ frigidũ. Et si quis dicat; hominũ ca-

Isfacti

B lefacti petunt ventilari, ꝙ non
esset nisi ventus esset frigidus.
Respondetur ꝙ hoc ideo non
sit; sed quia per ventilationem
commouet aer, qui est frigidior
corpore humano, seu corpore
hominis calefacti. Quod etiam
venti eradicent arbores & pro-
sternat magna ædificia, non ar-
guit ipsas non esse exhalatio-
nes: quia sunt raræ & subtiles &
a nobis non perceptibiles; vn-
de cor. subtile in velociori mo
tu & impetuosiori modo mou
tur, quam aliud corpus. Ex istis
sequitur ꝙ ventus præter exha
lationem calidam & siccam pro
qua supponit, commouet motum
lateralem illius exhalationis cir
ca terram: propter quod exha-
latio quiescens non dicitur ven
tus: nec etiam exhalatio mota
infra terram, quæ facit motum
F terræ.

SECVNDO sciendum, ꝙ
pro maiori declaratione solven
dę sunt aliquæ, difficultates. Pri
ma; quæ est causa effectiua mo
tus lateralis ventorum. Pro cu
ius solutione supponitur ꝙ ex-
halatio calida & sicca habet du
plicem motum. Vnum habet
sursum, & illo mouetur omnis
exhalatio calida & sicca natu-
raliter. Potest moueri alio mo
tu, qui est motus lateralis, vel
etiam deorsum. Et de causa
primi quæritur hic. Ad quod
respondetur breuiter, quod duę
sunt partiales causæ talis motus
lateralis. Vna est leuitas & cali
ditas exhalationis, quæ nata est
mouere ipsum exhalationem
sursum. Alia est frigiditas me
diæ regionis aeris, quæ per an-
tiperistasim expellit exhala-
tionem deorsum: & ipsa ni-
tens ex natura sua moueri sur- G
sum, & non potest; ideo mo-
uetur ad latus. Et si quis di-
cat; cum frigiditas non pel-
lat exhalationem nisi deorsum;
non videtur adhuc qualiter de-
beat moueri lateraliter; vel si
mouetur lateraliter, videtur
quòd non debeat moueri, nisi
circa terram, vbi habet reflec-
xionem. Respondeo negando
consequentiam; & causa est:
quia quando repellitur deor-
sum a frigiditate mediæ regio-
nis, mouet alias exhalationes
ascendentes sursum, propter
quas pellitur ad latus: cum non
possit moueri sursum propter
frigiditatem aeris, nec deorsum
propter alias exhalationes ip-
sis obuiantes. Secunda dif-
ficultas propter quam causam
talis exhalatio magis mouetur
ad vnum latus, quam ad aliud. H
Respondetur quòd hoc est a
frigiditate mediæ regionis: cum
enim frigiditas fuerit fortior
in Septentrione expellit exha-
lationem ad Meridiem; & si
fuerit fortior in meridie, tunc
expellit eam ad septentrionem;
mediante tamen aliquo alio:
cum ipsa solum deberet repel-
lere deorsum.

TERTIO sciendum, quòd
restat alia difficultas, quomo-
do pluuiæ, & sol dicuntur fa-
cere commouere ventos: &
quomodo dicuntur facere ces-
sare ventos. Et primo vide-
tur quòd pluuia non faciat com
mouere ventos: quia pluuia
est frigida & grauis: igitur.
Respondetur quod pluuiam fa-
cere permouere ventos, potest
intelligi dupliciter. Vnomo-
do quòd ipsa sit causa effecti-
ua ve-

Causa effectiua motus lateralis uentorum ij.

Pluuiæ, & sole quo commouentur, & quemadmodum sedant uentos ij.

A ua venti; & sic non est intel-
ligendum quòd ipsa faciat com
mouere ventos, idest quòd ip-
sa generet ventos. Aliomodo
potest intelligi, quòd ipsa fa-
ciat commouere ventos, idest
moueat ventos: & sic etiam
non intelligitur, nisi forte di-
catur quòd vertute pluuiæ gros
sæ exhalatio ad latus, vel deor-
sum moueretur. Aliomodo po
test intelligi, quòd ipsa dispo-
nit terram vt ex ipsa virtute ca-
loris Solis eleuetur exhalatio:
& sic ipsa facit commouere ven
tos. Supponitur vlterius, ꝙ
ipsam pluuiam facere cessare
ventos potest multipliciter in-
telligi. Vnomodo quòd ipsa
faciat quiescere ventos ipsis vē
tis remanentibus; & sic non est
intelligendum. Aliomodo po-
test intelligi, quòd virtute suæ
B frigiditatis corrumpat exhala-
tiones: & sic bene potest intel-
ligi quòd faciat cessare ventos,
idest virtute suæ frigiditatis cor
rumpunt exhalationes, quæ di
cuntur venti. Aliomodo potest
intelligi, quòd ipsa facit cessare
ventos; quia ipsa disponit ter-
ram ne ab ipsa eleuentur exha-
lationes. Sed qualiter sol fa-
cit commouere ventos. Respon
detur ꝙ multipliciter. Primo
modo quia virtute solis generā-
tur exhalationes, quæ postea
dicuntur venti. Secundo, quia
virtute caloris solis possunt il-
læ exhalationes eleuari. Sed
de hoc tamen est dubium Vtrū
ipsis exhalationibus genitis, sol
virtute caloris possit eleuare
exhalationis sursum; cum non
videatur, quòd alias res eleuet.
Sed qualiter facit cessare ven-
tos. Respondetur quòd non C
facit cessare ventos sic, quòd
ipsis remanentibus quiescant:
sed quia virtute sua possunt cor
rumpi exhalationes: & ideo
propter hoc dicitur, quòd fa-
ciat cessare ventos. Et si di-
catur; ergo semper deberet fa-
cere cessare ventos; cum idem
inquantum idem semper sit na-
tum facere idem: ergo nunquam deberet facere commo-
uere. Respondetur quòd idem
eodem modo disposito, & alijs
concurrentibus eodem modo
dispositis semper faciunt idem
saepe in specie: sed si alia non
vniformiter disponantur, non
oportet; modo exhalationes
non semper sunt vniformes, vt
sol semper eas corrumpat.

QVARTO sciendum, quòd
adhuc sunt aliæ paruæ difficul
tates. Prima: virum venti
mouentur naturaliter vel vio
lenter. Ad quam respondet bre
uiter quòd non mouentur na-
turaliter: quia non est de natu
ra exhalationis moueri sic late-
raliter, sed moueri sursum: mo
uetur ergo lateraliter contra in
clinationem eius: quare violen-
ter mouetur vel saltē præter na
turam. Secunda difficultas:
verum omnes venti sint eiusdē
speciei. Et videtur quòd non:
nam vt visum est in textu:
venti habent diuersas proprie
tates; nam aliqui sunt gran-
dinosi, aliqui frigidi, aliqui
pluuiosi: igitur. In oppositū tamen arguitur: quia om-
nis ventus dicitur esse exhala-
tio: sed omnis exhalatio omni
exhalationi est eiusdem speciei;
igitur. Respondet breuiter, ꝙ
omnes venti sunt eiusdem spe-
cei specialissimæ essentialis, si-

Vtri quo mouentur motu aliquis uentus, an uiolenter, & an uēti sint eiusdem speciei.

cut

F cut omnes homines sunt eiusdē
speciei essentialis: sint tamen al
terius, & alterius speciei accidē
talis: sic etiam venti sunt alterius
Obiectio. speciei accidentalis. Et si quis
arguat contra hoc: quia ventus
non solum dicit exhalationem:
quia non omnis exhalatio est
ventus; ergo videtur quòd essen
tialiter habeat aliam formam, q̄
exhalatio. Dicitur etiam in te
xtu, quòd exhalatio est materia
venti, sed materia non est illud
cuius est materia: igitur. R. ei pō
detur breuiter, q̄ ventus supra
exhalationē non dicit aliquam
formam substantialem, sed tan
tum accidentalem, puta motum
lateralem circa terrā. Et si quis
Instatia. dicat: ergo impressio aliqua cō
stituetur in esse impressionis p
formam accidentalem. Respon
detur quòd hoc non est incon
F ueniens. Dicitur vlterius, quòd
exhalatio dicitur materia non
transiens, sed immanens ipsius
venti: nam ipsa exhalatio sic
mota dicitur motus. Et hæc
de primo artic. Quantum ad
secundum.

Arti. 2. DVBITATVR primo. Vtrum terremotus sit naturaliter
An terre motus sit naturaliter possibilis. possibilis. Et arguitur primo, q̄
non: quia terra necessario quie
scit in medio mundi: igitur nō
mouetur. Secundo sic: quia vel
moueretur naturaliter, vel vio
lenter: non naturaliter: quia ter
ra est corpus graue natum quie
scere in suo loco. Nec violenter:
quia non videtur esse aliquod
corpus extrinsecum, quod pos
sit mouere terram. Tertio sic:
quia vel moueretur motu circu
lari, vel recto; sed nullum illo
rum est dicendum: igitur. In
oppositum est philosophus in
textu. Pro cuius solutione sup- G
ponitur primo, q̄ terra multis
modis dicitur moueri. Vnomo
do ascendendo, vel descendendo
propter naturam grauiorē,
vel leniorem. Secundo potest
moueri circa centrum quiescēs
propter eius æquilibrationem.
Aliomodo propter rarefactio
nem. Aliomodo propter motum
alicuius super terram: vt vide
mus quòd transiens super terrā,
& maxime circa aquā; facit tre
mere vnam magnam partē ter
ræ. Aliomodo propter genera
tionem lapidum infra terram.
Aliomodo propter exitum aq̄.
Aliomodo propter exhalationē
inclusam in ipsa terra, & per illā
fit terremotus: de quo satis vi
sum est in textu. Supponitur
secundo, quòd terremotus est
violentus: quia contra inclina
tionem terræ. Dico vlterius q̄ H
motus exhalationis, per quē fit
motus terræ est etiam violēt⁹:
cum fiat in plurimum lateraliter. Ex quo sequitur quòd terrę
motus particularis est naturaliter possibilis: nam per naturam
videmus terræ motum fieri in
aliquo loco sed terremotus vni
uersalis non est naturaliter pos
sibilis: cum non possit naturaliter fieri tanta multitudo exha
lationis, q̄ tota terra possit mo
ueri. Et ad rationes. Ad primam
dicitur, q̄ cœlum mouetur cir
culariter circa suos polos. Ad
secundam patet solutio. Ad ter
tiam dicitur, q̄ mouetur motu
tremoris, qui non est propriè
vnus motus. Sed restat vna
parua difficultas, quasi inciden
talis: Vtrum plaga terræ sub
æquinoctiali sit habitabilis. Pro
cuius solutione supponitur q̄
terra

A terra multis modis potest fieri
inhabitabilis. Primo propter
aquas. Secundo propter mon
tes: & hoc tamen principaliter
intelligit de inhabitatione ter
ræ propter rationem intēperā
menti in qualitatibus primis nō
cōuenientibus complexioni hu
manę. Hoc supposito videtur q̄
An terra plaga, q̄ est sub æquinoctia li: sit habitabilis. plaga terræ sub æquinoctiali nō
est regio temperata nec conue
niens naturæ humanę; quia quā
do ipsis est maxima hyems, sol
non mouetur ab eis nisi per 24
gradus: ideo sol in maxima hye
me est ipsis propinquior, quàm
nobis in maxima æstate, in qua
distat a nobis per. 25. gradus:
ideo plus habent de calore in
fortissima hyeme quàm nos in
maxima æstate. Dicunt tamen
aliqui vt Ptolomæus & Auicen
na q̄ sub æquinoctiali est terra
habitabilis. Illius tamen opinio
B nis non est Sco. sed primæ opi
nionis. Dicit etiā q̄ paradisus
terrestris non est sub æquino
ctiali: sed vbicunq; sit; est in lo
co amenissimo multum conue
nienti tam naturæ institutæ si
cut Adę & Aeuæ: quàm naturæ
restitutæ: vt Enoch & Heliæ.

DVBITATVR secundo.
Vtrum tranquillitas sit signum
An tranquillitas sit signū terremotus. terremotus. Et arguitur primo
quòd non; quia tunc sequeretur
quòd vbicunq; esset tranquillitas, ibi esset terremotus: & cum
in mari appareat maxima tran
quillitas, in mari est. t magnus
terremotus: quod est falsum
& contra experientiam. Item
sequeretur quòd bene sequeretur; tranquillitas est: ergo terre
motus erit: sed hoc est falsum:
cum oppositum multotiens eue
niat. In oppositum est phi- C
losophus. Pro cuius declara
tione supponitur quòd tranquil
litas; vt alias visum est, non est
nisi priuatio magnorum ven
torum, & non generaliter om
nium. Supponitur secundo q̄
ipsius terremotus multa sunt si
gna. Primum est: quando
aues supra terram non audent
diu stare, sed continuo volant:
& hoc habent ex instinctu na
turæ & influentia cœlesti, vnde
aues habent capita aerea &
mutabilia secundum influentiā
cœli. Secundum signum est
turbatio aquarum in puteis, &
& falsedo in mari. Et huius ra
tio est: quia tunc exeunt ex
halationes per venas terræ, quæ
miscentur cum aquis & fa
ciunt tales sapores in aqua.
Tertium signum est tranquil
litas: & huius causa est: quia
causa venti scilicet exhalatio
nes includuntur infra terram: D
ideo non fiunt tunc venti. Et
aduerte quòd istud signum non
est signum necessarium; sed si
gnū probabiliter talis motus
terræ: & per hoc soluuntur ra
tiones dubij. Quartum si
gnum est, quando manus homi
nis tremunt; quamuis non sit vē
tus nec tempestas; & huius cau
sa est: quia tunc exeunt quæ
dam exhalationes ex foraimi
bus terræ, quæ faciunt treme
re manus. Quintum est tu
mor aquæ inconsuetus sine tem
pestate: & ratio huius est: quia
exhalationes exeunt terram; &
intrant mare, & faciant tumo
rem in mari. Sextum si
gnum est, quidam sonus infra
terram: & hoc dicit Ari. in tex
tu: & causa huius est: quia tunc
exhalationes incipiūt fortifica-

E ri & percutiunt latera terræ. Dicit enim q̃ apparet quædam nubecula ad modum lanceæ.
Septimum signum est inconsueta frigiditas ante ortum solis: quia tunc est signum, q̃ non sint exhalationes, quæ sunt calidę quæ deberent calefacere aerem. De effectibus autem terremotus satis visum est in textu. Vnde dicunt doctores q̃ post terremotum multotiens fiunt mortalitates & pestilentiæ: quia tunc exeunt multæ exhalationes, quæ sunt desiccatiuæ aeris in tantum, q̃ homines non possunt ibi morari. Et dicit Plinius, q̃ contra terremotum bonum est morari in vallibus & habere domos bassas.

An tonitruum sit extinctio ignis in nube.

DVBITATVR tertio. Vtrum tonitruum sit extinctio ignis in nube vt volebat dicere quædam opinio antiquorum. Et videtur q̃ sic: quia dicit Arist. in 2. posteriorum, q̃ tonitruum est extinctio ignis in nube. Item si hoc non esset sequeretur q̃ posset fieri tonitruũ sine extinctione ignis in nube, quod est falsum: quia tunc nunquam cessarent tonitrua nisi exhalationes inflammarent & ibi extingueretur. In oppositum videtur esse philosophus, in textu. Pro cuius declaratione supponitur primo quid sit tonitruũ. Vnde tonitruum est sonus factus in nubibus ex violenta percussione exhalationis calidæ & siccæ inclusa in nube ad latera nubis: Et de hoc multi diuersificantur: puta vtrum tonitruum sit ipse sonus, vel exhalatio causans illum sonum. Dicit aliqui quòd est precisè ipse sonus alij quòd est exhalatio: alij quòd est vtrunque: secundum tamen communiter loquentes dicitur quòd est ille sonus. Sed dubium est; quia sonus nõ videt esse impressio: ideo oporteret dicere quòd tonitruum nõ esset impressio: oporteret etiam dicere quòd non oportet quia omnia, de quibus determinat philosophus in istis libris; sint verę impressiones: sed sufficit quòd aliqua sint verę impressiones: & aliqua habeant similitudinem cum impressionibus vel quo ad generationem, vel quo ad aliquid aliud: vnde ventus de quo satis dicendum est; non est proprie impressio: quia esset impressio ignita vel aquosa. Similiter diceretur de tonitruo tenendo quòd est sonus. Dicunt tamen aliqui quòd sicut ventus est exhalatio lateraliter mota circa terram: sic tonitruum est exhalatio mota ad latera nubis. Et aduerte q̃ quando dicitur quòd exhalatio est materia tonitrui & etiam venti: non debet ibi capi materia pro altera parte compositi: sed pro illo quod est subiectum alicuius accidentis sub quo talis exhalatio sic vocatur. Sed dubium est vtrum ille sonus qui venit ad nos sit tonitruum: cum ille non videatur causari in nube. Dico quòd de hoc magis videbitur in secundo de Anima. Supponitur finaliter quòd tonitruum aliquando causatur ex percussione exhalationis ad latera nubis: aliquando per extinctionem exhalationis inflammatæ impetuosa mota per aerem:

A rem: & sic capiebat Arist. cum dicebat q̃ tonitruum est extinctio ignis in nube; & per hoc soluuntur rationes ante oppositum. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sic.

Arti. 3.

CONCLVSIO responsalis: ventus est exhalatio calida & ficca lateraliter mota circa terram. Hæc conclusio patet ex dictis. Ad rationes. Ad primum dicitur negando consequentiam. quia in æstate est tanta caliditas q̃ prohibet terram exhalari: & etiam consumit totam exhalationem eleuatam a terra. Etiam in hyeme est tanta frigiditas q̃ terra tantum cõstringatur q̃ ex ipsa nõ possint eleuari exhalationes; & q̃ hoc patet solutio ad secundum.
Ad tertiam etiam patet solutio; nam ventus non solum importat exhalationem; sed connotat ipsam lateraliter esse motam circa terram. Ad quartam dicitur q̃ omnes venti naturaliter & intrinsece sunt calidi & ficci: & extrinsecæ tñ sunt frigidi. Ad quintam patet solutio.

METEORORVM
ARISTOTELIS.
LIBER TERTIVS.

Halonis, Iridis, Paralij.

DE Halone autem, & Iride quid vtrunque & propter quam cãm fit dicemus: & de Parahelijs, & Virgis: etenim omnia hæc siunt propter easdem causas inuicem. Primo autem oportet accipere passiones, & accidentia circa vnumquodque ipsorum &c.

Liorum, et Virgarũ accidentia.

STE est tertius liber Meteororum Arist. in quo philoph⁹ determinat de impressionib⁹ causatis ex reflexione & refractione radiorum: & continet duos tractatus. Primus cõtinet quatuor capitula. In primo ostendit accidentia istarum impressionũ. Et primo ponit quatuor accidentia halonis. Primũ est: q̃ halo sępe apparet circulus cõpletus. Vnde halo est ille circulus clarus, qui apparet circa solem & lunam aut circa alia magna astra: immo aliquando apparet circa candelas. Secundum accidens: halo sit circa solem & lunam: & circa splendida sydera. Tertium accidens: halo non minus fit de nocte supra lunã aut alia astra, q̃ de die circa solem. Quartum accidens: halo rarius fit de sero, vel de mane, quàm in alijs horis. De-

E inde tangit accidentia iridis. Primum est: quòd iris nunquã fit circulus completus, sed admodum arcus. Secundum iris nunquam fit in maiori portione quàm in semicirculo. Tertium est: sole oriente, vel occidente fit maxima portio circuli, sub qua possit apparere iris: ita quòd quanto sol magis elevatur supra orientem; tanto iris apparet sub maiori portione circuli. Quartum est: in autumno a breuioribus diebus potest iris apparere omni hora diei. Quintum: raro apparent plures irides simul, quàm duæ. Sextum: omnis iris habet tres colores, scilicet puniceum, viridem & alurgum. Septimum est: quando apparent plures irides: iris superior habet colores obscuriores, quàm iris inferior. Octauum, quando apF parent plures irides, eorum colores sunt econtrario positi, secundum situm. Consequenter ponit accidentia paraheliorum & virgarum. Primum est: quòd parahelij, & virgæ semper fiunt a latere solis, & non sub sole, neque ex oppositio solis. Secundum nunquam fiunt de nocte eo quòd semper fiunt circa solem. Tertium, semper, vel vt in plurimum fiunt circa ortum, vel occasum solis. Deinde mouet vnam dubitationem quę est: Vtrum iris possit fieri de nocte a luna, sicut de die a sole. Respondet philosophus quòd sic: hoc tamen raro fit: quia iris non fit à luna nisi in pleni-Junio: & per consequens solum semel in mense.

PRIMO autem de figura dicamus: & quare circulus G fit: & quare circa solem &c.

ISTVD EST secundũ capitulum huius tractatus, in quo vult determinare Philosophus de figura Halonis præmittens aliquas suppositiones. Prima est: existente vapore in aere sit refractio visus nostri ex tali vapore: & si talis vapor sit regularis tunc fit halo, quod probat philosophus a signo: qa si illud in quo apparet halo consistat, & condensetur; signum est pluuiæ. Si vero marcescat & consumatur, est signum serenitatis. Et si dispergatur huc & illuc, est signum ventorum: quod non ita fieret; nisi id halone concurreret vapor interpositus inter astrum & nos. Secunda suppositio: vapor a quo fit refractio est inter visum & astrum: & propter hoc non apparet halo ex oppositio astri sicut iris. H

Halo cuius figura.

Tertia suppositio: consimiliter fiet refractio a puncto medio vaporis ad omnem eius partem. Tunc ponit talem conclusionẽ: Necesse est halonem esse circulum aut partem circuli. Probat duabus rationibus. Prima est naturalis: quia radij incidentes ab eodem puncto in idem punctum, refranguntur vndiq; secũdum æquales angulos & circulariter: sed radij incidentes supra vaporem, in quo apparet halo sunt huiusmodi: igitur.

Secunda ratio est Mathematicalis: pro qua supponitur quòd a sit visus: & sol sit b, & protrahatur linea perpendicularis a b, per medium caliginis, quod est c: deinde signentur tria puncta in caligine æqualiter distantia,

A tia, quæ sunt g, d, & z, a quibus refrangantur radij luminosi ad lineam perpendicularem, & cõcurrent in puncto a, & tunc ibi intelligantur tres trianguli, qui sunt a, b, g, a, b, d. & a, b, z. Et sunt isti trianguli æquales: quia omnium triangulorum quorũ duo latera vnius sunt æqualia duobus lateribus basi alterius, & basis vnius; necesse est angelos illis æquilateribus contentos esse æquales: & per consequens totus triangulus est æqualis toti triangulo: sed prædictorum triangulorum duo latera sunt æqualia, scilicet a, g. a, d. & a, z. Et habent basim communem, scilicet a, c. ergo omnes illi trianguli sunt æquales. Ducantur ergo tres lineæ perpendiculares super lineam a, b, ad punctum c, ab illis tribus punctis: ergo d, & z, in nube signatis: C tunc constituuntur tres parui trianguli, scilicet a, g, c. a, d, c. & a, z, c. & isti trianguli sunt æquales: & lineæ rectæ ducunt a diuersis punctis in idem punctum; & sunt plures quàm duæ: ideo oportet illud punctum esse centrum circuli: quòd patet per propositionem Geometriæ: si plures lineæ, quàm duæ à diuersis partibus venientes in idẽ punctum ceciderunt: tale punctum est centrum circuli. Finaliter assignat cuius coloris est halo: dicens quòd debet habere colorem album circa quem apparet quædam nigredo: quia halo apparet propter lumen incidens propter vapores: ideo pars vaporis, supra quam incidit lumen apparet alba: & pars circunstans apparet nigra.

B D



Deinde dicit ꝙ halo sepius apparet circa lunam, quàm circa solem: quia sol vaporem elevatũ magis consumit, quàm luna.

IRIDIS autem, quod quidem est rarefactio; dictum est prius &c.

ISTVD EST tertium capitulum huius trac. in quo philosophus determinat de Iride & coloribus eius: & primo de coloribus eius, prẽmissis aliquas sup positiones. Prima est, omnibus corporibus planis, cuiusmodi sunt aer & aqua: potest fieri

Iris qd, & eius colores.

E rarefactio radij visualis. De aere probat quatuor signis. Primum est; quia aliquando contingit debilem visum videre faciem suam in aere: sicut Antiphon qui dum ambularet videbat faciem suam in aere: & hoc erat propter debilem visum: & hoc non poterat esse nisi radij visuales ad ipsum refrangerentur. Secundum signum est; quia aliquando mali nauium videntur esse maiores & grossiores quando sunt in mari, quàm sint. Tertium est; quia omnes magnitudines videntur esse maiores flanto vento, quàm non flante. Quartum signum est; quia astra orientia, & occidentia apparent maiora, quàm in medio cœli: & hoc est propter refractionem radiorum a vaporibus surF sum eleuatis: & quòd ab aqua fiat refractio patet; quia aqua G est densior aere: sed ab aere fit refractio ergo ab aqua. Supponitur secundo, quòd halo & iris apparent per refractionem: tamen iris apparet in opposito solis: halo vero est circa solem. Tertia suppositio: halo, & iris differunt in variatione colorum; quia quando halo apparet hic refractio a nube densa: ideo halo clarius apparet quàm iris. Quarta suppositio: album visum per nigrum apparet rubeum: quod patet de igne viso per fumum, qui apparet puniceus. Vnde ignis sic generatur: quia aliquando aliqua nubes aquosa, vel rorida apparet ex opposita parte Solis, vel Lunæ ad quam pertingunt radij solis, vel lunæ: qui non potentes penetrare ipsam reflectuntur à nube ad oculos: & ibi apparent tres colores secundum diuersas partes iridis. Vnde vbi lumen plus abundat, causatur color accedens ad albedinem, qui dicitur puniceus; quando vero minus superabundat, apparet ingredo quæ dicitur alurgus; & quando lumen medio modo se habet in ordine ad nubem; apparet color minus accedens ad nigredinem, quàm alurgus; qui vocatur color viridis. Ex quo sequitur quòd iris est apparitio trium colorum in nube rorida opposita soli. Consequenter probat, quòd diuersi sint colores iridis: quia vbi est fortior reflexio ibi apparet color, qui dicitur puniceus; vbi vero est debilior apparet alius qui dicitur alurgus; & vbi est medio modo apparet viridis. Et subdit, quod per iuxta positionem illorum colorum apparet vnus alius color, qui dicitur Xãthus: quòd autem illud appareat, probat aliquibus signis. Primò: quia cum nubes est nigerrima tunc color est multum viridis; & tunc ille color, qui dicitur xanthus multum apparet. Secundum est, quòd cum iris marcescit nunc deficit puniceus color & mutatur in xanthum. Tertium est, quòd flores variantur in colore secundum apparitiam per iuxta positionem aliorum colorum, vel iuxta positionem luminis lucernæ. Et subdit, quòd multi colligentes flores ad lucernam sæpe decipiuntur, accipientes flores vnius speciei pro floribus alterius speciei. Subdit consequenter,

Halo, & Iris, quæ differunt.

H

A ter, quòd aliquando apparent duæ irides; vna superior, & alia inferior, & dicit quòd superior est magis obscura, quàm inferior: & habent colores oppositò modo situatos. Sed quæritur consequenter; Vtrum duo homines possint eandem iridẽ videre. Respondet quòd non; quia radius reflexus est æqualis radio incidentiæ; & anguli ab eo causati sunt æquales, & cum ad alium, & alium hominem alius, & alius radius reflectatur, & iris apparet per reflexionẽ; ideo est alia, & alia iris, quam plures homines vident. Deinde probat quòd iris appareat per modum semicirculi, & hoc ratione naturali, & mathematica. Ratione naturali sic; quia centrum iridis est punctus, quem tangit radius procedens a centro solis; ideo si sol est in puncB to orizontis maior est iris, quæ esse posset, & centrum illius iridis erit punctũ orizontis ex opposita parte corporis luminosi; & sic non relinquitur nisi semi circulus supra orizontem. Pro ratione mathematica supponit, quòd oculus mediat inter centrum solis, & centrum iridis. Supponit etiam quòd si linea recta rectè ceciderit supra li- C neam rectam causabit angulos rectos, aut æquales duobus rectis; fiat ergo figura: & sit centrum solis a, centrum oculi b, centrum nubis d, & per illa tria puncta protrahatur linea a, b, d: tunc signentur in nube tria puncta æque distantia a centro nubis: quæ sint e, f, g, & quòd illa etiam æque distent a centro oculi, & a centro solis: & ab illis protrahantur tres lineæ a centro nubis, a centro oculi, & a centro solis: & tunc intelliguntur tres magni trianguli quorum vnus est, a, b, g. alius a, b, f. & alius a, b, e. qui sunt æquales: quia latera sunt æqualia & bases æquales: ergo illi trianguli erunt æquales. Deinde intelligantur tres parui trianguli, qui sunt b, g, d. b, f, g. b, e, & d, quorum duo latera D vnius sunt æqualia duobus lateribus alterius: & anguli illis æquilateribus cõtenti, sunt æquales: igitur bases erunt æquales per suppositionem euclidis; & cum tangant centrum nubis, sequitur q linea tangens extremitates illarum trium linearũ erit semicircularis; igitur iris apparet per modum semicirculi.



B EADEM autem dictis causas existimandum & de parahelijs & virgis &c.

ISTVD EST quartum capitulum, in quo philosophus determinat de Parahelijs, & Virgis. Vnde virgæ dicuntur radij solares directè protensi per nubem circundantem solem, ac si essent chordæ tenentes tentoriū solis: & causatur dupliciter.

Vnomodo quādo nubes est vndique continua, sed tamen est grossior in vna parte quàm in F alia: & tunc radij solares transeuntes per partem nubis subtiliorem, apparent lineæ albæ. Aliomodo apparent quando nubes est grossa, & non continua: tunc radij solares penetrantes nubem aliquando apparent virides, & aliquando tendētes ad rubedinem, secundum diuersitatem nubis. Sed parahelius dicitur imago solis, & dicit a para, quod est iuxta & helios, q̄ est sol, quasi apparens iuxta solem: & causatur per interpositionem nubis inter visum nostrum, & solem. Vnde quando est nubes rorida, in aliquo loco perforata, tunc radij solares in illo foramine congregantur: & per refractionem diffundun tur ad visum; & sic apparet esse vnus sol.

imago ſi Aſte-

QVAECVNQVE igī operatio accidit exhibere segregationi in locis &c.

ISTE EST vltimus tractatus, in quo philosophus determinat de his, quæ generantur circa terram: & præmittit duas suppositiones. Quarum prima est: duplex est exhalatio: vt iam alias visum est. Secunda suppositio: eorum quæ generantur infra terram, quædam sunt fossibilia, quæ fiunt ex exhalatione calida & ficca; & sunt a dominio terra; alia sunt metallica, & sunt a dominio aquæ. Metallica sunt duplicia: quia quædam sunt fluxibilia & ductibilia, sicut plumbum. Alia sunt ductibilia tantum, quæ calefacta possunt extendi: sed nō sunt fluxibilia humectatiua, vt ferrū. Mineralia vero fossibilia generant ex exhalatione calida & terre- G

H *Mineralia quæ, quotuplicia, & quomodo generata.*

A & terrestri inclusa infera terrā, quæ nō habet exitū & cōdensat a frigiditate loci: & post talem condensationem conuertitur in lutum: & deco quitur mediante caliditate vaporis ad mixti tali exhalationi, in tātum, quòd aliquādo fit lapis, vel aliquod alio rum posibilium. Sed metallica generantur ex exhalatione vaporosa, quæ postquàm longo tē pore decota est in terra, per frigiditatem loci constringetur. Et sunt septem genera metallorum, scilicet aurum, argentum, plumbum, ferrum, stannum, cuprum, & es: & talia solent aliquādo nominari nominib⁹ planetarum concurrentium ad eorum generationem. Aurum enim generatur ex sulphure, & vino argento puris & mundis, concurrente sole. Argentum generatur ex sulphure, & argento vino, puris & mundis: concurrente luna, quæ est humida, & frigida. Plumbum vero generatur ex grosso sulphure, & argento vino, concurrente saturno, qui est frigidus, & humidus. Stānum generatur ex grosso sulphure, & vino argento cōcurrente ioue, qui est calidus, & humidus. Ferrum generatur ex sulphure terrestri, & argento vino lutoso, concurrente marte, qui est calidus, & siccus. Cuprum, & æs generantur ex sulphure, & grosso argento vino, concurrente venere, qui est planeta calidus, & humidus. Et ad generationem argenti viui concurrit Mercurius, qui est siccus, & frigidus. Et de istis mineralibus specialiter determinat Aristo. in. 4. libro, qui ordinarie non legitur.

Libellum Arist. de Mineralibus, nō

B *habemꝰ. Quāto tamen Metapysſ. videtur Philo. in nuere aquā eſſe principiū metallorum.*

An omnis radius viſualis refrangatur in occurſu medij &c. C

QVAERITVR vtrum omnis radius visualis refrangatur in occursu medij rarioris, aut densioris aliquorum corporum, & reflectatur per medium vniforme. Et arguitur, quòd neutro modo. Primo sic, radius perpendicularis non refrangitur, vt concedunt omnes Perspectiui: ergo nec obliquus, tenet cōsequentia: quia omnes radij procedentes ab eodem lucido sunt eiusdem virtutis. Secundo sic, si sic nulla res appareret esse, vbi est: nec sub eadem quantitate, quod est falsum: igitur: Tenet consequentia: quia res visa per radium refractum non apparet vbi est, nec quanta est. Tertio sic, non videtur esse aliqua causa talis refra D ctionis, nisi propter maiorem resistentiam medij densioris, & minorem resistentiam medij rarioris: sed propter hoc non fit talis refractio: quia nulla est resistentia medij, alias causaretur successio in multiplicatione radij. Quarto sic, omnis refractio, vel reflexio radij debet fieri a superficie actuali corporum: sed si medium sit vniforme, ibi nulla est superficies actualis: igitur nulla potest esse reflexio in medio vniformi. Minor patet: quia medium vniforme est continuum non diuisum secundum aliquas superficies actuales. Quinto sic, si fieret reflexio a medio vniformi, tunc sicut homo existens in aere super aquam videt se per reflexionem: ita si descenderet in aqua oculis apertis ad-

hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

B huc deberet se videre : quod tamen est falsum. In oppositum est Philosophus in tex. In quæstione erunt tres arti. Quantum ad primum.

Art. 1.

PRIMO sciendum, quòd vt habet Sco. lib. 2. dist. 1 q. 1. triplex est radius, scilicet rectus, refractus, & reflexus. Rectus est, qui diffunditur a corpore lumi noso per medium eiusdem diaphaneitatis quantum durat virtus luminosi: & ille sit secundum lineam rectam: & relinquit angulos æquales in vtraque parte: & potest dici perpendicularis. Sed radius reflexus est, qui occurrēte opaco, antequàm terminetur virtus actiua luminosi: diffunditur in partē oppositā. Cuius ratio est: quia agēs naturale agit quātum potest in rectum: & quando nō potest plus agere in rectū, agit in obliquū.

Radius est triplex.

F Sed radius refractus est, qui occurrēte medio alterius diaphaneitatis, nō tamen omnino opaco, communicatur in illo medio, non tamen secundum lineā rectam, sed incidit ibi angulus. Ex ex istis sequit, quòd triplex est linea, scilicet recta, seu perpendicularis: linea incidentiæ, seu fracta: & linea reflexa.

Istis suppositis ponitur talis propositio, lumen multiplicatum secundum istos tres radios, immediate gignitur ab ipsa luce: ita quòd lumen non est aliud, quàm species sensibilis ipsius lucis immediata: & de hoc magis videbitur. Secunda propositio: inter omnes istos radios perpendicularis est fortissimus cæteris paribus: quia est fonti suo propinquissimus. Tertia propositio, per radium reflexum videtur res in se in speculo: & non aliqua species existens in speculo reflectente. Sed difficile est cognoscere, qualiter fiunt tales radij. Sed pro declaratione talium radiorum.

An detur radius reflexus, vel refract⁹.

SECVNDO sciēdum, probando, quòd nullus sit radius reflexus, vel refractus: quia sequeretur, quòd accidens migraret de subiecto in subiectum: sed hoc est falsum. Quod sequetur; probatur: quia prius esset in vno subiecto, & postea in alio, aliàs non videtur qualiter reflectatur: vel oporteret dicere, quòd de rigore sermonis nullus esset radius reflexus. Respōdetur breuiter, quòd de hoc est magna difficultas. Sed pro declaratione supponitur primo, quid per radios visuales nos debemus intelligere: & etiā H quid per radios solares. Vnde de radijs visualibus dico, quòd non sunt nisi species sensibiles colorum, vel corporis colorati, vel luminosi: quæ diffunduntur per medium diaphanum: vt species visibiles Petri, ideſt quibus mediantibus video Petrum, dicuntur radij visuales Petri: & similiter dicatur de quolibet sensibili: & illæ species sunt veræ accidentia de prima specie qualitatis: ideo videndum est qualiter diffundantur, & reflectant.

Pro cuius declaratione supponitur, quòd de hoc sunt duo modi dicendi, multum probabiles. Primus est, qui dicit, quòd obiectum visibile, vel sensibile diffundit, seu causat suas species in corpore diaphano propinquo, & illi inhærent: & illæ sunt alicuius virtutis: ita quòd producunt

A ducūt aliàs in alio subiecto propinquo si sit susceptibile illarum specierum: & illæ iterum aliàs: & si non possunt producere secundum lineam rectam, tunc producunt secundum lineam reflexam, vel refractam: & tunc illi radij, qui sic producuntur, vocantur radij reflexi, vel refracti: ideo non migrant de subiecto in subiectum. Et si quis dicat; Si iste modus esset bonus, sequeretur, quòd videremus visibile in quacunque distantia: quia primæ species causant alias: & iterum aliæ alias. Dico, quòd primæ sunt perfectioris virtutis, quàm aliæ: & iterum aliæ, quàm aliæ; ita ꝙ tandem deuenietur ad species, quæ propter debilem virtutem non possunt causare alias; saltē quæ sint sufficientes ad percipiendū visibile. Alius est modus: di-

B cens; quòd omnes istæ species causantur ab obiecto visibili immediate: sic quòd obiectum causat in subiecto propinquiori, & in omnibus aliis tantum, quantum eius virtus potest durare: & si inuenit impedimentum, puta aliquod medium densum, tunc causat secundum lineam reflexam, vel refractā tantum, quantum ageret secundum lineam rectam, vel eo circa: & sic patet, quòd vterque modus soluat, quod non est migratio accidentis de subiecto in subiectum. Sed de radijs solaribus nō visum est: nam nō sunt nisi species lucis, quæ non est aliud, quàm ipsum lumen, per quod aer illuminatur: & eodem modo dicuntur reflecti, vel refrangi, sicut aliquando alij radij visuales.

Cæt. vbi supra.

TERTIO sciendum, ꝙ pro ampliori declaratione supponitur, ꝙ oculus videns obiectum per lineam rectam, sed nō indicat obiectū vbi est: immo apparet esse extra superficiem speculi: vbi linea reflexa terminaretur, vel eo circa, si in rectū protraheretur, vel non mueniret obstaculum. Ex quo sequitur quare cū homo videat se in speculo, vt in plurimum videt se vltra speculum. Supponitur secundo, ꝙ si radius incidat per duo media cōtigua diuersarum diaphaneitatum: vt per aerem, & aquam, superficies medij solet vocari speculum, cū ibi fiat reflexio. Aduerte tamen, quòd aliter radij refranguntur de medio densiori in subtilius, aliter e contrario: nam si de medio subtiliori veniant in densius, frāguntur ad perpendicularem: eo enim, quod inuenit maiorē densitatem magis appropinquat ad radiū fortiorem, scilicet perpendicularem. Ex isto sequitur, ꝙ quando aliquid videtur a medio rariori per medium densius tanto minus videtur: sed si veniat de medio densiori in subtilius, frangitur a perpendiculari, magis recedendo a tali radio perpendiculari. Sed restat vna difficultas: Vtrum radius visualis possit reflecti a medio vniformi: vtputa ab aere vniformi non condensato, nec mixto cum vapore. Et videtur, quod non: quia tunc sequeretur, ꝙ lumen fieret in quacunque parte aeris, cum ibi posset reflecti.

Suppositiones ad idem.

Radius visualis, an possit reflecti a medio vniformi.

In oppositum tamē arguitur de illo, qui videbat faciem suam in aere: nā si solum fuisset facta reflexio in aere denso, tunc non sem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

E semper vidisset faciem suã, quod non videtur verum. Ideo ponitur talis propositio: radius visualis potest reflecti ad oculum videntis in aere vniformi: & hoc maxime si oculus videntis sit in medio rariori. Potest etiã fieri reflexio in aere denso, & permixto cum vaporibus, dummodo superficies eius sit terſa, & polita. Et aduerte, quòd videtur esse regula Perſpectiuorũ, quòd ab aere vniformi non potest fieri reflexio ad oculum existentem in tali aere sine adiutorio speculorum, vel aliorum extrinsecorum: & hoc si oculus non sit luminosus. Ex quo inferunt, quòd si oculus esset luminosus, radius visualis posset comprehendi in medio licet non figuratideo cati, vel lupi possint videre in medio lumine suorum oculorum: sed non est sic de homine: quia
F homo non habet oculos luminosos.

QVARTO sciendum, quòd adhuc incidunt aliquæ difficultates. Primaria alicui existenti in eodem loco, & situ apparebat: Respondetur, quòd sic: & hoc est propter refractionem radiorum visualium in occursu medii difformis: patet, nam si in fundo peluis ponatur denarius: & ibi non sit aqua: tunc non videbitur denarius: sed si ponatur aqua videbit denarius: eo, quòd radius incidens oblique a denario ad superficiẽ aquæ in extremitate peluis refrangitur a perpendiculari ad oculum: & hoc propter occursum medij rariotis, scilicet aeris, qui non refrangitur quando in pelui non est aqua. Vnde

Existentia in eodem loco & situ, an aliquã possit apparere, quod prius eidem non apparebat.

G res visũ per lineam fractam nõ apparet esse vbi est: immo apparet, vbi linea procederet secundum rectitudinem; ideo fundus peluis apparet altior, quàm sine aqua, & grossior propter etiã eandem causam baculus apparet fractus, si vna pars sit in aqua, & alia extra: & per eãdem causam sol apparet maior in oriente, quàm in meridie, vbi altius elevatur: nam res, quæ videtur per radium fractum, videtur sub maiori angulo. Secuda difficultas: quare reflexio in aere facit rem videri ab habente oculos debiles magis, quam ab habẽte oculos fortes, & limpidos. Respondetur, quòd ille, de quo loquitur Philosophus in textu, qui videbat faciem suã in aere, propter ægritudinem habebat superficies oculorum, vel tunicas exteriores plenas fumis, & humoribus extraneis obfuscantibus lumen intrans per eas in oculos: ideo apparebant esse colores extra terminũ tes visum; quia imaginatio non iudicat huiusmodi colores esse in oculo: & vnde venit lumen in oculo. Dicunt tamen aliqui, & forte melius, quòd talis habebat oculos debiles sic, quòd virtus trahebatur in aerem multum prope, in quo reflectebantur radij visuales sui: ideo videbat se, quemadmodum videmus nos in speculo. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Oculi debiles cur melius videant in reflexione, quàm nudi per ſpeculares. H.

DVBITATVR primo, Vtrum halo fiat per refractionem, vel reflexionem radiorũ. Pro cuius solutione supponitur, quòd quando apparet halo debet esse vapor vniformis inter

Art. 2.

Halo quo fit.

A ter visum nostrum, & astrum. Supponitur secundo, quòd radius refrangitur occurente medio densiori, vel rariori. Supponitur tertio, quod radius perpendicularis non frangitur in occursu alterius: sed directè procedit. His suppositis ponit talis propositio: halo fit per refractionem radiorum visualium: nam fit per multiplicationem radiorum astri, vel luminosi vsq; ad occursum medij dẽ fioris; & quia radij illi non omnes sunt perpendiculares: ideo refranguntur: Probatur etiam sic: quia si rales radij possunt in tantam distantiam reflecti: sequeretur, quòd media regio aeris esset calida: quia qua ratione radij solares reflecterentur ad nos in tantam distantiã: etiam possent reflecti a terra ad mediam regionem aeris. Se-

B cunda difficultas: vtrum tempore appartionis haloris fit vapor inter astrum, & visum nostrum. Et arguitur, quòd non, quia tunc sequeretur, quòd halo magis deberet apparere tempore pluuioso: quia tunc sunt plures nubes. In oppositum est experientia. Pro cuius solutione supponitur, quòd vapor potest capi dupliciter. Vno modo potest capi pro quodam calido, & humido. Alio modo pro quacunque materia densa, potente reflectere, vel refrangere radios. Tunc sit prima cõclusio: tempore apparitionis halonis est vapor interpositus inter solem, & visum nostrum: quia ibi apparet claritas: ideo est ibi vapor: quia in medio vniformi non debet magis apparere claritas in vno loco, q̃ in

Halone apparente, an vapor sit inter astrũ & visum nostrum.

C alio. Ad rationem nego consequentiam, quia ad hoc, quòd appareat halo non sufficit quicunque vapor, sed requiritur vapor tenuis elevatus distans a visu nostro. Sed quæreret aliquis: Vtrum vapor, in quo apparet halo sit sphæricæ figuræ. Arguit, q̃ sic, quia talis vapor est plures guttæ aquarum, & quælibet est figuræ sphæricæ: igitur. In oppositum arguitur: quia vapor ille est tanquàm nubes tenuis: sed talem non oportet esse sphæricæ figuræ igitur. Ideo ponitur talis conclusio: quòd non oportet vaporem, in quo apparet halo esse sphæricæ figuræ, cum nubes de se nõ sint sphæricæ figuræ. Et si quis quærat: Vtrum debeat halo semper apparere circulus completus. Pro cuius solutione supponitur, quòd in aliquibus casibus halo non apparet circulus. Primus: si luna

D sit ita propinqua terræ, quòd illa portio circuli si protraheretur, caderet sub orizonte. Secundus, si nubes in aliquo latere marcescat. Tertius, si luna non fuerit plena: sed isti defectus contingentiaris non notabiliter ad sensum: ideo iudicatur vt in plurimum circulus: qualiter autem fiat figuræ circularis satis visum est in tex. oportet enim ad hoc, quòd ratio Aristo. valeat, quòd illa nubes, vel vapor sit tenuis vniformis in raritate, & densitate; aliter certe non teneret.

Vapor, in quo apparet halo, cuius figuræ.

DVBITATVR secundo, Vtrum colores iridis sint veri colores. Et videtur, quòd sic: quia color puniceus viridis, & aliorum sunt vericolores, & illi sunt colores iridis: igitur. Secundo

An color iridis sint veri colores.

E cundo sic, nullus sensus decipitur circa suum proprium sensibile; ergo visus non decipitur circa colorem: sed visus in iride iudicat esse veros colores: ergo in iride sunt veri colores. Pro solutione supponitur pro nunc, quòd color non sit obiectum adæquatum potentiæ visiuæ: sed qualitas sensibilis communis ad lumē, lucem, colorem, & forte ad species coloris: ideo non oportet, quòd omne illud, quod videtur: sit color, vel coloratum: quia lux, & lumen possunt videri: est tamen differentia: quia lux potest videri sine colore: sed color non potest videri sine lumine. Sed dubium est: Vtrum videamus lumen, vel lucem in aere. Posset probabiliter dici, quòd per species lucis, quæ sunt lumen videmus lucem: sicut per species coloris videmus colorem, Et siquis quærat: vtrum corpora perspicua sint aer, & aqua, sint colocata. Et videtur, quòd sic: quia videmus aquam aliquando nigram, aliquando viridem: igitur. Respondeatur breuiter, quòd nullius sunt coloris: sed tamen apparent esse alicuius coloris propter diuersam reflexionem radiorum supra aquam, vnde si aqua sit grossa, & profunda, apparet nigra: si autem parua, & tenuis, apparet alba. Illis suppositis dicitur, quòd colores in iride non sunt veri colores: sed sunt solum colores secundum apparentiam propter diuersam reflexionem in nube rorida: quia si essent veri colores, vel essent subiectiue in nube, vel in medio: non in nube: quia nubes non est susceptiua coloris cum sit de natura aquæ: nec in medio: quia medium, quod est aer non est susceptiuum coloris. Iré omnis verus color causatur ex mixtione qualitatum primarū: sed ibi non est talis mixtio: igitur. Et siquis quærat: quid ergo videmus videndo iridem. Respondetur, quod lumen, vel lucem: vnde lux sic visa per talia media apparet esse color, & tamen non est.

Dubium.

DVBITATVR tertio, Vtrum omnis iris debeat formaliter apparere tricolor, & vtrum solum possint apparere duæ irides. Pro cuius solutione supponitur, quòd colores, quę apparent in iride apparent propter diuersum dominium, & diuersam reflexionem quam habet lumen supra nubem. Vnde quando lumen habet dominium supra nubem: tunc apparet albus color, vel saltem tendens ad albedinem: sed quando mediocre habet dominium tūc apparet aliquis color medius sicut viridis, vel rubeus: sed quando non habet dominium, sed nubes fortiter resistit, tunc apparet nigrum. Hoc supposito dicitur, quòd regulariter & vt in plurimum iris apparet triū colorum propter illam triplicē diuersitatem luminis, supra nubem. Dicitur vlterius, quòd possibile est iridem habere tātum duos colores, vel etiam tantum vnum: nam possibile est nubem habere tantum duas diuersitates in raritate, & densitate, quæ non erit nisi duorum colorum: possibile est etiam habere tantum vnam diuersitatem: quare tunc erit tantum vnius coloris. Dicitur vlterius, quòd in iride

An omnis iris necessariò apparet tricolor, pro magis, quam pro minus.

A iride quandoq; apparent quatuor colores: nam propter diuersam mixtionem colorum apparet alius color: sicut patet de coloribus, qui sunt in cauda pauonis, in collo colūbę, & vocatur xathus: & potest diuersificari, sicut diuersificatur mixtio seu iuxtapositio colorum. Sed pro solutione secundæ partis dicitur, quòd duæ irides possint simul apparere, sicut visum est in textu: visum est etiam in textu de diuersitate colorum, & de situ illorum colorum visum est etiam quomodo duobus existētibus in diuersis partibus hemispherij non apparet eadem iris: quod potest imaginari esse propter diuersitatem diametri: nā ad oculos eorum protrahuntur diuersi diametri a nube: si

B autem possint apparere tres: mō legitur, quod aliquis viderit tres. Sed restat vna parua difficultas: Vtrum halo, & iris apparens circa candelas, sit in aere circa candelas, vel alibi. Respondetur probabiliter per aliquas propositiones. Prima, irides apparentes circa candelas, quandoq; sunt circa ipsas candelas: quia sensus mouetur a talibus: ergo ibi sunt, quia ex nihilo non potest moueri sensus: igitur. Secūda propositio, tales irides apparentes circa candelas, quandoq; non sunt extra in aere realiter existentes: quia siquis videat candelam per foramen aeris, per quod nihil iris apparet adhuc apparebit iris. Tertia propositio, tales irides, veri plurimum sunt in circunferentia foraminis oculorum propter reflexionem luminis ad quoscunq; humores in oculis existentes: ideo hominibus, qui multum biberunt sępe apparent tales irides: quia tunc abundant humoribus, in oculis. Quarta propositio, irides apparentes circa candelas, apparent, vt in plurimum quando cādela habet paruam flammam sicut cereꝰ quibus dicuntur horæ, & etiam circa lucernas. Quinta propositio, irides possunt quandoq; apparere sine candela, & sine nube: puta siquis claudat omnia foramina camerę, & rimulas fenestrarū, & faciat vnum foramen, in quo ponat speculum, tunc in parte opposita propter reflexionem apparebit iris. Et hęc de secundo ar. quantum ad tertium sit.

Halo, & iris apparentes circa candelas, vbi sunt.

Art. 3.

CONCLVSIO responsalis: Omnis radius visualis in eo cursu medij densioris, vel rarioris refrangitur, vel reflectitur. Hæc conclusio relinquitur suis probanda in articulis: in quibus satis patet quid sit dicendum ad rationes. Finis tertij libri Meteororum. Et quartus non scribitur, nec proprie legitur quia in illo solum determinatur de mineralibus, de quibus ad nos non spectat.

PETRI

PETRI TATARETI PARISIENSIS,

In libros Aristotelis de Anima, luculentissima expositio.

LIBER PRIMVS.

T. cō. 1. & inde.

BONORVM honorabiliū notitiā opinantes: magis autem alteram alteram, aut secundum certitudinē, aut ex eo, quod meliorū quidem, & mirabiliorum est: propter vtraque hæc animæ historiam rationabiliter vtique in primis ponemus. Videtur autem ad veritatem omnem cognitio ipsius multum proficere: maxime autem ad naturæ scientiam: est enim tanquā principium animalium &c.

HIC est primus liber de Anima Arist. qui in prima sui diuisione diuidit in partem proœmialem, & executiuam. In proœmio tria facit. Primo, reddit auditores benivolos, ostendendo bonitatem, & honorabilitatem huius scientiæ. Secundo, reddit auditores dociles per hoc, quòd proponit considerandā in hac scientia. Tertio reddit eos attentos, per hoc, q̄ ostendit difficultatē huius scientiæ. Primo, probat istam conclusionē: scientia de anima pręponenda est aliis scientiis naturalibus, propter eius nobilitatē, & certitudinem. Quod probat: quia vna scientia redditur honorabilior, aut propter nobilitatem consideratorum, aut propter certitudinem demonstratorum: sed scientia de Anima inter scientias naturales considerat de nobilioribus rebus: & habet certissimū modum procedendi: quia procedit ex his, quæ sunt nobis nota experimē taliter. Secunda conclusio: scientia de anima est multum vtilis: quia multū valet ad omnem veritatem cognoscendam, eo quòd ipsa est de operationibus, in quibus est veritas.

Scientia de anima, quā prædicat, vtilis, & difficilis, tum ex artificio tum ex re.

Deinde ostendit, de quibus determinādum est in hac scientia: dicens, quòd determinandū est de esse ipsius animæ, de passionibus, & operationibus eius. Et subdit, quòd istarum operationum, quædam sunt propriæ ipsi animæ: aliæ sunt communes corpori, & animæ. Vnde per

per proprias intelligit passiones, & operationes: ad quas exercendas anima non indiget organo corporeo: sicut sunt intelligere, & velle: & per communes intelligit illas, quæ conueniunt hominibus, & brutis: vt videre, audire. Tertia conclusio: hæc scientia valde est difficilis, quod probat ponendo difficultates huius scientiæ. Prima, est de modo inueniendi diffinitionem animæ: nam quis posset dubitare, vtrum in omnibus sit vna methodus ad inueniendum, quod quid est: sicut est vna ad inueniendum passiones de subiectis: vel vtrum in alia, & alia specie sit alius, & alius modus ad inquirendum, quod quid est: si sit vna, difficile est dare illam: si vero sit alia, & alia, adhuc difficilius est. Deinde mouet dubitationes de partibus, quę debēt poni in diffinitione animę. Primo oportet scire, de quo genere sit anima vtrū. s. sit substantia, qualitas, aut quantus: Etiā considerandū est de differentia eius: vtrum sit diuisibilis, vel indiuisibilis: Etiam vtrum omnis anima sit omni animæ eiusdem speciei, vel non: si non: vtrum sint omnes eiusdē generis: quidam enim antiquorum crediderut omnes animas esse eiusdem speciei, determinantes solum de animali rationali. Deinde mouet dubitationes de veritate diffinitionis animæ: dicens, quòd dubium est: vtrum sit danda diffinitio communis omni animæ, sicut datur diffinitio cōmunis animalis: vel vtrū cuilibet animæ sit dāda alia, & alia diffinitio: sicut cuilibet speciei animalis est danda vna diffinitio propria: alia enim est diffinitio equi, & alia asini: ratio enim animalis secundum vnumquodq; animal est altera, & altera: vnumquodq; enim nihil est, aut posterius suo singulari est. Consequenter mouet dubitationem de modo procedendi in tali scientia, & ett talis: Si non ponatur nisi vna anima, quæ tamen habet plures potentias: Vtrum primo determinandum sit de ipsā, aut de suis potentiis, aut ecōtra: Dubium est etiā vtrum sit prius determinādum de operationibus, q̄ de obiectis, vel econtra. Respondēt primo, q̄ prius videtur determinandū esse de substantia animæ, quàm de eius potentijs, & operationibus: quia potentiæ, & operationes sunt quasi accidentia animæ, scibilia de ipsa anima per demonstrationem: sed in demōstratione propter quid oportet prius cognoscere, quod quid est subiecti, quàm ipsius potentias, vel operationes. Deinde probat oppositum: quia potētiæ, & operationes sunt nobis notiores, q̄ substantia: quia sunt accidētia: modo dicit Philosophus, q̄ accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum, quod quid est. Deinde infert, q̄ si per diffinitionē subiectorū non possint cognosci accidentia de suis subiectis: tunc illę diffinitiones sunt dialecticæ, & malę. Deinde mouet dubitationem de passionibus animæ: Vtrum omnes passiones animæ sint communes animæ, & corpori: vel aliquæ sint proprię ipsi animæ. Respondet, quòd multę sunt operationes manifestē conuenientes animæ, & corpori: videmus n.

B quòd corpora pallent, & erubescunt, & quòd sensus ab excellenti sensibili corrumpitur: sed inter cæteras operationes intelligere magis videtur esse proprium animæ: & tamen ad intellectionem concurrit phantasia siue sensus, qui non est sine corpore: & sic videtur, q̃ in omnibus nulla sit operatio animæ, quin in illa indigeamus corpore. Deinde subdit, quòd si anima nullam habeat operationẽ sine corpore: tũc videtur, quòd ipsa non est separabilis a corpore. sed ei semper inhæret: & si habeat operationem sine corpore, tunc ipsa est separabilis ab illo corpore. Deinde declarat Philosophus veum, quod prius dictum est: dicens, q̃ de

F multis passionibus animæ manifestum est, q̃ non sunt sine corpore: sicut apparet de ira, timore, odio, vel ecũdia, & sic de alijs: videmus enim in his passionibus corpora semper mutari, & in colore, & in gestis: aliqua enim corpora habent ex complexione, q̃ nõ timent: alia vero ex complexione habent, quòd de facili timent. Ex his patet, q̃ tales passiones nõ sunt animæ tantum, sed etiam corporis. Deinde subdit, q̃ ad physicũ pertinet cõsiderare de ais, quia ad physicũ pertinet determinare de formis naturalibus: quarũ passiones, & opationes sũt per motus corporũ: sed sic est de anima igĩ: & quia nõdũ ostum est, vtrum omnis anima habeat tales passiones corporeas: iõ cõcludit, q̃ physicus debet cõsiderare de eis. Pro eius probatione ponit differias inter diffinitiones naturales, & aliàs diffinitiones: dicẽs, q̃ physicus diffinit per cãs materiales, & agentes: similiter per causas finales: sed dialecticus diffinit p̃ genus, & differentias. Vnde dicit dialecticus, q̃ ira est appetitus vindictæ: sed naturalis dicit, q̃ ebullitio seu ascẽsus sanguinis circa cor. Cõsequenter enumerat tres modos diffiniendi. Primus est per formam, & finẽ: dat exẽplũ de domo: dicens, q̃ domus est cooperimentum prohibens corruptionẽ vinctis. Alia est, quæ datur p̃ materiã: & dat Philosophus exẽplũ de domo: dicẽs domus constituitur ex lignis lapidibus, & lateribus. Alia est, quæ cõtinet istas ambas diffinitiones, & infert, q̃ diffinitio naturalis debet dari p̃ vtrasq; causam, scilicet materialẽ, & finalem in ordine ad motũ. Finaliter dat modũ diffiniendi in alijs scientijs: dicens, q̃ aliquæ scientiæ diffiniunt per materiã, & formam in ordine ad operationem volũtariam: & talis pertinet ad artem practicam. Aliæ vero abstrahunt a motu sicut metaphysica: aliæ vero abstrahunt a motu, & materia sensibili, sicut mathematica. G H

PRINCIPIVM autem quæstionis est apponere, quæ maxime videntur ipsi inesse secundum naturam, &c. *T. cõ. 30. & inde*

ISTA est pars exactiua huius libri, in qua Philosophus narrat opiniones antiquorum de anima: dicens quòd antiqui diuersificati sunt in inuestigatione animæ: quidam enim inuestigauerunt animam ex parte motus: quidam ex parte sensus. Sed illi q̃ inuestigabãt ex parte motus *Antiquorum opiniones de anima.*

A motus adhuc diuersificati sunt: quidam enim sicut Democr. & Leucippus, qui posuerunt corpora componi ex talibus atomis rotũdis: alij vero sicut Archelaus magister Socratis dicebat animã non esse atomos: sed motionem ipsorum atomorum, in quibus cõsistit vita. Alia fuit opinio Anaxagoræ dicentis animam esse intellectum mouentem, & ipsum esse in brutis. Sed illi, qui inuestigauerunt naturam animæ ex parte sensus, etiam diuersificati sunt: quidam enim sicut empe. dixerunt animam componi ex quatuor elementis. Secunda fuit Plato. dicentis animam esse numerum seipsum mouentem. Tertia fuit Thaletis Milesij dicentis animam non esse aliud, quam virtutem motiuã corporum: ideo cum videret magnetem trahere ferum, dicebat magnetem habere animam. Quarta fuit Diogenis dicentis animam esse aerem. Quinta fuit Heraclíti dicentis animam esse vaporem. Sexta fuit Alemeonis dicentis animam esse immortalem, & de natura cœli. Septima fuit Hipponis dicentis animam esse de natura aquæ, eo quod aqua maxime est mobilis. Octaua fuit Critiæ dicentis animam esse de natura sanguinis. consequenter Philosophus relictis opinionibus dicit, quod irasci, gaudere, tristari, non conueniunt animæ sine corpore: nam dicere animam irasci: simile est ac si quis diceret eam texere, vel ædificare: alia operationes, quæ debilitantur propter debilitatẽ organi non sunt animæ tãtum: sed totius compositi: sed præ- C

dicta sunt huiusmodi igitur. Maior em probat: quia anima non debilitatur p̃ senũ. n. senex accipiat oculos iuuenis, videbit vtique sicut iuuenis: Probat etiam: quia intelligere, & considerare marcescunt quodam interius corrupto. Dein dicit contra illos, qui dicebant animã componi ex omnibus, eo q̃ omnia cognoscit: Dicit, quòd propter hoc non oportet: nam ad cognitionem vnius potest sequi cognitio alterius: vt ad cognitionẽ habitus sequitur cognitio privationis: nã rectũ est iudex sui obliqui. Et hæc sunt, quæ de textu primi de anima legũntur: nam in toto residuo non est nisi recitatio opinionum antiquorũ, & reprobatio eorũdem.

An scientia de Anima sit præcognoscenda inter partes philosophiæ naturalis. D

QVAERITVR vtrũ scientia de anima hãs pro subiecto adequato corpus sub rõne animati; sit inter partes Philosophiæ naturaliter dignior, & honorabilior. Arguit primo cõtra suppositum: qa alia est subiectũ huius scientiæ igĩ nõ est corpus animatũ. Ahs patet, qa dicit Arist. hãc scientiã esse nobiliorẽ: quia est nobilium subiectũ, quòd est anima. Secundo sic, Illud est subiectum in aliqua scientia, cuius principia inquirunt: & de quo passiones tã communes, q̃ propriæ demonstrantẽ: sed anima est huiusmodi: igitur: Minor patet per philosophum in textu inuestigantem naturam, & substantiam ipsius animæ & postea passiones ipsius animæ

E Tertio sic: De corpore animato non est scientia igitur nō est subiectum huius. Antecedens patet: quia de ipso non possunt formari propositiones necessariæ: ista enim est cōtingens, omne corpus animatum est compositum ex corpore, & anima: cum illa vnio animę cum corpore sit contingens. Quarto sic: Illa scientia est dignior, & honorabilior, quæ est de digniori, & nobiliori subiecto: vt vult Philosophus in textu: sed aliqua scientia alia ab ista est de dignori, & nobiliori subiecto: vt patet de scientia octaui libri Phys. quæ est de primo motore. Secundo sic: Illa scientia est honorabilior, quæ est firmioris, & certioris demōstrationis: sed ista scientia non est cæteris
F dignioris, & certioris demōstrationis, cum ipsa sit de numero difficillimorum: vt dicitur in textu, de quibus non possumus habere firmam, & certā demonstrationem. In oppositū potest argui quo ad primam partem: quia sicut se habet scientia ad scientiam: ita subiectum ad subiectū: sed hæc scientia est pars Philosophię naturalis: ergo subiectū huius scientiæ erit pars subiecti philosophiæ naturalis: sed illud non potest esse anima: igitur. Sed quo ad secundam partē arguitur auctoritate Philosophi in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Art. 1.

An anima sit de consideratione naturalis.

PRIMO sciendum, quòd pro declaratione quęstionis mouentur aliquæ difficultates. Prima: Vtrum anima sit de consideratione Philosophi. Et arguitur, quòd non: quia mouentia non mota nō sunt philosophitæ cōsiderationis: sed alia vt esse mouens non motū: igitur. Respōdetur breuiter, quòd anima, sicut etiam aliæ res, potest considerari dupliciter. Vno modo, secundum eius entitatem, & eius, quod quid est: & sic est metaphysicæ considerationis. Alio modo potest capi in ordine ad proprietates naturales: & ad suas operationes: & sic est philosophicæ considerationis. Vnde animæ conuenit informare, vel apeam esse informare corpus, quod est proprietas naturalis. Vnde anima inclinatur ad informādum suum corpus: immo quælibet anima habet sui propriam aptitudinem, puta, q̄ isti conuenit hæc aptitudo ad istud corpus, & alij alia ad aliud corpus. Vnde licet animæ conuenit informare corpus; tamen
H huic animæ conuenit hæc aptitudo ad hoc corpus, quæ non conuenit alteri. Et ad rationem dicitur, q̄ iam multotiens est soluta. Dico vlterius, q̄ secundum veritatem anima est mobilis. Primo, est mobilis per accidens ad motū corporis: & istud concederet Philosophus: dico etiam, q̄ est mobilis per se, puta quando est separata a corpore, licet forte hoc non concederet Philosophus. Aduerte vlterius, q̄ anima nostra differt ab aliis formis, quæ producuntur de potentia materiæ: nam ipsa anima potest habere esse suū extra materiā, q̄ nulla alia forma potest habere, saltem naturaliter, vel saltem nunquàm habebit. Vnde equo mortuo, destruitur anima

O *Nomen philosophi naturalis*

Sc. quæst. 1. q. 2.

Alia nostra quę differt ab aliis formis.

A ma vegetatiua sua. Differt etiā, quia anima propter sui perfectionem præsupponit aliam formam in materia, scilicet formā corporeitatis: nam ipsa anima numquàm informat, nec informare potest, nisi aliquod cōpositum ex materia, & forma corporeitatis. Dubium est tamen, vtrum ipsa anima possit informare corpus non quārum, puta si Deus separaret omnem quantitatem a me: vtrū anima adhuc posset informare corpus, vel vtrum desineret informare: Et videtur, q̄ desineret: quia nō potest informare, nisi corpus organizatum: sed tunc illud corpus non esset organizatum. Respondetur probabiliter, q̄ sicut Deus potest potentia absoluta separare a me omnem quantitatem, me remanente: sic potest facere animā informare corpus
E non quantum. Dico vlterius, q̄ adhuc illud corpus esset organizatum, licet illa organa non essent quāta: dico etiam q̄ posset facere animā informare corpus sine aliquo accidente absoluto: & omnia ista fundantur in hoc, q̄ Deus potest omne accidens absolutum separare a subiecto, ipso subiecto remanēte.

Dubium.

Subiectū in libris de Anima qñ.

SECVNDO sciendum, q̄ de subiecto huius scientię diuersificantur aliqui Doctores inter se. Dicunt enim aliqui, q̄ anima dicitur esse subiectum, & tacitūr rationes ante oppositum. Et dicunt ad rationem post oppositum, q̄ non oportet subiectum alicuius scientiæ partialis se habere, sicut pars subiectiua, respectu subiecti scientiæ totalis: sed sufficit, q̄ sit vel subiectiua, vel essentialis. Alij dicant, q̄ corpus aīatum est subiectū huius scię: nō quidem corpus aīatum, qđ est pars totius compositi: sed qđ est cōpositū ex corpore, & aīa, de quo dī, q̄ hō est corpus animatū: nam si diceretur, q̄ corpus animatū, ve est pars totius compositi, nō posset saluari, quo ista scia diceretur nobilior: cum aīa sit nobilior, q̄ sit corpus pro altera parte compositi: sed non q̄ sit corpus primomodo dictum: quia omne totum dī perfectius sua parte: Et isti habent dicere, q̄ ista scia nō dī de aīa tanq̄ de subiecto: sed tanq̄ de parte principaliori, & principio formali subiecti: dicunt etiā, q̄ qñ dī, q̄ corpus animatū est subiectum: accipitur ibi corpus animatū p vno per se cōpositō, cui non est nomē impositū, & non pro aggregato ex aliquibus: & iste modus multum est probabilis: sed tā quicquid, sit de hoc parū est curādū. Ideo mouetur alia difficultas: Vtrum ois scientia sit de numero bonorum. i. vtrum omnis sciētia sit bona. Et vī q̄ nō: quia leges prohibēt multas sciētias: igitur. Itē multæ sciētię additę malis, faciūt ipsos peiores: cum ipsæ sint malæ, per regulā topicam, q̄ si aliquid additum alteri faciat ipsum magis tale, illud est tale. In oppositum videtur esse Philosophus in textu. Potest etiam probari, q̄ omnes homines desiderant scientiam: ergo est bona: quia omnis appetitus bonum. Item quicquid est volitum a Deo est bonum: sed omnis scientia est volita a Deo: ergo omnis scientia est bona.

D *An omnis scientia sit de numero bonorum.*

Sed quæreret aliquis: Vtrum omnis notitia sit bona habenti eam. Respōdetur breuiter, q̄

A notitia falsa est mala habẽti eã: & melius esset ipsam non habere: sicut sunt notitiæ erroneæ.

Sed quæreret aliquis: Vtrum notitia vera sit bona homini malo. Et videtur, quòd sit mala: quia illud videtur esse malum, per quod male operatur; sed homo malus per veras notitias male operatur. Item cuius finis malus est, ipsum quoq; malum est; sed malus hõ ordinat suas scientias ad malum finem: igitur. In oppositum arguitur. Omnis vera notitia perficit intellectum igitur. Pro resolutione ponuntur duæ propositiones. Prima: omnis notitia vera est bona simpliciter homini habẽti eam: quia illud dicitur bonũ simpliciter habenti, per quod perficitur anima habentis; sed

B per omnem notitiam verã perficitur anima habẽtis igitur. Itẽ per noticiam malam potest malus dirigi ad bonum. Secunda propositio: scientia dicitur secũdum quid mala homini malo. Vnde illud dicitur malum secundum quid, quod secundum se non est malum sed vt coniunctum alteri: modo noticia vera coniuncta propositioni falsæ est mala habenti: quia ex ea, & prepositione falsa credita per malã voluntatem, sequitur conclusio ducens ad prauum effectum.

Dubiũ. Sed quæreret finaliter aliquis: Vtrum omnis noticia sit bona omni homini bono. Et videtur, quòd non: quia ars sutoria nõ est bona Regi cum Regi non esset bonum facere sotulares: quia per hoc impediretur a nobilibus operationibus. Vnde si sint duo bona incõpossibilia alicui, minus bonũ redditur illi tanquam malum. Respondetur ergo, quòd si sine impedimẽto alijs melioribus operationibus Rex posset habere artem sutoriã, bonũ esset eã habere: sed quia non potest, ideo nõ est sibi bona. Et ad primas rationes. Ad primam potest dici q̃ leges non prohibent veras scientias; sed libros in quibus continentur multi mali errores. Ad aliã dr q̃ scientia addita malo non reddit ipsum peiorem quantum est ex se sed solum per accidẽs, propter falsitates quas annectit illi scientiæ verę per suam malam voluntatem.

C

An omnis scientia sit bona vnicuilibet

TERTIO sciendum, quòd incidit talis difficultas: vtrum omnis scientia sit de numero honorabilium: siue vtrum omnis scientia sit honorabilis. Et arguitur quòd non quia tunc sequeretur q̃ omnes scientes deberent honorari: sed hoc

D est falsum: quia nullus est honorandus nisi bonus: sed multi sciẽtes non sunt boni igitur. Itẽ sequeretur q̃ omnis homo esset honorabilis: quia omnis homo habet aliquam scientiam: cum nullus homo videatur esse tota liter ignorãs. In oppositum est philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur q̃ honorabile & honestum idẽ sunt. Vnde bonũ dividitur in bonũ honestũ seu honorabile: vtile & delectabile: nõ quòd illa sit diuisio tanquam inter res realiter distinctas: quia aliquando vna & eadem res dicitur honesta vtil. & delectabilis: tamen hoc est sub alia & alia ratione: ideo est magis diuisio in rationes, secundum quas vnũ & idẽ potest dici bonum honestũ, vti-

Bonum multiplex.

le &

A le & delectabile. Vnde aliquid dicitur appetibile dupliciter. Vnomodo: quia est de nobiliori & perfectiori subiecto: & sic dicitur quòd scientia de Anima inter omnes partes philosophiæ naturalis est nobilior: quia eius subiectum sive sit anima sive corpus animatum est nobilius inter subiecta aliarum scientiarum naturaliũ. Ex isto sequitur quòd scientia practica simpliciter est nobilior scientia speculativa: ut patet de Thelogia cuius subiectũ est deus. Secundomodo aliqua scientia dicitur nobilior alia: quia illa 3de quibus considerat in illa scientia: sunt nobiliora & perfectiora, licet non subiectum: & sic dicitur, quòd Metaphysica hoc modo est nobilior: quia ipsa considerat de deo. & intelligentijs quæ inter omnia alia entia sunt perfectiora, & nobiliora.

C

Scientia de anima quo nobilior inter omnes naturales.

D

Quomodo scientia dicitur, Quomodo anima est de numero difficilimorum

B

QVARTO sciẽdum quòd incidit alia difficultas: quomodo est scibile quòd anima sit de numero difficillimorum: & tamen scientia de anima dicitur esse certior inter omnes sciẽtias naturales. Pro cuius solutione supponitur quòd scientiam esse difficilem potest intelligi dupliciter. Vnomodo: quia ipsamet scientia est difficilis: & sic non est intelligendum aliquam scientiam esse difficilem. Aliomodo: quia est de re difficiliter cognoscibili: & sic est intelligendum. Sed dubium est cui intellectui res sint difficiles aut faciles ad intelligendem. Pro cuius solutione ponuntur aliquę propositiones. Prima: res nõ sunt difficiles ad cognoscẽdũ

B intellectui diuino: nam ille omnia perfectè, & distinctè intelligit vnica intellectione, & simplici. Secundò propositio, res non sunt difficiles ad cognoscẽdum intellectum Angelicum: quia ex virtute propria non tamen in quacunq; distantia: sed in distantia debita potest omne ens creatum siue absolutum siue respectiuum, cuius terminus non est Deus: distinctè cognoscere. Tertia propositio, res non sunt difficiles intellectui humano separato, vel coniuncto corpori glorificato: quia talis ex virtute sua perfectè, & distinctè poterit intelligere omnia, quæ intellectus angelicus ex virtute sua intelligit. Quarta propositio, res sunt difficiles ad cognoscẽdum intellectui humano coniuncto cum corpore corruptibili: quia non potest intelligere saltem

F sensibilia nisi mediantibus sensibus, & phantasmatibus: ideo quantocunque res sunt minus sensibiles difficiliori modo cognoscuntur a nobis; licet forte in se sint magnæ cognoscibilitatis. Tunc dicitur ad difficultatem, quòd scientia de anima dicitur certior, & facilior inter alias scientias naturales quantum est ex parte nobilitatis, & excellentiæ consideratorum, eo quòd anima inter cæteras formas naturales est excellentior: tamen ex parte cognoscentis est difficilior inter formas naturales: quia minus est sensibilis.

Accidentia an valeant ad recognoscendum subiectum.

Sed restat alia pars difficultatis an accidentia magnam partem conferant ad cognoscendum, quod quid est. Pro cuius solutione supponitur, quòd nulla substantia immutat immediate intellectum nostrum ad aliquam intellectionem sui: sed tantum accidens sensibile. Ex quo sequitur, quòd nullum conceptum quidditatiuum valemus habere de ea, nisi conceptum, q̃ potest abstrahi a quidditate accidentis, qui non est alius, quàm conceptus entis. Secundo sequitur, quòd nullius substantiæ est propria species sensibilis: neq; proprium phantasma, neq; propria species intelligibilis. Sequitur tertio, quòd nullus conceptus quidditatiuus nõ connotatiuus habetur naturaliter de substantia, immediate causatus a substantia; sed tantum causatus, vel abstractus primo ab accidẽte. Ex quo sequitur etiam, quòd per accidentia venimus in conceptum quidditatiuum substantiæ supple communem: cum hoc tamen dicitur, quòd per nulla accidentia possumus deuenire immediate ad aliquem conceptum simplicem, proprium, & quidditatiuum substantiæ: quia nullum accidens continet virtualiter aut essentialiter propriam quidditatem substantiæ. Ex quo patet quid sit dicendum ad difficultatem. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum,

Art. 2.

An anima possit a nobis cognosci.

DVBITATVR primo, Vtrum anima possit cognosci a nobis proprio cõceptu, & quid ditatiuo: Pro cuius solutione supponitur, quòd anima nostra pro statu isto non potest distinctè, & perfectè cognosci a se, vel a nobis: sed tantum pro statu isto potest cognosci quantum ad rationes suas generales, & cõmunes; quæ possunt abstrahi ab imaginabilibus, & sensi

A sensibilibus. Et si quis dicat, anima est sibi debitè præsens, vt perfectæ cognoscatur a seipsa tur. Respondetur, quòd licet anima in ratione entitatis sit sibi præsens: non tamen in ratione obiecti: nisi forte quo ad rationes generales, quæ possunt abstrahi ab imaginabilibus. Et si quis iterum dicat anima potest se cognoscere intuitiuè pro statu isto; ergo a fortiori potest se cognoscere. Respondetur concedendo antecedens, nam intuitiuè, & euidenter cognoscit se esse, & negando consequentiam. Cuius ratio est, quia ad cognitionem intuitiuam alicuius non requiritur distincta cognitio eius; sed quòd cognoscatur vt existens est notum est enim quòd quis cognoscit se intuitiuè esse: & tamen de se ipso nõ habet notitiam distinctam.

Instãtia. D

Sed si arguitur: intellectus noster intelligendo abstrahit ab hoc & nunc; ergo pari ratione ab omni conditione existentis: ergo non potest aliquid cognoscere, vt existens est: & per consequens nihil poterit cognoscere intuitiuè. Respondetur, quòd quæcunque distinctio ponitur

Sco. q. 13. quæst. ar. tic. 2.

inter cognitionem intellectiuã, & sensitiuam ex parte obiecti: puta quòd intelligimus vniuersale, sentimus singulare; & quæcunque alia distinctio isti correspondens, non debet intelligi tãquam inter potẽtias disparatas, sicut est inter visum & auditũ: sed debet intelligi distinctio intellectus a sensu, sicut potentiæ superioris cognitiuæ ab aliqua cognitiua, subordinata sibi: sic videlicet, quòd potentia superior potest cognoscere obiectũ sub aliqua ratione, sub qua nõ potest potentia inferior; sed nõ econtra; immo quicquid cognoscit sensus, & sub quacunque ratione cognoscit, intellectus potest cognoscere: & cum hoc sub aliqua ratione, vel sub aliquo modo perfectiori: Et sic conceditur quòd intellectus potest intelligere obiectum non hoc, & nunc, quia sub ratione quidditatiua absolutè: sensus autem nõ potest sic cognoscere obiectum: quia est virtus limitata ad cognoscendum eum sub ratione existentis; propter hoc intellectus non determinatur ad cognoscendum sub opposito modo: immo est indifferens ad oppositum modum, & ad alium: ideo quando dicitur, quòd intellectus abstrahit ab hoc, & nunc: non vult negare quin intellectus possit cognoscere rem sub

D ratione existentis. Et si quis iterum arguat, sequeretur, quòd in *Obiectio.* ipsius animæ possent esse duæ notitiæ: vna abstractiua, & alia intuitiua: & sic duo accidentia sola numero differentia essent simul in eodem; quia illæ duæ notitiæ de eodem obiecto non videntur differre nisi solo numero. Respondet Scot. per aliquas propositiones. Prima, tales duæ cognitiones possunt esse eiusdem obiecti simul. i. idem obiectum potest cognosci, simul & intuitiue, & abstractiuè. Secunda propositio: sicut essentia rei abstractiuè potest cognosci: ita & existentia eius. Tertia propositio; notitia intuitiua, & abstractiua de quocunq; obiecto sint, differunt specie. Quarta propositio: talis distinctio non est propter diuersitatem obiecti-

Sco. vt supra.

tuum

rum : sed propter rationes formales motiuas hinc & inde : qa in cognitione intuitiua res in propria existentia est per se motiua obiectiuè, sed in cognitione abstractiua per se motiuum est aliquid, in quo res habent esse cognoscibile, quod nõ est aliud, quàm species, vel similitudo rei.

Res cognita, quæ est in cognoscente.

DVBITATVR secundo. Vtrum res cognita sit in cognoscente secundum esse reale. Pro cuius solutione supponitur, q creatura antequam producat, nullum verum esse habet, neq; quidditatiuum, neq; essentiæ, neque existentiæ : & hoc vult habere Scotus. Hoc suppositò respondetur per aliquas propositiones. Prima ad hoc q res cognoscatur non oportet, q hẽat aliquod verũ esse reale nisi forte cognosceretur cognitione intuitiua, quæ requirit obiectum esse præsens, & existens: nõ quidem præsentialitate locali : sed præsentialitate proportionabili cogniti ad cognoscens. Secunda propositio : deus ab æterno non minus cognouit præterita, futura possibilia, quàm præsentia, & tamen notum est, quòd multa possibilia nihil sunt, nec aliquid erunt, nec aliquid fuerunt. Tertia propositio : deus ab æterno non minus cognouit esse existẽtiæ alicuius, quàm esse essentiæ. Ex quo sequitur, quòd sicut deus ab æterno aliquid cognouit saltem futurum : etiam eius existẽtiam cognouit. Sed dubium an deus cognouerit ab æterno existentiam possibilium, quæ nũquam erunt. Et ex istis sequitur vnum quòd res non ponuntur in prædicamento secundum esse cognitum, saltem vt ly secundum capitur reduplicatiuè : cũ esse cognitum quodammodo videtur accidere rei : sed res ponitur in prædicamento secundum eius esse essentiæ cognitũ cum tale esse ab æterno fuit cognitum ; ideo res ab æterno fuerunt in prædicamento, saltem secundum cognitionem ipsius dei. Sequitur vlterius ex hoc, quòd ad hoc ; quòd aliquis sit subiectum scientiæ realis, non oportet quòd habeat esse reale ; sed sufficit, quòd habeat esse cognitum : vt patet de rosa, de qua nunc potest haberi scientia. Sequitur vlterius, quòd non oportet terminos, ex quibus componuntur propositiones ingredientes demonstrationem, supponere pro præsentibus : sed sufficit quòd supponant pro præsentibus, præteritis, & futuris, vel possibilibus : Et hoc est quod dicitur communiter, quòd copula in talibus propositionibus absoluitur a tempore, idest extrema indifferenter capiuntur in ordine ad quamcunque differentiam temporis : ideo quando dico homo est animal rationale ; homo accipitur pro præsentibus, præteritis, & futuris, & possibilibus, saltem distinctiuè vel distinctim. Vlterius sequitur quòd omnes res sunt productæ ab æterno in esse cognito. Vnde rem produci in esse cognito non est aliud, quàm ipsam esse actualiter cognitam. Et aduerte quòd esse cognitum dicitur esse actuale ; quia res ipso actualiter cognoscitur : non quidem esse actuale simpliciter, sed solum secundum quid. Et si quæras quid est istud esse cognitum. Respondetur quod

Corollaria.

non est aliud, q̃ res cognita. Ex quo sequitur quòd istud esse cognitum non est aliquid verum esse rei, nec essentiæ, nec existentiæ. Sequitur etiam q̃ illud esse cognitum non est formaliter ese possibile : immo ipsum esse possibile concomitatur ipsum esse cognitum ; ita q̃ esse cognitum præcedit natura esse possibile. Vnde quia res habet esse cognitum ; ideo habet esse possibile, & non econtra. Et aduerte tamen q̃ istud esse cognitum & esse possibile distinguuntur formaliter ab inuicem, vt si quis quærat, an illud esse cognitum sit deus. Respondetur quòd non formaliter, nec realiter est deus ; quia non est nisi eius diminutum, licet tamen bene participatiuè, & extrinsecè sit deus. Dicitur vlterius q̃ non est intellectio, sed est res cognita, quæ terminat intellectionem. Vnde tale esse cognitum continuè dependet ab ipsa intellectione : ita q̃ illa destructa, destruitur illud esse cognitum.

Esse cognitũ, & quomodo differt ab esse possibile.

Dubium.

Vtrum anima habeat aliquas operationes proprias, quibus non egeat pro.

DVBITATVR tertio. Vtrum anima habeat aliquas operationes proprias quibus non communicet corpori. Pro cuius solutione supponitur primo, q̃ dubium non habet difficultatem de anima vegetatiua, vel sensitiua ; quia certum est, quòd illæ nullam habent operationẽ, quam possint exercere sine corpore, seu sine organo corporeo : ideo illæ non sunt separabiles a corpore : & dato q̃ deus per suam potentiam absolutam illas separaret a corporibus suis, certe extra corpus nullas possent habere operationes. Et si quis quærat ; nonne adhuc anima sensitiua posset recipere visionem. Respondetur q̃ non : quia actus, seu operationes animæ sensitiuæ licet producantur ab anima : tamen non recipiuntur in anima, sed in potentijs, q̃ non sunt anima : sed quædam entia partialia, compositi ex quibusdã realitatibus animæ & quibusdã partibus corporis. Supponitur secundo q̃ licet anima rationalis sit forma seu actus ipsius corporis : tamen non extenditur ad extẽsionem ipsius corporis propter eius perfectionẽ : sed est tota in toto, & tota in qualibet eius parte de quo alias magis videbitur. Omnes autẽ aliæ formæ ab anima rationali sunt extensæ secundum, q̃ extenditur illud in quo recipiuntur ; ideo anima sensitiua extenditur per totum corpus, sic q̃ illa pars animæ sensitiuæ, quæ informat caput : non est illa quæ informat pedes, & sic de alijs. Tertio supponitur quòd triplex est species, seu similitudo, vel ratio per quam res cognoscitur. Species sensibilis, species phantastica, quæ vocatur phantasma, & species intelligibilis. Differunt tamen istæ species, & quantum ad subiectum, & esse representatiuum : nam species sensibilis, quàm phantastica recipitur in aliquo corporeo, puta in organo : ideo sunt extẽsibiles, sicut illud organum corporeum : sed species intelligibilis in nullo corporeo recipit : sed in intellectu possibili per se recipitur. Sed q̃ differant quantum ad esse representatiuum patet : quia species sensibilis solum representat rem

Quæ sit ratio per quam res cognoscitur.

E in præsentia obiecti, & non durat, neque permanet in organo, nisi quamdiu sensatio manet, vel obiectum est præsens: vel si maneat parum post manet; sed species phantastica repræsentat rem tam in præsentia, quàm in absentia: ideo phantasia phantasiatur, quamuis obiectum non sit præsens. Conueniunt tamen istæ duæ species: quia quælibet repræsentat rem sub conditionibus singularibus. Et aduerte, quòd pro statu isto ab ista specie phantastica, & intellectu agente causatur species intelligibilis in intellectu possibili, quæ repræsentat rem tam in absentia, quàm in præsentia: sed non repræsentat eam sub conditionibus singularibus: & hoc est quod volebat dicere Commentator, q̃ intellectus agens F est, qui facit vniuersalitatem in rebus, ideſt causat speciem intelligibilem, per quam vniuersale repræsentatur vt vnum obiectum numero prædicabile de pluribus prædicatione dicente hoc est hoc. Istis suppositis respondetur ad dubium, quòd anima habet aliquas proprias operationes quas exercet, sine organo corporeo, sicut est intelligere & velle: & istas potest habere tam coniuncta corpori, quam non coniuncta. Vnde ad hoc, quòd intellectus intelligat, non requirit aliquod organum corporeum: sed sufficit ibi, quòd obiectum sit sibi debitè præsens, vel in esse, vel in sua specie. Et aduerte, quòd operationes quas non potest exercere sine organo corporeo, nũquam recipiuntur in anima: sed in aliquo composito partim corporeo, & partim spirituali: puta in potentia, quæ componitur ex quadam realitate animæ, & parte corporis. Et hæc de secundo arti. Quantum ad tertium sit.

CONCLVSIO responsalis: Scientia de Anima habens pro subiecto attributionis corpus animatum sub ratione animati inter partes philosophiæ naturalis est certior, & honorabilior. Et ad rationes patet, quid sit dicendum in primo art.

ARISTOTELIS DE ANIMA.

LIBER SECVNDVS.

V. ol. 1: & inde.

QVAE quidem a prioribus tradita de anima dicta sunt: iterum autẽ tanquam ex principio redeamus, tentantes determinare, quid est anima, & quæ vtique erit communissima ratio ipsius: dicimus vtique vnum quoddam genus eorum &c.

Anima ex mente Aristotelis quid.

E IST EST secundus liber de anima, in quo Philosoph⁹ determinat de substantia animæ, secundum eius propriam opinionem. Et diuiditur in quatuor tractatus. Primus diuiditur in quinque capitula. In primo ponit diffinitionem ipsius animæ, ponendo quasdam diuisiones. Prima, entium quoddam est substantia: aliud est accidens. Secunda, substantiarũ alia est materia, quæ non est secundum se hoc aliquid: alia est forma secundum quam res dicitur hoc aliquid: & alia est composita ex his, s. ex materia & forma. Tertia diuisio: duplex est actus: quidam est actus primus, sicut scientia: alius est actus secundus, sicut considerare. Quarta substantiarum alia est corpora, alia incorporea. Quinta corporum quædam sunt physica: alia non sunt physica, sed magis artificialia. Sexta: corporum physicalium, alia habẽt vitã, quæ alimentum augumentum & decrementum suscipiunt: alia vero non habent vitam. Deinde infert diffinitionem animæ dicẽs quòd anima est actus corporis physici in potentia vitam habentis. Probat: quia anima est substantia: & non est cõpositum, nec materia: ergo est forma. Quod nõ sit corpus probatur quia omne corpus habet vitam: sed anima non habet vitã: igitur. Secundo: quia anima est eorum, quæ sunt in subiecto, sed corpus non est in subiecto: igitur. Deinde declarat diffinitionem animæ quo ad singulas partes: & intendit tres conclusiones. Prima, anima est actus primus: quia anima est actus, sicut scientia: sed sciẽtia est actus primus: ergo anima est actus primus. Secunda conclusio: anima est actus primus corporis organici: quia anima est actus corporis viuentis. & omne talẽ est organicum habens partes diuersarum rationum ad diuersas operationes exercendas: vt plãtę habent foha ad cooperiendũ fructum: & radices ad suscipiendum alimentum: & similiter animalia habẽt caput aut pedes,

& sic

E & sic de alijs ad diuersas operationes exercendas : igitur.

Et subdit, ꝙ non debet quærere; vtrum anima & corpus sint vnum, sicut nec de cera & figura; nec de actu & potentia; quia actus & potentia habent ex suis naturis vt constituant vnum totum. Et ifto textu elicitur hic auctoritas. Non est quærenda causa supple extrinseca; quare ex actu & potentia fit vnum: nisi quia hoc est actus a liud vero potentia. Tertia conclusio; anima est actus substãtialis per quod substãtia est talis: sed per animã aliqua substãtia est talis; igitur. Ex prædictis infert ꝙ anima est actus corporis vitam habentis in potentia: qđ probat per simile, quia sicut se habent semen & fructus; sic ani
P ma siue habẽs animam & operatio animæ: sed semen & fructus sic se hñt ꝙ hñs semen, hẽt in potẽtia fructum: ergo a simili habens animã habet in potẽtia vitam. Finaliter subdit ꝙ sicut visus & pupilla sunt oculus; ita anima & corpus sunt animal.

Quoniam autem ex incer-
T. c. 12. & 1. tis quidem certius: certius aũt sit quod certum & secundum rationem notius.

Istvd est secundum capitulum, in quo philosophus demonstrat diffinitionem animæ per aliam diffinitionem nobis notiorem: & dicit ꝙ ex notioribus nobis (tamen secundum naturam minus notis) fit nobis notius ꝙ secundum naturã & simpliciter est notius; vt ꝙ effectus qui sunt nobis magis noti sunt nobis cæ notiores, q̃ tamẽ simpliciter & secũdum naturã sunt notiores. Et subdit ꝙ dupler est diffinitio animę vna q̃ datur quodammõ ꝙ causãm, sicut illa q̃ dicta est prius; & alia per effectus: puta, in qua dicitur anima est principium viuendi. Et dicit ꝙ nõ sufficit scire illam q̃ est nobis notior; sed oportet p illam demonstrare alia. Et subdit ꝙ non est inconueniens vnã diffinitionẽ demonstrari p aliã: nã contingit vnã diffinitionem esse principiũ demõstrationis; aliã conclusionem; & aliã totã demõstrationẽ positione differẽtẽ. Et dat aliud exemplum in mathematicis; vt tetragonus est ortogonũ æquilaterale æquale quadrangulo alia parte longiori; & ista videtur dicere effectum; sed ista Tetragonus est mediæ rei inuentio, vt dicere causam. Consequẽter ponit philosophus aliquas conclusiones. Prima est ꝙ
H anima est principiũ quo viuim⁹: id est qua aliquid viuit; & ꝙ hoc differunt animata ab inanimatis; ioanimatã nõ habent principium vitæ, animata vero habẽt principiũ vitæ. Ex quo infert ꝙ opera vitæ sunt multiplicia. (in telligere; intelligere; sensus. i. sentire; & motus secũdũ locum, non quicunq; sed qui a principio intrinseco est ad diuersa loca vel situs; vt augmentatio vel diminutio per sumptionẽ alimẽti, & omnes alij motus progressiui animalium etiam volatiui natatiui; & in animalibus imperfectis, scilicet dilatio & constrictio. Et subdit ꝙ omne viuẽs aliquo prædictorum modorum viuendi viuit. Secunda conclusio: ostendit quibus conueniat primus modus viuendi: & hæc est, omnia vegetabilia habent

Alia a anima definitio.

A habent primum modum viuendi: quia omnia habent principiũ per quod suscipiunt augmentũ, & decrementum secundum contraria loca & contrarios situs: quia nõ augerentur sic sursum, quin etiam augeantur deorsum: omnia enim vegetabilia alunt, & viuunt vsq; in finem, & quouscunque possint alimentum suscipere. Tertia conclusio: possibile est primum modum viuendi se parari ab alijs, sed non econtra: vt patet in plantis, quæ nõ intelligunt, nec sentiunt⁹ mouẽtur ſm diuersa loca. Deinde ponit differẽtiam inter sensitiuum, & ſm locum motiuum. quia multa sunt animalia, quæ ſm locũ nõ mouentur: quæ tamen dicũtur viuere. Ex hoc infert quòd sensus tactus inest omnibus animaB libus; quia sicut vegetatiuum potest separari a sensitiuo, & ab alijs: ita sensus tactus ab alijs sensibus: sed non econtra: ergo sicut vegetatiuum est vna pars animæ: quam omnia vegetabilia participant: ita sensus tactus est vnus sensus, quem omnia sensibilia participãt. Ex quo infert quòd ex prędictis pñt elici quatuor gradus viuendi: scilicet vegetatiuum, sensitiuum, intellectiuum, & secundum locum motiuum. Consequenter mouet duo dubia. Primũ: vtrum sensitiuũ, vegetatiuum, & intellectiuum sint diuersæ potentiæ eiusdẽ animæ. Secundum: si vnumquodq; istorum sit pars animæ, vtrum vnum separatur ab alio ratione solum, vel etiam loco & subiecto. Ad secundam respondet philosophus: dicens q̃ in aliquibus non est difficile videre præ dictã separationem: in aliquibus autem est dubium videre: nam in plantis partes separatæ, & decisæ videntur viuere, & similiter in aliquibus animalibus, puta annulosis: vt sunt anguillę & serpentes, quorum partes decisæ viuunt, habent enim sensum, & phantasiam, & appetitum: quia vbicunq; est lętitia & dolor ibi est appetitus. Et quòd partes decisę habent sensum, probat: quia si pungantur, se retrahunt. Et in istis sensitiuum, motiuum secundum locum, & vegetatiuum nõ videntur distingui loco, & subiecto. Sed de intellectiuo dubium est: Vtrum differat ab alijs ratione solum, vel etiam loco, & subiecto: quia intellectiuũ videtur esse quoddam genus distinctum & separatum ab alijs: sicut perpetuum a corruptibili. Deinde soluit primum dubium: dicens ꝙ quatuor gradus viuendi insunt quibusdam viuentibus, vt hominibus: aliquibus aliquit vt brutis insunt vegetatiuum, sensitiuum, & secundum locum motiuum: quibusdam inest solum vnus, vt vegetatiuum plantis. Et quo infert ꝙ in diuersis prædicta sunt diuersæ animæ, vel potentię abinuicem essencia liter distinctę: sed in eodem sunt partes ipsius animæ. Ex omni- (rollatibus prædictis vult inferre secun- tia.
dam diffinitionem animæ, & dicit primo, quòd sicut duplex est principium quo scimus, scilicet scientia & anima; similiter duplex est principium quo sanamur. s. sanitas, & sanabile quo materialiter sanamur; ita similiter illud quo viuimus & sentim⁹ dr dupliciter; quia aliquo principio viuimus tanq̃ forma; & aliquo tanquã subiecto; tũc dicit quòd

E quòd anima est principium quo viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus primo, ex quibus omnibus infert aliqua correlaria. Primum: anima est actus corporis: quia non est materia, nec totum compositum: ergo est actus, seu forma. Secundum, corpus non est actus animæ sed anima est actus corporis. Tertium, anima neque est corpus, neq; sine corpore. Quartum anima non est actus cuiuslibet corporis: sed corporis organici: quia vniuscuiusq; actus est sua propria materia, in qua actus est sic fieri: nam actus actionum sunt in patiente prædisposito: ideo materia animæ est corpus physicum vitam habens

An diffinitiones animæ sint sufficienter assignatæ.

F QVAERITVR Vtrum diffinitiones animæ sint sufficiẽter assignatæ. Arguitur primo, contra primam diffinitionem: quia anima non est actus corporis: igitur prima diffinitio non est bona. Antecedẽs probatur: quia anima non est pars corporis: igitur non videtur esse actus corporis. Secundo sic: Anima est actus operationis: ergo non est actus corporis. Antecedens patet: quia anima est actus sicut scientia: sed scientia est actus considerationis: igitur. Tertio sic: Multa sunt corpora animata quæ non sunt organica, idest in quibus non apparet aliqua diuersitas organorũ: sicut sunt vegetabilia, concha, & spongia marina: ergo male dicitur quòd est actus corporis organici.

Quarto sic: Corpus est principium quo viuimus: cum sit prius susceptiuum vitæ: ergo illa diffinitio conuenit aliqua diffinito. Antecedens patet: quia sine corpore non viuimus.

Quinto sic: Vnius rei est tantũ vnum esse: ergo vnius rei videtur esse tantum vna diffinitio. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Arti. 1.

An anima animæ dicatur esse substantia.

PRIMO sciendum, quòd circa textum mouent aliquæ difficultates. Prima: vtrum omnis anima dicatur esse substantia. Et videtur quòd non: quia commune est omni substantiæ in subiecto non esse: sed anima est in subiecto: quia in corpore: ergo. Secundo sic: anima potest adesse & abesse subiecto, id est corpori præter subiecti adest corporis corruptionem: igitur. H In oppositum arguitur: quia omnis pars substantiæ est substãtiam: sed anima est pars substantiæ: ergo anima est substantia.

Pro solutione supponitur quòd omnis anima siue sit rationalis, siue sit sensitiua, siue vegetatiua, dicitur esse substantia: non quidem substantia vt est genus generalissimum, sed capiendo substantiam large pro omni illo, quod non est accidens: seu pro omni illo, quod non inhæret, neque natum est inhærere. Et si dicatur anima non dicitur per se ens: ergo non dicitur esse substantia. Respondetur quòd aliquid dicitur per se ens tripliciter. Vnomodo, vt idem est & solitariè: & sic accidens potest dici ens per se, idest ens solitariè captum, vt in sacramento altaris accidens dr ibi per se, idest solitariè,

A tariè & nõ in subiecto: anima etiam rationalis istomodo dicit esse ens per se, idest solitariè qñ est separata a corpore. Et aduerte & aliter, & aliter accidens, & forma materialis dicuntur esse per se, quàm anima rationalis; quia accidens & forma materialis solum dicuntur per se, idest solitariæ per virtutem causę extrinsecæ, sed anima rationalis non solum dr sic ens per se, sed virtute suæ naturæ sibi derelictę; quia non necessario dependet a materia in proprio suo esse. Secundomodo dicitur ens per se prout distinguitur contra ens in alio; & sic per se ens est idem & nõ inhærens, nec actualiter, nec aptitudinaliter, & hoc modo, quæcunq; substantia, nõ solum composita: sed etsi materia & forma est ens per se: quamlicet forma substãtialis insit materiæ informando ipsam, non tamen inhæret, quia inhærere dicit non per se informare; quia inhærẽs, neque est actus simpliciter, sed secundum quid, nec illo cui inhæret facit per se vnum, sicut illud quod informat. Et si quis quærat: quare ex forma substantiali, & materia magis fit vnum per se quàm ex subiecto & accidente. Respõdet ibi Scot. cum Aristot. 8. Metaphys. & non est aliqua ratio, nisi quia hoc est per se actus, & illud per se potentia, & huius non est aliqua vlterior ratio nisi propria ratio huius & illius. Aliomodo capitur ens per se: illud quod habet vltimam actualitatem: ita & non est per se ordinabile ad aliquem actum simpliciter, & tunc idem est & per se subsistens, seu suppositum,

Substãtia.

F. 28. 5.

C *Anima quomodo dicitur actus primus.*

Vtrum sit diffinitio animæ copiosa.

D

Dubium.

vel hoc aliquid, & istomodo anima non dicitur esse ens per se. Et si quis quærat: quomodo anima dicitur actus primus. Respondetur quòd ideo dicitur actus primus corporis: quia est principium operationum ipsius corporis: sicut scientia dr esse principium considerationis, seu cognitionis: vel quia perfectiori modo informat corpus, quàm quodcunq; aliud.

SECVNDO sciendum, & pro declaratione diffinitionum animæ supponit, & prima diffinitio animæ est cõis oi animę tã rationali sensitiuæ, quàm vegetatiuę. Ex quo sequitur & anima vt esse vniuocum ad animã rationale sensitiuã & vegetatiuã. Et si quis dicat, & alia rationalis directè sit in predicamento cũ cõtineatur sub alia, quæ vt esse genus. Rũdetur faciliter, & non sequitur: sed oporteret sic arguere: õtinetur sub genere quod est genus generalissimum, vel contentum sub genere generalissimo: ergo est directè in prædicamento: mõ anima non est genus generalissimum, neq; continetur sub genere generalissimo: immo forte non est genus, licet sit vniuocum ad illas tres animas.

Sed dubiũ est quomodo contrahatur ad illas animas: Vtrũ per differias, vel per modos intrinsecos. Et si arguatur: anima vegetatiua, non est actus corporis organici: cum in plantis non appareat diuersitas organorũ: etiam non videtur quod ibi sint ponenda illa organa: cum non ponantur nisi ad diuersas operationes exercendas: sed iste arbores non videntur habere diuersas operationes: igitur. Re-

R spondetur quòd plantę habent diuersa organa licet tamen parũ distinctionem habeant: potest etiam dici quòd per illa diuersa organa exercentur aliæ, & aliæ operationes, vel saltem magis exercentur per vnã partem, quàm per aliam, & per radices magis exercẽtur actus nutritionis, quàm per alias partes. Et siquis iterum dicat, quòd nõ conuenit animæ cœli: quia in
2. cæl. t. 1. & 12. Met. 39. cœlo non sunt diuersa organa, cum cœlum sit vniforme in omnibus suis partibus. Respondetur (vt alias visum est) quod secũdum veritatem ibi non sunt animæ. Posset dici, quod non fuit mens Aristo. cœlos esse animatos, & quando vocat animam cęli, debet intelligi quãtum ad cõditionem: quia anima est motrix, & non quia sit forma, sed
F est intelligentia propria motiua illius orbis. Et siquis iterum quærat de anima rationali, quæ post separationem non est actꝰ corporis. Respondetur quòd licet actu non sit actus: tamen bene aptitudine, quia inclinat adhuc ad informandum suum corpus. Et siquis iterum dicat, videtur quòd in illa diffinitione illa particula, physici, frustra ponatur, cum omne corpus sit naturale. Respondetur ꝙ licet omne corpus sit naturale, dato tamen quòd cum hoc sit artificiale, ibi ponitur illa particula ad denotandum, quòd anima non conuenit ei vt artificiale, sed vt naturale. Aduerte vlterius, ꝙ secunda diffinitio animæ propriè conuenit soli animæ rationali: cum detur per quatuor gradus viuendi, qui in solo homine inueniuntur, & hoc si ly &, capiatur copulatiuè: videtur etiã, ꝙ ly viuere in illa diffinitione, non debet capi generaliter pro omni operatione vitali, quia tũc videretur, quòd aliæ particulæ frustra ponerentur: nisi diceretur, ꝙ ponuntur pro maiori explicatione, debet ergo capi pro aliqua operatione vitali: specialiter distincta contra alias, sicut operatio animæ vegetatiuę debet etiam in illa diffinitione numerus pluralis accipi pro numero singulari: ita quod sit sensus, anima est principium quo viuimus. i. quo aliquid viuit.

G

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidit vna difficultas: Vtrum intelligere sit operatio materialis, vel immaterialis. Respondetur breuiter, ꝙ ipsa est immaterialis. Et si arguatur: quia si hoc esset verum maxime esset ideo, quod intellectus ad eam eliciendam non indigeret organo corporeo, sed hoc non: quia eadem ratione dicere tur, quod operationes ignis essent immateriales: quia ignis nõ requirit determinatam partem ad exercendum suas operationes. Vnde forma, quæ est vniformis in toto, & in qualibet eius parte non dr operari per organum. Respondet breuiter, quod non dr ideo immaterialis: sed quia eius immediatũ receptiuũ dr esse immateriale, puta ipse intellectus, vel ipsa anima. Et si quis dicat, anima non est receptiuum ipsius intellectionis, sed homo: cum homo dicat intelligere: ꝙ nõ esset nisi intellectus reciperetur in homine. Respondet Sco. ad hoc, & etiam ad omnia, quæ in isto notabili ponuntur, ꝙ operatio immanẽs potest

An intellígere sit operatio materialis, vel immateriális.

H

Sc. q. 14. q. quæst.

con-

A conuenire alicui dupliciter. Vnomodo tanq̃ proximo suscepti uo: & sic intelligere dr conuenire animæ. Aliomodo tanquam suscepti uo remoto & sic bene dicitur conuenire homini. Et si quis quæraꝛ, nonne operationes sensitiuæ dicuntur etiam immateriales: quia videtur quod recipiantur in anima, quæ est immaterialis. Respondetur quod quælibet operatio sensitiua est primo compositi ex materia, sicut proprij receptiui: ipsa enim anima non est immediatum receptiuum ipsius visionis: sed ipsa potentia visiua; quæ est quoddã compositum ex anima, & quadam determinata parte corporis. Et siquis petat: nonne anima est ratio proxima recipiẽdi illam visionem. Respondetur ꝙ
B anima sit principium productiuum illius operationis: non est tñ ratio proxima: neq; includit aliquid quod sit ratio proxima recipiendi visionem, sed forma totius organi, eo modo quo humanitas dr forma totius hominis, est proxima ratio recipiendi visionem. Et ex isto sequitur: quare anima post separationem non potest sentire quia non habet receptiuum sensationis, neque rationem recipiendi. Et siquis quæraꝛ: quare alia melius requirit diuersas partes, vel diuersa organa ad producendum suas operationes, quàm aliæ formæ. Respondetur ꝙ ratio est; quia ipsa est quodammodo illimitata in agendo: cum sit principium malarum operationum dissimilium & difformiũ, quæ non possunt elici nisi mediantibus partibus dissimilibus: sed hoc non inuenitur in alijs formis.

C

QVARTO sciendum, quòd circa textũ incidunt adhuc aliquæ paruæ difficultates. Prima an anima sensitiua sit extensa ad extensionem corporis; & similiter vegetatiua. Ad quam respondetur breuiter ponendo talẽ propositionem: anima sensitiua est extensa ad extensionẽ corporis: ita ꝙ est sola in toto: sed non tota in qualibet parte, sed pars in parte: quia omnis alia sensitiua corrumpitur ad corruptionem subiecti extensi, vel ad corruptionem illius cuius est pars: diuiditur etiam anima sensitiua ad diuisionem subiecti extensi, vt patet de animalibus imulosis: quorum partes decisæ viuunt. Dñr tñ aliqui ꝙ est in extensa, quod probant: quia nulla operatio in vna parte subiecti remittit aliam operationem

An anima sensitiua, & vegetatiua extendatur ad extensionẽ corporis.

D

factam in alia parte subiecti: sed operatio animæ sensitiuæ facta in vna parte subiecti extensi remittit operationem factam in alia parte: vt si animal multum intensè aspiciat aliquam rem, non ita bene perciperet potentia auditiua sonum alterius. Sed ista ratio non concludit: quia talis operatio non remittit aliam operationem, sed potentia non tantum agit propter nimiam actionem alterius, vel propter aliquod aliud impediens. Secunda difficultas: Vtrum animæ sensitiuæ, siue vegetatiuæ sit idem esse cum esse totius. Et videtur quòd sic: quia aliter non corrumpetur vnum ad corruptionem alterius: immo videtur etiã propter hoc ꝙ esse animæ rationalis distinguatur ab esse totius: cum remaneat post cor-

Animæ sensitiuæ & vegetatiuæ esse eadem cum esse totius.

B ruptionem totius. Respondetur breuiter secundum mentem Scoti, q̃ quælibet anima habet suũ proprium esse distinctum realiter ab esse totius: & hoc loquendo de esse, per quod res recedit formaliter a suo non esse, quod nihil aliud est, quàm illud, per quod aliquid est extra intellectũ, & potentiam suæ causæ. Et ponitur talis regula: omnis res realiter distincta ab alia habet proprium esse distinctum ab esse alterius: nam sic & res habet suũ proprium esse. Nam esse rei nõ est alia res ab illo cuius est esse: ideo sicut est res distincta ab alia: ita habet suum proprium esse. Ex quo sequitur quòd anima separata a corpore habet illud, & idem esse; quod habebat quãdo informabat corp⁹. Et ex isto sequitur q̃ non est inconueniẽs

C vnam rẽ habere plura esse partialia componẽtia vnum totũ esse. Et quando dicitur de anima rationali q̃ esse eius manet. Dico q̃ verum est: quia esse eius est omnino incorruptibile per se, & per accidens: sed aliæ formæ non manent in suo esse corrupto toto: non quia esse earum non sit aliud ab esse totius compositi: sed quia corrumpuntur per accidens, & hoc quia corrũpens per suum principium actiuum contrarium illis attingit illas: vel quia attingit totum compositum a quo tales formæ sunt inseparabiles in essendo. Et hæc de primo articulo. Quantũ ad secundum.

Scot. q. 5. quæ. lib.

Regula.

Arist. 2. de anim.

DVBITATVR primo. Vtrum in qualibet parte corporis animati sit tota anima. Arguitur primo quòd non: quia sequeretur, quòd qualibet pars animalis esset animal: & q̃ ẽqlibet pars hominis esset homo: sed illa sunt inconuenientia. Prima pars patet: quia qualibet pars animalis est substantia animata sensibilis: ergo quælibet pars animalis est animal. Consequentia patet per locum a diffinitione ad diffinitum. Secunda pars patet; quia quælibet pars hominis est quid compositum ex corpore & anima rationali. Secũdo sic: si anima esset in qualibet parte corporis hoc maxime esset intellectiua: sed hoc non: quia ipsa est indiuisibilis: ergo non habet partes: & per consequens non est tota in toto, & in qualibet parte eius. Item si anima esset tota in toto sequeretur, quòd abscisso digito, separaretur anima: sed hoc est falsum: igit. Itẽ sequeretur q̃ idem distaret a seipso quod videtur falsum. Patet consequentia: quia anima intellectiua, in pede hominis distaret a seipsa in capite. Item sequeretur q̃ idem simul moueretur & quiesceret: nam posset anima moueri in capite: & quiescere in pede ad quietem pedis. Item sequeretur q̃ idem esset in diuersis locis: quia in infinitis partibus. Sequeretur etiam q̃ idem moueretur simul motibus contrarijs: quia stat pedem moueri sursum, & manũ deorsum: ergo. In oppositum arguitur & precipuè de anima rationali: quia ãa rationalis informat quamlibet partẽ corporis, vel ergo informat ſm se totã, & sic hẽ intẽtum, vel ſm aliam, & aliã partẽ, quod non est dicẽdum: quia ãa rationalis est omnino indiuisibilis: igitur non habet partes.

Pro solutione supponitur quòd sicut

G

Sit anima tota in toto.

H

A sicut iam visum est: dubium nõ est de anima sensitiua, neque vegetatiua: cum dictum sit q̃ illæ extenduntur ſm extensionem corporis, & sunt diuisibiles: & vna pars informat vnam partẽ, & alia aliam: sic q̃ non tota anima sensitiua, vel vegetatiua informat quamlibet: dubium ergo est de anima intellectiua.

Supponitur secundo: quòd totũ capitur dupliciter. Vnomodo syncategorematicè; & sic est signum distributiuum partium alicuius totius: vt tantum valet dicere: totus sortes, sicut quæritur pars sortis: quemadmodum solet dici, totus sortes est minor sorte. Aliomodo capitur categorematicè, & hoc dupliciter. Vnomodo negatiuè: vt idem est sicut per se actum, cui nulla pars deest pertinens ad suam naturã:

B quemadmodũ non diceretur totus homo, si haberet brachium abscisum: & istomodo dicimus, totus deus, tota anima: & sic capitur cum dr̃ q̃ anima est tota in toto. Aliomodo idem est q̃ habens partes: & sic quælibet pars cõtinui esset vnum totum: & sic non dicimus, quòd tota anima intellectiua sit in qualibet parte: & per hoc soluitur secundum argumentum. Supponitur tertio, quòd ista difficultas includit aliam difficultatem: puta, Vtrum quælibet pars animalis sit animal: & Vtrum quælibet pars hominis sit homo. Ad quam breuiter respondetur quòd non. Fit pro declaratione suppositur quòd in diffinitione animalis debet intelligi totalis: ita quòd sit sensus: aial est substantia sentiua totalis animata, sensitiua. Dico vlterius q̃

Totum quemplicatur.

C

Sibilus q̃ quomodo capiatur in diffinitione animalis.

babiliter, quòd debet poni sensitiua & non sensibilis, cum certe planta sit substãtia animata sensibilis: Volunt tamen aliqui sic dicendo, quòd sensibile in diffinitione animalis capitur actiuè, sed non videtur quòd tales termini importẽt actionem: quia cõmuniter exponuntur per passiuum: vt visibile, natum videri. Et voco subst antiam totalem: quæ cum sit vnum totum non est pars alterius totius, quòd sic per se vnum: & voco substantiã partialem, quæ est pars alicuius totius, quòd est per se vnum. Similiter dicitur quòd ad hoc, q̃ sit homo, non sufficit quòd sit compositum ex corpore & animased requiritur quòd sit compositum totale, exponendo tota le sicut prius: & hoc certe idem, quod dicũt aliqui quòd sit compositum ex corpore tanquã ex susceptibili adæquato, & totali: modo nulla pars hominis est sic composita: & per hoc soluũtur argumenta. Et si quis quærat: vnde est quòd ipsa anima intellectiua informat totum; cũ ipsa sit indiuisibilis. Respondetur quòd hoc ideo est: quia non determinat sibi aliquem situm: ideo potest toti corpori adhærere. Ad alias rationes. Ad primam dicitur quòd per abscisionem digiti nihil remouetur de anima: sed solum anima illa desinit esse in digito, & desinit informare illum digitum. Ad alias rationes quære solutiones, in 4 Physic. vbi tractabatur Vtrum idem corpus possit esse in diuersis locis.

D

DVBITATVR secũdo. Vtrũ in hoine sit ponenda forma corporeitatis realiter distincta

ab anima intellectiua. Respon
deſ quòd de hoc ſunt duo mo
di dicendi. Vnus dicit quòd in
homine præter animam intelle
ctiuam non eſt ponenda aliqua
alia forma ſubſtantialis, nec ſe
quens nec præcedens animam:
ſed aduenientе anima intellecti
ua, omnis forma ſubſtantialis
præcedens corrumpitur: quod
probat multipliciter. Primo ſic:
forma ſubſtãtialis eſt perfectior
forma accidentalis: ſed eadem
forma accidentali dat eſſe gene
raliſimum ſubalternum & ſpe
cificum: vt albedo dat eſſe qua
le, coloratum, & album: ergo et
iam eadem forma ſubſtantialis
dat eſſe ſubſtãtiale corporeum
& humanum: & per cõſequens
ſuperfluum eſt ponere plures
formas: ſubſtãtiales in eodem.
Secundo ſic: in vno compoſito
eſt tantum vna materia. ergo
tantum vna forma: nam vnius
materiæ nõ poſſunt eſſe plures
formæ: aliter ſimul eſſent duo
compoſita. Item forma homi
nis eſt perfectior quàm forma
ignis: ſed in igne forma dat eſſe
ſpecificũ genericum. igitur. Itẽ
vnius entis eſt tantum vnum
eſſe ſubſtãtiale, quod eſt ab vni
ca forma: ergo vnius entis eſt
tantum vna forma. Aliter dicit
Scot. quòd in quolibet animato
ponenda eſt forma corpreitatis
realiter diſtincta a forma ſpeci
fica: & pro iſta opinione poſſũt
adduci aliquæ rõnes. Prima cor
pus hominis poſt mortẽ eſt ve
rũ corpus, & non niſi per for
mã corporeitatis: igiur. Itẽ hõ
eſt compoſitus ex anima ratio
nali & corpore: aut ergo corpus
ex quo cõponitur eſt materia tã
tum, aut materia cũ accẽte, aut
materia cum forma ſubſtãtiali:
non materia tm̃: quia poſſemus
ficticere de quolibet eſſto, quòd
eſſet cõpoſitũ ex corpore, & for
ma ſubſtantiali: quod tñ nullus
dicit, nec põt eſſe materia cum
accẽte tm̃: quia idem eſt corpus
numero hominis ante mortẽ, &
poſt mortẽ: licet poſt mortẽ non
eſt materia tm̃, nec cum accẽte:
ergo nec ante mortem. Tertio
ſicqñ aliquod animal moritur,
tunc corpus non eſt ſine forma
corporeitatis: aut ergo, illa præ
erat in animali dum viueret: &
ſic habetur intentũ: aut nouiter
introducitur, quod rationabili
ter non põt dici: quia nullus eſſe
ctus vnus ſecundũ ſpeciem pro
ducitur indifferẽter a quolibet.
Etiam non vr a quo illa accidẽ
tia producerentur. Item ſi non
eſſet talis forma corporeitatis, ſe
queretur, quòd in canone eſſet
falſitas vbi dicitur: Hoc eſt cor
pus meũ; nam ly corpus ſuppo
nit, vel pro materia tm̃, quod eſt
falſum, quia nõ eſt corpus; neq;
pro cõpoſito ex materia & for
ma de nouo producta; quia tũc
non eſſet corpus ſuum, quod nõ
eſt dicendum. Ideo reſpondet
Sco. quòd neceſſe eſt ponere for
mam corporeitatis in nato real
iter diſtinctam a forma ſpecifica.
Sed quæreret aliquis; quid
intelligis per iſtam formam cor
poreitatis. Videtur dicere Scot.
qđ de forma corporeitatis tres
ſunt modi dicẽdi. Primus, quòd
totius corporis, & omnium par
tium heterogenearum eſt tan
tum vna forma ſubſtãtialis cor
porẽtatis. Secundus modus; eſt
qꝫ forma corporeitatis eſt vna
totalis forma diſtincta realiter
a formis ſubſtantialibus partiũ
prin-

An in homine ponenda ſit forma corporeitatis.

Sco.li.4. d.11.q.3. ar.2.

Sco.li.3. diſt. 4.q. vna.

principalium. Alius eſt modus
dicendi, qꝫ oĩum partium hete
rogenearum ſunt aliæ, & aliæ
formæ diſtinctæ: cum videamus
iſtas res habere alias, & alias
qualitates, & præter iſtas for
mas partiales non eſt ponenda
forma totiꝰ corporeitatis diſtin
cta ab alijs, ita qꝫ ſi quis quærat
quid eſt forma corporeitatis, dr
qꝫ non eſt aliqua vna, ſed eſt ag
gregatum ex omnibus illis for
mis partialibus omnium partiũ
principaliũ: ita qꝫ forma corpo
reitatis non importat aliquid v
num, ſed aggregatum ex omni
bus illis formis partialibus, con
notando diuerſam extenſionem
in illis partibus heterogeneis, &
iſte modus videtur eſſe verior,
& magis iſtũ vr tenere Sco. li. 3.
d. 4. q. vnic. Reſtat ergo ſoluere
rõnes alterius opinionis. Ad
primam dr qꝫ non ponitur for
ma corporeitatis vt ab ipſa ſu
mãtur aliqua alia prædicata. Et
ſi quis petat, cur; ergo ponitur.
Reſpondetur quòd cauſa neceſ
ſitatis; quia neceſſe eſt ponere
formam, per quam corpus eſt
corpus, cũ maneat corpus, ani
ma ſeparata; immo in quolibet
animato neceſſe eſt ponere for
mã qua corpus eſt corpus, aliã
ab illa, qua eſt animatũ, & hoc
loquendo de corpore pro alte
ra parte cõpoſiti: nam loquẽdo
de corpore vt eſt ſuperius ad a
nimal, ab eadem forma, puta ab
anima habet hõ, qꝫ ſit homo,
quòd ſit animal, qꝫ ſit corpus &
quod ſubſtantia. Ad ſecũdam
dicitur, quod vnius materiæ poſ
ſunt bene eſſe plures formæ ſub
ordinatæ. Dico etiam quod ani
ma rationalis non informat ma
teriam nudam, ſed immediatũ
receptuum eius eſt vnum com
poſitum ex materia, & forma
corporeitatis. Ad tertiam di
cit (ſicut alias viſum eſt) quod
in animatis non eſt ponenda
forma corporeitatis diſtincta a
forma ſpecifica, ſed tantum eſt
ibi ponenda vna forma ſubſtan
tialis; cum non videatur ibi ali
qua neceſſitas ponendi plures
formas ſubſtantiales. Ad aliam
reſpondetur, quod vnius rei
eſt vnum eſſe, ſed ſicut ens diui
ditur in ſimplex, & compoſitũ:
ita eſſe, & ſic vnum eſſe & vnũ
compoſitum includit multa eſſe
partialia: cum hoc tamen con
ceditur, quod eſſe illud totale
eſt complatiuè ab vna forma,
quæ dat toti illud, quod eſt, ſed
ex iſto non ſequitur quòd in to
to includat præciſè vna forma,
vel quin in toto includãtur plu
res formæ non tanquam ſpeci
ficæ conſtituentes illud totum;
ſed tanquam incluſæ in poten
tiali illius compoſiti, ſic quòd
totum compoſitum diuiditur
in duas partes, ſcilicet In actum
proprium, puta vltimam formã,
quæ eſt illud quod eſt: & pro
priam potentiam illius actus, q
includit materiam primam cũ
omnibus formis præcedenti
bus.

An anima ſenſitiua cum homine realiter diſtinguatur ab intellectiua.

DVBITATVR tertio, V
trum in homine propter diuer
ſas operationes vitales ſit ponẽ
da anima ſenſitiua realiter di
ſtincta ab anima intellectiua.
Arguitur primo qꝫ ſic; quia im
poſſibile, eſt in eodem inſtanti
contraria eſſe in eodẽ, ſed ſi ita
intellectiua, & ſenſitiua non di
ſtinguerentur realiter: contraria
eſſent in eodem: igitur. Minor
patet: quia ſimul & ſemel in eo

dem homine est actus appetendi aliquid & actus renuendi illud: igitur. Secundo sic: eadē forma substantialis non potest simul habere duos actus appetendi respectu eiusdem subiectiū sed frequenter in homine sunt duo actus appetendi simul, puta id quod homo appetit appetitu sensitiuo appetit etiam appetitu intellectiuo: ergo illius actus non sunt in eadem anima.

Tertio sic: eadem forma numero nō elicit simul & semel actū appetendi aliquid naturaliter, & actum appetendi illud libere: sed in homine voluntas libere, vult, & illud appetitus sensitiuus appetit naturaliter; ergo nō est in eadem forma. Quarto sic: sensationes sunt subiectiuè in anima mediatè, vel immediatè; sed non in anima intellectiua; igitur in anima sensitiua, & per consequens in eodem anima sensitiua & intellectiua distinguuntur. Pro solutione huius dubij est aduertēdum, quòd de hoc dubio duo sunt modi dicendi. Vnus est modus dicendi aliquorum, qui in homine ponunt duas animas realiter distinctas, puta sensitiuam, & intellectiuam: & isti faciunt rationes prædictas. Alius est modus dicendi verus, quòd in nullo animato sunt ponendæ plures animæ; sed tantum vna anima; licet bene vt visum est, in quolibet animato sint ponendæ plures formæ substantiales, & istius opinionis est Scotus, Gregorius, & Petrus de Aliaco: & ferè omnes præter Ocham, qui est primæ opinionis. Vnde habet Scotus istam regulam quòd quandocunque: sunt duæ formæ sic se habentes, quòd vna virtualiter continet aliam: illæ in eodem sunt simpliciter incōpossibiles: ideo dicit Scot. quòd elementa manent in mixto virtualiter, sicut sensitiua, & vegetatiua manent in intellectiua: ergo videtur habere, quòd intellectiua virtualiter continet sensitiuam, & vegetatiuam: ergo sunt incompossibiles in eodem, per regulam primam.

Et aduerte quòd vnam formam virtualiter continere aliam non est aliud, quàm illam formam principiare omnes effectus, & operationes; quas potest alia forma principiare. Et qui tenent istam opinionem, quæ est veræ arguunt contra primam opinionem, & primo sic; si in homine esset anima sensitiua, sequeretur, quòd anima rationalis informaret aliquod brutum, cum informaret compositum ex materia, & anima sensitiua. Secundo sic: sequeretur, quòd Christus assumpsisset vnum brutum: quod est falsum: sequeretur etiam quòd homo esset compositus ex anima rationali, & aliquo animali: sed hoc est falsum: igitur. Relinquenda est ergo prima opinio; cuius rationes contra nos nihil faciunt, nā dicamus sensationes & actus appetitum sensitiuorum non recipi in anima: sed in quibusdam potentijs sensitiuis realiter distinctis ab anima. Et hæc de secundo art. Quantū ad tertiū sic.

Arti. 3.

CONCLVSIO responsalis: Diffinitiones animæ sunt a Philosopho sufficienter assignatæ: quæ conclusio relinquitur satis probata in primo art. Ad rationes satis etiā solutio patet.

Poten-

POTENTIARVM autem animæ, quę dictæ sunt; aliis quidē insunt omnes: aliis vero quædam harum &c.

T. cō. 17. & inde.

Potentiæ aliæ quæ, & quot.

ISTE est secundus tractatus huius libri, in quo Philosophus determinat de potentijs animæ. Et diuiditur in duo capitula. Primum diuiditur in duas partes. In prima ponit duas cōclusiones: quarum prima est. Potentiæ animæ sunt quinque in generali, scilicet vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, secundum locum motiuum, & intellectiuum. Et subdit, quòd istarum potentiarum quædam insunt aliquibus, quibus non insunt alię: & quædam omnibus. Secūda conclusio: omnibus animalibus inest appetitiuū, quod probat duabus rationibus. Prima:

B omne habens sensum habet appetitum: sed omne animal habet sensum: ergo omne animal habet appetitum. Minorem probat: quia omnia animalia habēt sensum tactus. Secūda ratio, omne animal habet sensum alimēti: sed oē habens sensum alimēti, habet appetitum: quia omne habens sensum alimenti, habet esuriem, & famem: ergo omne tale habet appeticum. Assumptum probat: quia fames est appetitus calidi, & ficci: sitis vero est appetitus frigidi, & humidi.

Comparatio animæ ad figurā

In secunda parte comparat animam ad figuram: & primo, tangit quatuor conuenientias inter ista. Prima, sicut figura non est aliquid præter figuras particulares, sic anima non est aliquid præter animas particulares. Secunda, sicut est vna communis ratio figuræ, quæ cōuenit omnibus figuris, & nulli

C est propria: sic etiam est vna cōmunis diffinitio animæ, quæ conuenit omnibus animabus, & nulli est propria. Tertia, sicut ridiculum est quærere vnā communem rationem figuræ, & non assignare propriam cuiuslibet: sic ridiculum est ponere tantum diffinitionem cōmunem animæ, & non ponere propriam cuiuslibet. Quarta, sicut in figuris posterior cōtinet priorem sic in animabus: vt vegetatiuum in sensitiuo. Dein de infert duo corollaria. Primū quærendum est, quid sit anima vniuscuiusque viuentis. Secundum, sensitiuum non est sine vegetatiuo: licet bene sensitiuum sine intellectiuo.

T. cō. 11. paulo post prin. & inde.

SI autem oportet dicere quid vnumquodq; ipsorum: vt quid intellectiuum, aut sensitiuum, &c.

D

Anima vegetatiua quid, qui eius actus, & quod obiectum.

ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus determinat de anima vegetatiua, & actibus eius, & eius obiecto. Et intendit primo quatuor conclusiones. Prima, oportet primo dicere de actibus animę, quàm de ipsā anima. Patet: quia prius est dicendum de his, quæ sunt priora secundum cognitionem nostram; sed actus, & operationes sunt priores potentijs, igitur. Secunda conclusio, prius dicendum est de obiectis potentiarum, quàm de actibus earum: quia obiecta sunt priora actibus. Ex quo infert, quòd prius determinandum est de alimento, quod est obiectum potentiæ vegetatiuæ, & degenerare sibi simile, quod est

actus

A actus eius, quàm de ipsa anima vegetatiua. Tertia conclusio: prius determinandum est de anima vegetatiua, quàm de aliis: quia talis inest omnibus viuentibus, quod probat: quia omnibus viuentibus inest viuere, & non nisi per animam vegetatiuam: igitur. Quarta conclusio. naturalissimum operum in viuentibus est generare sibi simile: quod probat dupliciter. Primo, inductione: vt animal generat animal, & planta plantam: igitur. Secundo, probat ratione: quia omnia viuentia illud appetunt, per quod participãt esse diuinum: sed hoc sit generando sibi simile: & quia non possunt semper in seipsis communicare in esse diuino, eo, ꝙ non contingit aliquod corruptibilium vnum, & idem numero perpetuo manere: ideo vnumquodque eorum communicat suum esse, secundum quod potest: & non potest in vnum numero: ergo in vnum secundum speciem. Deinde ponit talem conclusionẽ: aia est causa, siue principiũ viuẽtis corporis secũdum triplex genus causæ, scilicet formalis, efficientis, & finalis. Quod sit causa formalis probat: quia per ipsam corpus actu dicitur esse animatum, & per ipsam corpus viuit: ergo per ipsam habet esse: quia viuere in viuentibus est esse. Et quòd sit causa finalis probat: quia illud est causa finalis corporis, gratia cuius sunt organa corporea in viuentibus: sed gratia animæ sunt organa corporea in ipsis animatis: igitur. Quod sit causa efficiens probat: quia est principium mouendi motu locali: motu augmentationis: motu diminutionis: & est cã sensationis, & intellectionis. Deinde narrat opinionem Empedoclis: dicebat enim Empedocles, plantas deorsum augeri propter motũ terræ: & sursum propter motũ ignis. Istam reprobat tribus rationibus. Prima est: Empedocles male sumit in plantis sursum, & deorsum: dicens, radices esse deorsum, & ramos sursum: cum radices in plantis se habeant, vt os in animalibus. Secunda ratio, si solum secundum virtutes elementorum moueretur alimẽtum, tunc nisi esset aliquod detinens alimẽtum graue moueretur ad suum locũ naturalem: & leue ad locum oppositũ: quod est falsum: igitur. Tertia ratio: quia ignis non est principaliter causa augmentationis, & nutritionis: vt aliquibus videbatur, quòd ignis nutriebatur, & augmentabatur opposito combustibili. Quod reprobat: quia ignis non determinat se ad certam magnitudinẽ, nisi prohibeatur: nam si apponantur combustibilia in infinitum, augebitur in infinitum: & tamen omnia viuentia sunt naturaliter determinata ad certã magnitudinem. Ex quo habetur hæc auctoritas. Omnium natura constantium certus est terminus augmentationis, & diminutionis. Deinde determinat de obiecto potentiæ vegetatiuæ: & intendit talem conclusionem: Determinandum est prius de alimento, quàm de ipsa potentia: quia potentia vegetatiua distinguitur ab aliis per suam operationem, quæ est circa alimentum. Vnde tres sunt con-

Vid. 2. de cœlo, & mundo.

Auctoritas.

A conditiones alimenti. Prima, alimentum videtur esse contrarium alito. Secunda, non omne contrarium est alimẽtum: quia oportet alimẽtum per transmutationem conuerti in alitum. Tertia, alimentum est aliud ab eo, quod alitur: quod manifestũ est in corporibus simplicibus.

Deinde mouet vnam dubitationem: Vtrum alimentum sit contrarium alito, vel simile sibi? Et videtur, quòd sit simile: quia ex eodem aliquid augetur & nutritur: ergo aliquid augetur per simile: sed quòd sit contrarium, probat: quia oportet alimentum alterari, antequàm conuertatur in substantiam alitis: sed omnis alteratio fit inter contraria: quia nihil patitur, nisi a suo contrario: igitur. Soluit istam dubitationem: dicens; quòd alimentum in principio est contrarium alito, & in fine est sibi simile: quia alitum transmutat nutrimentum digerendo, & decoquẽdo ipsum donec conuertatur in suam naturam. Deinde determinat de operationibus potentiæ vegetatiuæ: & primo de nutrire: dicens, quòd nutritio sit per hoc, quòd alitum conuertit alimentum in eius substantiã. Deinde ponit differentiam inter augmentationem, & nutritionem: dicens, quòd alimentum, secundum quod est hoc, aliquid nutrit: & secundum quòd est quantum, augmentat. Deinde dicit, ꝙ generatio fit ex eodem alimẽto, siue simili: ex quo fit nutritio, siue augmentatio. Deinde describit nutritionem: dicens, ꝙ nutritio est conuersio nutrimenti, secundum ꝙ ipsum est in potentia corpus animatum in ipsum corpus animatũ per potẽtiam vegetatiuam propter salutem corporis viuẽtis. Ex quo habetur diffinitio potentiæ vegetatiuæ. Potẽtia vegetatiua est potentia nata conuertere alimẽtum existens in potentia animatum in ipsum corpus animatũ propter salutem ipsius animati. Ex quo infert, ꝙ ad nutritionẽ tria requiruntur, s. agens, quod est anima vegetatiua: illud, qđ alitur, puta corpus animatum: & illud quo aliquid alit, idẽ alimentum. Et subdit finaliter, ꝙ vegetatiua debet diffiniri p generare: quia generare est finis potentię vegetatiuæ: sed iustum est vnumquodq; a fine appellari. Ex quo sequitur, ꝙ duplex est principiũ generationis, siue nutritionis. Vnũ est mouens non motũ: & illud ẽ aia vegetatiua. Aliud est mouẽs secũdario motũ: cuiusmodi ẽ calor, siue spũs.

Vtrum potentiæ animæ distinguantur per actus, & actus obiecta.

QVAERITVR Vtrum potentiæ animæ distinguantur per actus, & actus p obiecta. Et arguit primo, ꝙ nõ: quia dato, ꝙ a duabus potẽtiis nunq; producerentur actus: vt puta a potentia visiua, & auditiua, adhuc illæ potentiæ distinguerẽtur, & nõ per actus: igitur. Secundo sic: Sequeretur, ꝙ diuersarũ potentiarũ essent diuersi actus: sed hoc est falsum: iam dicit Arist. 3. Phy. ꝙ actiui, & passiui est vnus actus etiã mobilis, & moti. Tertio sic: Ab eadẽ potẽtia sunt contrarij actus: ergo ex diuersitate

T. cõ. 29

A tate actuũ nõ debet poni distinctio potentiarum. Quarto sic, Potentiæ sunt priores tempore actibus: ergo non distinguuntur per actus: quia distinctiua dicuntur esse priora ipsis distinctis. Quinto sic, Potentiæ distinguuntur per suas proprias differentias, vel modos intrinsecos: sed actus nõ sunt huiusmodi igitur. In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erũt tres arti. Quæsũ ad primũ.

Art. 1. PRIMO sciendum, quòd potentia potest capi dupliciter.

Potentia duplicitur. Vnomodo pro denominato fundamento: & sic est quid absolutum, quod est principiũ alicuius actionis, vel operationis: & sic nõ refertur ad actum: cum sit quid absolutum: & sic capitur in textu potentia, puta

C pro eo, quod denominatur potentia. Aliomodo capitur formaliter, seu pro per se significato: & sic dicit ordinem ad actũ: immo non est, nisi ille ordo alicuius producentis aliquem actũ ad actum talem, quem producit: & sic capit Philosophus potentiam 9. meta. capitulo. 7. vbi probat, quòd actus est prior potentia diffinitione: quia potentia diffinitur per actum: cum actus terminet relationem, quæ est potentia sub ratione absoluti, & non sub ratione correlatiui: quia tunc etiam potentia diffiniret actum. Ex quo sequitur, quòd actus nõ referatur ad potentiam: sed est mere absolutum. Et istud videtur habere Sco. li. 1. dist. 30. q. 1. in princip. proprio respon. Et aduerte, q licet actus multis modis capiatur: tamen in proposito accipitur actus pro operatione alicuius potentiæ: sicut videre, audire, intelligere. Supponitur vlterius, quòd, vt vult habere Scotus, quòd potentias distingui per actus, & actus per obiecta dupliciter potest intelligi. Vno modo tanquàm per forma lia distinctiua earum: & sic non est intelligendum: quia actus non sunt formalia distinctiua potentiarum, neque obiecta actuũ: nam formalia distinctiua aliquorum sunt suæ differentiæ, modi intrinseci, vel ipsemet differentię, quæ omnia sunt realiter eadem illis, quæ per ipsa distinguuntur. Aliomodo potest intelligi, quòd potentiæ distinguantur per actus, & actus per obiecta tãquàm per aliqua extrinseca, quæ sunt manifestiora ipsis: & sic intelligendum est cum dicit Arist. quòd potentiæ distinguuntur per actus, & H actus per obiecta: distinctio enim obiectorũ manifestior est nobis, quàm distinctio actuum: & distinctio actuum, quàm distinctio potentiarum: ideo satis patet, quòd distinctio istorum, scilicet potentiarum per actus, & actuum per obiecta non est distinctio per formalia distinctiua: sed per quædam extrinseca notiora ipsis.

Sco. q. 13. quæst. & li. 2. dist. 24. in solut. 2. arg. princ.

SECVNDO sciendum, q vt habet Sco. li. 4. di. 10. q. 7. ficut homo componitur ex corpore, & anima: ita habet aliquas potentias mere spirituales, quæ conueniunt animę. primo tamẽ toti per se per animã: vt sunt per intellectus, & voluntates: quæ dicuntur potentiæ non organicę: quia ad exercendum operationes suas non requirũt aliquam determinatam partem corporis; & istę sunt eadem realiter cum anima, licet bene formaliter distinguantur. Alię sunt potentiæ corporeæ, seu organicæ, quæ non sunt animæ per se: sed totius ex anima, & corpore: & de illis dicitur, quòd realiter distinguuntur ab anima: nam anima potest esse realiter sine illis potentijs, sicut potest esse realiter sine homine. Vnde anima post separationẽ eius a corpore nullam habet potentiam organica, neq; potest exercere actum alicuius potentiæ organicæ. Et siquis dicat, anima post separationem habet potentiam motiuam, quæ est organica: igitur. Respondetur secundum mẽtem Scoti ibidem. q. 7. quòd duplex est potentia motiua, quædam est organica, quædam non organica. Et si quis dicat ergo ipsius animæ in homine duplex erit potentia motiua, scilicet organica, & non organica, quod est falsum: quia frustra poneretur non organica, cum corpus non possit moueri non organice. Respondetur, quòd nulli naturæ debet negari, quòd esse in ea perfectio, nisi manifeste apparẽat, quòd talis sibi repugnet: quia secundum Philosophum. 2. de generatione in fine: dignificanda est natura semper secundum melius quantum possibile est: & cum non videatur, quòd animæ repugnet talis potentia motiua non organica: ideo non est neganda ab ipsa anima. Et siquis quærat vtrum tales potentiæ motiuę distinguantur. Dico, quòd sic, nam potentia motiua non organica, quæ mouet totũ corpus simul, & non ordinat partes, sicut fit in motu progressiuo animalis, est alterius rationis a virtute progressiua, qua ipsa habet virtutem mouendi totum corpus immediate nõ partem post partem: sed motiua organica primo mouet quasdam partes, & per illas alias: deinde totum corpus: & quãdo dicitur, quòd illa non organica frustra ponitur nunc in homine cum nullus actus eius exerceatur nunc in homine. Respondetur, quòd propter hoc non sequitur, quòd frustra ponatur nam ipsa est necessaria in perfectione naturæ humanæ: visus tamen eius erit perpetuo in beatitudine: quia beati non tantum poterunt mouere corpus suum progressiue mouendo partem post partem, & postea corpus: sed immediate poterunt mouere totum corpus: ideo licet actus potẽtię motiuę non organicę nunc non habeatur: tamen bene post separationem, & quando erit in corpore beato.

Potentia motiua duplex.

Dubium

E

D

TERTIO sciendum, quòd præter ea, quæ dicta sunt de potentijs: Supponitur, quòd adhuc duplices sunt potentiæ: quædam sunt omnino disparatæ, cuiusmodi sunt sensus exteriores: & istæ semper habent diuersa obiecta, sicut potentia auditiua, & visiua: nota quòd in istis bene sequitur sunt diuersæ potentiæ: ergo actus sunt diuersi, & obiecta sunt diuersa. Aliæ sunt potentiæ subordinatæ: & istę sunt duplices: quędam sunt eiusdem generis: ita quòd ambæ sunt cognitiuæ, sed inæquales: vt sunt intellectus, & potentiæ sensitiuæ: & istæ sic se habent adinuicem, quòd quicquid

Potentia duplices in homine.

Potentia adhuc duplices.

poteſt

E potest potentia inferior, potest potētia superior, & adhuc plus: & tales potentiæ habent obiecta distincta secundum magis, & minus commune. Aliæ sunt subordinatę æquales: sed non eiusdem generis: quia vna est cognitiua, alia vero appetitiua; cuiusmodi sunt intellectus, & voluntas. Et de istis ponuntur aliquæ propositiones. Prima, cuilibet potentiæ cognitiuæ correspondet potentia appetitiua: cuius sunt duo actus, scilicet prosequi, & fugere seu acceptare, & refugere. Secunda propositio, potentiæ cognitiuæ, & eius appetitiuæ est idem obiectum sub eadem ratione formali: vt idem est obiectum pœnitus, & sub eadem ratione formali ipsius intellectus, & voluntatis: & similiter potentiæ visiF uæ, & suæ appetitiuæ. Terria propositio, idem est organum potentiæ cognitiuæ, & suæ appetitiuæ, si tales sint organicæ: vt idem est organum potentiæ visiuæ cognitiuæ, & suæ appetitiuæ. Quarta propositio, potentia cognitiua, & sua appetitiua exeunt in actum secundum vnam, & eandem speciem: sic quòd non oportet vnam speciem, per quam potentia cognitiua exeat in actum, & aliam pro potentia appetitiua. Dico tamē, quòd hoc est ordine quodam; quia potentia appetitiua nunquam exit in actum, nisi sua cognitiua prius exierit: nihil enim est volitum, nisi prius fuerit cognitum: & similiter dicatur de alijs potētijs appetitiuis, quòd nunquam exeunt in actū, nisi suæ cognitiuæ prius exierint. Aduerte tamen, quòd non semper oportet, quòd potentia cognitiua exierit in actum eodem modo sicut potentia appetitiua exit: nam ex sola notitia apprehensiua voluntas efficaciter, & adhæsiue potest ali quid velle: immo solis extremis apprehensis voluntas potest componere, vbi intellectus nunquam composuit. Quinta propositio: actus potentiarum appetitiuarum non dicuntur proprie conceptus: quia non dicuntur proprie notitiæ: vt velle non dicitur cōceptus, neq; nolle: Et hoc est, quòd dicitur, quòd voluntas in suis actibus est cæca, ideſt sui actus non sunt similitudines rerum.

Propositiones.

Anim. 9. de Brit.

QVARTO sciendum, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima, Vtrum potentia nutritiua, generatiua, & augmentatiua sint potentiæ animę. Et videtur, quòd non: quia conueniunt alicui, quòd non est substātia animata neq; viuens, cuiusmodi est ignis. Vnde ignis generat ignem, ignis augmentatur, ignis nutritur per appositionem combustibilis: igitur. In oppositum est Philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur, quòd nutritio proprie dicta fit per alimentum aduenies ab extrinseco ipsi nutrito, & per conuersionem illius nutrimenti in substantiam nutriti secundum singulas eius partes notabiles: & oportet fieri hoc per virtutem existentem in ipso nutrito. Ex quo infert, quod ignis ex candela non nutritur, vel ex ligni: quia non est verum, quòd quælibet pars flammæ præexistentis rapiat sibi partes: imo talis flāma prius

G

H *Nutritiua, generatiua, & augmentatiua sint potentiæ animæ.*

euolat

A euolat; & exhalat, & alia noua generatur. Ex quo sequitur, quòd nutritio proprie dicta est opus animę: & conuenit solis animatis. Supponitur vlterius, quòd augmentatio vnomodo fit per rarefactionem ex calido abiq; aduentu, vel additione extrinseci, & hmòdi augmentatio nō est propria animatis: Imo conuenit inanimatis. Alia ē augmētatio p̄ appositionē: sicut in cumulo: quemadmodum dicimus vinum augeri: & sic etiam non est propria animatis. Alia est augmentatio, quæ fit per nutritionem quando in substantiam nutriti plus conuertitur de nutrimento, quām fit resolutum de corpore nutrito: & hæc augmentatio est propria ani- D matis. Supponitur vlterius, quòd dupliciter fit generatio sibi similis. Vnomodo ex materia aliena sicut ignis generat ignem ex ligni, & iste modus non est proprius animatis. Alio modo est generatio similis ex semine ab ipso generante decisō: & de isto verum est, quòd iste modus generationis non conuenit nisi animatis adhuc perfectis, quòd dico propter inuenes: & per hoc soluitur ratio facta ante oppositū. Et hæc de primo ar. Quantū ad secundū.

Art. 2.

An opus naturalissimum in viuentibus sit generare sibi simile.

DVBITATVR primo, Vtrum opus naturalissimum in viuentibus sit generare sibi simile. Et videtur, quòd non, quia nutrire conuenit animalibus magis separabiliter, quām generare: quia generare non conuenit omnibus animalibus: quia non conuenit nisi animalibus perfectis: ideo pueri non possunt generare. Secundo non conuenit animalibus orbatis, ideſt in membris deficientibus: nec animalibus malificiatis, frigidis: nec animalibus spontaneam generationem habentibus. Vnde illa dicuntur habere spōtaneam generationem, quæ generantur per putrefactionem. Item illud, per quod vita saluatur, est magis naturalissimum, quā illud per, quod vita debilitatur: sed per generationem natura debilitatur, & per nutritionem conseruatur: igitur.

In oppositum est Philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur: quòd generare sibi simile non dicitur naturalissimum seu nobilius simpliciter, sed secundum quid: puta inter opera poten- D tiarum vegetatiuarum; nam si intelligeretur simpliciter, illud esset falsum: nam notum est, quòd intelligere est opus nobilius quām fit generare sibi simile: cum in tali actu stet felicitas nostra. Ex quo sequitur conclusio, quòd generare sibi simile est opus naturalissimum: non quia fit perfectissimum simpliciter, sed secundum quid: dicit enim inter operationes animæ vegetatiuæ: vel quia natura vniuersalis magis intendit continuationem speciei, quam conseruationem huius, vel huius indiui: & per hoc faciliter solluntur rationes ante oppositum. Et si quis quęrat: quot sunt potētiæ animę vegetatiuę. Respondetur p̄ tres sunt, q̄ patent in textu. s. potētia generatiua, nutritiua, & augmētatiua. Et si quis quærat. Vtrum illę dicantur organicę, vel nō organicę, Respondet, quod

Potentia animæ vegetatiua quot.

quòd dicuntur organicæ: non quia non possint exercere suas operationes in qualibet parte: sed quia non possunt habere suas operationes nisi mediante corpore. Et si quis quærat vtrum ille tres potentiæ distinguantur. Respondetur, quòd sic.

Obiectio. Et si quis arguat illę potentię habent tatum vnum actum, seu vnam operationem: puta conuertere nutrimentum: nam operatio nutritiuæ est cõuersio nutrimenti inquantum est hoc aliquid in substantiam alius: etiam operatio augmentatiuæ est conuertere nutrimentum inquantũ est in potentia quantum in substantiam alius: etiam operatio generatiue est conuersio alimenti, quod est semen in corpus animatum nouũ simile illi, a quo semen est decisum: ideo videtur quòd ipsarum potentiarum est tantum vna operatio. Potest probabiliter responderi, quòd sicut ipsius intellectus, & potentiarum sensitivarũ sit idem actꝰ inadæquatus, puta cognoscere: sic illarum trium potentiarum potest esse vna operatio inadæquata: puta conuersio nutrimẽti tamen cum hoc stat, ꝙ quælibet habeat propriũ actum adęquatum. Et si quis iterum dicat:

Instãtia. ipsarum potentiarum est idem obiectum, puta nutrimentum: igitur. Respondetur, quòd hoc non est sub eadem ratione: nam nutrimentum inquantum est in potentia quatum, est obiectum potentiæ augmentatiuæ inquantum vero est in potẽtia, hoc aliquid, est obiectum potentiæ nutritiuæ: sed inquantum est in potentia animatum, dicitur esse obiectum generatiuæ. Et aduerte, quòd potentia nutritiua, est propter conseruationem indiuidui: augmentatiua propter perfectionem subiecti: generatiua ad continuationem speciei.

An aliquid possit nutriri. DVBITATVR secundo: Vtrum aliquid possit nutriri? Et videtur quòd non: quia maxime esset illud, quod recipit nutrimentum: sed hoc nõ: quia illud, quod recipit nutrimentũ, non est illud, quod prius fuerat igitur. In oppositum est Philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur, quòd quatuor sunt necessaria ad nutritionem scilicet virtus nutritiua dãs speciem seu formam nutrito. Secundum est calor digerens, qui est instrumẽtum illius virtutis. Tertium est receptaculum nutrimẽti. Quartum est porositas corporis, sine qua non susciperetur nutrimentum: & de hoc satis visum est in libris de Generatione. Supponitur viterius, quòd ipsi potẽtiæ nutritiuæ subseruiunt quatuor vires scilicet Attractiua, Retẽtiua, Digestiua, Expulsiua sine quibus non potest fieri nutritio viuentis. Vnde virtus attractiua attrahit elemẽtum ad singula membra, sicut magnes ferrum: & talis inuenitur in singulis membris, & inuatur a calido eleuante cibum: sicut ignis eleuat oleum in lampade. Sed virtus retentiua requiritur ad hoc, vt cibus in suo loco remaneat vsquequo alimentum debite alteretur, vt conuertatur in substantiam aliti. Sed digestiua requiritur ad digerendum, & decoquendum, seu alterandum cibum, vt assimiletur nutrito: & iuuatur a calido alterante talem cibum. Sed virtus expulsiua requiritur ad expellendum superfluum alimenti: & iuuatur a calore rarefaciente, & aperiente venas: & quasi ventositate, & frigiditate ingrossante materiam: & secundum hoc communiter assignãtur quatuor digestiones. Prima, quæ incipit in ore, & perficitur in stomacho: vbi separatur purum ab impuro. Secunda est quando illud subtile, & purum mutatur in colorem sanguinis: & ducitur ad extremitates venarum, in quibus fit. Tertia est quando mutatur in colorem album: & ab eo separatur quædam aquositas, quæ in vrinantibus recipitur in vesica. Quarta fit in membris propter assimilationem nutrimenti: vbi virtus membri mutat nutrimentum in substantiam suam: sed de hoc magis pertinet videre medicis. Sed restat vna parua difficultas: Vtrum animalia genita per putrefactionem sine spermate: & genita ꝑ priã generationem ex spermate sint eiusdem speciei. De hoc fuit opinio Commen. 8. Physic. quòd nulla animalia eadem secundum speciem generatur ex sperma-

Digestiõ quadruplex.

Genita ex materia putri, & ex semine, an sint eiusdem speciei.

Rest. in 1. d. 2. q. 7. respõd. ad vltimũ principi.

te, & ex spermate, & sine spermate: & inuatur a calore rarefaciente, & aperiente venas: & quasi ventositate, & frigiditate ingrossante materiam: & secundum hoc communiter assignãtur quatuor digestiones. Prima, quæ incipit in ore, & perficitur in stomacho: vbi separatur purum ab impuro. Secunda est quando illud subtile, & purum mutatur in colorem sanguinis: & ducitur ad extremitates venarum, in quibus fit. Tertia est quando mutatur in colorem album: & ab eo separatur quædam aquositas, quæ in vrinantibus recipitur in vesica. Quarta fit in membris propter assimilationem nutrimenti: vbi virtus membri mutat nutrimentum in substantiam suam: sed de hoc magis pertinet videre medicis. Sed restat vna parua difficultas: Vtrum animalia genita per putrefactionem sine spermate: & genita ꝑ priã generationem ex spermate sint eiusdem speciei. De hoc fuit opinio Commen. 8. Physic. quòd nulla animalia eadem secundum speciem generatur ex spermate, & sine spermate: quia vnius naturæ est tãtum vnus modus communicãdi se: ergo quæ habent diuersos modos communicandi sunt alterius, & alterius naturæ. Sed ista opinio nõ est vera: ideo aliter respondetur, quòd propagata, & genita per putrefactionem sunt eiusdẽ speciei cum illis, quæ sunt genita mediãte spermate: quia quod genitum est per putrefactionẽ sicut rana, potest ex semine suo propagare alias, quæ sunt eiusdem speciei. Dico vlterius, ꝙ non omnia animalia possunt vtroq; modo generari: quia nihil vniuoce generabile potest generari æquiuoce: nisi sit ita imperfectum, ꝙ causa æquiuoca sufficiat ad eius generationẽ sine causa vniuoca: ideo solum imperfecta, sicut plãtę, & quædã alia animata possunt generari vtroq; modo. Et ad rationem Cõmentatoris dicitur negando maiorem: nam modus diuersus producendi rem, non videtur ponere diuersitatem specificam in illa re, nec etiam diuersitas materiæ.

8. physic. comm. 46.

An idẽ corpꝰ possit simul duabꝰ animabus informari.

DVBITATVR tertio, Vtrũ idem corpus possit simul informari duabus animabus eiusdem rationis; puta duabus rationalibus, vel sensitiuis: vel vegetatiuis? Et videtur, ꝙ sic: quia hoc magis non repugnat, quàm ꝙ duo contraria sint simul in eodem subiecto adęquate: sed duo contraria possunt esse simul: vt patet in aqua repida. Pro solutione huius dubij supponitur, ꝙ dubium includit duas magnas difficultates. Prima est principaliter intenta de duabus animabus: de qua est magna controuersia: Vtrum Deus possit facere idem corpus simul informari duabus animabus. Et potest pro nunc probabiliter dici, quòd non: quia tunc duorum realiter distinctorum esset vna, & eadem materia. Et sic videtur, ꝙ essent duo realiter distincta, quorum vnũ nõ dependeret ex alio: nec; essent simul natura, quorũ Deꝰ non posset vnũ adnihilare, non adnihilando aliud, quod videtur impossibile. Secũda difficul

tas est de cõtrariis: Vtrum possint simul esse in eodem subiecto adæquate: & de ista sunt cõtrouersiæ inter Doctores. Vide
Scot. in 2. dist. 2. q. 3. tur enim esse mens Scot. & etiã in Reportatis, quòd qualitates contrariæ possunt esse simul in eodem, saltem in gradibus remissis, & etiam naturaliter. Pro cuius tamen declaratione supponitur, q̃ non est inirẽtio loqui de contrarietate propositionũ, vel terminorum, sed rerum, seu formarum: cuiusmodi est caliditas, & frigiditas: & secundũ hoc ponũtur aliquæ propositiones. Prima, gradus caliditatis secũ patiuntur gradus frigiditatis in eodẽ subiecto adæquato: vt patet in tepido, in quo quis iudicat ibi esse caliditatem, & frigiditatẽ. Secunda propositio: hęc est impossibilis, contraria adinuicem stant simul in eodem subiecto adæquate in esse permanenti, & naturaliter: quia si starẽt simul, non sunt contraria: cum contraria se expellant ab eodẽ subiecto: & sic essent contraria, & non contraria. Et dicitur no tanter naturaliter: quia miraculose cõtraria, vt etiã sunt cõtraria, possunt esse in eodem subiecto adęquate, & inesse ꝓmanẽti. Ex quo sequitur, q̃ cõtraria simpliciter non repugnant ad esse simul in eodẽ subiecto: Sequitur etiam, q̃ cõtraria formaliter nõ inferunt contradictoria: vt vĩ probare Arist. in 4 Meta. Tertia
T. cõ. 13. & 16. propositio, nõ omnis frigiditas est omni caliditati cõtraria: qa aliqua caliditas, & aliqua frigiditas stant simul: ideo talia non sunt contraria. Ex quo sequitur q̃ contrarietas rerum non attẽditur sufficienter penes ſpeciẽ; quia tũc omnis frigiditas omni caliditati contrarietur: quod est falsum. Alia propositio: contrarietas rerũ attenditur penes speciem tantorum, vel tantorũ graduum vtra q̃ illæ qualitates dicũtur contrarię, quibus secundum tantos gradus repugnant simul esse in eodem subiecto adæquate, & permanenter. Et si quis quærat: qui erunt illi gradus, in quibus erũt incõpossibiles, seu in quibus erunt contraria: dico q̃ sunt gradus extra summum: puta si signetur, q̃ caliditas in summo habeat duodecim gradus: dico, q̃ vltra illum numerũ non possunt esse frigiditas, & caliditas: puta duo gradus frigiditatis, non possunt manere cũ undecim caliditatis: nec vnus frigiditatis cum duodecim caliditatis: sed quatuor frigiditatis cum octo caliditatis. Vnde non videtur, q̃ aliquod corpus naturale possit habere plures gradus qualitatum primarum, quàm si vnam haberet in summo: ideo si caliditas esset in summo, certe non posset habere aliquem alium gradũ frigiditatis. Alia propositio, in qualitatibus proportionabiliter, sicut vna expellitur, alia intenditur: vt si aqua caleſiat, tunc proportionabiliter remittitur de frigiditate, sicut acquiritur de caliditate. Et si quis arguat contra ista: si frigiditas, & caliditas ponsint se cõpati in eodem subiecto secundũ aliquos gradus, sequitur, q̃ non essent contraria: sed hoc est falsum: igitur. Cõsequentia patet: quia contraria mutuo se expellunt. Secundo sic, sequitur q̃ idem simul esset calidum, & frigidum: cum quælibet forma det aliquam

aliquã denominationem subiecto, in quo est. Ad rõnes. Ad primam patet quid sit dicendũ.

Ad secundam negatur cõsequentia, & hoc loquendo copulatiue. Et ad probationẽ dicitur q̃ qualibet qualitas dat aliquã denominationem suo subiecto simpliciter, vel secũdũ quid: sed nulla dat denominationem suã subiecto simpliciter, nisi quæ transit medium suæ latitudinis totalis. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.
Art. 3.

Conclvsio respondẽtis. Potentiæ distinguuntur per actus, & actus per obiecta tanquam per aliqua extrinseca manifestiora ipsis: quæ cõclusio relinquitur probata ex dictis.

Ad rationes ante oppositum patet, quid sit dicendum in 1. arti.

B

T. cõ. 51. & inde. Determinatis autẽ his: dicamus communiter de omni sensu, & sentire &c.

De potentiis animæ sensitiuæ. Iste est tertius tract. huius libri, in quo Philos. determinat de potentiis animæ sensitiuæ. Et primo ponit talem conclusionem: Sensus fit per moueri, & patiquod probat dupliciter: qa cum fit sensatio, fit alteratio in sentiente: ergo est quędã passio. Antecedẽs patet: quia sensus recipit species sensibilium: & recipiẽdo videtur alterari: igitur. Secundo: quia si sensus non esset potentia passiua, sed actiua: tunc irrationabile esset, quare sensus non sentiret se: quod tamen non facit: igitur. Ex quo infert, quòd sensus non est potentia actiua, sed passiua. Et subdit, quòd contingit aliquid sentire duobus modis, scilicet in actu, & in potẽtia: sicut aliquid dicitur esse sciens dupliciter, scilicet in potentia, & in actu. Vnde homo dicitur sciens in potẽtia: quia non dum habet scientiam: sed eam potest habere: sed quando habet scientiã, sed non operatur secũdum eam: dicitur sciens secundum actum. Et differunt, quia ille, qui est in potẽtia sciens, primo modo fit in actu, per hoc, quòd est alteratus: sed secundo modo fit in actu, eo quòd transit de non agere ad agere: qui enim est in potentia sciens, isto secũdo modo potest operari cũ voluerit. Consequenter subdit, q̃ duplex est passio, Passio duplex. quædã est corruptiua, quę fit a cõtrario: alia est perfectiua, per quam acquiritur qualitas, quæ est perfectio ipsius potentiæ. Et infert, q̃ sensus patitur a sensibili passione perfectiua, quæ transit de potentia in actum, & non passione corruptiua: quia non est rectum dicere sapientem alterari, cũ sapiat. Consequenter D dicit, q̃ mutatio ile prima potentia ad primum actum fit a generante: vt cum sensitium generatum est, habet sensum: & cum habet actum sentiendi, tũc dicitur actu sciens. sicut sciens dicitur habere scientiam, quando habet habitum: sed dicitur actu sciens, quando actu operatur secundum habitum. Est tamen differentia: quia principia actiua sensationis sunt extrinseca, sicut visibile, & audibile: sed principium considerationis est intrinsecum. Finaliter ponit duas diuisiones. Prima, de numero sensibilium quoddam est Sensibile duplex. sensibile proprium, & quoddã commune. Secũda, sensibilium aliud per se, aliud per accidens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E Et subdit, quòd circa sensibile per se, & proprium non contingit errare: vt visus non errat circa colorem: nec auditus circa vocem: quia visus non decipitur in colore, quia color sit: nec auditus in voce, quæ vox sit. Deinde numerat sensibilia communia, quæ sunt quinque, scilicet motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. Et, quòd illa sint cõmunia, probat: quia nõ sunt propria alicui sensui: sed communia omnibus, aut pluribus: aliquis enim motus est sensibiliter tactu, & visu. Deinde ostendit quid sit sensibile per accidens: dicẽs, q̃ est sensibile secundũ accidẽs: vt si albus sit Diarij filius, filius erit sensibile secundũ accidens: quia album accidit Diarij filio.

T. cõ. 61. & inde.

F Cvivs quidem est visus, hoc est visibile: visibile autem est color quidem, & quod vere, &c.

Potentia visiua q̃, & eius ob iectum.

Istvd est secundum capitulum, in quo Philosophus determinat de potentia visiua, & eius obiecto. Et diuiditur in quatuor partes. In prima, ponit aliquas conclusiones. Prima, Color est per se visibilis: quia color habet intra se causam, propter quam est per se visibilis: igitur est per se visibilis.

Secunda conclusio: Color non est visibilis sine lumine. Quod probat: quia color est motiuus diaphani secundum actũ: sed diaphanũ non est actu diaphanum sine lumine: igitur color non est visibilis sine lumine. In secunda parte determinat de diaphano: & intẽdit tres conclusiones. Prima, Diaphanum est visibile: quia est receptiuum luminis: igitur est visibile. Secunda conclusio: Diaphanum non est primo, & per se visibile: quia illud non est visibile per se, quod non est visibile, nisi per aliquod extraneum: sed diaphanum nõ est visibile, nisi per colorem, vel lumen in eo receptum; igitur. Tertia conclusio: Diaphanum ex se non debet habere aliquod lumen actu, sed solum in potentia. Quod probat: quia susceptiuum colorum debet esse sine colore: quia diaphanum est susceptiuum luminis: ergo debet esse actu sine lumine. In tertia parte determinat de lumine, ponens diffinitionem luminis: dicens, quòd lumen est actus diaphani, secundum quòd diaphanum. Quod probat: quia illud, in quo susc ipitur lumen, est diaphanum in potentia: & sic diaphanum in actu per lumen: igitur. Deinde tangit reprobationem duorum errorum circa naturam, & motum luminis. Primus fuit aliquorum dicentium, quòd lumen est corpus defluens a corpore lucido per minutas partes. Contra hoc arguit: quia si sic, sequeretur, quòd duo corpora essent in eodem loco, quod est impossibile. Secundus fuit Empedoclis, dicentis, quòd lumen successiue multiplicatur per mediũ: sed hoc est imperceptibile. Istud reprobat: quia dato, quòd talis multiplicatio luminis in paruo spacio esset imperceptibilis, non tamẽ in magno. In quarta parte determinat de visibilibus innominatis: dicẽs, quòd sunt quædam lucida innominata, quæ non videntur in lumine, sed in tenebris

A bris: vt putredines quercuum, oculi catorum, & luporum, & vnus vermis lucens de nocte. Et subdit duo corollaria. Primum, color non videtur sine lumine: quia propria natura coloris, est, quòd non moueat, nisi mouendo diaphanum in actu: sed non est diaphanum in actu sine lumine: igitur. Secundum corollarium: si ponatur corpus coloratum super visum, non videbitur: & hoc est propter hoc: quòd inter coloratum, & visum non est diaphanum. Ex quo infert, quòd sensibile positum supra sensum, non facit sensationem. Finaliter reprobat opinionem Democriti, dicentis, quòd medium impedit visionẽ: ideo dicebat, quòd si inter sphæram & visum nostrum esset vacuũ, sphæra videretur: & etiã quodcumq; paruum visibile existẽs

B in sphæra, videretur. Hanc opinionem reprobat: quia ad hoc, quòd fiat visio, oportet colorem immutare medium: modo si esset vacuum, nullum esset mediũ: igitur. Ex quo infert, quòd in omni sensatione medium est necessarium: dicit tamen, quòd non omnium sensibilium est idem medium: quia medium, per quod multiplicatur sonus, est aer: sed medium odoris non est tantum aer: quia pisces in aqua odorant.

T. cõ 77 & inde.

Nvnc autem primum de sono, & olfactu determinemus: est aũt duplex sonus, &c.

De audi tu, & au dibili.

Istvd est tertium capitulum, in quo Philosophus determinat de audibili, & auditu. Et diuiditur in quatuor partes.

In prima præmittit talem divisionem; Corporum quædam C habent sonum: vt æs, aurum, & corpora dura. Alia vero non habent: vt spongia, & lana. Ex quo infert, quòd ad sonum tria requiruntur, scilicet percutiens, percussum, & medium. Quod probat, quia omnis sonus fit cũ percussione, & ictu: sed in omni percussione sunt illa tria: igitur. Dicit secundo, quòd corpora, per quæ fit sonus, debent esse dura, & concaua, & lenia. Dura: quia mollia male sonant, eo quòd male resistunt. Lenia: quia aspera non bene possunt tangi. Concaua, eo quòd melius retineatur aer. Dicit tertio, q̃ medium, per quod fit sonus, est aer, & aqua: minus tamẽ aqua.

Ex his patet, qualiter generetur sonus: nam per hoc, quòd aer medius non potest de facili cedere percutienti, detentus a percussio resistente percutienti, D oportet aerem velociter, & violenter frangi. Deinde ostendit, quomodo generatur sonus per reflexionem: dicens, quòd sonus per reflexionem, qui vocatur sonus Echon, fit hoc modo; nam per hoc, quòd aer motus, in quo genitus est sonus, inuenit obstaculum, propter quod flectitur vnde mouebatur: & ille sonus, qui reuerberatur, dicitur sonus Echon.

In secunda parte determinat de sono, quãtum ad immutationem medij, & extremi: dicens, quòd percutiens primo mouet aerem, qui est vnus, & continuus. Et quia in organo est quidam aer intrinsecus connaturalis: ideo quãdo coniungitur aeri extrinseco deferenti sonũ, tunc dicimus audire. Ex quo sequẽ,

B quòd animal non audit in qualibet parte sui: quia non in qualibet parte sui est aer connaturalis. Dicit secũdo, quòd ille aer qui est in auribus, scilicet in miringa, ideſt pelle illa: de se est immobilis, vt possit de se percipere omnes differentias sonorum. Et quòd sit talis aer in auribus, probat a signo: quia in aqua non audimus supple perfecte, eo quòd sonus non ingredi tur vsq; ad illũ aerem. Et, quòd talis aer nõ moueatur, probat: quia aliquando contingit, quòd propter motum spiritum absque motiuo exteriori ille aer naturalis moueatur: & tunc apparet nobis esse quidam sonus in auribus. Deinde mouet vnam quæstionem: Vtrum percutiens sonet, vel percussum? Respondetur, quòd vtrumq; differenter tamen, quia percutiens F sonat mouendo, & pellendo aerem: & percussum sonat detinẽdo aerem ita quòd aer existens inter percutiens, & percussum velociter frangitur. In tertia, parte determinat de differẽtijs sonorum: dicens quòd sicut color non percipit sine lumine, ita differentiæ soni non percipiuntur sine sono. Vnde differentiæ sonorum sunt acutum, & graue: & dicuntur hæc nomina de sonis propter similitudinem ad tangibilia: nam sicut tangibile acutum mouet, & pungit velociter tactum: sic etiam sonus actus velociter mouet auditũ: & sicut tangibile graue non velociter mouet tactum, sic sonus grauis non velociter mouet auditum. In quarta parte determinat de voce, & primo de causa efficiente eius dicens, q̃ anima est cã effectiua principalis vocis. Ex quo infert, q̃ nullũ inanimatum vociferat: & licet aliqua instrumẽta musicalia dicantur vociferare: tamen nõ vociferant, sed faciunt sonum similem voci. Dicit secundo, quòd non habentia sanguinem, non respirant: cuiusmodi sunt pisces: quia non suscipiunt aerem respirando: ideo talia non vociferant, cum vox non fiat sine aere respirato. Dicit tertio, quòd vox est sonus animalis secũdum illam partẽ, secundũ quam suscipit, & emittit aerẽ. Ex quo infert, q̃ aer respiratus, & postea aspiratus, est subiectũ vocis. Dicit quarto, q̃ natura vtitur aere respirato pp duos fines. s. propter necessitate H vitæ, vt refrigeretur calor naturalis ipsius cordis. Secundo, ad vociferãdũ: sicut natura vtit lingua principaliter ad gustandũ: & secũdario ad loquendũ. Dicit vlterius, q̃ organũ formatiuũ vocis, est vocalis arteria procedens ab ore vsq; ad pulmonem per modum fistulæ: & pulmo est causa principalis quare vocalis arteria est formatiua vocis. Vnde pulmo est refrigeratiuum cordis, attrahendo aerem. Ex omnibus infert descriptionem vocis: dicens, quòd vox est repercussio aeris respirati ad vocalem arteriam, moti ab anima, quę est in illis partibus: Et dicit finaliter, quòd causa finalis vocis est alteri significare conceptum mentis. Ex quo infert quòd non omnis sonus, animalis dicitur vox, sed quæ fit cum imaginatione significandi.

De

A 7. cõ 92 de anim. De odore autem, & olfactibili minus bene determinabile est dictis, &c.

De olfactu, & eius obiecto. ISTVD est quartum capitulum, in quo Philosophus determinat de odore, & olfactu: dicens primo, q̃ difficile est bene determinare de odore: quia peiorem olfactũ habemus inter alia animalia. Quod probat: quia nos nõ odoramus nisi delectando aut tristando: sed delectatio, & tristitia impediunt rectum iudicium olfactus. Deinde ostẽdit quomodo olfactus habet quandam similitudinem cum gustu: dicens quòd proportionabiliter est dicendum de olfactu sicut de gustu: q̃ proportionabiliter se habent species odoris, & saporis: ita quòd species odoris sequuntur species saporis: sed sapores sunt nobis certissime noti: quia gustus est quidã tactus: & inter cætera animalia habemus tactum certissimum. B Ex quo infert, quòd inter cætera animalia homo est prudentissimum animalium: quia homo habet certissimum tactum: & per tactum cognoscimus ingenioso vel ab aliis. Nam dicit Philosophus, quòd duri carne, inepti mente dicuntur: sed molles carne, apti mente dicuntur. Deinde ostendit quomodo nominantur species odoris: dicens quòd species odoris eisdem nominibus nominantur, quibus nominantur species saporis. Deinde subiungit, quòd olfactus potest percipere non odorabile quia visus percipiet tenebram, & auditus silentium: ergo olfactus potest percipere non odorabile, licet hoc sit per accidens. Et dicit, quòd non C odorabile dicitur tripliciter. Vnomodo, quia nullum odorem habeat. aliomodo quia parum odorem habet. Tertiomodo, quia paruum odorem habet. Deinde determinat de medio olfactus: dicẽs, quòd medium per, quod sentitur odor, est aer, vel aqua quia mediante aere contingit odorare, & etiã mediante aqua: vt patet de piscibus, qui a longe profequuntur alimentum. Deinde mouet vnam quæstionem: Vtrum animalia non habentia sanguinem, sentiam odorem per olfactum, vel per alium sensum? Et videtur, quòd nõ per olfactum: quia non respirant: & perceptio odoris fit cum respiratione: igitur. Soluit prædictam dubitationem: dicens quòd animalia respirantia percipiunt odorem per olfactum: quia talia animalia aliquando corrumpuntur, & leduntur a magnis odoribus. ergo signum est, quòd talia animalia percipiunt odorem: dicit tamen Philosophus, quòd animalia respirantia sanguinem habentia, & animalia non respirantia non similiter percipiunt odores. Quod declarat per simile: quia quædam animalia habent palpebras ad coo periendum oculos: & talia non vidẽt nisi mouendo palpebras: alia sunt animalia nõ habentia palpebras, sicut sunt illa, quę habent duros oculos: & talia vidẽt sine motu palpebrarum: ita similiter sine quibusdam animalia supra organũ olfactus pelliculam habẽtia: & talia nõ odorã: sine apertione talis pellicule: q̃ quã apertio fit p respirationẽ nõ ta-

Ll 4 lia

E lia animalia odorant respirando: alia quæ non habent pelliculam supra organũ olfactus: & talia odorant non respirando. Finaliter dicit, quòd sicut organum gustus est in potentia ad sapores, sine ad recipiendum species saporis: ita organũ olfactus est in potentia ad recipiendum species odoris.

T.c.101 c.1 inde. GVSTABILE autem est quoddam tangibile, & hoc est causa: quia nõ sit sensibile, &c.

De gustu & gustabili. ISTVD est quintum capitulum, in quo Philosophus determinat de gustu, & gustabili, præmittens primo talem conclusionem. Gustabile est quodã modo tangibile: quod probat duabus rationibus. Prima illud, quòd tangitur sine medio extraneo, est tangibile: sed gustabile est huiusmodi: igitur. Secũda ratio, illud quod percipitur cum humido, vel in humido, est quodammodo tangibile: cum humiditas sit qualitas tangibilis: sed gustabile est huiusmodi: igitur. Minor patet: quia nõ gustatur nisi sapor, & sapor est de natura humidi. Ex quo infert Philosophus, q̃ gustus est quidam tactus: ita quòd gustus, & tactus conueniunt in modo sentiendi, cum vtrunq; sentiat sine medio. De gustu declarat: quia si aliquis esset in aqua, & esset quidã sapor admixtus illi aquę, & poneretur supra linguã percipiet: quod tamen non fit de alijs sensibilibus: nam colore posito supra oculum, non fit visio: ergo gustus fit sine medio extraneo: Etiã per gustum non percipimus saporem sine humiditate: ideo natura dedit in lingua sũliuam: vt mediante illa possit percipi sapor. Consequenter determinat de obiecto gustus: dicens, quòd sicut visus est perceptiuus visibilis, & inuisibilis: & ita gustus est perceptiuus gustabilis, & non gustabilis. Dicit tamen, quòd gustu magis percipimus potabile, quàm comestibile, & hoc ratione humiditatis.

Deinde determinat de organo gustus: dicens quòd organum gustus non debet esse actualiter humidum: quia recipiens debet esse denudatum a natura recepti: & cum organum gustus sit receptiuum speciertum gustabilium, sequitur quòd erit denudatum ab humido, vt possit iudicare de humido. Quod probat per quoddã signum: quia cum lingua est nimis sicca, non percipit saporem nisi fuerit humectata: & similiter cum lingua est multum humida, & per multos sapores humectata, non bene iudicat de saporibus: quia organum gustus non debet esse multum humidum, neq; multum siccum. Ex quo patet, quòd infirmi habentes multam humiditatem, & amaram supra linguam; iudicant omnia amara. Finaliter enumerat species saporis: dicens, quòd sunt septem, scilicet duæ extremæ, scilicet sapor dulcis, & sapor amarus, & medij sapores. Vnde species propinqua dulci est sapor pinguis, & propinqua amaro est sapor salsus: & inter istas species sunt sapor austerus, acetosus, acutus, & stipticus. Et subdit, quòd organum gustus

3. de anima. t.60

A gustus debet esse in potentia ad recipiendum species saporis.

T.c.106. & inde. DE tangibili autem, & tactu eadem ratio: si enim tactus non est vnus sensus: sed plures &c.

De tactu, & tangibili. ISTVD EST sextum capitulum huius trac. in quo Philosophus determinat de tangibili & tactu. Et diuiditur in tres partes. In prima mouet & soluit duas quæstiones. Prima: vtrum caro in habentibus carnem sit organum tactus, vel medium, vel vtrunq;. Secunda: vtrum tactus sit vnus sensus vel plures. Pro cuius declaratione ponit talem conclusionem. Sensus tactus non est vnus, sed plures. Probat: quia omnis sensus vnus videtur esse vnius contrarietatis tantum perceptiuus: sed

B sensus tactus non est huiusmodi: igitur. Maiorem probat in ductiue in alijs sensibus. Minorem probat: quia tactus est perceptiuus calidi & frigidi, humidi & sicci. Et si dicatur q̃ sensus auditus est etiam perceptiu' plurium contrarietatum: vt gratis & acuti, magnitudinis & paritatis. Respondet philosophus q̃ qualitates perceptibiles per auditũ sunt reducibiles ad vnũ commune obiectum, scilicet ad sonũ: sed sic nõ est de qualitatibus perceptibilibus a tactu.

Consequẽter philosophus soluit primam quæstionem: dicens q̃ caro non est organum tactus. Et si quis arguat q̃ sic: quia posito tangibili supra carnẽ, statim percipimus ipsum tangibile: ergo signũ est q̃ caro sit organũ tactus. Respondet philosophus negando cõsequentiã: quia si supra carnẽ extẽderet aliqua pellicula tenuissima: & ponatur tãgibile supra eã, statim percipiet tangibile: & tamen notum est, q̃ illa pellicula non est organũ tactus. Probat etiam q̃ caro nõ sit organum tactus duabus rationibus. Prima: quia caro est medium tactus: ergo non est eius organum: Antecedens patet: quia in sensu tactus medium debet esse intrinsecum: sed tale medium non potest esse aer neque aqua: igitur oportet q̃ sit caro. Secunda ratio sensibile positum supra sensum non facit sensationem: sed tangibile positum supra carnem facit sensationem; ergo caro non erit organũ tactus sed erit medium. Et si arguatur: si sensus tactus habeat vnum medium, sequitur q̃ erit vnus sensus. Respondet philo- D sophus q̃ consequentia non valet: quia visus, gustus, & olfactus percipiunt sua obiecta p̃ idem medium: & tñ manifestũ est q̃ illi sensus sunt plures. Ex quo infert philosoph⁹ q̃ oportet tãgibile tangere mediũ cõnaturale: quia inter tangibile & tactũ debet esse mediũ. Secũdo infert q̃ nulla corpora dura in aere vel aqua possunt se tangere sine medio. In secũda pte mouet dubiũ, qualiter dñt gustus & tact⁹ sentiendo p̃ mediũ extraneũ & alij sensus. Rñdet philosoph⁹ q̃ mediũ extraneũ pure accidẽtaliter se habet ad sensationẽ, q̃ sit p̃ gustũ, aut tactũ: q̃a si tale mediũ non esset: non minus fieret sensatio: ideo tale medium solũ est accidentale, sed in alijs per se requiritur. In tertia parte determinat de obiecto ipsius tactus; dicens q̃ obiectũ propriũ

C

ipsius

E ipſius tactus ſunt quatuor qualitates primæ. Deinde determinat de organo tactus; dicens ꝙ organum tactus eſt quidam neruus extenſus per totum corpus ad modum rectis, exiſtens in medio diſpoſitione qualitatum primarum: & debet eſſe in potentia ad recipiendum ſpecies qualitatum ſenſibiliumidebet etiam eſſe in proportione media illarum qualitatum. Finaliter infert ꝙ illæ qualitates primæ ſecundum excellentiam earum non ſentiuntur: quia ſenſus tactus conſiſtit in media proportione qualitatum: & ab excellẽtijs ipſarum corrumpitur.

An ſenſus ſit potentia paſſiua.

QVAERITVR vtrum ſenſus ſit potentia paſſiua. Et arguitur primo ꝙ non: quia materiæ eſt pati: & formæ eſt agere: ſed ſenſus non eſt materia, ſed magis forma: quia videtur ꝙ ſit ipſa anima: igitur. Secundo ſic: Sentire eſt agere: ergo ſenſus videtur eſſe potentia actiua; & per conſequens non erit potentia paſſiua. Antecedens patet: quia ſentire importatur per verbum actiuum: igitur videtur ꝙ ſit agere. Tertio ſic: Quia communiter dicitur ꝙ intelligere & ſentire ſunt actiones immanentes: igitur ſenſus erit potentia actiua. Quarto ſic: Baſiliſcus viſu ſuo interficit hominem; & mulier menſtruoſa inficit ſpeculum: ſed hoc non eſſet, niſi potentia viſiua eſſe actiua, igitur. Quinto ſic; Sequeretur quòd virtus vegetatiua eſſet nobilior ſenſitiua; quia omne agens eſt nobilius paſſo; modo omnes concedunt virtutem vegetatiuam eſſe actiuam. In oppoſitum arguitur per philoſophum in tex tu. In quæſtione erunt tres arti. Quantum ad primum.

F

G

Arti. 1.

PRIMO ſciendum, quòd de actione & paſſione multi dicuntur modo locuti ſunt; illis tamẽ modis omiſsis ponuntur aliquæ concluſiones. Prima: Senſus eſt potentia paſſiua; quia omnis ſenſus eſt receptiuus ſuæ ſenſationis; igitur eſt paſſiuus. Secunda concluſio; Nullus ſenſus eſt receptiuꝰ primo & immediate ſpeciei ſenſibilis; ſed ipſa ſpecies ſenſibilis immediate in organo ſenſus recipitur. Tertia concluſio: Senſus exteriores recipiũt ſuas ſenſationes ſaltem partialiter a ſenſibili: nam omnis ſenſatio ſenſus exterioris immediate cauſatur a ſenſibili & ſenſu, ſeu potentia ſenſitiua. Quarta concluſio; Non omnis ſenſatio ſenſus interioris cauſatẽ immediate à ſenſibili, ſed ſẽpe a ſpecie ſenſibili ideſt a phantaſmate: nam ipſe ſenſus interior non ſolum cognoſcit in præſentia obiecti, ſed etiam in abſentia; & hoc non eſt niſi per ſpecies; igitur. Quinta concluſio; Omnis ſenſus tã interior, quam exterior eſt potẽtia actiua; quia omnis talis pralter cauſat ſuã ſenſationem. Vnde viſio qua Petrus videt albedinem, partialiter cauſatur ab ipſa potentia viſiua & ab ipſa albedine; ideo omnis potentia paſſiua dicitur eſſe actiua; quia eſt productiua partialiter ſuæ ſenſationis. Et ſiquis dicat: ergo ſequeretur quòd idem eſſet agens & patiens. Reſpondetur breuiter quòd idem reſpectu eiuſdẽ & ſimul, eſt agens & patiens: & hoc non eſt inconueniens: vt alias viſum eſt. Viſum eſt etiam in logica quomodo ſentire & intelligere, & omnis operatio potẽtiæ animæ eſt vera qualitas de prima ſpecie qualitatis. Viſum eſt etiam quare dicuntur actiones: non quidem ꝙ ſint in prædicamento actionis, ſed propter duas conditiones, quas habet operatio cũ actione. Prima eſt: quia operatio ſemper eſt in fieri; nõ quidem ſucceſſiue; quia operatio eſt indiuiſibilis: ſed in fieri ideſt in continua dependentia ad eãdem cauſam cõſeruantem, ideſt ad ipſum obiectũ quod eſt cauſa conſeruans huiuſmodi operationem. Secunda: quia operatio tranſit in obiectum ſicut in terminum: licet non accipiat eſſe per eam. Viſum eſt etiã alias, puta in 3. phyſic. quomodo operationes, ſicut ſenſationes dicuntur actiones immanentes: & quomodo illa diuiſio erat diuiſio æquinoci in ſua æquinocata. Et omnia iſta vult habere Sco. quodl. q. 13.

Conclusiones prædictum ipſum tantum claudunt.

H

A

B

Pag. 85. C.

An ſenſus poſsit decipi circa ſuum ſenſibile proprium

SECVNDO ſciendum, ꝙ circa textum incidunt aliæ difficultates. Prima; vtrum ſenſus poſsit decipi circa ſuum ſenſibile proprium? Et arguitur ꝙ ſic: quia viſus a longe & in obſcuro aliter iudicat de colorib⁹, quàm facit de prope; igitur. Itẽ infirmus iudicat dulce eſſe amarum: igitur. In oppoſitum eſt philoſophus in tex. Pro cuius declaratione eſt aduertendũ ꝙ dictum Ari. debet intelligi: ꝙ ſenſus non decipitur circa ſuum proprium ſenſibile; vt viſus circa colorem, quin ſit color, nec auditus circa ſonum quin ſit ſonus; tamen bene decipitur iudicando quid eſt coloratum & vbi eſt aut quid eſt ſonans vel vbi eſt. Et aduerte quòd cõmuniter dicitur quòd tres conditiones requiruntur ad hoc quòd ſenſus non decipiatur circa ſuum proprium ſenſibile. Primo requiritur ꝙ organum ſenſus bene ſit diſpoſitum: ęger enim propter infectionem linguę male iudicat de ſaporibus etiam habens oculos ęgros, male iudicat de coloribus. Secundo requiritur quòd medium ſit purum: propter hoc male iudicamus de luce ſolis propter fumos exiſtentes inter nos & ſolem. Tertio requiritur quòd ſit debita diſtantia inter viſibile & viſum. Vnde ſi a longe videas colorem panni, non poteris de eo bene iudicare; & præter iſtas conditiones multæ adhuc certe requirũtur: oportet enim quòd ſenſibile ſit virtutis ſufficientis ad efficaciter mouendum ſenſum: auditus enim non poſſet bene diſcernere ſonos valde debiles. Oportet etiam quòd medium ſit ſufficienter diſpoſitum ad ſenſationem; nam in tenebris color non apparet nobis, vel ſi apparet, apparet nobis obſcurior, quàm ſit. Requiritur etiam quòd obiectum, de quo debemus iudicare: non appareat iuxta aliquod contrariorum quorum ipſum eſt medium: nam oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Aduerte vlterius ꝙ ſenſus adhuc decipitur circa ſuum proprũ obiectum ſeu ſenſibile, cibus ẽt iſtis con-

C

D

conditionibus obseruatis quantum ad certum gradum: si enim colores sint in propinquo gradu albedinis, vel nigredinis, nõ iudicabis eorum differentiam: immo valde est difficile iudicare de certo gradu coloris. Et aduerte quòd licet omnibus conditionibus positis, adhuc sensus decipiatur quantum ad certum gradum, vel speciem: hoc tamen non est in maiori parte, ideſt in multis. Aduerte finaliter, q̃ Aristo. ex suo dicto noluit habere, seu ponere differentiam inter sensibilia propria & communia: nam sicut visus non decipitur de colore, quin sit color: sic nec de magnitudine quin sit magnitudo: si voluit ponere differentiam inter sensibilia per se, & per accidẽs: quia circa sensibilia per accidens sensus potest decipi: non solum in pauco, sed etiam in magno: etiam appositis omnibus conditionibus: vt aliquando propter colorem iudicamus hoc esse mel.

An ad videndũ requiratur lumen.

TERTIO sciendum, quòd incidit alia difficultas: Vtrum ad videndum requiratur lumẽ? Ad quam respondetur per aliquas propositiones. Prima, lumen requiritur ad videndum: vt patet per experientiam: nam in loco simpliciter, tenebroso nihil videmus. Et si quis arguat: quia si in camera clausa, & omnino tenebrosa spargeretur nix, illa videretur: etiam multi lapides in loco tenebroso viderentur; Respondetur primo, quòd illi lapides pretiosi sunt lucidi; ita quòd habent lucem sibi incorporatam, a qua procedit lumen, per quod vñr lapides. Dr secundo q̃ colorata specialiter alba habent lucem sibi incorporatam. Secunda propositio: lumen causatum à corpore lucido recipitur in medio, & in organo. Vnde lumen differt a luce: quia lux habet esse fixum in corpore lucido, sicut color in corpore colorato; ideo mouetur cum corpore lucido ad motum eius, sed lumen non habet esse fixum in medio illuminato: ideo non mouetur cum eo. Vnde debemus imaginari quòd lumen nõ est nisi sicut species, quæ est repræsentatio lucis multiplicata a luce vsque ad visum; per quam speciem lucis videtur lux, sicut per speciem coloris videtur color. Vnde non est imaginandũ, quòd proprie loquendo lumen videatur: sicut enim species coloris non videtur: sed sicut per speciem coloris, color videtur: ita per lumen, quod est species lucis, lux videtur. Ex quo potest inferri, quòd ista est vera; videmus lucem solis per lumen ab ea multiplicatum, licet hoc non sit per radios rectos. Tertia propositio: lumen cadens supra colorem, non reddit ex eo colorem visibilem sic; quòd aliquam formam sibi imprimat: quia si corpus coloratum esset pœnitus opacum, lumen non reciperetur in eo ad aliquam eius profunditatem: & tamen secundum illam posset videri. Quarta propositio: lumen non requiritur in medio, vt disponat ipsum medium ad recipiendum species coloris: quia in medio tenebroso recipiũtur species coloris, saltem ita cito ficut lumẽ. Quinta propositio: lumen non requiritur ad videndum: vt det coloribus formam inferentem per

per quam moueant sensum. Sexta propositio: lumen requiritur ad videndum ad hoc quòd simul lumen & color sufficiant ad mouendũ visum, & ad imprimendum organo speciem. Vnũ imaginor, quòd nullus color habet actum mouendi diaphanum nisi ratione, qua participant aliquomodo naturã lucis. Et quia colores specialiter nigri valde modicum participant naturam lucis: ideo non sufficiunt per se ad causandũ speciẽ in medio & organo sufficienteẽ ad visionem: sed aduenientes lumine extrinseco. tunc color simul cum illo lumine agunt.

Quod sit obiectum adæquatum potentiæ visiuæ.

QVARTO sciendum, q̃ circa rextũ est alia difficultas. vtrũ color sit obiectum adæquatum potentiæ visiuę, vel ipsa lux; Respondetur breuiter quòd neque lux, neque color, cũ multa alia sint per se visibilia, sicut lumen & magnitudo: de qua postea dicetur. Respondetur ergo quòd obiectũ adęquatũ potentiæ visiuæ dicitur esse visibile. Dicunt tamen aliqui, quòd qualitas sensibilis cõmunis ad colorem, lumen, & lucem, est obiectũ adæquatũ potentiæ visiuæ: sed hoc est multum difficile sustinere: quia potentia visiua excederet suum obiectũ: quia sensibilia cõmunia sunt per se visibilia: vt magnitudo, & figura: & tamen non continentur sub tali qualitate sensibili. Secunda difficultas: vtrum sensibilia communia quæ sunt quinq; scilicet magnitudo, figura, numerus, motus, & quies: sint sensibilia, per se, vel per accidens. Et videtur quòd solum per accidens: quia magnitudo non cadit sub obiecto

Sensibilia cõia, quæ & quot.

aliquius sensus. Item sensus non cognoscit nisi mediante specie: sed magnitudo non causat speciem: igitur. In oppositum est philosophus in text. Pro cuius solutione supponitur (vt habet Scot.) quòd sensibilia communia sunt per se sensibilia. Aliquid tamen (dicit ipse) dicitur per se sensibile dupliciter. Primo, quia habet rationem mouẽdi potentiam sine alio: & sic sensibilia communia non dicuntur sensibilia per se. Aliomodo aliquid dicitur sensibile per se, quod non habet quo moueat, sed tantum cum alio mouet: & sic sensibilia communia dicuntur per se sensibilia: quia cum alio puta cum sensibili proprio mouent sensum, sed sine ipsis non possunt mouere; ita quòd si magnitudo esset sine colore, non posset mouere aliquem sensum. Aduerte vlterius, quòd quando dicitur, quòd quies est sensibile commune, non debet capi pro pura priuatione motꝰ; quia illa, nec per se, nec cum alio potest mouere sensum; sed debet capi pro corpore quiescẽte. Non oportet etiam dubitare de numero; nam videtur dicere Scotus, quòd numerus est per se sensibile. Dicit enim quòd mirum esset si sensus non posset indicare de numero suorum sensibilium: cum numerus sit sensibile per se: vt habetur in textu. Et hæc de primo art. Quantum ad secundum.

Lib. 2. d. 6. in fi. 2. arg.

Scot. li. 4. d. 12. cir ea tertiũ art. principalem.

Arti. 2.

An detur maxima distantia.

DVBITATVR primo. Vtrum sit dare maximam distantiam, a qua visus potest videre suum obiectum? Respondetur ad dubium, pretendo aliquas propositiones. Prima, non est

dare

dare maximam distantiam, per quam possemus videre aliquod obiectum: immo non est dare aliquam tantam distantiam, quin possemus aliquod obiectum videre per maiorem in duplo: quia maius visibile ei correspondens videmus. Sed ista propositio solet restringi, ponendo certum visibile. Verbi gratia: faba quæ semper maneat in eisdem dispositionibus; & secundum quantitatem suam, & secundum omnes qualitates, & ponendo certum medium: vt aerem, qui ponatur semper manere eiusdem subtilitatis & diaphanitatis. & in omnibus alijs dispositionibus requisitis ad visionem: & ponendo certum obiectum cum suis dispositionibus. Tunc q̃stio est: vtrum sit dare maximam distantiam, per quam siue vltra quam illa faba posset videri. Et de hoc ponuntur aliquæ conclusiones. Prima: non est dare maximam distantiam, per quam siue vltra quam illa faba posset videri: quia signetur illa maxima distantia per aduersarium; tunc per illam distantiam faba videbitur: & erit visio aliquantę intensionis: modo suppono quòd si obiectum sit in maxima distantia ad oculum, tunc intensè videtur: & si elongetur minus bene & minus intensè videbitur: sequitur ergo quòd si faba continuè elongetur, non statim corrumpetur illa visio: ideo a maiori distantia videbitur, licet remissius. Secunda conclusio, Vltra spacium, in quo faba videtur; est dare minimam distantiam, per quàm siue vltra quam faba non videbitur: quia est dare spacium, quo non videbitur: & in quolibet maiori circa illud potest videri. Tertia conclusio: Non est dabilis simpliciter minima distantia, per quam faba non posset videri: quia si faba poneretur valde prope oculum, non posset videri: etiam per medietatem illius distantiæ minus posset videri. Quarta conclusio: non est dare minimam distantiam, per quam illa faba videatur: quia si in aliqua distantia videatur: ergo visio illa est alicuius intensionis, & potest remitti: & hoc si approximetur visibile: igitur. Quinta conclusio: Infra spacium in quo faba videtur, est dare maximam distantiam, per quam non videtur: quia imaginentur duo spacia coniuncta per punctum: tunc in vno non videtur propter propinquitatem, & in puncto non videtur; & vltra potest videri elongando: igitur. Et aduerte quòd est magna differentia inter istum modum loquendi: in qua videtur, & per quam, seu vltra quam videtur. Non enim est idem spacium in quo videtur, & per quod videtur: quia spacium per quod videtur, est præcisè contentum inter visibile & oculum, & in illo spacio non est faba, sed vltra, ideo in illo spacio non videtur, sed vltra: ideo oportet ponere alias conclusiones. Prima; Est dare maximam distantiam in qua faba videtur. Secunda conclusio, Vltra spacium in quo videtur; non est dare minimam distantiam in qua non videatur: quia signato

signato puncto distantiæ in qua videtur, oportet q̃ sit terminata ad punctum vlteriorem: & tunc illa non est minima in qua non videtur: quia inter illa duo puncta est distantia diuisibilis, in qua non videtur. Tertia conclusio: Vltra spacium in quo videtur: non est dare maximam distantiã in qua non videatur: quia quacunq; data adhuc in maiori non videtur: & sic in infinitum procederetur. Quarta conclusio: Non est dabilis simpliciter minima distantia, in qua faba non videtur: quia si poneret immediate supra oculum ibi non videretur; & si modicum elongaretur, adhuc non videretur: ergo illa non erit minima: quia adhuc est diuisibilis in duas medietates: & in alia non videbitur. Vltima conclusio: Infra illud spacium in quo faba videtur, non est dare maximam distantiam in qua non videtur: quia dictum fuit q̃ est dare maximam distantiã per quam non videtur: ideo signetur illa & terminetur ad pũctum b, non oportet distantiam in qua videtur esse minorem, quam illa per quam non videtur: ideo oportet eam terminari ad punctum propinquiorem: & tunc inter illa puncta erit distantia diuisibilis in qua adhuc non videbitur; ideo omni distãtia data in qua non videtur est dare maiorem: etiam in qua non videtur; ergo non est dare maximam in qua non videt.

An homine loquente, sit idem sonus, quem quilibet

DVBITATVR secundo. Vtrum me loquente sit idem sonus, quem quilibet vestrum audit. Et arguitur q̃ non: quia nullus videtur audire nisi sonum peruenientem ad eum; sed non idẽ sonus est perueniens ad auditum istius, & ad auditũ illius; immo sunt separati loco & subiecto; sicut isti sunt separati; igitur. Item non est idem lumen multiplicatum ad oculum meũ, & ad oculum tuum: igitur non idẽ sonus veniens ad me & ad tangitur. In oppositum est philosophus in textu arguens sic: Quia idem est color qui videtur a me, & qui videtur a te: igitur erit idem sonus qui audietur a me & a te. Prosolutione supponitur q̃ vt communiter dicitur: sensibile habet duplex esse scilicet esse reale, & esse intentionale. Vnde esse intentionale, dicuntur habere sensibilia; vbi sunt species sensibiles eorum, sicut est medium & organum. Sed esse reale, dicuntur habere vbi realiter inhærent; vt lux dicitur habere esse reale in corpore lucido: sed esse intentionale habet vbi sunt eius species, sicut lumen. Etiam sonus dicitur habere esse reale in aere velociter moto & fracto virtute percutientis & percussi: & sunt diuersæ species sonorum secundum diuersam figuram illius aeris fracti; & hoc modo etiam sunt diuersi soni secundum diuersas figuras percutientis & percussi: sed postmodum ille sonus in aere circunstante orbiculariter generat, siue multiplicat speciem suam, quæ est representatiua ipsius; & illa species non est sonus: sicut species coloris non est color. Supponitur vlterius quòd sicut non videtur species coloris, sed ipse color: sic non auditur species soni,

Libet dicere.

E soni, sed ipse sonus per eius speciem venientem ad auditum. Tunc ponitur talis conclusio; Eundem sonum meum siue eandem vocem meam quilibet vestrum audit; quæ realiter fiunt in aere fracto in gutture meo: sed non per eandem speciem, sed per aliam & aliam. Secunda conclusio; Sonus auditur, qui non est, siue quando non est. Cuius ratio est: qa sicut sonus realis consistit in motu veloci aeris fracti; sic oportet q̃ species soni multiplicentur per quendam motum aeris, licet non per talẽ fracturam: non tamen intelligẽdo, q̃ aer moueatur localiter idem numero de me vsq; ad te: sed sicut in aqua, vbi ponitur lapis, fiunt quædam circulationes successiue, sic fiunt in aere. Nã aer mot⁹ & fractus impellit vn
F diq; aerem sibi propinquum, & ille alium: & fiunt inundationes aeris: & in tali inundatione nata est multiplicari species soni: & ideo non auditur sonus ita cito, prope, & remote: ergo prius cessat sonus realis, quàm ad locum remotum perueniant huiusmodi inundationes aeris: & per consequens antequam generetur ibi species soni, per quam ille sonus audiatur; ideo manifestum est q̃ bene sonus audit, quando corruptus est. Et ex isto sequitur q̃ sensus exteriores percipiunt sua obiecta in absentia ipsorum sensibilium, non tamẽ sicut phantasia: quia non percipiunt sua obiecta nisi per tempus modicum post, sed phantasia per longum tempus post.

DVBITATVR tertio. Vtrum sensus tactus sit vnus sensus? Et arguitur q̃ sic: quia, si non esset vnus sensus sequeretur G q̃ essent plures sensus exteriores, quam quinq; : sed hoc est falsum. Item si sensus tactus non esset vnus, vel hoc esset ex parte animæ vel organi: sed nullum illorum est dicendum, cum quodlibet illorum sit vnum. In oppositum est philosophus in textu. Pro cui⁹ solutione supponitur q̃ sensus tactus potest capi multis modis. Vnomodo pro ipsa potentia tactiua: & sic dico q̃ est tantum vnus sensus tactus. Aliomodo capitur p̃ organo: & sic etiam est tantum vnus sensus. Aliomodo capitur pro anima: & sic etiam est vnus sensus. Et istis tribus modis non capiebat Arist. in textu sensum tactus, cum dicebat q̃ est plures sensus. Alio modo capitur sensus tactus pro dispositione qualitatiua, secundum quam H organum est in potentia, & dispositum ad recipiendum species sensibilium. Et sic potest dici q̃ non est vnus sensus, idest nõ est vna dispositio qualitatiua, secundum quam est dispositum ad recipiendum species calidi & frigidi, humidi & sicci: sed saltem sunt duę & sic dicitur esse plures sensus. Diuersitas ergo sensus tactus & pluralitas est ratione dispositionum qualitatum, q̃ quam organum est susceptiuũ specierum sensibilium: & non ratione animæ, nec ratione organi, nec ratione potentiæ. Et si quis quærat de obiecto ipsius potentiæ tactiuæ, quod non est vnum, cum sit quatuor qualitates primæ: Respondent aliqui q̃ ipsius sensus tactus est vnum obiectum adæquatũ, scilicet qualitas tangibilis. Alij dicunt q̃ totum

An sensus tactus sit vnus sensus.

A tum disiunctũ ex quatuor qualitatibus primis, dicitur esse obiectum adæquatum sensus tactus. Sed restat alia difficultas: vtrum sensibile positum supra sensum faciat sensationem: hoc est dictu, vtrum sensibili posito in organo sensitiuo, vel immediate supra organum sensitiuum, sentiatur? Et videtur q̃ sic: quia agens naturale quanto est propinquius passo, tanto potest agere: sed obiectum sensibile est agens naturale ad ipsum sensationem: igitur. Item lumen est sensibile a visu: & tamen diffundit se vsq; ad organum visus: igitur. In oppositum est philosophus in textu. Pro cuius solutione ponuntur aliquæ propositiones. Prima: sensibile immediate positum supra sensum, scilicet supra organum sensionum: non fiet sensatio nisi medio non sentiatur. Et potest probari ista conclusio inductiue: & præcipue probatur de tactu, de quo est maior difficultas: quia tu non sentis qualitatem organi tui, si fueris in bona dispositione, quamuis in corpore tuo per totum sit extensus calor: etiam quando tu primo intras balneum, tu sentis aquã valdè calidam: sed postquam fueris ibi per tempus, tu nihil aut parum sentis illam caliditatem: quod non est nisi quia organum tactus est iam realiter calefactum. Secunda propositio: sensus non sentit sine medio. Vnde si os vel nervus fuerit denudatus a carne, non sentiet punctũram vel incisionem: & hoc non est, nisi quia nervi sunt vere organa sensus tactus: etiam indiget cer

Sensibile positũ supra sensum &c.

to medio adsentiendum, scilicet carnem. Tunc respondetur ad rationes. Ad primam concedo q̃ agens naturale agit in sibi propinquum prius, quam in remotum: & hoc supple formam, quam ibi est natum agere: modo dico q̃ sensibile non est natum causare sensationem, nec species nisi mediante medio. Ad secundam rationem patet quomodo lumen debeat dici visibile. Sed restat alia par ua difficultas; vtrum sint tantum quinq; sensus exteriores? Et videtur q̃ non: quia omnis sensus est sensus tactus: quia in omni membro, in quo est aliquis sensus, in illo est sensus tactus. Respondetur breuiter q̃ tantum sunt quinq; sensus exteriores specie distincti. Dicitur secundo q̃ in omni membro, in quo est aliquis sensus, ibi est sensus tactus: hoc tamen non est secundum eandem dispositionem qualitatiuã, sed sm̃ aliã & aliã; vt lingua gustat & sentit, sed hoc est sm̃ aliam & aliam dispositionem qualitatiuã. Et hæc de secundo arti. Quantum ad tertium sit.

Sensus exteriores sunt tactus quinq;.

C

D

CONCLVSIO repoussalis ad quæsitum; sensus est potentia passiua: quæ conclusio relinquitur satis probata in primo arti. Patet etiam quid sit dicẽdum ad rationes principales ante oppositum quæstionis. Sed ad vnam rõnem, in qua dicebatur de basilisco & de muliere menstruosa. Dico quod verum est quòd inficiunt: sed hoc non est per visionem; idest quòd visio extramittatur, sed recipitur in potentia visiua: sed hoc fit ex veneno exeunte per ocu-

Arti. 3.

E los, quod diffunditur per aliquod spatium.

T.c. 111. & inde.

OPORTET autem vniuersaliter de omni sensu accipere; quoniam sensu quidem est susceptiuus specierum &c.

De sensibus interioribus.

ISTE EST vltimus tractatus huius libri, in quo philosophus determinat de sensibus interioribus: & diuiditur in tria capitula. Primum diuiditur in tres partes. In prima parte intendit quatuor conclusiones, quarum prima est hæc: Omnis sensus est susceptiuus specierum sensibilium sine materia. Quod probat per simile: quia certa recipit formam annuli sine materia eius; igitur. Secunda conclusio: excellentia sensibilium corrumpunt sensum. Quod probat: quia excellentiæ sensibilium corrumpunt proportionē qualitatum disponētium ipsum organum igitur. Tertia conclusio: Plantæ nō sentiunt quia habeant animam. Probat: quia non habent illam proportionē qualitatum, quæ requiritur sensui tactus: igitur. Quarta cōclusio tangit vnam quæstionē; vtrum omne quod patitur a sensibili sit sentiens. Et probat q fic; quia quicquid agit in olfactum, est odor; ergo quicquid patitur ab odore, est olfactus. Quæstionē soluit ponendo differentiam inter tangibilia & alia sensibilia; quia omnia tam animata, quàm inanimata patiuntur aliquid a qualitatibus tangibilibus, sed non omnia patiuntur ab odoribus. In secunda parte intendit talem conclusionem: Tantum sunt quinque sensus exteriores. Quod probat: quia tot sunt sensus exteriores, quod habet animatum perfectum; sed animatum perfectum solum habet quinque. Minorē probat tripliciter. Primo ex parte sensibilium propriorum; quia nulla sunt sensibilia propria quæ non percipiā tur ab animato perfecto: igitur. Secūdo probat ex parte medij: quia omne medium vel est coniunctum vt caro: vel extrinsecum vt aer vel aqua: & quodlibet habet animatum perfectū: igitur. Tertio probat ex parte organorum, quia omne organum est a dominio alicuius elementorum: vel ergo est a dominio aquę, & sic est oculus; vel aer, & sic est auditus; si aliqualiter ignis, sic est olfactus; si terræ, erit tactus & gustus. In tertia parte intendit talem conclusionem. Propter sensibilia cōmunia non est ponendus aliquis sensus proprius & particularis ab alijs distinctus, probat tribus rationibus. Prima: quia omnia sensibilia communia sentiētur sensibus particularibus: igitur. Secunda: nullum obiectum habens sensum proprium ab alijs distinctum sentitur ab alio sensu nisi per accidens: sed sensibilia communia sentiuntur a pluribus sensibus per se: igitur. Tertia ratio: illa non habent sensum proprium ab alijs distinctum, quæ per se a pluribus sensibus percipiuntur: sed sensibilia communia sunt huiusmodi: igit. Finaliter mouet vnū dubium: quare percipimus sensibilia communia pluribus sensibus. Soluit philosophus: dicens

A cens q est vt percipiamus diuersitatem inter sensibilia propria & communia.

T.c 128. & inde.

QVOD autem non sit sensus alius pter quinq;: dico autem hos: visum, auditum olfactum &c.

Quòd dentur sensus exteriores, eorum numerus, & an sit vnus sensus.

ISTVD EST secundum capitulum huius tractatus, in quo philosophus ostendit numerum sensuum exteriorum. Et diuiditur in sex partes. In prima parte intendit sex conclusiones. Prima tangit vnam quæstionem: vtrum sensus particulares percipiant suas operationes vel illa percipiātur ab alio sensu. Secunda conclusio tangit duas rationes probantes, q percipiantur a suis sensibus: & duas q percipiantur ab alio sensu. Prima ratio pro prima parte talis est: nam si actiones sensuum particularium perciperentur ab alio sensu, sequeretur q vnius & eiusdem obiecti essent duo sensus; quod est impossibile: igitur. Secunda ratio; quia si actiones sensuum particularū perciperentur ab alio sensu eadem ratione actio alterius sensus perciperetur ab alio: & sic esset processus in infinitum. Pro secunda parte tangit duas rationes. Prima: quia si sensus particulares sentirent suas actiones, sequeretur q esset idem sensus sumptus, sed hoc est falsum: igitur. Secunda ratio; sequeretur q visio esset colorata vel esset color; quod est impossibile: igitur. Tertia conclusio tangit solutionem prædictæ quæstionis; dicens q est aliquis sensus qui percipit colorem tantum in præsentia coloris: & talis nō percipit actionem per quam cognoscitur color. Alius est qui percipit colorem in absentia coloris: & ille percipit visionem: & vocatur sensus communis seu phātasia. In secunda parte soluit vnam quæstionem: cum ipsius sensibilis & sensus sit idē actus, quare sensibile non sentit sicut sensus: soluit philosophus dicens, q cum motus actio & passio sint in patiente actus enim actiui & passiui sunt in patiente: ideo nō oportet mouens moueri, nec agens pati: ideo actus sensibilis nō est in sensibili sed in sensu. In tertia parte soluunt aliam quæstionem, vtrum sensus & sensibile simul corrūpantur. Soluit per distinctionem: dicens quòd duplex est sensus & sensibile: quia quoddam est in potentia: aliud in actu: & ille sensus in actu simul corrumpitur cum sensibili actu: quod probat; quia eorum est idem actus: ergo quando corrumpitur actus vnus, corrumpitur etiam actus alterius: & per consequens quando vnū corrumpitur, alterum corrumpitur. In quarta parte soluit aliam quæstionem quare quædam sensibilia corrumpunt sensum: & quædam delectant sensum. Soluit dicens q omnis sensus consistit in quadā medietate proportionis: mō quælibet proportio corrūpitur per excellentiā: ideo excellēs sensibile corrumpit sensum. In quinta parte soluit quintam quæstionem: qualiter differunt sensus particulares a sensu communi ex parte actus. Soluit dicens, quòd vnusquisque sensus particularis sentit suum proprium sensibile & discernit

E scernit differẽtias proprias eius: vt visus discernit albũ a nigro: & similiter de alijs dicatur. Sed sensus communis discernit inter obiecta diuersorum sensuũ. quod probat: quia nos discernimus inter albũ & dulce: & hoc non fit per sensum proprium: ergo per sensum communem: igitur. In sexta parte quærit aliam quæstionem: Vtrum sensus cõis sit vnus. Et arguit q̃ nõ: quia impossibile vr̃ q̃ vnus sensus simul iudicet de diuersis sensibilibus & cõtrarijs: sed sensus cõis simul iudicat de diuersis sensibilibus & contrarijs: igitur non est vnus. Maiorem probat: quia impossibile est idẽ, & indiuisibile moueri motibus diuersis & contrarijs; ergo idem sensus nõ p̃t moueri a sensibilibus contrarijs, & diuersis. Soluit dicens q̃ sensus cõis est vnus, & indiuisibilis: est tñ fm esse quodãmõ diuisibilis. Sed cõtra hoc arguit sic philosophus: quia licet indiuisibile possit habere in potentia contraria: non tñ p̃t simul hr̃e contraria fm actu. Solnit dicens, q̃ sicut punctus est quodãmodo vnus, & quodãmõ duo: fm se acceptus est vnus: sed fm q̃ est finis vnius partis, & principium alterius est quodam modo duo: similiter est ille sensus communi.

T.c.150. & sede. Quoniam autem duabus differentijs diffiniunt maxime animam, motu quidem secundum locum &c.

Phantasia quid, & quomodo dij

In hoc vltimo capitulo Philosophus determinat de sensib⁹ interioribus. Et diuiditur in sex partes. In prima parte tãgit opinionem antiquorum: dicens q̃ antiqui ponebant maxime duas dr̃ias animæ. s. motiuum fm locum, & cognoscitiuum, cuius actus sunt intelligere, & sentire: & ideo non distinguebãt inter sentire & intelligere. Et hoc probãt duabus rationibus. Prima, sensus cognoscit: intellectus cognoscit: ergo intellectus est sensus. Secunda ratio: simile a simili cognoscitur; sed anima cognoscit corpora: igitur est similis omnibus corporibus; & sic potẽtia intellectiua erit organica, sicut sensitiua. Hanc reprobat q̃ queq̃ rationibus. Prima, cõclusio eorum est in sufficiens ex, quòd eõdit causam ignorantiæ. Secunda: quia fm eos oportet dicere oĩa vera esse, q̃ videt. Tertia ratio q̃ fm eos oportet dicere, q̃ deceptio causaretur ex cõtactu simili: sicut scientia ex contactu simili. Quarta ratio: illa distinguntur, quæ possunt abinuicem separari; sed intelligere & sentire possunt abinuicem separari: nam sensus est in omnibus animalibus; intellectus vero solum in hominibus. Quinta ratio: cõtingit intelligere recte, & non recte; sed sensus respectu suorũ sensibilium semper est verus.

In secunda parte ponit dr̃iam inter phantasiam & opinionem, ponendo talem conclusionem: Phantasia non est opinio: quod probat trib⁹ rationibus. Prima, in nobis est phantasiari cum volumus, sed in nobis non est opinari; cum voluerimus. Secũda ratio; ad opinionem terribilis, aut delectabilis mouemur prosequendo, vel fugiendo: sed phãtasia hoc mõ ad nihil nos mouet; sed habemus nos in consideratione phantasmatum, ac si solum videremus idolum. Tertia ratio; opinio potest esse intelligibilis: cum scientia prudentia & opinio sint differentiæ intelligibilis; sed phantasia ad intellectum nullo modo pertinet. In tertia parte consequenter ostendit, q̃ phantasia non est sensus: quod probat tripliciter. Primo q̃ phantasia non fit sensus in actu: quia phantasia in actu aliquando est nullo sensu habito actu. Secunda: quia omni animali ineſt sensus: sed non omni animali ineſt phantasia: vt animalibus imperfectis. Tertio: quia sensus respectu proprij obiecti est semper verus: sed phantasia aliquando est falsorum. In quarta parte ponit talem conclusionem: Phantasia non est composita ex sensu & opinione: quod probat: quia eadem apparentia nõ est simul vera & falsa: nec composita simul ex vero & falso; sed de eodem obiecto habemus simul apparentiam sensus falsam & opinionem veram: vt per visum sol apparet bipedalis: quod est falsum: & opinamur ipsum esse maiorem tota terra. In quinta parte comparat phantasiam ad intellectum intendens duas cõclusiones. Prima phantasia nõ est intellectus, nec scientia: quia intellectus & scientia semper sunt verorum: phantasia autem ſæpe est falsorum. Secunda conclusio phantasia non est aliquid compositum ex intellectu & scientia, cum illud totum si sit, sit semper verorũ: phantasia ſæpe falsorum. In sexta parte & finali declarat naturam phantasiæ: & dicit primo q̃ sensus exteriores moti a sensibilibus mouent sensum communem: & iterum sensus communis mouet phantasiam imprimendo in ea similem speciem illi speciei, quam habebat. Et ex hoc infert philosophus q̃ contingit phantasiam esse verã vel falsam: quia dependet ex sensibus, qui vt in plurimum sunt veri vt puta circa proprium sensibile: & quandoq; falsi, vt iudicãdo quæ sit res alba. Ex quo infert q̃ phantasia est motus a sensu factus secundum actum. Infert vlterius q̃ contingit animalibus multa operari, & pati secundum phantasiam.

An necesse sit ponere sensum agentem.

Quæritur vtrum sit necesse ponere sensum agentem, a sensu passibili seu passiuo ex natura rei distinctum. Arguitur primo quòd non per Ari. dicentem omnem sensum esse virtutem passiuam: ergo nullus sensus est agens. Secundo sic: vel esset agens respectu sensationis vel respectu speciei sensibilis: sed nullum illorum est dicendum; cum quodlibet tale causetur ab obiecto. Tertio sic: non est ponenda pluralitas sine necessitate; idest sine ratione euidente aut, sine notabili auctoritate, aut certissima experientia: sed nullum illorum est dicendum, scilicet propter quod debeat poni sensus agens: igitur. Quarto sic: in quocunque manet visio, illud est sensus passiuus: ergo non est ponẽdus sensus agens: aliter oporteret ponere decem sensus exteriores, quin-

B quo passiuos & quinque agentes. Quinto sic: quia vel ille sensus agens esset aliquid distinctũ a sensu passiuo, vel non: si est dicendum ꝙ sic quia non videtur quid esset eius operatio: si nõ haberetur propositum. In oppositum arguitur: quia intellectus agens est distinctus ab intellectu possibili; ergo etiam sensus agẽs erit distinctus a sensu possibili. In qũne ista erunt tres artic. Quantu ad primum,

Artic. 1. PRIMO sciendum, quòd de ista quæstione iam in quæstione præcedenti satis fuit ostensum, quomodo sensus particularis vnus, & idem numero manens, causat partialiter suam sẽsationem, & recipit eam: ideo ipse vnus numero sine quacunque distinctione ex natura rei

I dicitur sensus agens, & sensus possibilis: ideo respectu sensationis non est ponendus sensus agens distinctus ex natura rei a sensu possibili: ergo si oporteat ponere sensum agentem oportet ipsum ponere respectu specie-

Ran. quæst lib. 9. 14. tu speciei sensibilis, sed hoc nõ: quia vt dicit. Scot. quòd prima actio abstrahendi quæ est causare speciem est magis propria intellectui quàm secunda, quæ est causare intellectionem: quia illa potest competere alijs potentijs: nam qualibet potentia causat partialiter notitiam rei, sed nulla est quæ causet speciem rei nisi intellectus: Et propter hoc non oportet ponere sensũ agentẽm: quia maxime ponere tur ad causandum illam speciẽ sensibilem, sed talis totaliter tan quam a causa secunda causatur ab obiecto, vel vna cãt alia ſm ꝙ visum est alias. Et ex iſto pa-

su videtur haberi ꝙ nullus sensus neq; exterior neq; interior causat speciem sensibilem neq; totaliter neq; partialiter. Et siquis quærat quare ergo melius ponitur intellectus agens distinctus ab intellectu possibili, quàm sensus agens. Respondetur ꝙ non est simile de sensu & intellectu: nam intellectus dicitur agens: quia partialiter cum fantasmate causat speciem intelligibilem in intellectu possibili: & postea ipse intellectus possibilis partialiter cum illa specie causat intellectionem & recipit eam: sic autem non est de sensu: cum sensus nullam actionem habeat circa speciem sensibilem.

SECVNDO sciendum, ꝙ pro minori declaratione quæstionis supponitur, ꝙ differentia est inter sensus exteriores & interiores: nam sensus interiores siue sint plures siue sit tantum vnus habent actus suos tam in præsentia obiecti, quàm in eorum absentia. Ex quo sequitur ꝙ sensus exteriores cognoscunt intuitiue & abstractiue: cognoscunt enim quicquid est: sensus exteriores cognoscũt & eodem modo: & cum hoc alio modo puta abstractiue; vt patet in dormientibus: in quibus est actus phantasia in absentia obiecti. Vnde in dormientibus de cursu communi nulla potentia alia a phantasia habet actum suum: sed sensus exteriores qui sunt quinq; specie distincti, nõ habẽt actus suos nisi in præsentia obiecti vel modicum post: vt in quæstione præcedenti visum est. Et aduerte ꝙ qũ dr quod quinq; sunt sen-

Differentia inter sensus exteriores, & interiores.

A sus exteriores intelligitur de sẽsibus cognitiuis. Nam simpliciter potest concedi, quòd decem sunt sensus exteriores; quinque cognoscitiui, & quinque appetitiui, vt alias visum est, quòd cuilibet potentiæ cognitiuæ correspondet sua propria potentia appetitiua. Differunt secũdo sensus exteriores, & interiores: nã sensus interior, sicut est phantasia cum specie phantastica, seu cum phantasmate in absentia obiecti causat sensationem. Ex quo sequitur quòd phantasma habet actualitatẽ respectu actus phantasiæ: sed sic non est de specie sensibili: nam species sẽsibilis nullam actualitatem habet respectu sensationis: sed sensatio causatur ab obiecto, & a potentia. Et siquis quærat: cur ergo ponitur species sensibilis.

Quæ quinque sensus exteriores.

B Respondetur quòd ponitur tanquam effectus prævius ad aliũ effectum qui est sensatio: nam obiectum nunquã causaret sensationem nisi prius causauerit speciem sensibilem: sicut ignis non comburere, nisi prius calefaceret, non ꝙ calefactio, si causa combustionis.

TERTIO sciendum, quòd adhuc incidit talis difficultas: Vtrum sensus possit habere alĩ quam notitiam complexam: & ex hoc soloetur alia qõ: Vtrum animalia irrationalia habeant alĩ quam notitiam complexam. Ad hoc respondetur per aliquas ꝓpositiones. Prima, sensus & animalia bruta habent notitiã simplicem: vt visus cognoscit colorem & talis notitia est incomplexa. Secunda propositio, quamuis non sit nobis plane notum naturaliter animalia bruta habere notitiam complexam de sẽ C sibilibus: tamen ex his, quæ de his percipimus possumus inferre, quòd habent notitiam complexam: videmus enim, quòd ali quando brutum apprehẽdit panem, & prosequitur eum: & aliquando apprehendit & nõ mouetur ad eum. Item animal appetit dulce, & quando apprehẽdit, prosequitur: quod non faceret nisi iudicaret illud esse dulce: patet etiam de canibus venaticis, qui post quam feram sequũtur si ad binium venirent, odorant vnam partem & aliam nõ: & vnam sequuntur, & aliã non: quod non facerent, nisi iudicaret animal transisse per illam viam, & non per aliam: & notum est, quòd omnes tales notitiæ, seu iudicia sunt notitiæ complexæ. Et siquis inferat: ergo in talibus animalibus erit intelle- D ctus practicus iudicans hoc esse prosequendum, & hoc esse fugiendum. Etiam videretur, ꝙ talia animalia dicerentur rationalia. Respondetur quòd non sequitur aliquod illorum: quia homo non tantum habet iudicia particularia, seu singularia, sed etiam habet iudicia vniuersalia respectu quorum homo dicitur rationalis: & non tantum circa sensibilia, sed etiam circa intelligibilia: & ex illis ratiocinatur. Similiter intellectus practicus non solum est ex singularibus, sed ex altera vniuersali quandoque consiliatur: confert etiam præterita præsentibus & futuris; sed bruta animalia habent solum iudicia singularia, vel particularia, & non vniuersalia; ideo non dicuntur rationalia; nisi caperetur ra-

An sens. possit habere alĩ quam notitiã complexam.

rationale pro omni illo quod discurrit, siue ex iudicijs vniuersalibus, siue singularibus. Ex omnibus patet, quòd sensus saltem interiores habent noticiam complexam.

QVARTO sciendum, ꝙ circa textū incidit alia difficultas: an sensus particularis simul possit sentire contraria vt sensus visus simul album & nigrum. Et videtur ꝙ non: nam impossibile est idem simul moueri diuersis motibus: sed si sensus particularis simul sentiret contraria, simul moueretur motibus contrarijs: igitur. Item vel illa sunt æqualis virtutis, & tunc impedirent se adinuicem, aut alterum est maioris virtutis, & tunc sentiretur, & non alterum. Respondetur breuiter ad difficultatem, quòd sensus particularis potest simul sentire contraria, patet: quia possibile est duo contraria sentibilia simul pūtari sensui: aut ergo sentiret vtrunq; & sic habetur propositum: aut alterum ergo eadem ratione & aliud: suppositio, ꝙ sint eodem modo propinqua, & æqualis virtutis a mouendum: patet hoc etiam per experientiam: experimur enim quòd legendo in libro videmus simul album & nigrum. Et ad rationes. Ad primā negatur minor: quia motus contrariorum sensibilium non sunt contrarij in sensu, nec in medio: vnde licet album & nigrum cōtrarientur: tamen species sensibiles eorum non contrariantur. Ad secundā dicitur quòd si illa obiecta sint æqualis tamen tales motus possunt esse æquales, si sint inæqualia, inæquales: & ad probationē dicitur quòd duo motus reales bene se mutuo impediunt. non tamen intentionales. Aduerte tū quòd qū sensus visus simul videt album & nigrū, non ita perfecte videt, sicut si tū vnum videret. Et si quæras vtrum visus sentiat album, & nigrum vnica sensatione, aut pluribus: non vna quia intellectus qui est potentia perfectior, non potest diuersa intelligere vnico actu: ne pluribus, quia quæ ratione possunt esse simul duæ sensationes, ita & tres vsq; in infinitum. Respondetur quòd sensus visus potest percipere album & nigrū duabus sensationibus simplicibus & etiam vnica. Nam ponit differentiam inter album, & nigrum: & hoc per vnum actum: igitur. Ex quo potest inferri, quod sensus exteriores nō solum habent actus incomplexos, sed etiam complexos; & per hoc soluitur prima ratio: nam intellectus potest simul etiam plura cognoscere & vnico actu, & pluribus actibus. Ad secundam dicitur, quòd non est simile de duabus & infinitis: cum sensus visus sit potentia limitata. Et hæc de primo articul. Quantum ad secundum.

DVBITATVR primo, Vtrum sit necesse ponere sensum communem, ex natura rei distinctum a sensibus particularibus, id est a sensibus exterioribus. Et arguitur primo ꝙ non; quia actiones sensuum particularium non percipiunt a sensu communi: igit non est ponendus. Ad pateq; quia sensationes sensuū exteriorū nō sunt qualitates sensibiles: igit. Secūdo sic sensus cōis non potest ponere dīā inter

Sit p̄ vniuersū an simul possit sentire contraria.

Solutio.

Art. 2.

An ponē dus sit sēs cōis.

A inter obiecta diuersorum sensuum: ergo præter sensus particulares non est ponendus sensus communis. Antecedens patet; quia si poneret differentiam inter obiecta diuersorum sensuum, vel esset eodem actu, vel diuersis: non eodem, quia impossibile est eandem potentiam eodem actu distincte cognoscere obiecta specifice distincta: nec in pluribus, quia non videtur, quod talis potentia simul possit habere plures actus. Tertio sic: vel hoc esset propter sensibilia communia, vel propria, vel per accidens: non propter propria: quia talia sufficienter cognoscuntur a sensibus exterioribus, & etiam communia & etiam sensibilia per accidens: sic nō per se, sed per accidens: puta per hoc, quod sunt coniuncta sensibilibus propijs. Pro solutione ponitur talis conclusio: necesse est ponere sensum communem distinctum a sensibus exteriorib⁹: & hoc propter multa. Primo, qa sensus exteriores non cognoscunt suos actus, & tamē illos experimur cognoscere. Non enim solum videmus album, sed iudicamus nos videre album, & hoc nō est nisi per sensum communem: igitur. Secundo; quia sensus exterior nihil cognoscit, vel iudicat in absentia sensibilis: quia non est reseruatiuus specierum nisi in modico tempore: sed sine specie nihil cognoscet: & tamen in absentia sensibilium cognoscimus ipsa sensibilia: igitur. Tertio: quia sensibus exterioribus clausis in somno apparēt nobis sensibilia: & hoc nō est nisi per sensum communē: igitur. Quarto: quia de sensibilibus diuersorum sensuum componimus, & dibidimus pondō differentiā: iudicamus enim, quod hoc album est dulce. Etiam siquis vocet canem iudicabit, ꝙ ille quē videt; est qui vocat eum: & hoc non est nisi per sensum communem: igitur. Et si quis dicat cō tra hoc, quòd licet vnus sensus exterior non ponat illam differentiam, tamē bene duo sensus. Respondetur, ꝙ non: quia tunc sequeretur, ꝙ si essent duo homines, quorum vnus videret albedinem, & alius nigredinē, ꝙ possent ponere differentiā inter albedinē, & nigredinem: quod est falsum: nam ponens differentiam inter aliqua, oportet quòd cognoscat illa. Ex omnib⁹ istis patet, quare sensus cōmunis est ponendus. Primo, ad cognoscē dum sensationes sensuum exteriorum. Secundo, ad cognoscendum sensibilia tam propria, quā communia in absentia eorum. Tertio, ad ponendum differentiam inter sensibilia diuersorū sensuum. Et ad rationes. Ad primam dicitur, quòd sensationes non sunt qualitates sensibiles a sensibus exteriorib⁹, tamē bene a sensib⁹ intermedijs. Ad secunda dicitur, ꝙ sensus communis per eundem actum: & in eodem instanti temporis ponit differentiā inter obiecta diuersorum sensuum, vnde sensus cōmunis primo per vnum actum cognoscit vnum obiectum vnius sensus: & per alium actum aliud obiectum alterius sensus: & virtute istorum duorum actuum formatur vnū tertium actum virtualiter continēte noticias illorum duorum obiectorum. Ad ter-

Obiectio.

Solutio.

certiam patet satis quid sit dicendum.

Sen sus communis si unus, vel plures.

DVBITATVR secundo: vtrum sensus communis sit vnus, vel plures. Et videtur, q sit plures: quia vna potentia habet tantum vnum organum: sed sensus communis non habet tantum vnum organum: quia organum debet esse in media proportione qualitatum, quarum est susceptiuus: sed organum sensus communis non est huiusmodi dirigitur. Item organum sensus communis debet terminare organa aliorum sensuum exteriorum: sed non videtur vbi esset situandum tale organum: igitur. In oppositum videtur esse Philosophus in textu. Ad cuius difficultatem respondetur, quòd est vnus: & hoc tã ex parte organi, quã ex parte animæ etiam dispositionis qualitatiuæ. Et aduerte, quòd organum sensus communis sic se debet habere, quòd ad eum copulantur omnia organa sensuum exteriorũ: aliter non perciperet actus eorum. Et aduerte, quòd sensus communis dicitur quodãmodo plures: quia apprehendit illa, quæ alij sensus exteriores apprehendunt. vnde in quantum apprehendit visibile dicitur esse visus: inquantum audibile auditus: inquantum gustabile gustus: & sic de alijs. Et aduerte, quòd dicunt aliqui, quòd organum sensus communis dicitur esse in parte anteriori cerebri: videtur tamen secundum Arist. quod sit in corde: quia omnia membra habent coniunctionẽ ad cor, & ab eo recipiunt species vitales, & sensibiles. Et ad rationem primam dicitur quicquid sit de anima non concludit nisi in sensibus exterioribꝰ.

Sensus interiores quot.

Sed restat alia difficultas: quot sunt sensus interiores. Ad quam respondetur breuiter, q de hoc sunt duæ opiniones, seu duo modi dicendi. Vnus est, scilicet medicorum, qui dicunt esse quinque sensus interiores. Primus est, sensus communis, cuius organum est in anteriori parte cerebri: & eius actus est cognoscere obiecta sensuum particularium, & eorum sensationes: & cognoscere tam sensibilia communia, quam propria: tam in eorum absentia, quam in eorum præsentia. Secundus est virtus imaginatiua: & eius organum est post organum sensus communis: & eius actus est cognoscere species rei sensibilis in absentia eius. Tertius est æstimatiua, cuius organũ est in media parte cerebri: & eius actus est elicere species nõ sensatas a speciebus sensatis sub ratione boni consequẽdi, vel mali fugiẽdi. Quartus est potentia memoratiua, cuius organũ est in posteriori parte cerebri: & eius actus reseruare species sensibilium in eorũ absentia. Quintus est phãtasia, cuius organum est in superiori parte cerebri: & eius actus est componere, & diuidere secũdum species reseruatas in memoria. Alius est modus dicendi qui videtur esse Arist. & verus, puta, quòd est tantum ponẽdus vnus sensus interior, scilicet sensus communis, qui vocatur phãtasia æstimatiua, & imaginatiua. Nullo enim modo experimur habere tot potentias distinctas: quia nullomodo experimur habere tantam diuersitatẽ actuum

actuum, quin tanta diuersitas possit esse ab vna potentia: & quia non est ponẽda pluralitas sine necessitate: non videtur esse necesse ponere tot sensus.

Et si quis dicat: nonne saltem oportet ponere memoratiuam distinctam a cognitiua, quæ reseruet speciem. Respondetur, q sic est ponendum aliquid referuatiuum specierum sed illud nõ est nisi organũ, in quo conseruantur, & reseruantur species, seu phantasmata.

Vtrũ fortis imaginatiua transmutet corpora.

DVBITATVR tertio, vtrũ sit verum vnum, quod communiter dicitur: scilicet, quòd fortis imaginatio, idest phantasia trãsmutat corpora: sicut de multis legitur. q per fortem imaginationem transmutauerunt corpora. Respondetur, quòd de hoc dubio forte magis esset superstitiose loqui, quam bene, & vere loqui: tamen quia illud communiter dicitur: dicã aliquas propositiones nihil asserendo: sed quemadmodum dicunt tenẽtes partem affirmatiuam sicut est Auicenna & multi alij. Prima q ponitur: licet omnes animæ humanæ sint eiusdem speciei: nõ tamen omnes sunt æquales in virtutibus, & proprietatibus, accidit enim aliquẽ esse immersum materiæ aliquem multum eleuatum in materia. Secunda ponitur: anima humana quantũcunque modicum eleuata in nobilibus proprietatibus potest transmutare corpus extrinsecũ mediantibus qualitatibus intermedijs. Et aduerte, quod ad hoc, q anima sit potens ad istas transmutationes requiritur fortis, & fixa affectio: & quòd illud subiectum sit dispositũ ad transmutationem. Requiritur etiam, quòd talis anima non sit passibilis nibus sensibilibus subdita. Ex quo infertur secundum Auicẽ. quòd non quælibet anima humana quantumcunque in suis imaginationibus, vel affectionibus fixa posset corpus alienum modo prædicto realiter transmutare: quia non quælibet est eleuata nobiliter, & a passionibus sensibilibus remota. Vnde non videtur, q corpora superiora non possint producere virtutes nobiles in anima magis, quam in lapidibus preciosis, vel talem disponere corpora: sed videmus mirabiles virtutes esse in lapidibus igitur. Potest etiã istud declarari per experientiã. videmus enim, quòd aliquis super angustam trabem extensam super terram secure ambulant: & tamen si esset super profundam aquam non sic transiret. Dicit etiam Auicẽ. quòd quãdo gallina vincit gallum in pugna, erigitur quasi esset gallus, & elevat suam caudã sicut gallus: & qñ illi nascitur cornu in cruce sicut gallo: & ista non sunt nisi ex forte imaginatione, & extimatione. Dicit enim Aristo. octauo de Histor. Animal. q cũ gallina vicerit gallum, tunc conatur coire sicut gallus. Etiam si quis fortiter cogitat de venere, erigetur sibi virga, ita quòd aliquando semen expellit. Etiã puer genitus vt plurimum assimilatur illi, super quem habuerunt fortem imaginationẽ, seu extimationem in coitu. Item quando homo videt alium oscitare etiam oscitat: etiam pueri trahentes vinum de vase appetunt mingere: sed ista non videtur

tur fieri, nisi ex forti imaginatione: igitur. Et modus ponendi potest esse talis: nam sicut lumen, quod est species lucis, est productiua caloris: sic species albedinis, & rubedinis existentes in imaginatiua, sunt productiuæ albedinis, & caloris in subiecto disposito: propter quod patientibus fluxum sanguinis prohibetur res rubea. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

Art. 6

CONCLVSIO responsalis ad quæsitum: Non est ponendus sensus agens distinctus ex natura rei a sensu possibili: quæ conclusio relinquitur satis probata in primo art. Ad rationes omnes dicitur, quòd concludunt pro nobis, & non contra nos.

ARISTOTELIS
DE ANIMA.
LIBER TERTIVS.

T. cō. 1. & unde.

DE parte animæ, qua cognoscit anima, & sapit siue separabili existente, siue non separabili secundum magnitudinem: sed secùdum rationem considerandum, quam habet differentium, &c.

Intellectus proprietates, et quo differt a sensu.

EST est tertius liber de Anima, in quo Philosophus determinat de potētia intellectiua. Et diuiditur in duos tractatus. In primo, determinat de potentia rationali: & diuiditur in duo capitula. In primo tangit quinque conclusiones. Prima, cōsiderādum est de parte animæ, per quam anima cognoscit, & sapit: siue sit separabilis, siue inseparabilis a corpore. Secunda conclusio, tangit proprietates intellectus. Prima: si intelligere sit sicut sentire, contingit intellectum pati aliquid ab intelligibili: sicut sensum a sensibili. Secunda, oportet intellectum esse impassibilem. Tertia, oportet intellectum esse receptiuum specierum intelligibilū. Quarta, intellectus est in potentia ad suscipiendum species, & nullam ex natura debet habere. Quinta, sicut sensitiuum se habet ad sensibilia: ita intellectiuum ad intelligibilia. Sexta, necesse est intellectum esse mixtum. quod probat, quia intellectus omnia intelligit: ergo oportet ipsum esse immixtum. quod probat: quia si in intellectu esset aliqua propria forma, illa prohiberet, ne intelligeret formas extraneas.

Auctoritas.

neas. Ex quo habetur hæc auctoritas: intus existens prohibet extraneum. Septima, intellectus possibilis nō habet aliquam determinatam naturam: sed solū habet naturam, quæ vocatur intellectus possibilis animæ. Octaua, rationabile est intellectū nō misceri corpori, idest organo corporeo. quod probat, quia si esset aliquod organū, tunc quale esset ipsum organum; esset ipse intellectus, & sic posset esse calidus. Nona, intellectus possibilis est locus specierum.

Tertia conclusio, tangit duas differentias inter intellectum, & sensum. Prima, impassibilitas sensitiui non est similis impassibilitati intellectus. quod probat duplicitar. Primo, ex parte sensus: quia sensus non potest sentire parua sensibilia, nec valde excellentia: sed cum intellectus intelligit valde intelligibilia, nō minus intelligit infima intelligibilia. Secundo, probat ex parte organi: quia sensus non est sine organo corporeo intellectus vero est sine organo corporeo. Secunda differētia est, quia intellectus suscipit omnes species omnium intelligibilium: & dicitur in actu primo per ipsas: sic non est de sensu. Deinde ponit differentiam, quæ est ex parte obiecti. Et primo ponit talem suppositionem. Aliud est magnitudo, idest indiuiduum magnitudinis, & magnitudinis esse, id est quidditas huius magnitudinis. Et subdit, quòd hoc non est verum in omnibus: quia in omnibus idem est suppositum, & quidditas, vt dicimus hanc carnem, & carnē esse idem. Et per hoc ponit differentiam inter sensum, & intellectū ex parte obiecti, quia sensus cognoscit indiuiduum cum conditionibus indiuiduātibus: sed intellectus cognoscit quidditates abstrahendo a conditionibus indiuiduātibus.

Quarta cōclusio, tangit duas quæstiones. Prima, si intellectus est simplex, & impassibilis, & nihil habeat commune alicui intelligibili non videtur, quòd patiatur ab intelligibili: cum agens, & patiens debeant habere aliquid commune. Secunda quæstio: Vtrum intellectus sit intelligibilis: & si sit, vtrum sit intelligibilis, sicut alia, aut aliter. Quinta conclusio, tangit solutionem istarum quæstionū. Et primo soluit primam dicens quòd duplex est passio: quædā est corruptiua, quæ est mediantibus qualitatibus contrariis: & tali passione non patitur intellectus. Alia est perfectiua, & receptiua: & tali bene patitur intellectus: intellectus enim est quodammodo omnia: quia est in potentia ad suscipiendū species omnium intelligibilium, & nullam habet a natura: quia intellectus est sicut quædam tabula, in qua nihil depictum est. Secundo, soluit secundam quæstionem: & dicit, quòd intellectus est intelligibilis, sicut alia intelligibilia. Et subdit, quòd in his, quæ sunt sine materia, idem est intellectus, & quod intelligitur. Secundo subdit, quòd in habentibus materiam, vnum quodque solum est intelligibile in potentia: quia intellectus est potentia siue materia.

T. cō. 17. & unde.

QVONIAM autem sicut in omni natura, hoc quidem

dem est aliquid: hoc quidem materia vnicuiq; generi, &c.

ISTVD est secundum capitulum huius tract. in quo Philos. determinat de intellectu agẽte, & possibili. Et primo ponit talem conclusionem: necesse est in anima esse has duas potẽtias, scilicet intellectum agentem, & possibilem. quod probat: quia in omni natura est aliquid, sicut materia, quod est in potẽtia ad recipiendum omnia recepti bilia in tali natura: & est etiam aliquid, quod est productiuum omnium, quæ producuntur in tali natura: ergo in anima oportet ponere vnam potentiam receptiuam, & aliam productiuã.

Quid intellectus agens & passibilis.

Secundo, ponit differentiam istorum adinuicem: dicẽs, quòd intellectus possibilis est, quo possibile est omnia fieri: sed intellectus agẽs est, qui est potens omnia facere. quod probat per simile: quia sicut lumen facit colores existentes in potentia visibiles esse actu visibiles: sic intellectus agens facit intelligibilia.

Tertio, ponit proprietates intellectus agentis, quæ sunt quinque: dicens, quòd intellectus agẽs est separabilis, impassibilis, immixtus, actu substantia, & honorabilior intellectu possibili. Istam vltimam partem probat dupliciter. Primo, quia agẽs est semper honorabilius patiente. Secundo, quia principium effectiuum est honorabilius principio receptiuo, cuiusmodi est intellectus possibilis. Et subdit, q̃ eadem est scientia secundum actum cum re scita. Quarto, ponit differentiam inter virtutem cogitatiuam, & agentem: dicens, q̃ virtus cogitatiua, quæ aliter dicitur æstimatiua, præcedit intellectum agentem, sic q̃ intellectus agens præsupponit eam in agẽdo. Finaliter dicit, q̃ intellectus agens est separabilis, incorruptibilis, immortalis, & perpetuus, & non reminiscitur post separationem: sed vis cogitatiua, idest phantasia corrumpitur quodam interiori corrupto. Circa textum.

An intellectus noster sit pure potentia passiua.

QVAERITVR, vtrum intellectus noster possibilis sit pure potentia passiua. Et arguitur primo, quòd sic: quia secundum Philos. in tex. sicut se habet sensus ad sensibilia: ita intellectus ad intelligibilia: sed tactus est virtus passiua: ergo & intellect⁹.

Secundo sic, si intellectus esset potentia actiua cum hoc, q̃ sit passiua, sequeretur, q̃ posset intelligere sine obiecto exterio ri, quod est falsum. Probatur, quia actiuum, & passiuum debite approximata sine extrinseco sufficiunt ad actum. Secundo, probatur, quia sequeretur, quòd omnes actiones, & passiones intellectus essent eiusdem speciei: cum maneret idem agens, & patiens. Tertio sic, cognitio fit per assimilationem potentiæ cognitiuæ ad obiectum: sed illa assimilatio fit tantum per impressionẽ similitudinis, vel speciei obiecti in potentiam, quæ causatur ab obiecto, & recipitur in potentia, quæ talis potentia est tantum receptiua. Quarto sic, si intellectus possibilis esset productiuus intellectionis, sequeretur, quòd intellectus possibilis esset intellectus agens: quod est falsum, & contra Philosophum in textu, qui ponit differentiam inter ipsos. Quarto sic, si intellectus possibilis esset productiu⁹ intellectionis, tũc sequeretur, quòd intellectus agens nõ esset nobilior intellectu possibili, cuius tamẽ oppositum dicit Philosophus in textum. In oppositum arguitur: quia operationes vitales sunt effectiuæ a principio intrinseco vitali: sed actus intelligendi sunt operationes vitales; ergo sunt a principio intrinseco effectiuo vitali: & hoc non est nisi intellectus possibilis: igitur intellectus possibilis non est potentia pure passiua. In quæstione erũt tres ar.

Quantum ad primum.

Art. 1.

PRIMO sciendum, quòd pro declaratione quæstionis supponitur primo, vt habet Scot. quòd in parte intellectiua, idest in anima est aliquod principiũ actiuũ respectu intellectionis: & illud non est voluntas, neque sensus: igitur illud erit intellectus, vel aliquid intrinsecũ ipsi intellectui puta species intelligibilis. Secundo supponitur, quòd ad actualem intellectionẽ causandum concurrit aliquid ipsius animæ intellectiuæ, & obiectum aliquo modo præsens, vel in aliquo representante. Sed dubium est quot illorum debet poni per se actiuum respectu intellectionis, vtrum potentia tãtum, vel obiectum tantum. Ad hoc respondet Scotus, quòd nullum illorum est totaliter causa intellectionis. Primo modo potest esse potentia: quia experimur, quod quãdo aliquod obiectum est præsens intellectui, q̃ de eo habemus noticiam quam prius non habebamus: sed hoc non esset nisi intellectus haberet aliquam actiuitatem, &, q̃ obiectum non sit causa totalis patet: quia intellectiones, & operationes potentiarum dicuntur actiones immanentes: quod tamen non esset si obiectum esset talis causa: sed essent transeuntes. Et ex hoc sequitur falsitas illorum, qui tenẽt, q̃ intellectus pure passiue se habet ad intellectionem. Tertio supponitur, quòd obiectum in se præsens, vel in sua specie, & intellectus integrãt vnam totalem causam ipsius intellectionis: ita quòd intellectio, qua intellectus noster intelligit Petrum; causatur ab ipso Petro præsente in se, vel in sua specie, & ab ipso intellectu. Et aduerte, quòd obiectum esse in se præsens non est aliud quã ipsum habere verum esse in diffatia sufficienti ad causandum intellectionẽ: sed ipsum esse præsens in sua specie non est aliud, quàm speciem eius intelligibilem esse in intellectu: ita quòd quãdo ipsius obiecti species intelligibilis est in intellectu, tunc obiectum dicitur esse præsens in sua specie.

Ibi. q. 15. quæst.

Intellectus, & obiectum quo integrant vnum principium.

SECVNDO sciendum, q̃ circa dicta incidit talis difficultas: quomodo ista duo puta intellectus, & obiectum constituunt vnum principium. Pro cuius solutione supponit Scot. quòd causæ concurrentes ad vnum effectum sunt quandoque eiusdem rationis, & ordinis: vt sunt plures homines trahentes nauem: quandoq; sunt alterius rationis, & ordinis: & hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

B hoc dupliciter. Vno modo quãdo posterior habet virtutem suam a priore, cuiusmodi sunt sol, & pater in generatione hominis: quandoque posterior non habet virtutem suam a priore, nec dependet ab ea in habendo suam virtutem: sed tantum dependet ab ea in agendo secundum suam virtutem: ita quòd superior principalius agit, & inferior minus principaliter agit. Exempl. fortè posset esse de patre, & matre in generatione prolis. Arist. enim 16. de Animalibus expressè habet, quòd mater actiue se habet in generatione prolis: non tamen sic, quòd ipsa mater habeat virtutem suam actiuam a patre: nec in habendo ipsam ab ipso dependet: sed dependet ab ipso in agendo: & sic dicitur agere minus principaliter.

Scot. vbi sup.

Vide 1. de gen. text. 20 & 21 Anim. cum simil.

P Ad propositum ergo dicendum est de intellectu, & obiecto, quòd non concurrunt primomodo: puta, sicut causę eiusdem rationis: quia virtus vnius posset totum augeri, quòd se solo posset causare intellectionẽ: quod est falsum. Nec secundo modo: quia intellectus non habet virtutem suam actiuam ab obiecto, nec econuerso. Respondetur ergo, quòd tertiomodo concurrunt ad producendũ intellectionem: sed quod illorum principalius concurrat an obiectum, vel intellectus. Respondetur per duas propositiones. Prima, obiectum, & potentia sunt duæ causæ principales concurrentes ad causandũ intellectionem: sic quòd neutrum eorum sufficit. Secunda propositio, inter illa duo principalior causa est intellectus: quia vbi causa vniuersalior, & minus vniuersalis simul concurrunt ad aliquẽ effectum, causa vniuersalior est principalior: sed intellectus est causa magis vniuersalis; nam intellectus est illimitatus ad omnes actus omnium specierum, & omnium intelligibilium: non autem obiectum: quia est determinatum ad vnam speciem, & vnam notitiam.

C

Obiectum quare sit dicitur mensura, sicut intellectus.

TERTIO sciendum, quòd circa text. incidunt aliquæ partes difficultates. Quarũ prima est: quare est, quòd postquam obiectum est causa intellectionis, sicut intellectus: quare non dicitur ita bene intelligere, sicut intellectus. Respondet Sc. quòd ratio huius est: quia intellectus non dicitur intelligere ratione, qua causat intellectionem: quia si Deus causaret illam intellectionem, non tamen diceretur intelligere illa intellectione: sed dicitur intelligere intellectu: quia recipit intellectionem, quã non recepit obiectum: ideo dicit Philosophus, quòd intellegere est quoddam pati: quia intellectum intelligere non est, nisi ipsum recipere intellectionem.

Scot. vbi supra.

M

Animal intelligens, & an eius potentia dimanguar.

Secunda difficultas: an intellectus agens, & possibilis sint duæ potentiæ animæ realiter distinctæ. Et videtur, quòd sic, quia dicit Philosophus in textu, quòd intellectus agens est nobilior intellectu possibili, qui non esset si essent idem: cum nihil sit nobilius seipso. In oppositum arguitur: non est ponenda pluralitas sine necessitate ex primo Physic. sed non est necessitas ponendi illas potentias esse realiter distinctas: cũ idem possit

Text. 1. 50.

A possit esse principium receptiuum, & productiuum respectu eiusdem. Ideo respondetur breuiter ad difficultatem, quòd intellectus agens, & intellectus possibilis nõ distinguuntur realiter: quod patet, qa nõ possunt abinuicem separari: nec aliqua alia via apparet, qua potest concludi distinctio realis iter ipsa: ideo non distinguuntur realiter: licet bene formaliter. Et ad rationem dicitur primo, q intellectus agens est nobilior intellectu possibili secundum quid, & non simpliciter. Dicitur secũdo, quòd idem distinctum a seipso formaliter potest bene esse nobilius seipso. Et ad probationem Arist. in qua dicitur, quòd omne agens est nobilius passo.

B Respondetur, q talis propositio est mediata, & dependet a duabus alijs propositionibus. prima, quòd agens sit causa talis formæ quam producit. Secunda: quòd illa forma sit nobilior, quam passium, in quo illa forma recipitur: & si vna illarũ propositionum sit falsa: tunc non est concedenda talis propositio.

An intellectus agens, vel possibilis sit causa intellectionis.

QVARTO sciendum, q est alia difficultas: an intellectus agens, vel possibilis sit causa intellectionis. Ad quam respondetur breuiter, q intellectus agẽs cum phantasmate causat partialiter speciem intelligibilem in intellectu possibili, & nihil aliud facit. Vnde de ipso intellectu agente dicitur, q transfert de ordine in ordinem, ideſt de ordine sensibilium in ordinem intelligibilium, ideſt facit illa, quæ prius erant sensibilia actu intelligibilia, producendo speciem. Dicitur etiam, quòd ipse intellectus agens facit vtilitatẽ in rebus, scilicet producit speciem intelligibilem representantẽ rem sub propria eius ratione, & non sub conditionibus individuantibus. Dicitur etiã q intellectus agens est, qui est potens omnia facere, ideſt productiuus partialiter specierum intelligibilium omnium rerum sensibilium: ideo omnes auctoritates, quæ videntur ponere intellectũ agentem agere; debent semper intelligi respectu speciei intelligibilis. Sed intellectus possibilis recipit primo speciem intelligibilem: & cum ipsa partialiter producit intellectionẽ quã recipit, & ex illis patet, quòd intellectus agens nullam intellectionem producit, neq; aliquã recipit: neq; etiam speciem intelligibilem. Sequitur etiam, q intellectus agens post separationem animæ a corpore nullum actũ habebit; quia tunc species intelligibiles non causabuntur in intellectu possibili mediante phantasmate: quia tunc nullum erit phantasma: sed imediate causabuntur ab intellectu. Et si quis arguat contra illa: non est ponenda pluralitas sine necessitate: ergo non est ponendus intellectus agens aliquo modo distinctus contra intellectũ possibilem: quia intellectus possibilis cum phantasmate potest producere speciem intelligibilem in seipso, sicut producit intellectionem in seipso. Respõdet Sc. quòd non est simile: quia potentia operatiua non est productiua sui obiecti: licet sit actiua sui actus circa obiectum: ideo non est simile, q si intellectus possi-

C

D

Sco. q. 1. quol.

B bilis posit causare suam intellectionem, quòd posit causare speciem intelligibilem. Et si quis adhuc arguat: intellectus agens dicitur esse actiuus respectu omnium, quorum intellectus possibilis est receptiuus: modo dicit Philosophus in textu, quòd intellectus agens est qui potest omnia facere: sicut intellectus possibilis est, quo possibile est omnia fieri. Respõ detur, q intellectus agens dicitur omnia facere, supple intelligibiliam cum phantasmate causat speciem intelligibilem, per quam res dicitur actu intelligibilis: & per quam res dicitur in potentia propinqua intelligibilis: & respectu illius intellectus possibilis est receptiuus: sed intellectus agens non facit omnia actu intellecta: sed intellectus possibilis: ideo intellectus agens nõ est actus respectu huius, quod est facere omnia actu intellecta. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

F

Art. 2. *An detur species intelligibiles.*

Dvbitatvr primo, Vtrum ad habendum notionam actualem sit ponenda species intelligibilis. Et arguitur primo, quòd non: quia quælibet species intelligibilis si esset i intellectu, esset vt forma naturaliter agens ad intellectionẽ: sed multæ possunt esse tales species in intellectu; ergo omnes illæ agerent ad intellectiones, sibi correspondentes; Vel si vna ageret, & tamen secundum eam non esset intellectio, sequeretur, quòd nunquam secundum eam posset esse intellectio; quia causa naturaliter agens, quando agit, agit secundum vltimum suæ potentiæ; ergo cito non posset habere effectum suum, neque post. Item omnis species impressa ab obiecto repræsentat illud sub illa ratione, qua imprimitur ab eo; sed imprimitur ab eo, vt singulare est: quia actio est singularis; ergo species impressa a quocunque, non potest representare vniuersale. In oppositum arguitur: quia stat intellectum esse in potentia propinqua ad aliquid intelligendum, qui tamen prius erat in potentia essentiali, & remota ad illud intelligendum; ergo hoc est per aliam mutationem, & non obiecti: quia in obiecto est tantum relatio rationis: ergo ipsius intellectus: sed talis mutatio non videtur esse, nisi ad aliquam formã in intellectu, quæ est prior illa actuali intellectione: & illud non est nisi species intelligibilis: igitur. Sed forte dices, quòd hoc non est propter aliquid existens in intellectu: sed est propter phantasma, quod remansit, a quo causatur talis intellectio. Contra illud arguitur, quia intellectus potest esse in potẽtia propinqua alicuius, cuius nõ est phantasma: igitur non erit a phantasmate. Antecedens probatur: nam intellectus post intellectionem suorũ actuum, & volitionum suarum est in potentia propinqua ad illos intelligendum: & tamen ipsorum non sunt phantasmata, cum nullo modo sint sensibilia. Respondetur ergo ad dubium secundum mentem Scoti ad tertiam partem distinctionis per aliquas propositiones. Prima propositio: ad actualem notitiam abstractiuam, requiritur

O

H

Sco. li. 3. dist. 3.

A ritur species intelligibilis tanquam partialis causa illius intellectionis: quæ quidem species intelligibilis manet in intellectu possibili post actualem intellectionem. Secunda propositio, lata est differentia inter speciem intelligibilem, & habitum: quia habitus, qui generatur ex frequenti reiteratione actuum non representat obiectum: licet bene inclinet ad consimiles actus, ex quibus generatur: sed ista species intelligibilis est representatiua, & similitudo ipsius obiecti. Tertia propositio: licet species intelligibilis sit spiritualis, vel accidens spirituale, tamen representat rem corporalem: & hoc non est inconueniẽs. Et ad rationes. Ad primã respondetur negãdo cõsequentiam; vnde cuiuscunque speciei

B singulare fortius mouet sensum, eius phantasmata efficacius imprimitur, & fortius mouet intellectum: & quo ad istũ primum actum non est in potestate nostra, quin intelligamus. Et cum dicitur vlterius, vel ipsa species potest mouere ad intellectionem, vel non. Dico, quod potest: sed si alia species fortius moueat ista impeditur: potest tamen postea per imperium voluntatis imperantis mouere ad cognitionem illius.

Ad secundam dicitur primo, quòd duplex est ratio, scilicet agendi, & agentis. Singularitas enim est condicio agentis, & nõ ratio agendi: sed ratio agendi est ipsa forma in singulari, secundum quam singulare agit: & sic bene dicitur, quòd species debet representare secundum istam rationem agendi; sed non secundum rationem agentis: Vel potest dici generaliter, quòd quando species generatur ab aliquo, sicut a totali causa, representat ipsum sub ratione, supple agẽdi, qua gignitur: & concomitanter sub ratione generantis.

C

Dvbitatvr secundo: Vtrum illud dictum Aristotelis sit verum, in quo dicitur, quòd necesse est intellectum intelligentem phantasma speculari: & quòd intellectus ad intelligendum debet se conuertere ad phantasmata. Et videtur, quod non: quia intellectus multa intelligit, quorum non sunt phantasmata: vt sunt intellectiones, & volitiones. Respondetur, & pro solutione supponitur, quòd talis est connexio istarum potentiarum, scilicet phantasiæ, & intellectus prout iste, quòd nihil intellectus intelligit in vniuersali, nisi cuius singulare phantasiatur: nec est alia conuersio intellectus ad phantasmata, nisi quòd intelligens vniuersale, saltem materiale, seu sensibile phantasiatur eius singulare: & intellectus sic intelligens vniuersale, dicitur se conuertere ad phantasmata secundum illum sensum. Sed restat alia difficultas, scilicet Vtrum oporteat intellectum esse denudatum ab eo, quod ipse intelligit: & videtur, quòd non: quia non oportet sensum esse denudatum a sensibili: ergo non oportet intellectum esse denudatum ab intelligibili. Antecedens patet de tactu, qui non est denudatus a quatuor qualitatibus primis. Item intellectus

Intelligẽs non oportet phantasmata speculari quando.

D

Omne organum, quando debet esse denudatum vide.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E potest itelligere quodlibet ens: & tamen non est a quolibet eu te denudatus: quia nō est denudatus a seipso. In oppositum est Philosophus in textu, vbi dicit, ꝙ necesse est intellectū esse immixtum cum eo, quod intelligitur. Pro solutione ponuntur aliquæ conclusiones, seu propositiones. Prima propositio, intellectus noster non est denudatus ab omni eo, quod potest intelligere: quia potest intelligere seipsum: & tamen non est denudatus a seipso. Secunda propositio, intellectus noster potest dupliciter aliquid intelligere. Intelligit.n. aliquā primo, idest sine discursu ex intellectione præuia: & potest intelligere aliquid mediante alio, puta per discursum: potest etiam aliquid intelligere directe, & aliquid per reflexionem. Tunc ponitur tertia propositio, oportet intellectum esse denudatum ab omni eo, quod primo, & directe recipit, vel intelligit. Et per hoc soluitur secunda ratio. Ad primam, visum est quomodo sensibile positum supra sensum non facit sensationem.

F

Virū anima rationalis sit immortalis.

DVBITATVR tertio, Vtrum anima rationalis sit immortalis. Et videtur quod non: quia homo verè corrumpitur: ergo forma eius definit esse: sed forma hominis est anima: igitur. Item dicit Philosophus in textu, quòd intellectus passiuus corrumpitur: ergo & ipsa anima cum sint idem. In oppositum arguitur per Philosophum, qui dicit secūdo huius, ꝙ intellectus separat a corpore sicut ꝑpetuū a corruptibili. Etiā dicit in hoc tertio, ꝙ pars intellectiua est immortalis. Ad dubiū respondetur ponēdo talem propōnem: Secūdum veritatem & fidē anima rationalis est immortalis: sed quid de hoc senserit Philosophus dubiū est: nam in diuersis passibus vī adducere auctoritates ad vtranq; partem. Dicit.n. in hoc tertio, ꝙ intellectus est separatus. Dicit etiā duodecimo Metaphy. ꝙ solus intellectus. i. sola anima intellectiua manet post corruptionem totius. Etiam decimosexto lib. de Animalibus dicit intellectū venire de foris: ergo nō incipit esse per generationē: & per consequens non potest accipere nō esse per corruptionē. Dicit etiā, in 2. ethicorum, ꝙ fortis debet se exponere morti pro republica: & loquitur secundū iudiciū rationis naturalis: igitur secundum rationem potest cognosci immortalitas animę. patet: quia propter quodcunq; bonum nō pōt quis appetere omnino suū non esse: Ideo ex istis videtur velle Philosophus, ꝙ intellectus sit immortalis. Sed oppositum videtur velle in alijs locis: nam videtur dicere primo cœli, & mūdi: & etiam octauo Phy. quòd omne, quod incipit esse, definit esse. Vnde ibi videtur velle contra Plato pro impossibili, ꝙ aliquid inceperit esse pōt nō esse, quod sit perpetuum, & immortale ideo apparet, ꝙ Philosophus fuit multum dubius in hac materia, non magis accedens ad vnam partem, quàm ad alia. Vnde quantuncunq; aliqs esset magnus Philosophus non posset sufficiēter lumine naturali ꝓbare immortalitatē animæ. Et ad rōnem, quę fiebat dicitur, quòd

G

Vide Sco. in 4. dist. 43. q. 1. et 2. quæ lib.

H

A quòd in corruptione hominis corrumpit ipsa humanitas, quæ est tertia entitas distincta ab ipsa anima, & corpore, & non corrumpitur anima rationalis. Et hęc de secundo art. Quantum ad tertium sit.

Art. 3.

CONCLVSIO responsalis. Intellectus noster non pure se habet ad ipsam intellectionē: sed effectiue tąquàm causa partialis: quę conclusio relinquitur nota ex dictis: etiam ex dictis sufficienter patet quid sit dicendum ad rationes.

T. cō. 21. & vide.

INDIVISIBILIVM quidem igitur intelligentia in his est: circa quæ non est falsum, &c.

B

ISTE est secundus, & vltimus tractatus huius libri, in quo Philosophus determinat de intellectu, & actibus eius: & etiam de potentia motiua, & de differentia animatorum ab inanimatis. Et diuiditur in tria capitula.

Duplex operatio intellectꝰ & quomodo ea comparatur ad sensū.

Primum diuiditur in tres partes: dicens, ꝙ duplex est operatio intellectus. f. simplicium apprehensio, quæ est in his circa, quę non est falsum. Secunda, est compositio, vel diuisio, & est eorum, quæ sunt vera, vel falsa. Et differunt istæ duæ: quia simplicium apprehensio prior est, quam compositio, vel diuisio: vt patet ex opinione Empedoclis, qui dicebat, quòd primo fuerant quædam capita sine collo: postea coniuncta sunt suis collis. Secundo differunt: quia in compositione, vel diuisione est veritas, vel falsitas: sed non in simplici apprehensione. Tertio differunt, quia intellectus in

C

suā prima intellectione semper est verus, non autem in secunda. Et quia dicit, quòd prima operatio est intelligentia indiuisibilium: ostendit quòd indiuisibile dicitur tripliciter. Primo, quia est vnum cōiunctione, actu idiuisum: vt magnitudo. Secundo aliquid dicitur indiuisibile secundum speciem, puta quod est vnum secundum speciem: vt homo animal, vel domus. Tertio modo dicitur indiuisibile simpliciter, quòd est indiuisibile tam secūdum actum, quàm potentiam: vt punctus.

In secunda parte ponit aliquas comparationes intellectus ad sensum. Prima, sicut sensibile agit in sensum, & reducit eum de potentia ad actū; sic etiam intelligibile agit in intellectum, & reducit eum de potentia ad actum. Secunda, sicut alteratio sensus a sensibili non est corruptiua: sic, nec alteratio intellectus ab intelligibili. Tertia, sentire est simile ipsi intelligere: id est simplici apprehensioni: nam sicut sensus circa suum proprium sensibile est verus; sic etiam intellectus circa suum, quod quid est, est verus. Quarta, tam in sensu, ꝙ in intellectu ad apprehensionē obiecti conuenientis, vel disconuenientis, sequitur prosecutio, vel fuga. Quinta, in vtroque; apprehenso obiecto conueniente, vel disconueniente, sequitur delectatio, vel tristitia. Sexta, in nulla earum potentia appetitiua est alia a fugitiua. Septima, sicut se habent sensibilia ad sensum, ita phantasmata ad intellectum: nam sicut sensibile

D

E bile facit speciem sensibilem, ita phantasma facit speciem intelligibilem, sine qua intellectus non intelligit. Octaua, sicut præter sensus particulares oportet ponere vnum sensum communem, quo apprehendantur obiecta omnium sensuum particularium, & ponæ differentiam inter ipsa: ita etiam oportet ponere vnum intellectum intelligentem omnia. Nona cõparatio, tam in sensu, quàm in intellectu est aliquando iudicium practicum, quo intellectus monetur ad aliquid prosequendum, vel fugiendum: aliquando etiam est iudicium speculatiuum, quod est sine omni actione: hoc est, quod non mouet ad electionem, vel fugam.

Auctoritati eius. Ex quo patuit elicitur hæc communis auctoritas. Finis scientiæ speculatiuæ est scire: finis vero practicæ est opus. Decima, sicut per species reseruatas in phantasia imaginamur aliquid triste, aut delectabile: sic etiam per species reseruatas in intellectu. Vndecima, intellectus intelligendo ea, quæ abstracta sunt a materia non intelligit ea esse sine materia: sed intelligit ea non intelligendo materiam eorum: & sic etiam de sensu. Vltima, seu duodecima comparatio: operatio sensus nunquã est res sensata: sed intellectus est res intellecta: intellectus enim potest se intelligere. In tertia parte Philosophus intendit talem conclusionem: anima est quodammodo omnia. Quod probat: quia omne, quod est, est sensibile aut intelligibile; sed anima habet in se sensum, per quem est omnia sensibilia: hoc est potest omnia sensibilia cognoscere per sensum, & intellectum, per quem est omnia intelligibilia: hoc est per intellectum potest omnia intelligibilia cognoscere; igitur, vt subdit, quòd differentiæ, quibus diuiduntur scientiæ: sunt similes diuisionibus quibus scibilia diuiduntur: secantur enim scientiæ quemadmodum, & res ide quibus sunt. Vnde sicut scientia, & sensus diuiduntur per actum, & potentiam, sic scibile, & sensibile: si enim sensus fuerit in potentia, sensatum est in potentia: & si in actu, in actu; & similiter est de scientia, & de scibili; non tamen secundum quòd est extra animam; lapis enim non est anima; sed species lapidis. Ex hoc infert, quòd intellectus est sicut manus: quia sicut manus est organum organorum; nam homo vtitur ea ad protegendum alia organa; sic intellectus est species specierum, id est recipit speciem omnium rerum. Subdit etiam, quòd omnia intelligibilia sunt in speciebus sensibilibus: quia nullum vnquam sale intelligimus, nisi prius singulare illius phantasiemur.

Ex hoc infert, quòd intellectus nihil intelligit sine phantasmatibus; si enim intellectus speculetur; necesse est aliquod phantasma speculari. Ex quo infert finaliter, quod actus intellectus, qui est simplicium apprehensio, licet non sit phãtasma: tamen nõ est sine phãtasmate.

7. cõ. 40. circa medium, & finale. Dc mouente autem, quid forte sit animæ, speculandum est: vtrum vna quædam pars ipsius sit, &c.

Potentia motiua, quid, & unde sit. Istvd est secundum capitulum, in quo Philosophus determinat de potentia motiua: & diuiditur in duas partes. In prima disputat de distinctione potentiarum: dicens quòd dubitatio est quomodo distinguuntur partes animæ; quia videntur quodammodo esse infinitæ: cum videantur esse infiniti actus. Consequenter subdit quasdam diuisiones potentiarum, quas posuerunt antiqui: quidam enim dixerunt, quòd potentiarum animæ, quædam est ratiocinatiua, quæda irascibilis, & quædam concupiscibili. Alij dicebant, quòd potentiarum animæ, alia est rationalis, alia irrationalis. Has diuisiones reprobat Philosophus tribus rationibus. Prima ratio, quia sensitiua, & vegetatiua plus differunt, quàm concupiscibilis, & irascibilis: eo quòd constituunt diuersa genera viuentium: quod non faciunt concupiscibilis, & irascibilis. Secunda ratio, quia potentia vegetatiua neque est rationalis, neq; irrationalis: & tamen est potentia animæ. Tertia ratio, phantasia est quædam potentia animæ, & non apparet sub quo membro diuisionis contineatur: igitur. Consequenter ponit quatuor conclusiones. Prima, potentia vegetatiua non est sufficiens principium motiuum animalis secundum locum, quod probat duabus rationibus. Prima, quia motus secundum locum in animalibus est semper cum phantasia: hoc est cum aliqua cognitione, & appetitu ad prosequendum, vel fugiendum. Secunda ratio, quia tunc sequeretur; quòd in plantis, in quibus est potentia vegetatiua: esset potentia motiua secundum locum, quod est falsum. Secunda conclusio, potentia sensitiua non est sufficiens principium motus localis, quod probat: quia multa sunt animalia, quæ habent potentiam sensitiuam, quæ tamen sunt immobilia secundum locum. Et si dicatur, quòd omnia animalia habent potentiam motiuam secundum locum: sed non mouentur, eo quòd non habent organum dispositum ad motum. Dicit Philosophus, quòd hoc est inconueniens: quia natura nihil facit frustra, neq; deficit in necessarijs. Secunda conclusio, intellectus non est sufficiens principium motus localis, quod probat primo de intellectu speculatiuo: quia animal nunquam monetur localiter: nisi propter iudicium alicuius fugibilis aut prosequibilis: sed intellectus speculatiuus non dicit aliquid esse prosequibile, vel fugibile: igitur. Secundo probat de intellectu practico, quia licet is dicat aliquid esse prosequendum, vel fugiendum: non tamen semper fit motus secundum tale iudicium; nam incontinens magis monetur secundum concupiscentiam, quã secundum rectam rationem.

Quarta cõclusio, appetitus nõ est principium totale motus loca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

E lis quod probat: quia abstinentes non operantur secundū appetitum sed secundum rationē. Consequenter ponit talem conclusionem intellectus, & appetitus videntur esse principia motus animalis ſm locum: & hoc capiendo intellectum vt se extēdit ad omnem virtutem cognitiuam. Quod probat: quia omnis motus progressiuus animalis fit ad prosequendum vel fugiendum aliquid, quod oportet primo apprehendere tanquam bonum vel malum: sed apprehendere est cognoscere, & per appetitum est inclinare corpus: ergo istę duę potentiæ sunt principium motuum animalis.

Deinde ostēdit ex parte obiecti quid sit principium motiuū animalis: dicens, quòd appetibile primo intellectū mouet sub ratione boni vel mali: & ad talē cognitionem sequitur desiderium vel odium: ergo appetibile est primo mouens intellectū sub ratione boni vel mali, & cōsequenter appetitum. Deinde ponit differentiam inter intellectum, & phantasiam siue sensum: dicens, quòd omnis intellectus est rectus: sed phantasia quandoque est recta, & aliquando non. Vnde aliquando indicat aliquid esse prosequendum propter declarationem præsentem: quod tamen est valde malum propter sequentes circumstantias: ideo appetibile aliquādo apparet bonū: & tamen non est simpliciter bonum, dicit tamen, ꝙ non omne bonum, vel apparens bonum mouet appetitum ad prosequendum vel fugiendum: sed oportet, quòd tale sit per nos agibile.

VEGETABILEM quidem igitur animam necesse est habere omne, quodcunq; viuum, &c. G T. cō. 59. & inde.

ISTVD est tertium capitulum, in quo comparat potentias animæ adinuicem, & ad diuersa genera viuentium. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit aliquas conclusiones. Prima: in omnibus viuentibus generabilibus, & corruptibilibus reperitur anima vegetatiua. Quod probat: quia in omnibus viuentibus reperitur potentia nutritiua: igitur. *Potentia animæ ad quam ordo comparantur ad inuicem.*

Secunda conclusio: non in omnibus viuentibus reperitur anima sensitiua: quia non reperitur in plantis: cum in illis non reperiatur sensus tactꝰ, sine quo nullus alius sensus reperitur.

Tertia cōclusio: in omnibus H animalibus reperitur anima sensitiua. Pro cuius probatiōe præmittit, quòd natura nihil facit frustra. Hoc suppositio probat de animalibus progressiuis, quibus datus est motus progressiuus ad quærendum alimentum sibi necessarium: quod non potest inuenire sine sensu. Deinde probat de animalibus terræ affixis: quæ non indigent quærere alimentum saltem a longe: quia habent suum alimentum ipsis coniunctum: ideo datus est eis motus dilatationis ad prosequendum conueniens: & motus constrictionis ad resistendum disconuenienti; & ista non possunt fieri sine sensu: igitur.

Deinde ostendit, quod omne animal siue moueatur motu locali progressiuo, siue non

A non habet sensum, tactus. Et dicit ꝙ omne habens sensum habet corpus: quia sensus indiget organo corporeo. Ex quo sequitur ꝙ impossibile est corpus simplex habere tactum. Sequitur secundo ꝙ etiam impossibile est sine tactu habere alium sensum. Vnde sine tactu non potest animal prosequi conueniens, & fugere disconueniens secundum qualitates tangibiles: ideo est necessarius omni animali: quod tamen non est de alijs sensibus. Nam sensus visus, auditus, & olfactus, non sunt necessarij omni animali quia tales sunt circa aliqua quæ non nutriuntur. Ex quo patet ꝙ sunt tantum duo sensus necessarij, scilicet gustus & tactus.

Deinde ostendit modum, per B quem animalia sentiunt a longe: dicens ꝙ hoc fit isto modo: Nam obiectum primo immutat medium, & medio immutato immutatur sensus; sicut in motu locali mouens mouet corpus sibi propinquum, & per illud mouet aliud scilicet distans. Ex omnibus istis infert aliqua correlaria: primum impossibile est corpus animalis esse simplex scilicet igneum vel aereum: quod probat: quia non contingit animal esse sine tactu; sed impossibile est corpus simplex habere tactum: igitur. Ex quo infert ꝙ sensus tactus non est de natura alicuius elementi sicut alij sensus. Secundum correlarium: neq; capilli, neq; ossa, neq; plantę sentiunt: quia quod libet corū est terra a dominio. Tertium correlarii; necesse est omnia animalia priuata sensu tactus, mori. Quartum; necesse est omne animal habere C sensum tactus, q̄ solus est necessarius omni ani mali. Quintum: excellentię tangibilium corrumpunt animal: sed excellentię aliorum sensibilium non corrumpunt animal: licet bene corrumpāt sensum. Quod probat: quia excellentiæ tangibilium corrumpunt tactum: ergo animal: quia animal non potest esse sine tactu: sed ad corruptionē aliorum sensuum, non sequitur corruptio animalis: possunt tamen sensibilia aliorum sensibilium corrumpere animal per accidēs: vt sonus, contrauum, & odores in fecti. Circa textum.

Vtrū quidditas rei naturalis sit proprium obiectum intellectus.

QVAERITVR secundo, Vtrum quidditas rei materialis D sit proprium & adæquatū obiectum intellectus. Arguitur primo ꝙ sic: quia potentia passiua tantum se extendit ad illa recipienda; ad quæ potētia actiua se extendit faciendo; sed intellectus agens tantum potest facere illa intelligibilia actu, quæ solum a phantasmatibus repræsentātur: igitur intellectus possibilis tantum est in potentia ad illa intelligenda; sed illa sunt quidditates rerū naturalium: igitur. Secundo sic: Si quidditas sensibilis nō esset obiectum adæquatum: tunc possemus intelligere substātias separatas, quod th est falsum: igit. Tertio sic: Illud est obiectū propriū alicuius potētię; in qđ directe & pfecte ferē illa potētia: & sub cuius rōne oia apprehendit: sed sic est de quidditate rei naturalis respectu nri intel-

E intellectus: nam si intellectus noster interdū cognoscat suppositum immateriale, non est directe sed reflexe. Quarto sic: Actio cuiuslibet agentis est secundum formam, quæ est principium illius actionis: sed species intelligibilis a particularibus abstracta est forma intellectus nostri & principium suæ actionis; quæ species est per se fi militudo rei materialis: ergo intellectus per se & directe intelligit huiusmodi quidditatem.

Quinto sic; Obiectum alicuius potentiæ debet esse proportionatum tali potentiæ: sed intellectus noster secundum esse est coniunctus & separatus secundum rationem: igitur. In oppositum arguitur: quia si sic; sequeretur q intellectus corpori coniunctus & separatus differant specie: quia intellectus noster coniunctus habet quidditatem rei materialis pro obiecto, & separatus post mortem habet quidditatem immaterialem pro obiecto, ergo differunt cum potentiæ distinguantur. In hac quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Arti. 1. PRIMO sciendum, q de hac quæstione dicunt aliqui, q quidditas rei materialis est obiectum primū primitate adæquationis intellectꝰ nostri: & rones

Sco. li. 1. d. 3. q. 3. Et lib. 7. Metaph. q. 3. ante oppositū hoc probant. Sed contra illud arguit Sco. quia idē intellectus numero pōt aliquid cognoscere, quod non cadit sub quidditate rei materialis: nā fm fidem aia separata, & beata manens eadē, apprehendit quidditatē rei immaterialis. Et si dicas, q tunc elevatur lumine gloriæ ad hoc q cognoscat illas subsistias immateriales: Cōtra hoc ar G guit Scot. quia obiectum primū habitus continetur sub obiecto primo potentiæ; vel saltem non excedit: quia tunc non esset habitus illius potentiæ: sed ens inquantum ens est subiectum in Metaphysica: igitur quidditas rei immaterialis non est obiectū nīsi intellectus cū obiectum habitus excederet potentiam. Itē nulla potentia sit cognoscere obiectum aliquod sub ratione cōtoris, q sit rō sui obiecti primi: quia tunc rō illius primi obiecti non esset adæquata per se: patet & p exemplum: visus n. non cognoscit aliquid sub ratione cōloris, quām ratio coloris, vel lucis, vel visibilis: nec imaginatiua aliquid sub ratione coloti, quā sit ratio imaginabilis, quod est suū obiectū: sed intellectus cognoscit aliquid sub ratione cōmuniori, quām sit ratio quidditatis materialis: ergo cognoscit aliqd sub ratione entis in commune: alioquin Metaphysica non esset scientia intellectui nostro proportionata.

An obiectum intellectus sit ens obiectum voluntatis.

SECVNDO sciendum, q circa dicta incidit vna difficultas: vtrum illud quod est obiectum adæquatum intellectus; sit obiectum adæquatum voluntatis & sub eadem ratione. Respondetur breuiter q sic: sicut aliàs iam visum est: q potentiæ cognitiuę & appetitiuę est idem obiectum sub eadem ratione formali. Vnde sicut voluntas non potest habere actum suum circa ignotum: ita non potest habere actum suū circa obiectū sub aliqua rōne formali obiecti, quę rō est pœnitꝰ ignota: ergo nihil pt esse obiectū voluntatis sub aliqua ratio-

A rōne, sub qua intellectus nō posset cognoscere. Et si arguatur: voluntas potest in aliquid, in quod non potest intellectus: nā potest habere actum suum circa impossibile; vt patet de voluntate primi Angeli qui voluit impossibile, puta æqualitatem dei sibi inesse. Respondetur secundum Scotum, q sicut duplex est intellectio, absoluta & comparatiua: ita duplex est volitio, absoluta, & cōparatiua. Vnde

Sco. li. 2. d. 6. q. 1. in solut. arg. 1. intellectio absoluta est alicuius obiecti simplicis: & non pt esse nisi obiecti simplicis contenti sub obiecto intellectus. Sed intellectio comparatiua, siue collatiua potest esse ad quodcunque complexum, siue talis complexio sit possibilis, siue impossibilis: intellectus enim non solum componit propōnes possibiles, sed impossibiles. Similiter volitio absoluta est obiecti simplicis contenti sub obiecto voluntatis; sed volitione comparatiua pōt comparare quodcunq; volibile simplex ad quodcunq; aliud, siue in tali comparatione includatur cōtradictio, siue nō: & sic impossibile est volibile volitione comparatiua quando vtrunq; extremum est per se volibile. Vnde impossibile de se nō est intelligibile, neq; volibile: cum non habeat rationem obiecti: tū impossibile est simpliciter intelligibile & volibile: quia extrema sunt simpliciter intelligibilia & volibilia; & ratione extremorum est simpliciter volibile vel intelligibile: & per hoc soluitur difficultas.

An intellectus non possit TERTIO sciendum, quòd incidit talis difficultas: Vtrū intellectus noster possit se intelligere. Et arguitur q non; quia di C ctum est in textu q sensus non *se intelligere.* potest se sentire: ergo nec intellectus potest se intelligere. Item sequeretur q idem ageret & pateretur a seipso, quod est falsum: igitur. Item intellectus non est phantasiabilis cum non sit sensibilis: igitur non erit intelligibilis. In oppositum arguitur: quia de intellectu habemus scientiam; ergo est intelligibilis. Pro cuius solutione ponuntur aliqua propositiones. Prima propositio intellectus pōt se intelligere: & istam proponē concedunt oēs doctores. Secūda propō intellectus non intelligit se per suā essentiā sicut diximus aliq, sed immediate intelligit se per suam intellectionē. Tertia q pō intellectus nō intelligit se antequā intellexerit aliud a se: qa oportet ipsum intellectū moueri a phantasmatibus: sed ipsius in- D tellectus non est phantasmatis: igitur. Vnde intellectus pro statu isto natus est moueri ad cognitionem ab intellectu agente & phantasmate; ideo sola illa intellectio dicitur naturalis, quæ ab istis agentibus potest imprimi in intellectu. Quarta propō est: homines intelligunt suū intellectū, vel saltē intellectū suum cognoscunt; quia oēs homines habent cōceptus cōes; sicut entis, vnius veri; sub quibꝰ oia cognoscuntur: igitur. Quinta propō: intellectus potest se intelligere fm cōditiō nē vel rationē propriā; quia aliter non possemus sibi nomē proprium imponere: sed qualiter hoc fiat multum est difficile: potest tamen sic declarari; experimur enim in nobis quosdam actus cognoscendi: & tunc syllogizando

Universidad de Deusto
Biblioteca

B xando inquirimus, ꝙ taler actus nó possiunt esse corpora nec virtutis extensæ: ideo inferimus ꝙ potentia qua sic apprehẽdimus: non est corporea, nec extensa, & sic de alijs conditionibus, per quas sit nobis noticia propria intellectus. Et ad rationes. Ad primam dicitur ꝙ non est simile de intellectu & sensu cum intellectus non sit potentia organica. Ad secundam dicitur ꝙ nõ est inconueniens idem agere in seipso: vt patet de igne qui producit in ipsomet caliditatem. Ad tertiam dicitur ꝙ multa intelliguntur, quorum non sunt phantasmata: sed hoc maxime est per discursum ex noticia eorũ quæ cadunt sub sensu & phantasmatibus.

F *An gustus, & tactꝰ sint necessarij.* QVARTO sciendum ꝙ incidit alia difficultas: vtrum gustus & tactus sint sensus necessarij omni animali. Pro cuius solutione supponitur breuiter quòd gustus capitur dupliciter. Vnomodo vt est discretiuus saporum, qui facit nt alimentum delectabile & tristabile: & isto modo gustus non est necessariꝰ omni animali. Aliomodo capitur gustus vt est discretiuus alimenti conuenientis & disconuenientis: & sic est necessarius omni animali sicut tactus: gustus enim dicitur quidam tactus per modum immutãdi: cum quilibet immutatur per medium intrinsecum, puta per carnem quæ est pars animalis. Hoc supposito dicitur primo quòd sensus gustus secundomodo captus est omni animali necessarius; nam necesse est omni animali discernere alimentum conueniẽs ab alimento disconueniẽti. Dicitur secundo ꝙ visus, auditus, olfactus & gustus, saltem vt est discretiuus saporũ non sunt necessarij omni animali: sed solum insunt sibi de bene esse: saltem animalibus illis quæ mouentur motu progressiuo. Et ꝙ requirantur de bene esse patet sic: quia sine ipsis non possiunt animalia bene & congrue recipere alimentũ a longe: indigent tamen animalia visu, vt videant quæ sunt remota: gustu vt percipiant delectabile & triste in cibo: olfactu vt percipiant odorem alimenti a remotis: & auditu vt aliquid eis significetur: ideo necessaria est nobis lingua: quia est instrumentum vocis: quo vnus alteri mentis conceptum manifestat. Et hæc de primo arti. &c.

Arti. 2.

H *An ens sit obiectũ, adæquatũ nostri intellectus.* DVBITATVR primo. Vtrum ens in tota sui latitudine sit obiectum adæquatum nostri intellectus pro cuius solutione supponitur primo, ꝙ intellectũ posse cognoscere aliquod obiectum potest dupliciter intelligi. Vnomodo ꝙ possit recipere cognitionẽ illius obiecti: & sic intellectus noster potest omnia intelligere siue creata siue increata: nam intellectus noster ex natura sua inclinatur ad recipiendum cuiuslibet rei cognitionẽ tanquam ad suam perfectionẽ. Ex quo sequit ꝙ intellectus noster respectu cuiuscunq; intellectionis non dicitur violentari; & hoc vult habere Scotus. Secundomodo ꝙ possit attingere & effectiue causare cognitionẽ cum obiecto. Et istomodo dico cũ Scoto; ꝙ intellectus noster ẽt ex natura potentię nõ ꝓt oẽ ens cognoscere; quia non põt istomodo

q. 1. prologi. q. 4. quæst.

A modo ens increatum cognoscere: nam intellectus noster pro quocunq; statu etiam concurrentibus omnibus causis naturalibus facientibus ad intellectionem, ex sua propria natura non potest deuenire ad noticiã immediatã huius quod est deus neq; intuitiuam neq; abstractiuam. Vnde lata est differentia inter obiectũ creatum & increatum; quia obiectum creatum necessario causat suam intellectionem si sit prẽsens in se, vel in sua specie: sed obiectum increatum quantuncunq; sit præsens potentiæ creatę nunquam necessario causat suam intellectionem: sed solum contingenter: quia quicquid causat deus ad extra merè contingẽter causat. Et si quis arguat, quicquid cõtinetur sub obiectio primo naturali alicuius potẽtiæ illud potest attingi a potentia: sed deus cõtinetur sub obiectio adæquato ipsius intellectus: quia cõtinetur sub ente, quod est obiectum nostri intellectus. Pro solutione huius argumenti ponuntur aliquæ propositiones. Prima, obiectum naturale capitur dupliciter. Vnomodo pro illo ad quod inclinatur naturaliter potentia. Aliomodo pro illo qđ est naturaliter attingibile ab illa potentia. Secunda propositio: ens cõe deo, & creature est obiectum adæquatum nostri intellectus, ad ꝙ intellectus nr naturaliter inclinatur: & vocatur ab aliquibus obiectum terminatiuum, sed non motiuum. Tertium dictum: obiectum attingibile ab intellectu nostro est ens finitum absolutum, vel respectiuũ; cuius terminus non est deus: & hoc pro quocũq; statu: quod notanter dr: nam pro isto statu quidditas rei materialis est obiectum naturaliter attingibile ab intellectu. Et si aliqui vellent sic capere obiectum nostri intellectus, ꝙ pro illo statu naturaliter est attingibile: nõ male dicerẽr. Ex quo patet, ꝙ intellectus nr ꝓt dupliciter considerari. Vno mõ pro statu isto: & sic quidditas rei materialis est eius obiectũ. Aliomodo ꝓt considerari ex natura potentia, & ex parte sui: & sic ens finitũ absolutum, vel respectiuũ cuius terminus nõ est ens infinitum, est obiectum adæquatum nri intellectus, vnde intellectus est.

C

D *Sco. li. 3. d. 34.*

Primipium mobile in animali gd.

DVBITATVR secundo, quid sit principium adæquatum motus in animali. Pro cuius solutione supponitur, ꝙ in parte sensitiua vis irrationalis, & concupiscibilis sunt duæ potentiæ organicæ, hãtes in parte sensitiua duo organa. Vnde imaginandũ est ꝙ circa cor sunt duæ pelliculæ quarum vna constringit, & dilatatur: & illa est organum cõcupiscentiæ, alia est quæ firmatur & constringitur & facit ebullire sanguinem: & talis est organum irascibilis. Ex quo sequitur, quòd illæ duæ potentiæ in parte sensitiua non solum distinguuntur ex parte obiecti; sed realiter distinguuntur tanquã duæ potentiæ organicæ: sed in voluntate sunt idem ita, quòd ipsamet voluntas sine quacunque distinctione ex natura rei est concupiscibilis, & irascibilis. Et aduerte quòd concupiscibilis respicit illud quod ex se natũ est esse cõueniens, vel disconueniens; ita quòd nullo alio posito circa ipsum

B sum nisi sola apprehensione facta, natus est sequi actus delectandi, aut tristandi, fuge prosequendi, aut fugiendi: talia enim non respicit irascibilis.

Vnde actus irascibilis est irasci, ita quòd obiectum irascibile est vindicabile, vel offendens: quod offendens non dicitur statim disconueniens concupiscibili, sed quia impedit illud, quod est primo conueniens appetitui gustatiuo, scilicet cibum: ita quòd irascibilis appetit removere offendens, & ipsum punire. Vnde quando removet, & punit; irascitur tunc sine dolore, & tristitia: sed quando non potest ipsum punire; tunc irascitur cum dolore, & tristitia. Supponitur secundo, quod (vt alias visum est) potentia motiua secundum locum est duplex, scilicet organica, & non organica: & de istis amplè visum est. Ideo respondetur ad dubium, quòd potentia motiua organica est principium adæquatum motus progressiui. Et ad Aristotel. qui dicit, quòd intellectus practicus, seu potentia cognitiua, & appetitus sunt principia motus localis, debet intelligi, quòd ad actus istarum potentiarum potentia motiua exequitur suũ actum; ideo dicuntur solum principia prætia, & non propriè productiua illius motus.

An anima separata intelligat quidditates ante separationem si notas.

DVBITATVR tertio, Vtrum anima separata possit intelligere quidditates sibi notas, ante separationem. Et videtur quòd non, quia habet Arist. q̃ phantasmata se habent ad intellectum, sicut sensibile ad sensum, sed sensus non pòt habere aliquã sensationem nisi moueatur a sensibili; ergo nec intellectus nisi moueatur a phãtasmate. Tunc respondetur ad dubiũ secundum mentem Scoti: quòd anima separata intelligere potest quidditates omnium illorũ quorum habet species intelligibiles. Dicitur vlterius quòd species intelligibiles, quidditarum remanent in anima post eius separationem a corpore; & etiam virtutes & scientiæ quas prius habuit connectas corpori: de quibus non est oblita, anteq̃ separetur a corpore. Vnde scientia q̃um est ex parte sui nata est incorruptibiliter permanere; & ex parte subiecti, cum subiectũ sit incorruptibile. Vñ dicit Hieron. in prologo Bibliæ: discamus in terris, quorũ nobis scientia remanebit in cœlis: valde.n. indignum esset tñ laborare circa scientiam, & virtutes si desinerent in morte: & valde irrationabile, q̃ talia manent, & q̃ actus illarum non valeamus habere. Secundo de hoc videtur esse dubitatio: quia si multæ species intelligibiles sint conseruatæ in intellectu, tunc quælibet mouebit ad intellectionem, vel nulla, sed de hoc satis visum est alias. Sed dubium est, Vtrum anima separata virtute propria possit acquirere notitiam alicuius prius ignoti. Respondetur breuiter q̃ sic: anima enim existẽs in debita distantia alicuius obiecti poterit habere, & acquirere notitiam illius obiecti virtute propria: & hoc tã intuitiuam quam abstractiuam: & pro illo statu obiectum immediate causabit duos effectus scilicet speciẽ intelligibilẽ sui & suam

C *vel mouet mot. intel. ligere pot.*

Sco. li. 4. d. 45. q. 3.

D

E

F

G

H

A suam intellectionem: quia tunc non indigebimus phantasmate. Ex quo sequitur vlterius, q̃ anima pt recordari iam præteritorum, & eorum, quæ in hoc mundo no uit; gaudendo, & delectando bonis operationibus quas in hoc mundo exercuit. Quantum ad tertium articulum sit.

Art. 3. CONCLVSIO responsalis: Quidditas rei materialis nũ est obiectum adæquatum nostri intellectus ex natura intellectus: licet possit esse obiectum nostri intellectus naturaliter attingibile pro isto statu: & hæc conclusio relinquitur probata in articulis. Ad rationes etiam patet quid sit dicendum.

B C

PETRI TATARETI PARISIENSIS,

In Parua Naturalia Aristotelis elegantissimæ considerationes.

Libellus de Sensu, & Sensili.

D

Quid in toto tractatu agitur.

QVONIAM autẽ de anima secundum seipsam determinatum est: & de virtute qualibet ex parte ipsius: consequens est facere demonstrationem secundum considerationem de animalibus, & vitam habentibus omnibus, quæ sunt propriæ, & communes operationes eorum, &c.

ISTE est liber de Sensu, & Sensato Aristotel. in quo determinat de corpore sensitiuo. Et diuiditur in nouem capitula. Primum continet tres particulas. Et dicit primo in prima, q̃ postquam determinatum est de anima, & de potentijs eius necesse est determinare de animalibus, & de omnibus habentibus vitam. In secunda parte intendit duas conclusiones. Prima, in hoc libro oportet determinare de operationibus tam communibus, quàm proprijs animalium. Primo, quia conueniens est determinare de his, q̃ sunt cõia animæ & corpori: sed operationes animalium ut proprie, quam communes sunt animæ & corpori: igit de his determinandũ est. Minorem probat exemplo: quia hæc omnia quæ sunt communia animę, & corpori fere insunt nobis actibus, pa-

tas en-

E ta sensus, memoria, ira, gaudiũ appetitus, scientiæ: & inter ea quædam insunt omnibus vitam participantibus, & quædam insunt maxime animalibus: & sũt istę quatuor combinationes, vigilia & somnus, iuuentus & senectꝰ, respiratio & aspiratio, mors & vita: de quibus per ordinem considerandum est. Secuuda cõclusio: ad physicũ spectat determinare de principijs sanitatis, & ægritudinis, quod probat ratione, & signo. Ratione sic, quoniã sanitas, & ægritudo sunt passiones habentium vitam, sed hic determinatur de omnibus vitam habentibus: ergo hic ẽt determinandum est de sanitate, & ægritudine. Signo sic: quia multi medicorum dando artem medicinæ maiorem partem illiꝰ artis censuere de his, quæ perti F nent ad philosophiam naturalẽ: ergo signum est, quòd aliqua eorum, quæ sunt philosophiæ naturalis sunt principia sanitatis, & ægritudinis: & ex hoc elicit talis auctoritas, quòd vbi desinit physicus ibi incipit medicꝰ. In tertia parte philosophus intendit tres conclusiones. Prima est: necesse est vnumquodque animal, secundum quòd est animal habere sensum, probat duabus rationibus. Prima: quia animal est animal per sensum: distinguimus enim animalia, & non animalia per sensum. Secũda ratio: omne animal necessario habet tactum & gustum: igitur omne animal habet sensum: nam gustus, & tactus sunt quidã sensus. Secunda conclusio: sensus percipientes sua obiecta per medium extrinsecum; sicut visus, auditus & olfactus sunt necessarij ad salutem animalium, quæ mouentur progressiue, qđ probat, quia animalia, quæ non habent alimentum sibi coniunctum indigent quærere a longe: sed hoc non possunt sine visu, auditu, & olfactu: igitur. Tertia conclusio: licet visus sit per se magis vtilis habentibus prudentiam: tamen per accidens auditus est eis magis vtilis. Primum probat dupliciter. Primo, quia visus plures differentias rerum nobis ostendit, quàm auditus: igitur est magis vtilis. Secundo: quia per visum cognoscimus sensibilia communia mõ autem per auditum: igitur. Secundam partem probat: quia sensus est causa disciplinæ per accidens, & est perceptibilis ab auditu, & non a visu: ergo auditus per accidens est magis vtilis ad disciplinam, quàm visus. H Et ex hoc infert philosophus, quòd cęci a natiuitate sunt sapiẽtiores mutis & surdis.

Auctoritas.

O

IN quibus autem habent fieri corporis instrumentis, nunc quidam quæruntꝰ secundum elementa &c.

ISTVD EST secundum capitulum, in quo philosophus determinat de organo sensuum secundũ opinionem antiquorũ qui comparabant sensus elemẽtis. Et primo narrat opinionem Platonis, qui dicebat, quòd oculus est de natura ignis: patet signo; quia si in tenebris palpebris clausis cõstringatur oculus, vel percutiatur apparet ignis, sed non ignis extrinsecus: quia sunt tenebræ. Contra hoc arguit philosophus: quia tunc sequeretur quòd

Antiquorum, & eorum sententia de organo sensuum.

A ꝙ oculus posset se videre, siue moueretur sius quiesceret: quia non contingit visibile latere tientem vel videntem. Respondet ergo philosophus ad illud signum, ꝙ apparitio fulgoris in oculo non est: quia oculus sit ignis; sed propter aliud, quia nigrum oculi est perfecte lene; & corpora perfecte lenia in tenebris nata sunt fulgere, quemadmodum capita piscium.

Consequenter narrat opinionẽ Empedo. dicentis etiam ꝙ oculus est de natura ignis, & ꝙ inter pelliculas oculi est ignis, sicut lumen in lucerna: & ꝙ ille ignis exit per pelliculas oculi: sed tamen per eum non videmus in tenebris. eo ꝙ extinguitur propter sui debilitatem tenebris. sed hoc opinio est falsa, & eam reprobat Philosophus B eodem modo sicut opinionem Plato. Tertia opinio fuit Democriti dicentis oculum esse de natura aquę; & in hoc bene dicebat. Dicebat vlterius ꝙ operatio fulgoris in oculo est visio; & in hoc male dicebat: quia illa apparitio fulgoris causatur propter hoc ꝙ oculus est lenis: & tamen non est in vidente; sed visio est in vidente: igitur. Consequenter determinat de organo visus secundum opinionem propriam, & intendit duas conclusiones. Prima: visus est de natura aquæ, quod probat vna ratione & trious signis. Ratio talis est: quia illud quod est terminus in oculo, est perspicuum ideſt receptiuum specierum: ergo est de natura aeris vel aquæ: sed melius est quòd sit de natura aquæ, quàm aeris: cum aqua sit spissior aere. Primum signum est: quia si percutiatur oculus, aqua exilit. Secundum signum; quia in embrionibus oculi excedunt alias proprietates in frigiditate & claritate, quæ sunt proprietates aquæ. Tertium signum est: quia album oculi in habentibus sanguinem factum est pingue & crassum vt conseruet humidum oculi. Secunda conclusio: impossibile est quòd visio fiat extra mittendo sicut dicebant antiqui; ga vel illud exiens ab oculo procedit vsq; ad res visas; vel vsq; ad distantiam in qua lumen visibile coniungitur sibi: non primum; quia inconueniens est tam parvum lumen protendi ab oculo vsque ad astra: Nec secundum: quia tunc quereretur quod est lumen tantum coniungi: quæritur etiã quomodo est possibile lumen D coniungi lumini. Ex quo subdit duo. Primum, quod impossibile est videre sine lumine. Secundum quòd potentia visiua non est in extremitate oculi: sed est extra oculum: quia accidit quibusdam vulneratis in bello in temporibus, ꝙ nihil videnti dicit ergo ꝙ si organa sensuum comparantur elementis: tunc organum visus comparatur aquæ: auditus aeri; odoratus igni; tactus & gustus oportet comparare terræ.

C

DE sensibus autem his, qui secundum vnumquodq; sensitiuum, puta de colore, & sono, & odore &c.

ISTVD EST tertium capitulum in quo Philosophus de

terminat de obiecto visus. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de colore, & de eius diffinitione: & circa hoc ponit talem conclusionem: Lumen est color. i. actus perspicui secundum actum. Quod probat: quia quando aliquid est luminosum potentia eius est lumen, & priuatio eius est tenebræ. Et subdit quòd perspicuum nõ est proprium aeris, vel aquæ: sed est vna natura cõmunis, & virtus, quæ non est separata à corporibus, & reperiẽ in aere, igne, & aqua, & in corporibus cœlestibus secundum tamen magis, vel minus. Deinde inquirit particulas ponendas in diffinitione coloris: & primo primã: ponens duas suppositiones. Prima, perspicui est aliqua exttemitas: Secunda natura luminis est in determinato perspicuo. His suppositis ponit philosophus aliquas conclusiones. Prima est, color est extremitas perspicui; quia color, vel est extremitas corporis terminati, vel in extremitate; non primum; igitur est in extremitate corporis terminati: sed illud quod est in extremitate corporis terminati est extremitas perspicui: igitur color est extremitas perspicui. Secunda conclusio: color est in corpore terminato. Pro cuius probatione supponitur, ꝙ perspicuum non est susceptiuum coloris; quia nullum susceptiuum coloris videtur colorari exterius & interius: vt patet de aere & aqua. Supponitur secundo, quòd licet perspicuum videatur coloratum; non tamen habet colores veros; quia colores perspicui, puta aeris, & aquæ, aliter apparent de longe, & prope; ergo non sunt veri colores. In secunda parte determinat de generatione colorum. Et dicit quòd sicut se habent lumen & tenebræ in diaphano; ita se habent album, & nigrum in corpore terminato. Ex quo patet, quòd nigrum dicit priuationem albi. Secundo tangit duas opiniones de generatione mediorum colorum. Prima: fuit dicentium, quòd quandoque album, & nigrum sunt intantum paruæ; quia propter eorum paruitatem sunt insensibilia: sed si componerentur adinuicem, constituerent vnũ totalem colorem visibilem: & ille erit medius color; ita ꝙ secundum diuersam compositionem albi, & nigri adinuicem constituuntur alij, & alij medij colores. Alia fuit aliquorum dicentium, quòd quando vnus color supponitur alteri, & vnus videtur per alterum tunc species eorum simul confuse multiplicantur ad visum; ita quod nullus eorũ distincte apparet; immo apparet color medius. Quod probat per signum de pictoribus, qui volentes depingere aerem, vel aquam iuxta ponunt duos colores sibi oppositos. Probat etiam per signum de sole, qui videtur albus, secundum se & puniceus per fumum. Alia est opinio pro qua supponit, quòd duplex est mixtio: quædam est impropriè dicta, quæ fit per solam iuxta positionem aliquorum. Alia est propriè dicta, in qua qualiber pars vnius miscetur cum qualibet parte alterius: tunc dicit ꝙ sicut corpora contingit misceri per totum, & non solum per iuxtapositionem: ita etiam colores extraneos & propter diuersam connexionem eorũ multiplicantur species colorum mediorum. Ex quo patet quomodo generantur colores medij secundũ intentionem philosophi.

Obiectum visus qd, & quale.

Corollarium.

DE odore vero, & sapore dicendum est: fere enim eadem est passio: non in eisdem est &c.

ISTVD est quartum capitulum, in quo philosophus determinat de odore, & sapore. Et diuiditur in quatuor partes. In prima ponit hanc conclusionẽ: Prius determinandum est de sapore, quàm de odore: quia sapores sunt nobis manifestiores odoribus: cum gustus in nobis sit nobis certior ipso odoratu. Deinde ponit tres opiniones antiquorum. Prima fuit Empedoclis dicentis, quòd aqua, ex natura sua est insipida, & in aqua latent omnia genera saporum, & sunt insensibilia in aqua propter eorum paruitatem: ita ꝙ secundum eum omnes sapores generantur per exitum ab aqua. Contra eum dicit philosophus ꝙ ipse dicit multum apertum apertum mendacium, dicẽdo omnes sapores generari per exitum ab aqua: nam videmus fructum habere alium, & alium saporem secundum, ꝙ sol aduenit supra eum. Secunda opinio fuit: quòd aqua est vniuersale semen omnium saporum: ita quòd ex diuersis partibus aquæ generantur diuersi sapores. Contra hoc dicit Philosophus ꝙ impossibile est aquam esse vniuersale semen omnium saporum: quia ex eodem cibo videntur generari multi, & diuersi sapores. Tertia opinio est: quòd sapores generãtur ex diuersitate caloris aduenientis, & ingredientis aquam. De ista opinione dicit Philosophus, ꝙ oportet concedere aquam transmutari secundum sapores, eo ꝙ patitur aliquid à calore, non ꝙ accidat sibi solum virtute eius, ꝙ alteretur a calido: quia aqua est omnium humidorum subtilissimum: ergo non potest immutari sapores ex sola alteratione a calido. In tertia parte determinat de generatione saporum secundum virtutem & intendit quatuor conclusiones. Prima; terra facit ad generationem saporum; patet quatuor ignis. Primum: quia secundum diuersitatem terrarũ apparẽt diuersi sapores in fructibus. Secundum: quia omnes antiqui dicũt aquam esse talem, qualis est terra per quam transit. Tertium; qa aquæ colatæ per cineres sunt amaræ. Quartam; quia quidam fontes sunt diuersorum saporum secundum diuersitatem terrarum, per quas transeunt. Secunda conclusio: siccum terrestre passum a calido causat saporem in humido: quia humidum contrariatur siccoergo natũ est pati a sicco. Consequentia patet: quia elementa sunt actiua & passiua secundum suas contrarietates. Vnde terra est sicca & ignis calidus: ideo humidum aliquid patitur a terra & ab igne & per illam passionem generatur sapor. Tertia conclusio: sapor est passio facta in humido a sicco terrestri alterativa gustus de potẽtia ad actum: non

Quid sit sermo antiquorum ipse Philosophus de odore, & sapore.

Sed numquid subtilior aqua.

G gustus antequam gustet est in potentia ad sentire: sicut sciens ante speculationem dicitur in potentia ad speculandum.

Quarta conclusio: sapor consistit in humido & ficco, quod probat: quia sapor est solum in nutrimento: sed nutrimentum non est solum humidum, nec solum siccum: quia omne animal nutritur dulci vel secundū qd, vel simpliciter: nā propter hoc calor naturalis nutrit: quia attrahit dulce, & relinquit amarum: igitur solum dulce nutrit. Et si quis quærat quare ergo ponimus sal in cibis nostris: cum solum dulcia nutriant. Respondet philosophus, ꝙ hoc est vt reprimatur dulce, ne nimis nutriat: eo ꝙ faciliter attrahatur a calore propter suam leuitatē. *Cur cibos sale condimus.*

F In tertia parte determinat de speciebus saporis dicens, ꝙ sicut medij colores sunt ex mixtione albi & nigri: sic etiam medij sapores sunt ex mixtione dulcis & amari. Vnde octo sunt species saporis, scilicet pinguis, dulcis, amarus siue salsus, pontieus, austerus, stipticus, & acutus. Quod probat: quia tot sunt species saporis, quot sunt species odoris: sed octo sunt species odoris: igitur. In quarta parte reprobat tres errores antiquorum. Primus erat Empedoclis dicentis, quòd a re visa defluunt quædam parua corpora vsq; ad visum: & ibi fit quidam contactus: ita quòd volebat quòd omnia sensibilia essent tangibilia. Contra hoc arguit philosophus: quia tunc omnis sensus esset tactus: quod est falsum. Secundo fuit antiquorum vtentium sensibus communibus tanquam proprijs, eo quòd omnia sensibilia reducebant ad magnitudinem & figuram. Contra hoc arguit primo: quia sensus non decipitur circa sensibilia propria: sed decipitur circa sensibilia communia: igitur. Tertius error fuit aliquorum dicentium quòd album reducitur ad lenes & nigrum ad asperum, & sapores ad figuras. Contra hoc arguit Philosophus: quia tunc gustus maxime esset discretiuus figurarum: quod est falsum. G

Eodem vero modo oportet intelligere & circa odores: quod enim facit in humido siccum &c.

Istud est quintum capitulum, in quo philosophus determinat de obiecto odoratus: & diuiditur in duas partes. Primo ponit duas conclusiones. Prima aer & aqua sunt medium odoratus! & non secundum ꝙ perspicua. sed secundum ꝙ lauabilia vel mundibilia ideſt in quantum subaquositas desiccata cōmiscetur eis per modum lauationis. Secunda conclusio: si aer & aqua sint humida, odor est de natura sicci enchymi facta ab humido: & hæc est diffinitio odoris: consequentiam probat sex signis. Primum: quia elementa sunt modorabilia; eo ꝙ eorum humida non sunt permixta ficco terrestri. Secundum mare habet odorem, eo ꝙ humidum enchymū ideſt siccum mixtum cum humido. Tertium: sal est odorabile propter ꝓdictā cōmixtionē & magis, quàm vterum in quo humidum est magis consumptū quamuis non sit perfectè siccū: quia ab eo effluit oleum. Quartum, lapides vt in plurimum nō sunt odorabiles: quia sunt sine humore. Quintum, ligna sunt odorabilia: & hoc maxime in aqua, eo quòd sint enchymi. Sextum, aurum & argentum & stānum sunt inodorabilia propter defectum humidi. Consequenter tangit opinionem antiquorū de odore: dicens quòd aliqui antiquorum dixerūt odorem esse fumalem euaporationem cōmunem aeri & aquæ. Sed contra hanc opinionem ponitur talis conclusio: odor non est fumalis euaporatio. Probatur: quia impossibile est fumalem euaporationem esse in aqua; sed odor est in aqua: vt patet de animalibus odorantibus in aqua. Deinde ostendit generationem odoris: dicens, quòd contingit humidum aquæ, & aeris pati a siccitate terrestri: ex qua passione generatur odor. Quod probat: quia sapores sunt proportionabiles odoribus: sed sapores fiunt ex hoc, quòd humidum aquæ patitur a ficco terrestri: igitur & odores. Ex quo infert quòd sicut aliqui sapores sunt difficiles gustationis vt putridi: sic est de odoribus. Secundo: sicut sapor est in aqua; ita odor est in aere & in aqua. Tertio: quia frigus, & congelatio hebetant sapores, & etiam exterminat odores. In tertia parte determinat de speciebus odoris: dicens quòd duæ sunt species odoris in communi. Nam quidam sunt delectabiles, aut tristabiles secundum accidēs: & tales sunt qui habent sapores sibi coniunctos in nutrimento: nam quibuscunque esca est delectabilis, etiam odor est delectabilis, secundum accidens; sicut enim esurientibus odores carnium, aut aliarum escarum sunt delectabiles, sic plenis & saturitatis sunt abhominabiles. Et tales dicit Philosophus esse communes omnibus animalibus perfectis, sicut esca; sed alij sunt odores delectabiles secundum se, aut tristabiles, sicut odores florum, & multa aromata; tales enim odores, vel magis, vel minus consequuntur nutritionem. Vnde tales odores nō volumus ratione saporis: nec tales appetimus propter escam. Deinde remouet dubium, quòd aliqui coqui admiscent aliqua aromata, quod non facerent nisi facerent ad saporem, vel escam. Respondet Philosophus, quòd talia odorifera non apponuntur cibarijs, eo quòd conferant ad escam: sed vt simul duo sensus delectentur, scilicet olfactus per odorem, & gustus per saporem. Deinde ponit duas differentias inter prædictas species. Prima, quia odor secundum se delectabilis, vel tristabilis est proprius hominibus: alius autem est cōmunis etiam alijs animalibus. Secunda differentia: odores secundum se delectabiles, vel tristabiles non diuiduntur secundum sapores, sicut odores secundum accidens. Et subdit causam propter quam odor secundum se delectabilis, aut tristabilis, est proprius hominibus: quia scilicet cerebrum hominis est frigidum: & prope cerebrum, in locis angustis est H *Diuisio odoris quod.* *Ad aromata cōferant gustum.* C D

E sanguis subtilis, qui est valde in frigidabilis a frigore cerebri, propter quam infrigidationem in hominibus generantur renmata: ideo illę species odoris fa ctæ sunt vt eorum caliditate impediant illas frigiditates.

LET propter hoc, fit per respirationem non omnibus; sed hominibus & sanguinem habentibus &c.

ISTVD EST sextum capitulum, in quo Philosophus dat modum odorandi in respirantibus: dicens, quòd in omnibus & alijs animalibus respirantibus, sic fit odoratio: animali enim respirante odor ascendit ad cerebrum & pertingit ad organum olfactus circa cerebrū; in quo organo causatur species odoris, mediante qua vlterius fit sensatio. Et subdit quòd natura vtitur respiratione propter duo. Primo vt aer receptus refrigeret calorem cordis. Secundo vt aer calidus tēperet frigiditatem cerebris: propter hoc quòd homo habet cerebrum frigidius, & humidius, & maioris quantitatis cęteris animalibus. Deinde subdit quòd odores qui non sequuntur sapores, appropriati sunt hominibus, vt calor illorum odorum tēperet excellentiam frigiditatis & humiditatis cerebri. Deinde declarat modum odorandi in non respirantibus: dicens quòd multa animalia non respirantia sentiunt odorem patet: quia a longe prosequuntur nutrimentum: & non per visum: ergo non videtur fieri nisi per sensum odoris: sicut sunt pisces, apes & muscæ. Deinde mouet talem dubitationem, vtrum animalia non respirantia habeant olfactum. Et videtur quòd non quia non possumus odorare nisi respirando: & ita videtur esse de alijs animalibus. In oppositum arguit Philosophus: pisces sentiunt odorem; ergo habēt olfactum. Soluit philosophus dicens, quòd omnia animalia habent olfactum: sed animalia respirātia habent olfactū coopertum quadam pellicula: & talia non possunt debite odorare nisi per respirationē: quæ quidem respiratio valet ad discooperiēdum illam pellicula: sed non respirantia, non habent huiusmodi pelliculam: ideo possunt odorare sine respiratione. Deinde remouet aliam dubitationē. Vtrum bruta sentiant odores secundum se delectabiles, quæ nō consequuntur sapores: & videtur q̄ non: quia non prosequuntur bonos odores: vt odores rosarum, nec fugiunt fetores. In oppositū arguitur: quia bruta patiuntur ab aliquibus odoribus, puta sulphureis; igitur. Respondet Philosophus, q̄ bruta illos odores tentiunt; sed non curant nisi de concurrentibus ad gustum; vnde fumus sulphureus habet qualitates sensibiles annexas quæ aggrauant caput, & oculos; ideo bruta fugiūt non ratione odoris, sed ratione qualitatum permixtarū cum odore. Deinde cōparat sensum olfactus ad alios sensus; dicens q̄ sensus olfactus videt esse medius inter alios sensus: participat enim cum visu & auditu in sentiendo a longe per medium

Animalia respirantia quo odorant.

Dubium

Dubium

A dium extrinsecum, puta per aerem vel aquam: participat enim cum gustu in hoc q̄ sapores & odores magnam habent affinitatem. Deinde remouet errorem dicentium q̄ multa animalia tā in aere, quam in aqua nutriun tur odoribus: sed inconueniens est hoc dicere: eo q̄ oportet nutrimentum esse grossum vt possit conuerti in substantiam nutrini: sed odor non est huiusmodi: igitur.

OBICIET autē aliquis: si omne corpus in infinita diuiditur: & passiones ergo sensibiles &c.

ISTVD EST septimum capitulum, in quo Philosophus soluit aliquas dubitationes de qualitatibus sensibilibus. Prima: vtrum qualitates sensibiles sint in infinitum diuisibiles cuiusmodi sunt color & sapor: & arguit dupliciter quòd non; quia tunc sequeretur quòd sensus in infinitum esset diuisibilis; consequens est falsum, igitur & antecedens: falsitas consequentis patet: quia anima ad sentiendum requirit organa determinata in qualitate & quantitate. Consequantia patet: quia sensibile mouens sensum debet esse fortius sensu moto: igitur quando sensibile diuiditur oportet vt ipsum mouet fortius sensum. Secundo sic: sequeretur quòd omnis magnitudo esset sensibilis & nulla propter sui paruitatem insensibilis; quod est falsum: igitur. Deinde arguit ad oppositum; primo sic; si passiones sensibiles non essent diuisibiles in infinitum: cum tamen corpus sit in infinitum diuisibile; sequeretur q̄ esset dandum corpus, quod neq; esset calidū, neq; frigidū neq; grane neq; leue: hoc est falsum; igitur. Secundo sic: sequeretur q̄ corpus sensibile esset compositum ex corporibus non sensibilibus; & sic corpus naturale esset compositum ex corporibus mathematicis ideſt abstractis a sensibili; hoc tamen est inconueniens; igitur. Tertio sic; sequeretur quòd ille magnitudines insensibiles esset incognoscibiles; quia non cognoscuntur a sensu; ergo nec intellectu; quia nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu. Deinde philosophus soluit prædictam quæstionem quo ad partes subiectiuas; dicens quòd sunt finitę species colorum saporis &c. Quod probat; quia secundum quamlibet est dare qualitates contrarias siue species extremas; sed determinatis extremis media sunt finita; igitur. Deinde soluit quæstionem quo ad partes quantitatiuas, ponens talem suppositionem: quòd continuum est in infinitum diuisibile secundum partes eiusdem proportionis; sed non eiusdem quantitatis. Deinde dicit quòd corpus sensibile non est in infinitum diuisibile secundum partes distinctas sensibiles ab alijs: sed tantum est in infinitum diuisibile in partes indistincte sensibiles ab alijs. Deinde dicit quòd non contingit sensibile in infinitum diuidi in partes, quæ possunt per se naturaliter & no

An qualitates sensibiles sint in infinitum diuisibiles.

B tabili tempore existere, ex quo aliqua pars eius propter nimiã paruitatem non est potens resistere continenti; Et dicit quòd sensus fortior, vel melior potest sentire in minorem magnitudinem: sed quia non est in infinitum fortificabilis: ideo non est possibile quòd sentiat in infinitum minorem magnitudinem: licet in infinitum paruam magnitudinem sentiat in potentia, & indistinctè. Et quo concludit quòd ex quo sunt quædam magnitudines indistinctè, cum alijs quæ nos latèt. & magnitudines, quæ sunt sensibiles distinctè nõ sunt infinitæ: sequitur quòd passiones sensibiles in infinitũ sunt diuisibiles: non in partes, quarum quælibet est sensibilis in actu & distinctè: sed partes quarum quælibet est sensibilis, siue F in actu, siue in potentia. Consequẽter mouet aliam quæstionẽ: Vtrũ visibile prius tempore moueat medium quàm visum. Et arguit primo q̃ sic: quia odor & sapor prius mouent mediũ, quàm sensum igitur similiter est de visibili. Soluit quæstionem ponendo differentiam inter multiplicationem lumẽnis, & aliorum sensibilium. Dicit quòd sonus multiplicatur per quendam motum localem aeris, & similiter odor: sed lumen non multiplicatur p motum localem, sed per solam præsentiam lucidi. Deinde mouet aliam quæstionem: Vtrum sit vnus, & idem sonus, quem audit propinquus & remotus. Respondet quòd sic: sed non est eadem species in numero, sed in specie: & ita dicendum est de coloribus & odoribus. Finaliter ponit differentiam inter alterationem & motum localem: dicens q̃ nihil prohibet quantum est ex parte alterationis omnes partes simul alterari: & hoc si alterans esset ita bene proportionatum vni sicut alteri: sed propter impossibilitatem penetrationis corporis repugnat, quòd per motum localem totum simul pertranseat: sed motum localem fieri totum simul non est impossibile. G

Est autem quædam obiectio, & alia talis circa sensus: Vtrum contingit duo simul sentire &c.

Istvd est octauum capitulum, in quo philosophus mouet aliam qõnem: Vtrum cõtingat simul plura sensibilia sentiri in vno, & eodem tpe, vel nõ. Et arguit primo q̃ non. Pro cuius argumento ponit duas suppõnes. Prima, motus maiores expellunt, vel imꝑediunt minores: propter hoc homines timentes, vel ad aliquod vehementer intẽdentes non sentiunt ꝑm aliũ sensum. Secunda suppõ: vnũquodque sensibile simplex melius sentitur per se, q̃ coniunctum alteri. Ex his sic arguit: si plura sensibilia possint simul sentiri: aut ergo motus, vel immutationes eorum erunt æquales, vel inæquales: si inæquales: maior impedit minorem: & sic non vtrunq; sentietur: si sint æquales, tunc vnus alteri coniungetur, & impediret seinuicem: & per consequẽs neutrũ erit sensibile. saltè distinctè: & subdit q̃ illa sunt bene cõmiscibilia, quæ sunt cõtraria, & ex ipsis fit vnum. Secundo arguit sic: *An contingat simul plura sensibilia sentire.* H

A si plura sensibilia vnius sensus, non possint simul sentiri: igitur nec plura sensibilia diuersorum sensuum: quia magis videtur, quòd plura sensibilia vnius sensus simul sentiantur, quàm sensibilia diuersorũ sensuum: vt acutum, & graue magis, quàm acutum, & album: sed non contingit vnius sensus plura sensibilia simul sentire: igit. Tertio arguit sic: vel illa sensibilia essent eiusdem speciei: & hoc non: quia illa non faciunt, nisi vnum actum in illo sensu, per quem actum, non experiuntur distinctè, sed confusè in toto: vel differunt specie: & tunc vel essent eiusdem generis, vt album, & nigrum: & hoc non: quia illa sunt contraria, & faciunt actus contrarios, qui nõ possunt simul esse in eodem sensu: vel B essent differentia genere: & hoc non: quia illa plus distant, quàm illa, quæ sunt eiusdem generis.

Consequenter tangit solutionem antiquorum ad prædictam quæstionem, & est, quòd plura sensibilia non simul percipiuntur: sed credimus ea simul sentiri, eo quòd tempus est insensibile propter sui paruitatem: sed hæc solutio est falsa: quia non contingit tempus esse insensibile, eo quòd in omni tẽpore possumus sentire aliquid.

De prius autẽ dicta obiectione considerandum: vtrũ contingit simul plura sentire, aut non contingit. &c.

Istvd est vltimum capitulum, in quo Philosophus soluit prædictam quæstionem secundum veritatem; & dicit primo, quòd considerãdum est, vtrum contingat in vno, & indiuisibili C tempore plura sentire, aut non: oportet etiã considerare, vtrum oporteat sentire in vno tempore indiuisibili, secundum tamen aliam, & aliam partem animæ: vel in vno tempore diuisibili secundum eandem partem animę. Vnde dixerunt aliqui, quòd pars sensitiua est, sicut quoddã cõtinuum habens diuersas partes, dicet non in actu separatas: & secundum illas sentit simul plura sensibilia. Contra eos ponit Philosophus talem conclusionem: non contingit eundem sensum sentire plura secundum aliam, & aliam partem; vt non contingit visum videre alium, & alium colorem in alia & alia parte visus. probat: quia cum illi duo colores erunt vnius, & eiusdem generis obiectio oportet visum habere duas partes D eiusdem speciei. Et si quis dicat quòd hoc non est inconueniens: cum duo oculi videantur esse duæ partes visus. Respondet Philosophus, quòd ex duobus oculis fit tantum vna operatio, & indiuisibilis. Deinde ostendit, quòd contingit eiusdem sensum simul plura sentire. Primo cõtingit sentire plura simul sensibilia differẽtia genere vno sensu indiuisibili: ergo a fortiori contingit sentire quæcunque non differunt genere vno sensu. Antecedens patet: quia anima per vnam potentiã sentit album, & per aliam sentit dulcetergo necesse est, quòd illa reducantur ad vnum sensum qui omnia illa simul cognoscat vel non. Secundum non potest dici, cum sit vnus sensus, qui simul ponit differentiã inter illa. *Soluitur proposita quæstionis.*

Con-

I Consequenter tangit vnitatem illius sensus communis dicens, quòd si illud, quod sentit sensibilia diuersorum sensuum sit vnum, & indiuisibile: tunc secundum vnum actum cognoscit simul plura eorum: si autē fuerit diuisibile, tunc altero, & altero sensu percipiet illa diuersa. Consequenter tangit eius vnitatem, dicens, quod in anima ponendum est vnum: & idē numero sensitiuum omniū sensibilium: cuius tamen esse est alterum, & alterum respectu sensibilium differentium genere: vel specie: quia sicut est in rebus, ita est anima: sed in rebus contingit vnum, & idem numero esse album dulce: quod tamen est alterum, & alterum secundum esse; ergo & in anima. Ex quo concludit Philosophus, q̄ anima sentit omnia sensibilia vno, & eodem sensu: non tamen vno secundum rationem.

An requiratur scientia speculatiua pro cognoscendis operationibus, & passionibus animatorum.

QVAERITVR, vtrum aliquam scientiam oporteat esse prater scientiam librorum de Anima, & librorum de Animalibus, & plantis ad determinandum de operationibus, & passionibus animatorū. Arguitur primo, quòd nō: quia solum de conclusione scientifica debet esse scientia: eo quòd scientia non est nisi de impossibilibus aliter se habere: sed huiusmodi operationes, & passiones sunt possibiles aliter se habere: igitur. Secundo sic, de contingentibus ad vtrumlibet non est aliqua scientia demonstratiua: sed istæ passiones, & operationes, vt dormire, vigilare, somniare, ambulare, & sic de aliis, sunt huiusmodi: igitur. Tertio sic, idem est sensibile antequàm sentiatur, & postquàm sensatum est: sed in libro de Anima determinatum est de sensibus, & sensibilibus: ergo etiam determinatum est de sensibus, & sensatis.

Lib. 2. 3 textum.

Quarto sic, istarum operationum anima est causa: sed eadem est scientia causę, & causati, principij, & principiati: igitur istarū operationū, & ipsius animæ est eadem scientia. Quinto sic, in lib. de Anima ita perfectè determinatum est de sonis, quòd de ipsis non restat amplius: igitur frustra de ipsis fit alia determinatio. In oppositum arguitur per Philosophum tradētem aliquos libros de talibus passionibus, & operationibus. In quæstione erunt tres art. Quantum ad primum.

Vis fior.

Arist. 1.

PRIMO sciendum, quòd sensus, & sensibile possunt dupliciter considerari. Vnomodo, quātum ad quod quid est eorū, & etiam inquantum sunt principium actus sentiēdi: & sic de ipsis determinatum est in lib. de Anima. Aliomodo possunt cōsiderari, puta ipse sensus in ordine ad organū, ostendendo quale debet esse organum, & cuius dispositionis: & sic de eo pertinet determinare ad hunc librū.

Suppositiones.

Secundo, supponitur, quòd operationes communes animæ & corpori possunt dupliciter cōsiderari. Vnomodo, vt se tenent ex parte animæ, tanq̄ ex parte principij: & hoc modo de ipsis determinatur in lib. de Anima. Secundomodo, vt se tenent ex parte corporis, & animæ: & hoc adhuc cōsiderando ipsas in generali, & non descendendo ad aliquam certam sensationem: & hoc modo considerantur in ista scientia. Supponitur tertio, q̄ qualitates sensibiles possunt dupliciter considerari. Vnomodo, quantū ad modum suę generationis. Aliomodo, quātū ad modū immutādi sensationē: & hoc dupliciter. Vnomodo, vt sensus se tenet ex parte corporis: & sic pertinet ad istos libros: sed si cōsiderentur quantū ad modū generationis, tunc de primis qualitatibus pertinet ad libros de generatione, eo q̄ tales qualitates sunt principia alterationū, & corruptionum corporū naturalium: sed de sono quantum ad modum suæ generationis pertinet ad libros de Aīa; sed de coloribus, saporibus, & odoribus vt satis spectare ad librum Meteororum quantum ad modum suæ generationis: sed Arist. hic determinauit de illis propter opiniones quorundam antiquorum: qui crediderunt, q̄ quædā qualitates non haberent esse fixum, & determinatum in subiectis, in quibus apparent: sed solum secundum apparentias diuersificantur: ita quòd nihil dicitur dulce, nisi quod apparet dulce.

Arist. 1.

SECVNDO sciendum, q̄ circa textum incidit vna difficultas; Vtrum cæci a natiuitate habentes auditum, debeant esse sapientiores, quàm surdi a natiuitate habentes visum. Et arguitur, quòd habentes visum dato, quod sint surdi, sunt sapientiores: quia habentes visum, habent sensum certiorem, qui nobis plures rerum differentias ostendit. In oppositum est Philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur q̄ mulæ sunt artes, quarum opus non potest exerceri sine visu: possunt tamen sine auditu: sicut sunt artes fabrorum, sartorum, & sartarum: quæ non possunt addisci sine operando: & de talibus dicitur, quòd in illis surdi habentes visum, sunt sapientiores. Aliæ sunt artes, quarum operatio non potest sciri, nisi per auditum: sicut sunt sciētiæ ioculatoriæ. Et de istis dicitur, quòd cæci habentes auditum, sunt sapientiores, quàm surdi: sed quantum ad scientias naturales oportet determinare quantum ad principia, & quantum ad conclusiones. Plurima enim principia in scientiis naturalibus acquiruntur per sensum, experientiam, & memoriam: & sine dubio quantum ad talia principia habentes visum sine auditu sunt magis sapientes, & scientes: quia visus ad plura sensibilia se extendit: & quamuis talia principia per auditum possent ostendi, non tamen nobis essent ita certa: quia non omnia sunt nobis certa: quæ ab aliis percipimus: sed quantum ad cōclusiones scibiles per ratiocinationem: vt in Logica, Grammatica, & Rhetorica, & scientiis speculatiuis cæci magis possunt perficere, quàm surdi: quia modicum est, quòd homo solus seipso potest acquirere in talibus scientiis. Requiritur ergo in talib⁹ doctrina, quæ maxime habet fieri per sermonē, ad quē requi-

Cæci a natiuitate habētes auditum sunt sapientes.

res sunt de natiuitate habentes] bus auditū.

requiritur auditus: & licet posset acquiri per figuras, nõ tã ita prompte sicut per sermonem.

An fulgor, quo oculus fulget, sit in oculo.

TERTIO sciendum, quòd incidit talis difficultas: Vtrum fulgor, quo oculus apparet fulgere: sit in oculo. Et arguitur, quòd sic: quia vbi apparet esse ibi est: sed apparet esse in oculo: igitur. In oppositum est Philosophus in textu. Potest etiam sic probari: quia sensibile positum supra sensum non facit sensationem: igitur si ille fulgor esset in oculo non videretur. Pro solutione supponitur, quòd fulgor dupliciter apparet in oculo. Vnomodo in suo oculo: aliomodo in oculo alterius: sicut in oculis catorum, & luporum.

Pro cuius declaratione supponitur secundo, quòd lenia refrangunt vnita lumen, & species oculorum: ideo specula fiũt lenia: apparet etiam hoc de aqua: quæ si fit quieta videbis in ea faciem tuam: non autem si sit mota, tunc enim multum dispersè frangit faciem tuam, in tantum quòd non potest percipi aliqua figura, eo quòd partes aquæ non sunt vniformiter iacentes. Supponitur vlterius, quòd si lumen sit debile, & refrãgatur dispersè, non est sufficiens ad videndum. Supponitur vlterius, quòd superficies oculi est valde lenis: ideo si aspicias in oculo socij tui, tu videbis faciem tuam sicut in speculo: & manifestum est, quòd facies tua, quæ apparet non est in oculo socij tui, sicut in speculo nõ sunt species visibiles: sed in aere propinquo multiplicantur per reflexionem ad oculum suum. Similiter quãdo vides te in oculo socij tui, illę species nõ sunt in oculo socij tui: sed in aere propinquo. Sed nunc videndum est de fulgore apparente tibi in oculo tuo. De quo dicitur primo, quòd ille fulgor non est in oculo tuo: quia tu nunquam videres, vel semper videres. Dico secundo, quòd ille fulgor est lumen modicum ab extra, & dispersum, quod non est sufficiens videri: tamen supra nigrum oculum refrãgitur vnite: & tunc fortificatur, & est sufficiens videri.

Obiectio.

Et si dicatur, quare est, quòd illud lumen nõ videtur in oculo quiescente, sicut in oculo percussio. Respondetur, quòd oculus quiescens refrangit se totum ad extra: sed oculus percussus incuruatur, sic quòd vna para refrangit lumen in aliam: ideo tunc videtur. Aduerte etiam, quòd apparet aliquando palpebris clausis: quia valde bene potest subintrare palpebras.

An visus sit de natura aquæ.

QVARTO sciẽdum, quòd restat alia difficultas: an visus sit de natura, aquæ. Ad quam respondetur breuiter, quòd organum visus esse de natura aquæ potest intelligi dupliciter. Vnomodo quo ad substantiam, & sic non est de natura aquæ: quia non est aqua. Aliomodo quo ad qualitates: & hoc dupliciter. Vno modo quo ad qualitates primas, & sic non oportet organum visus esse de natura aquæ: cum sit quoddam mixtum, habens saltem virtualiter quatuor qualitates primas. Alio modo quo ad qualitates secundas, sic valet, quòd habet qualitates similes qualitatibus secundis reperiis in aqua: nam sicut aqua

aqua est clara, & diaphana, & transparẽs: ita etiam organum visus est clarum perspicuum, & transparens: & similiter dicatur de organo aliorum sensuum: nã organum auditus est de natura aeris quo ad qualitates secundas requisitas ad receptionem specierum soni, vt per illam fiat reparatio: cuiusmodi sunt diaphaneitas, & aliqualis perspicuitas. Aduerte vlterius, quòd organum olfactus est quoddam membrum deputatum in animali ad recipiendum species odoris: de quo satis visum est in 2. de Anima. Aduerte etiam, q̃ organum olfactus non est de natura ignis nisi potentialiter: sed magis actualiter est de natura aquæ, vel aeris a dominio: oportet enim organum esse in potentia tale, quale est obiectũ est in actu: modo odor est passio actus calidi, & ficci: ideo organum eius in potentia debet esse calidum, & siccum. Aduerte insuper, quòd organum gustus, & tactus sunt de natura terræ: scilicet quantum ad qualitates secundas motiuas: quia plus participãt de qualitatibus motiuis terræ, quam alterius elementi: quia sunt multum grauia, & etiam quantum ad secundas qualitates nõ motiuas: quia ad hoc, quòd organum gustus, & tactus sint sufficienter receptiua specierum tangibilium, & gustabilium, requiritur, quòd fiat terrestria, grossa, dura, opaca, & compacta: eo quòd melius possint recipere species tangibilium, & gustabilium. Et hæc de primo tertio. Quantum ad secundum.

Tex. 561 A.B.

Art. 2.

DVBITATVR primo,

An diffinitio coloris sit sufficiens.

Vtrum diffinitio coloris sit sufficiens, in qua dicitur: color est extremitas perspicui in corpore terminato. Et arguitur, quòd non: quia tunc lux esset color: quod est falsum: etiam color esset in corpore perspicuo: quod etiam est falsum; cum corpora perspicua non videantur esse colorata. Pro solutione supponitur primo, quòd tripliciter aliquod corpus dicitur terminatum. Vno modo: quia est finitum secundum quantitatem: & per oppositum dicitur interminatum: quia est infinitum secundum quantitatem. Secundomodo dicitur terminatum: quia est solidum, & firmum, & non fluxibile: & per oppositum dicitur interminatum, quod non est solidum, & firmum, sed est fluxibile sicut aqua. Tertiomodo dicitur terminatum: quia terminat visum: ita quòd vltra ipsum fine per ipsum non possumus videre aliqua corpora: & per oppositum corpus dicitur interminatum, per quod possumus videre alia corpora: cuiusmodi est corpus diaphanum siue trãsparens. Vnde talia corpora terminantur, per lucem, vel opacitatem: per lucem, vt solpor opacitatem, vt lapis, vel lignum. Differunt tamen lux: & opacitas: quia lux nata est multiplicare speciem per corpus diaphanũ sibi coniunctum, opacitas vero non. Vnde de opacitate dicunt aliqui, quòd non est nisi tenebrositas. & sic non capitur hic: sed capitur pro qualitate alia a luce, per quam corpus redditur terminatum, & non transparẽs. Et de hoc est duplex modus dicẽdi. dicunt enim aliqui, q̃ opacitas

Lux, & opacitas quis differant.

E tas est qualitas disponens subiectum ad receptionem coloris. Alij dicunt, quòd nõ est alia qualitas a colore, ita quòd sicut aliquod corpus terminatur luce: ita aliquod corpus terminatur colore sibi adueniente. Similiter de diaphanicitate duo sunt modi dicendi. Dicunt enim aliqui, quòd diaphanuitas non est aliud, quàm corpus transparens non terminatum. Alij dicunt, quòd est quędam qualitas positiua inherens ipsi substantiæ corporeæ, secundum quam ipsa substantia corporea dicitur transparens: & est qualitas contraria opacitati. Suppont

Color triplicitur.

tur vlterius, quòd color triplici ter accipitur. Vnomodo communiter pro omni qualitate visibili, & nullo alio sensi perceptibili: & isto modo lux esset color, & etiam lumen: & sic capit

F

Philosophus quando dicit, q̃ omne corpus est coloratũ. Alio modo capitur pro omni qualitate visibili, & non perceptibili ab alio sensu, distincta a luce, & lumine: & isto modo est hic sermo de colore. Tertio modo capitur pro aggregato ex colore, & luce existentibus in eodem subiecto, & diffundentibus suas species per medium visq; ad organum visus: & hoc est multum improprie capere colorem. Supponitur vlterius q̃ diffinitio coloris, q̃ posita est in textu, non est nisi descriptio coloris, i. ostẽdẽs, quæ res sit color: quia non conuenit colori existenti in profundo: sed est quædam oratio exprimens aliqua requisita ad hoc, quod color videatur. Vnde ad hoc, q̃ color videatur requiritur, quòd sit subiectiue in corpore terminato. Secundo requiritur corpus perspicuum, siue transparẽs illi corpori terminato coniunctum, per quod diffundantur species coloris vsque ad visum: & sic sensus diffinitionis est iste: color est in corpore terminato coniuncto corpori perspicuo secundum extremitatem eius, si ipse color debeat videri. Tertio requiritur lumen in illo corpore perspicuo: cum color non diffundat suas species per medium, nisi sit illuminatum. Sit iquis quęratq; quomodo ergo debet diffiniri color. Respõdetur, quòd sic: color est passio corporis opaci alterantis visus de potentia ad actũ. Et ex istis patet quid sit dicendum ad dubium.

G

H

DVBITATVR secundo, Vtrum nigredo sit priuatio albedinis. Et videtur, quòd non: quia nullum sensibile per se est priuatio; sed nigrum est sensibile per se: igitur. Pro solutione supponitur, quòd nigredo est qualitas addita subiecto, quod est nigrum: sicut albedo subiecto, quod est album. Ex quo patet, quòd hoc nomen nigredo, non est nomen priuatiuum, sed positiuum: quia priuatio non resistit receptioni huius: sicut tenebra non resistit receptioni luminis: sed nigredo resistit albedini. Et si dicas: quomodo ergo dicitur priuatio albi, Dicitur, quod impropriè: quia est qualitas minus perfecta: & isto modo amarum dicitur priuatio dulcis: & frigidum calidi. Vel potest etiam dici: quia album maxime participat de luce inter alios colores: & nigrum minus: ideo

An nigredo sit priuatio albedinis.

Instãtia.

& ideo dicitur quodammodo priuatio albi. Alia est: difficultas: Vtrum colores medij componantur ex extremis coloribus. Respõdetur, quòd hoc iam multotiens visum est, quòd illi medij colores non componuntur realiter ex extremis: sed dicuntur componi propter quandam naturalem conuenientiam cum extremis maiorem: quàm sit inter extrema. Et si dicatur dicit Aristo. quòd medij colores generantur ex extremis. Respondetur, quod debet intelligi ex causis extremorum colorum, concurrentibus simul adinuicem. Et similiter dicatur de medijs odoribus, & saporibus: puta quòd non generantur ex dulci, & amaro: sed generantur ex causis dulcis, & amari concurrentibus, vel commixtis, vel aliquo modo se habentibus inter illos modos, per quos generatur amarum, & dulce.

An colores medij componãtur ex extremis.

An humiditas odoris fit subiectum odoris.

Alia difficultas: vtrũ humidum sit subiectum odoris. Respondetur breuiter, quòd purum humidum: vt aer; vel aqua non est odoriferum, nisi aliud commisceatur. Dico etiam: quòd purum siccum non est odoriferum: quia nec terra nec ignis odoriferant nisi aliquid aliud sit admixtum. Relinquitur ergo, quòd oporteat odorem esse in aliquo admixto: ideo dico, quòd est in ficco terrestri passo a calido: & sapor est in humido passo a ficco. Alia difficultas vtrum odores conferant ad sanitatem capitis temperando frigiditatem cerebri. Et videtur, quòd non: quia sicut sapor est passio humidi facta a sicco

B

An odores confortẽt ad sanitatẽ capitis.

terrestri: ita econuerso odor est passio sicci terrestris facta ab humido: sed tam humidum, quàm siccum terrestre sunt naturaliter frigida igitur. In oppositũ est Philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur, quòd odores suaues non multum fortes, vt rosarum, violarum, & multorum aromatum multum prosunt cerebro, & cõferunt ad eius sanitatem: ideo medici conferunt tales odores; & conficiunt aliqua poma artificialia ex speciebus aromaticis ad tenendum in manu ad odorandum. Et ad rationem dicendum est, quòd licet odor sit subiectiue in sicco terrestri: tamen oportet illud siccum esse passum a calido, a quo odor cõtrahit vim calefactiuam. Alia

C

D

An contingat simul plura sentire.

difficultas: Vtrum contingat simul plura sentire. Respondetur breuiter, quod nunquam alicuis dubitauit vtrũ possimus simul plura sentire: sed vtrum possimus perfectè plura sentire. Ad quam respondetur ponendo aliquas propositiones. Prima: non contingit sentire vnum solum: quia omne sensibile est diuisibile, & habet partes: ergo si vnum: sentiatur, & suæ partes. Secunda propositio, plura æque perfectè simul sentiuntur sicut vnum: quia illud vnũ est plura: ergo si distincte sentiatur, & plura: & sunt verę istę duæ cõclusiones tenẽdo, q̃ totũ integrale nõ distinguatur a suis partibus. Tertia ꝓpõnon est possibile quodlibet aliorum plurimum. q̃ simul sentiunt, sentiri ita perfectè sicut aliquid vnũ sentit. Quarta ꝓpõ: possibile est sentiendo

sentiendo sentiri simul totum, & partem sentire perfectius illam partem: quàm totum propter nimiam extensionẽ totius. Quinta: non est possibile sentire plura simul, & quodlibet eorum ita perfecte, sicut posset sentiri vnum illorum: & ista volebat habere Arist.

An simul & semel totũ aliquod contingit alterari.

DVBITATVR tertio: Vtrum possibile sit aliquod totũ simul, & semel alterari. Pro cuius solutione supponitur, quòd duplex est alteratio, quædã est, quæ fit per abiectionem formę cõtrariæ, sicut calefactio aquę. Alia est, quæ fit sine abiectione formæ contrariæ; sicut illuminatio medij. Secundo supponitur, quòd duplex est alterans, scilicet extrinsecum: cuiusmodi est ignis respectu aquæ; aliud est intrinsecum, cuiusmodi est aqua producens frigiditatem in seipsa. His suppositis respondetur per aliquas propositiones. Prima, totum potest alterari simul simultate partium qualitatum quantum ad longitudinẽ: & hoc ab alterante extrinseco: nam aliquod totum potest applicari passo secundum omnes suas partes. Secundum dictum, totum potest simul alterari simultate partium quantitatiuarum quantum ad longitudinẽ, latitudinem, & profunditatem ab alterãte intrinseco; sic quòd non citius alteret vnam partẽ, quàm aliam: cum sit ipsa æque approximatum. Tertium dictũ, totum potest simul alterari simultate partium quantitatiuarum quantum ad longitudinẽ, & latitudinem ab alterante extrinseco, sed non quo ad profunditatem: nisi passum esset æque approximatum quo ad omnes eius partes: & hoc etiam debet intelligi in alteratione non abiciente formam contrariam: quia in abiciẽte sumper est successio. Sed restat soluere aliqua quolibeta. Primum, quare calefacta magis fœtent, quàm infrigidata? Respondetur, quòd ideo est, quia odor multiplicatur per fumalem euaporationem, quæ fit per caliditatem, & non per frigiditatem. Secundum, quare homo citius attingit timorem, si tangatur ab alio, quàm si seipsum tangat? Respondetur, quòd ratio est, quia homo melius percipit extraneum, quàm seipsum. Tertiũ, quare homo magis turbatur, si tangatur sub ascellis, quàm si tangatur sub aliis partibus? Respondetur, quòd ratio est, quia illa pars est multũ subtilis, ideo ibi melius sentitur: etiam quia homines sunt inconsueti ibi rigi. Quartum, quare est, quòd postquam homines potauerunt bona vina: si postea bibant debilia, iudicant illa nihil valere? Respondetur, quòd ratio est; quia illius vini fortioris in organo gustus sunt species, a quibus impediuntur species debilis vini. Quintum, quare infirmi iudicant omnia cibaria esse amara, cum tamen sint dulcia? Respondetur, quòd ideo est; quia habent linguam infectam multis humoribus fœtidis: ideo quando sumunt cibum & potum, huiusmodi humores amari commiscentur cibo, & reddunt cibum amarum.

Nonnullorum defectuum explicatio.

Sextum, quare surdi a natiuitate sunt muti? Respondetur, quòd ideo est, quia nunquam audiuerunt sonum. Septimum, quare animalia cæca melius impinguantur, quàm videntia? Respondetur, quòd ratio est, quia in animalibus cæcis potentia nutritiua non distrahitur a sua propria operatione, sicut in videntibus. Octauum est, quare est, quod carnes citius putrescũt in æstate, quàm in hyeme? Respondetur, quòd calor extrinsecus in humido alieno causat putrefactionem. Et quia in hyeme pori carnium sunt clausi: ideo non potest bene calor extrinsecus intrare. Nonum, quare mulieres non sunt ita bene barbatæ sicut viri? Respondetur, quod mulieres sunt frigidæ: & in eis abundat multa humiditas, & defectus caloris non expellentis illas superfluitates, ex quibus generantur pili.

Decimũ, quare aues non mingunt? Respondetur, q̃ ratio est, quia superfluitas, a qua generatur vrina, mutatur in plumas.

Vndecimum, quare vinũ parum lymphatum cito inebriat? Respondetur, quia tunc efficitur magis penetrabile. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

Art. 3.

CONCLVSIO responsalis: Præter libros de Anima ponendus est iste liber, ad determinandum de operationibus, & passionibus animæ, quæ conclusio relinquitur probata in primo articulo. In quo etiam patet quid sit dicendum ad rationes.

LIBELLVS DE MEMORIA, ET REMINISCENTIA.

Memoria quid, cuius, & in quibus est.

DE memoria autẽ, & memorari dicẽdum quid est: & propter quam causam fit: & cui animæ partium hæc accidat passio, & reminisci: non enim idem sunt memoratiui, & reminiscentes, sed vt frequenter memorabiliores quidem, qui tardi, &c.

ISTE est liber de Memoria, & reminiscentia Arist. qui diuiditur in duo capitula. Primum est de memoria. Secundum est de reminiscentia. Et dicit primo, quòd non est idẽ memorari, & reminisci: quia quidã sunt bene memoratiui, & non reminiscitiui, & econtra: quia qui rude recipiunt, sunt bene memoratiui; sed ingeniosi sunt multum reminiscitiui. Dein-

E de ostendit cuius obiecti est memoria: dicens, quòd non est futuri; nullus enim dicit memorari futura: nec etiã præsentis, sed præsentis est sensus: nullꝰ enim dicit se memorari ea quæ præsentialiter videt. Concludit ergo, quòd memoria est præteriti: quia nullus dicit se memorari alicuius nisi dicat se audiuisse loqui vel vidisse illud. Consequenter infert diffinitionem memoriæ: dicens, quòd memoria est habitualis passio alicuius cũ factum fuerit tempus. Infert secundo, quòd solum illa quæ cognoscunt tẽpus habent memoriã. Deinde inquirit cuius potẽtiæ sit memoria: dicens, quòd memoria est passio primi sensitiui, scilicet sensus cõis ꝓ se, & ꝓ accidens intellectus. Quod probat: quia videmus multa animalia intellectum non habentia

F habere memoriam: quod non esset si memoria esset per se passio intellectus. Deinde infert, ꝙ non omnia animalia habent memoriam: quia nõ omnia animalia cognoscunt tempus præteritum, eo ꝙ non cognoscunt vel sentiũt nisi illud, qđ est præsens. Deinde mouet dubitationem quomodo in intellectione rei memorialis re absente, & destructa habemus memoriam de re absente. Respondet Philosophus, ꝙ sicut pictura prętens in pariete representat rem, quæ de longo tempore est præteritã: sic illud, quod reseruatur in memoria, scilicet intentio vel species rei representat illud quod longo tẽpore est præteritũ. Quod probat per aliqua signa. Primũ: quia illi qui sunt in magno motu virium interiorum; sicut infirmi, ebriosi, & timorosi, non G tamen memorantur: quia propter tales motus species impreſſe impediuntur: ita, quòd non habent virtutem mouendi sensum; similiter propter ætatem pueri, non sunt bene memorati: quia propter nutritionẽ multam, & augmentationem organi sensuum valde alterantur: ita, ꝙ species sensibilium reseruate impediuntur, & pereunt. Similiter senes sunt male memoratiui; quia sunt durę carnis, & inepti ad recipiendũ species: etiam organa in senibus propter diminutionem impediuntur: sicut organa in iuuenibus propter augmentationem. Aliud signum: quia multum veloces ad cito intelligendum sunt male memoratiui: quia tales habent organa nimis mollia, & subtilia, & per consequens male H retentiua spectorum. Deinde mouet aliam dubitationem, vtrum animæ memoretur secundam speciem, quæ representat rem absentem. Et arguit, quòd non: quia memoria est præteriti: sed illa imago vel species nõ est prętenta, sed prẽsens: igitur. Respondet Philosophus, quòd si anima sumpsit eam secundum seipsam: vt est quędam res, & non vt est representatiua rei non memoratur eam: si vero sumpserit eam, secundum quòd est similitudo alterius: tunc potest eam memorari. Finaliter subdit, quòd memoria seruatur, & augetur per frequentem meditationem; nam anima magis habituatur ad apprehendendũ hoc per hoc quod multotiens memoratur. Ex dictis concludit, quòd iam patet quid sit memoria

A moria, quid memorari, & cuius est passio, & quid est obiectum eius.

DE reminiscentia autem reliquum est dicere: primum quidem igitur quæcunque in argumentatiuis, &c.

ISTVD est secundũ cap. huius libri, in quo Philosꝰ determinat de reminiscentia. Et primo, ostendit quid est illud, quod nõ est reminiscentia: dicens, quòd de nouo sentire, vel intelligere non est memoria, neque reminiscentia, neq; resumptio memoriæ: quia resumptio memoriæ præsupponit memoriam fuisse. Ex quo sequitur, ꝙ memoria nõ est prima acceptio sensus, vel intellectus: quia memoria, & reminiscentia referunt tẽpus præteritum. Vnde ad memoriã requiritur interruptio temporis inter B actum cognoscendi rem, & actũ memorandi illam rem. Deinde ponit differentiam inter memorari, & reminisci: quia ad memoriam sufficit nouisse, & postea cognoscere se hoc sciuisse. Sed ad reminiscentiam requiritur oblitio: ita quòd reminisci est recordari post oblitionem. Vnde ad memoriam requiritur, ꝙ species reseruata sit ita intensa, quòd anima mediante ipsa possit cito, & prompte iudicare de memorabili. Sed ad reminiscentiam requiritur, quòd talis species sit ita remissa, quod non prompte possit anima iudicare de memorabili. Subdit tamen, quod memorari, & reminisci non est solum iterum cognoscere: quia quando aliquis homo iterum alium hominem cito videt, quem prius viderat non reminisci, neque recordari. Deinde C ostendit modum memorandi; dicens, quod cum nos non poterimus memorari de aliqua re, nos debemus aspicere ad aliquas alias res, de quibus memoramur: nam per memoriam aliquarum rerum citius memoramur de aliis: & hoc maxime fit propter naturalem ordinem illorum adinuicem: vt patet de illo, qui dicit versus vnum post alium. Deinde mouet vnum dubium, quare est, quod aliquando memoramur de illo, quod longo tempore transiuit: & de illo, quod hodie, vel heri transiuit, non recordamur. Respõdet Philosophus, quod hoc est propter aliquam apprehensionem nobis aduenientem, ad quam sequitur cognitio illius, de quo memoramur. Deinde dicit, quod reminisci differt ab D addiscere: quia reminisci est per proprium rememoratiuum reuerti ad memoriam obliti: sed addiscere non est iterum reuerti ad memoriam obliti. Consequenter dat alium modum reminiscendi, qui est per modum diuisionis: vt si quis dimiserit cultellum in aliqua domo, debet considerare vbi fuit illa die: & quid in tali loco fecerit: & similiter de aliis diebus. Ex quo patet, quòd ad reminiscendum de aliquo debemus rememorari de aliquo priori: & per diuisionem deueniemus ad intentum. Deinde dat modum reminiscendi ex parte temporis: dicens, ꝙ oportet maxime cognoscere tempus præteritum, eo quòd memoria, & reminiscentia sunt apprehensiones præteritorum.

Reminiscentia q.d. & omnia de ea.

E Finaliter ostendit qualis passio fit reminiscētia: dicens quòd est passio corporea: declarat tribus signis. Primum est, quia pueri, neq; senes potentes reminisci adhibentes diligentiam turbantur, & acquirunt dolorem capitis. Secūdum signum: quia habentes superiora nimis grossa in ordine ad membra inferiora non sunt bene memoratiua: quia habent nimiam humiditatem in capite, ratione cuius non potest bene impressio remanere. Tertium, quia neq; pueri, neq; senes sunt bene memoratiui: quia multum mouentur, & alterantur in organis.

An memoria sit habitus, vel passio primi sensitiui.

QVAERITVR vtrum memoria sit habitus, vel passio
F primi sensitiui. Arguitur primo contra primam partem: quia vel per primum sensitiuum, intelligitur sensus interior, vel exterior: non primum: quia per nullum talem dicimus memorari: nec secundum, quia vel ille esset sensus communis, vel aliquis alius sensus: sed nullum illorum videtur esse: igitur. Secundo sic, Memoria est virtus animę: igitur memoria non est passio, vel actus primi sensitiui. Tertio sic, Memoria est virtus, quæ est actus memorandi: sed illa non est actus, vel passio primi sensitiui: igitur. Quarto sic, probando quòd non sit solum præteritorum: illius tanquā obiecti est memoria, quod ducit nos ad actum memorandi: sed illud est præsens cum sit species sensibilis, quæ est præsentialiter. Quinto sic, Memoria est futurorum: igitur nō est præteritorum. Antecedens patet: quia siquis disputauerit cū aliquo de hoc, quod est Antichristum fore, & postea memoretur se aliàs disputasse de hoc, quod est Antichristum fore, memorabitur de futuro. In oppositū est Philosophus in text. In quæstione erunt tres artic. Quantum ad primum. G

PRIMO sciendum, quòd pro declaratione q̄stionis supponitur, quòd memoria potest capi tripliciter. Vnomodo pro potentia memorandi. Secundomodo pro actu memorādi. Tertiomodo pro specie memorandi. Vnde Philosophus in istis duobus capitulis capit memoriam pro actu memorandi, vel specie memorandi: cum dicit quòd est passio primi sensitiui. H

Secundo supponitur, quòd primum sensitiuum est sensus communis: & dicitur primum sensitiuum: quia quicquid sentiunt alij sensus exteriores hoc sentit. Sed dubium est vtrum memoria sit aliqua potentia distincta a sensu communi. Pro cuius declaratione est aduertendum, quòd Auicēna, & Commen. & alij Philosophi posteriores. Arist. posuerunt quatuor virtutes interiores ad sentiendum, habentes quatuor organa distincta loco, & situ. Prima est, sensus communis, qui cognoscit quicquid cognoscūt sensus exteriores, & actus sensuum exteriorum, & eorum species. Secunda est imaginatiua seu phantasia reseruans sibi impressas species a sensu communi. Tertia est cognitiua, seu q̄stimatiua.

Art. 1.

Memoria quomodo capiatur: & an sit potentia distincta a sensu communi.

Auicēn. 1. Natur. par. 2. cap. 4.

A matiua. Vnde secundum Commentatorē ista vocatur in brutis q̄stimatiua: in hominibus cogitatiua: & ista est cognitiua, & habet potestatem vltra sensum communem, puta iudicare, de differentijs temporum: de quibus sensus communis non iudicat nisi per modum præsentis sicut exteriores. Alia est virtus, quæ vocatur memoria, quæ reseruat species sibi impressas a cognitiua, per quas cogitatiua cognoscit in absentia rerum. Et sic isti ponunt duas cognoscitiuas, & duas reseruatiuas specierum, scilicet phantasiam, & memoriam. Arist. tamen non videtur posuisse tot virtutes interiores: sed tantum duas, scilicet sensum communem, & memoriam: & istud magis videtur consonum veritati.

3. de anim. 6.

B SECVNDO sciendum, q̄ circa textum incidit alia difficultas: an memoria sit solum præteritorum. Pro cuius solutione supponitur, quòd ad hoc, quòd memoremur requiritur, quòd aliquis actus humanus sit præteritus: quis quidem actus humanus cum obiecto eius est totaliter obiectum memorię. Et dicitur notanter actus humanus ad excludendum actum potentiæ vegetatiuæ: & similiter actus casuales. Non enim recordaremur talem cecidisse, nisi quia recordor me vidisse illum cecidisse. Ex quo sequitur, quòd memoria seu recordatio est cognitio alicuius actus præteriti ipsius memorantis inquantum præteriti. Sequitur etiam, q̄ memoria habet actū post tempus: alioquin non esset præteriti.

An memoria sit solū præteritorū.

Eco. l. 1. dis. 15.

Supponitur secundo, quòd in memoria tria debent esse repre C sentatiua. Primum est representatiuum rei aliàs cognitę. Secūdum est representatiuum actus cognoscendi præteritum. Et tertium est representatiuum temporis, in quo cognoscimus illā rem. Et sic patet, quòd etiam sunt tria representata, scilicet res cognita: actus cognoscendi: & ipsum tempus. Supponitur tertio, quòd memoriam esse aliquorum potest dupliciter intelligi. Vnomodo tanquàm representantem: & sic memoria est bene præsentium: cum sensus illorum, quæ memorantur sint præsentialiter in memoria. Aliomodo tanquàm representatorem, & sic solum est ipsius præteriti, scilicet actus humani D præteriti: Et per hoc satis patet quid sit dicendum ad difficultatem: nam ipsa memoria temper est præteriti tanquàm obiecti propinquit ipsa tamen potest esse præsentis tāquàm obiecti remoti: potest enim esse de obiecto vniformiter se habente, vt puta, q̄ triangulus habet tres.

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidit alia difficultas: Vtrum iuuenes, & senes sint male admirationi. Et arguitur, quòd non: primo de iuuenibus: quia iuuenes sunt multum admirationi: igitur recordatiui. Item iuuenes habent potentias sensitiuas bene dispositas: igitur. Secundo patet de senibus, quia dicit Arist. in lib. Rhetoricæ, quòd vita antiquorum regitur memorijs: videmus etiā antiquos multa narrare de præteritis. In oppositum est Philosophus in textu. Pro cuius solutione est aduertendum, q̄ boni

An iuuenes, & senes sint male admirationi.

B tas, vel malicia memorandi proueniat aliquãdo ex motu, vel fluxu organi: aliqñ ex parte cõplexionis organi: aliqñ ex parte apprehẽsionis. De motu, & fluxu organi ponitur talis propositio: motus siue fluxus organi turbat speciẽ impressionem: ideo impedit memoriam. Et aduerte, quòd talis motus aliquando prouenit propter passionem, vt in ebrijs, & infirmis: aliquando propter ætatem. Et tunc dico, ꝙ in pueris est valde multus fluxus per totum corpus propter augmentationem: & in senibus propter diminutionem. Et dico, quòd pueri, & senes sunt male memorativi ex parte fluxus organi. Sed ex parte complexionis ponitur talis propositio: cõplexio nimis ficca, & dura non

F potest faciliter recipere impressiones. Similiter complexio nimis humida licet bene recipiat impressiones: tamen non potest bene reseruare: & quia senes sunt duri, & ficci, & pueri humidi: vt patet ex parte complexionis sunt male memorativi. Sed ex parte apprehensionis est aduertendum, quòd impressiones duobus modis sumunt firmiter in memoria. Primo propter fortem attentionem: & sic pueri possunt dici bene memorativi: quia aliquando bene attendunt circa aliquod mirabile. Secundo propter multiplicationem meditationũ: & sic senes dicũtur bene memorativi. Et ꝙ hoc soluuntur rationes ante oppositũ.

QVARTO sciendum, quòd circa textum incidunt aliqua quotlibeta. Primum, quare lotio capitis, & pedis iuuat ad bonam memoriam? Respondetur, quòd ratio est: quia in tali lotione aperiuntur pori, per quos exeunt fumi, qui perturbabant cerebrum, & organum reseruatiuum speciẽrum. Secundum, quare volentes memorari non possunt memorari: & quando non appetunt, melius memorantur? Respondetur, quòd ratio est; quia tunc fit magna perturbatio, & motio specierum reseruatarum in organo: sed quando non apponitur tanta diligentia, tunc non fit talis perturbatio: ideo tunc melius accipiunt speciem rei, de qua vult memorari. Tertium, quare volentes memorari mouent caput? Respondetur, quòd ratio est: quia quandoq; in organo potentiæ est quædam opilatio, quæ impedit liberum transitum spirituum sensitiuorum: H ideo fit talis motio capitis.

Quartum: quare homines grossa capita habentes cõmuniter sunt male memorativi? Respondetur, quòd hoc est propter magnitudinẽ cerebri, quod est multum fluxibile: ratione cuius species in organo memoriæ non bene radicantur. Quintum, quare melius memoramur in tenebris, quàm in luce? Respondetur, quòd ratio est: quia in luce motus sensibilium exteriorum, qui sunt maiores impediũt motus interiores, qui sunt debiliores. Et hæc de primo ar. Quantum ad secundum.

DVBITATVR primo, Art. 2. Vtrum in nobis, seu in anima rationali præter memoriam sensitiuam sit ponenda memoria intellectiua? Et videtur, quòd non: quia dicit Philosophus in textu, quod memoria est passio primi

Problemata aliquot naturalia.

An ponenda sit memoria intellectiua.

A primi sensitiui. Secundo, obiectum intellectus est vniuersale: vt vult Philosophus, ideſt posſtea, sed vniuersale abstrahit a hęc, & nunc, & fuisse: igitur.

Pro solutione supponitur, ꝙ in nobis est ponenda memoria intellectiua a sensitiua realiter distincta. Patet: quia quilibet experitur se reseruare species intelligibiles in absentia rerũ intelligibilium, aliter intellectus non posſet penitere de malis volitionibus: quod est falsum. Secundo supponitur, quòd memoria intellectiua non est alia potentia ab intellectu possibili, sed est ipsemet intellectus possibilis cum specie intelligibili reseruata in ipso intellectu: hoc vult habere Scot. His

Sco. li. 4. dist. 47. suppositis, respondetur per aliquas propositiones. Prima, in homine est ponenda memoria intellectiua, & sensitiua: non enim oportet negare superiori potentiæ cognitiuæ, quod est perfectionis in inferiori cognitiua: sed memoria de præteritis est quædam perfectio: ergo si attribuatur potentiæ sensitiuę, etiam potentiæ intellectiuæ.

Secũda propositio, Deus prius non habet memoriam neque sensitiuam, neq; intellectiuam: quia non potest habere actum post tempus. Et si quis dicat contra: quia quotidie cantat ecclesia. Ne recorderis peccata nostra. Respondetur, quòd hoc fit quando ille actus cognoscendi Dei, qui in se nõ est post tempus consideratur, vt est coexistẽs priori tpe, & non illi, & sic quasi post tpꝰ. Tertia propositio, angeli & animæ separatę habẽt memoriã intellectiuã: quia non habent omnes intellectiones ppetuas tiõ primũ recordari. Fatuũ. n. ẽ dicere, ꝙ Lucifer nõ recordat̃ se peccasse: & p hoc soluit̃ prima rõ. Ad secundã dr, ꝙ intellectꝰ nõ est sic vniuersalis quin posſit cognoscere singulare: vt aliàs visum est.

Et si arguatur: potẽtia nõ cognoscens singulare, vt singulare, non recordatur: quia recordans cognoſcit aliqd, vt hic, & nunc, quod est proprium singulari. Rñdeo, ꝙ exiſtentia actualis primo cõuenit naturæ: vnde hæc natura non est exiſtẽs formaliter, sed per naturam illam: naturam. n. exiſtentẽ cognoscit intuitiue intellectꝰ: & ista cognitio ẽ exiſtẽtis vt exiſtẽtis ad hoc ꝙ posſit esse recordatio. Et hoc vult habere Sco. loco prælleg.

D

DVBITATVR secundo, Vtrũ sit ponẽda memoria sensitiua? Et vr, ꝙ non: quia in illa parte nõ est ponẽda memoria, quæ nõ est collatiua; sed sensus non est potentia collatiua: ergo in parte sensitiua nõ est ponẽda memoria. Maior patet: quia memoria habet cognoscere tps: tẽpus aũt est numerus motus ſm prius, & posterius: & hoc non potest cognosci sine collatione posteriorum ad prius: igitur. Secundo sic, oportet etiam memorativum percipere actum suũ dũ est pñs: sed potentia sensitiua nõ potest percipere actũ suum dũ est præsens: agit. Item in parte sensitiua nostra oportet ponere aliquam operationem sensitiuam, quæ non posſit concludi esse in bruto: sed talis memoria non potest concludi: qa maxime esſet propter illos actus, qui vident esse actus

An detur memoria sensitiua.

A prudentiæ: vt sunt collectio granorum a formica, vindicare, hoc seq, & disciplinari: sed hoc non igitur. Pro solutione supponitur, quòd in nobis est ponẽda memoria sensitiua realiter distincta ab intellectiua. Et ad rationes. Ad primam dicitur, quòd potentia sensitiua percipit tempus. Dicit enim Arist. q̃ ab eodem sensitiuo percipitur tempus & magnitudo: sed à primo sensitiuo cognoscitur magnitudo: igitur & tempus. Dico vlterius, quòd potentia sensitiua interior est collatiua non ita perfecte, sicut intellectiua: vt aliàs visum est. Ad secundam dicitur, quòd omnes sensationes sensuum exteriorum sunt cognoscibiles ab aliquo sensu superiori, scilicet a sensu cõmuni: immo dicit Arist. quòd visus

F videt se videre; & dicit, q̃ visio est quodammodo colorata. Dico tamen, q̃ suprema sensatio non est sensibilis: quia non posset sentiri a sensibus interioribus: nec a se: quia tunc esset reflexiua: quod est falsum: q̃ a nullus sensus est reflexiuus. Ad

Signa q̃ bruta memorialia habent.

tertiam dicitur, quòd quatuor actus inueniuntur in brutis: per quos videtur concludi potentiam in memorialiã esse in ipsis. Primi sunt actus prudentiæ: qui sunt tres, scilicet recordari de præteritis; disponere præsentia, & disponere futura. Secundi sunt actus quasi iustitiæ: sicut canes faciunt vindictam de verberantibus ipsos: & diligunt eos, qui faciunt eis bona. Tertij sunt actus disciplinabiles: sicut simia, & multa alia animalia, quæ habent conseruare species. Dico tamen, quòd (vt dicit Scot. in loco prælegato) omnes isti actus possunt saluari in brutis sine potentia memoratiua: primo de formica dicitur, q̃ hoc facit propter phantasma alicuius delectabilis: & etiam diceretur de secundo: & & etiam diceretur, quòd non cognoscit præteritum, nec recordatur de præterito: Et de actibus iustitiæ diceretur, quòd hoc faciunt propter phantasmata aliquorum delectabilium, vel nociuorum: vt si quis percutiat canem, imprimitur in eo phantasma alicuius nociui, propter quod fugit illum. Ideo dico, quòd omnia ista possunt saluari ex industria naturali, & complexione. & phantasmate: & diceretur, quòd bruta nõ cognoscunt præteritum, vt præteritum: & quòd in ipsis non est ponenda potentia memoratiua. Dico tamen cum Aristotele, quòd in brutis est potentia memoratiua: & quòd omnia illa facilius saluantur, quàm non ponendo potẽtiam memoratiuam.

G

H

An ad reminiscendum magis, quàm ad memorandũ requiratur obliuio.

DVBITATVR tertio, Vtrum ad reminiscentiam requiratur obliuio, & non ad memoriam. Pro cuius solutione supponitur, quòd ibi capitur memoria pro actu memorandi; ita quòd est sensus, vtrum ad actum reminiscendi requiratur obliuio. Secundo supponitur, quòd obliuio capitur tripliciter. Vno modo communiter: & sic dicitur priuatio cuiuscunq; actus cognoscendi, siue species repræsentatiua cognoscibilis fuerit reseruata, siue non. Et sic dico, quòd tam ad memoriam, quàm ad reminiscentiam illo-

A modo est obliuio. Secundo modo capitur vt est priuatio actus cognoscendi propter defectum speciei sufficientis de se mouere potentiam cognitiuam ad actum cognoscẽdi: ita quòd licet fuerit reseruata: tamen de se non est sufficiens mouere potentiam cognitiuam: & isto modo ad reminiscentiam est bene obliuio, sed non ad memoriã. Tertio modo capitur proprissime, vt est priuatio actus cognoscendi quando totaliter est de lea species rei: & isto modo non

E oportet etiam ad reminiscentiam esse obliuionem. Tertio supponitur, quòd memoria sit hoc modo: nam quando animal aliquid cognoscit, tunc species reseruatiua cognoscibilis, & species repræsentatiua actus cognoscendi, & tempus in quo fiebat talis tactus remanent in virtute reseruatiua: sic q̃ sunt sufficientes de se mouere potentiam cognitiuam sine adiutorio alicuius alterius phantasmatis, & tempus interruptum, & post C de nouo moueant potentiam cognitiuam ad actum cognoscendi, tunc dicitur memorari de illo, quod tunc cognoscitur. Sed reminiscentia fit isto modo, videlicet quando species cognoscibiles sunt reseruatæ ita remissæ & debiles sunt: sic quòd non sufficiunt mouere potentiam cognitiuam: sed indigent adiutorio alterius phantasmatis, & fiat interruptio temporis: si contingat, quòd huiusmodi species cum adiutorio alterius de nouo moueant potentiam cognitiuam ad actum cognoscendum: tunc hemo dicitur reminisci. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sic.

D

Artic. 3

CONCLVSIO responsalis: Memoria est passio primi sensitiui: quæ conclusio relinquitur probata in articulis: in quibus etiam sufficienter patet quid sit dicendum ad rationes ante oppositum.

LIBEL.

LIBELLVS DE SOMNO, ET VIGILIA.

DE SOMNO, autem, & vigilia considerandum est quid sint: & vtrũ animæ, vel corporis propria sint, vel communia: & si communia, cuius particulæ animæ, vel corporis &c.

Barrumus quid cuius, & a quo effectiua.

HIC est liber de somno & vigilia Arist. qui diuiditur in tria capitula. Primum diuiditur in duas partes. In prima ponit aliquas conclusiones. Prima: Somnus & vigilia habent fieri circa eandem partem animalis. Probat: quia somnus & vigilia opponunt priuatiuæ: modo priuatiuæ opposita habent fieri circa idem. Deinde ostendit cuius partis animalis sint; dicens q̃ sunt passiones sensus, probat: quia sunt passiones illius partis animalis secundum quam iudicamus animal dormire vel vigilare: igitur. Ex quo infert philosophus quòd non sunt passiones animę tantũ nec corporis tantum, sed sunt cõmunes vtriq;. Probat q̃ sentire non est proprium animæ neque corpori: ergo neque vigilare. Secunda cõclusio: Nihil est quod semper dormiat, vel vigilet semper. Probat quia cuicunq; inest aliquod opus secũdum naturã quando excessit tẽpus, in quo potest fieri, necesse est ipsum desicere vel cessare. Ex quo infert diffinitionem somni, dicẽs. Somnus est impotentia sentiendi propter excessum vigilandi. Dicit vlterius quòd non est manifestum, vtrum omnia animalia somno communicẽt: quia quædam sunt multum breuis somni. Deinde infert quòd nulla plãta vigilat: quia nulla planta habent sensum: ergo nec somnum nec vigiliam: consequentia patet: quia somnus & vigilia non sunt sine sensu. Tertia cõclusio: Somnus est passio omnium sensuum exteriorum; quia sensibus exterioribus animal non potest sentire quando dormit. Quarta conclusio: Omniũ sensuum exteriorum est vnus sensus communis: vt probatum est in lib. de Anima. Quinta conclusio: Somnus & primo & principaliter est passio sensus communis. Probat quatuor rationibus. Prima: quia sensus communis est vnus, & principalis inter omnes sensus: igitur. Secunda ratio: si somnus esset passio alterius sensus a sensu communi, sequeretur quòd non oporteret omnes simul ligari in somno: quod est falsum igitur.

Tertia

A Tertia ratio: illius sensus somnus est passio: quo passo, necesse est homines alios pati: sed passio sensus communi, alij patiuntur: igitur. Quarta ratio: somnus non est quælibet in potentia sentiendi, sed solum illa quæ naturaliter prouenit per ligationem omnium sensuum simul. Consequenter inquirit propter quam causam dormire inest animalibus: dicens quòd somnus est necessarius omnib⁹ animalibus propter salutem ipsorum; probat: quia omnibus q̃ possunt moueri; necessaria est quies propter suam salutem. Deinde subdit quòd primũ & principale sensitiuum est cor vel aliquid ꝓportionabile cordi. Probat; quia idem est principium principale sensus & motus localis in animalibus, sed principium principale motus localis B est cor: igitur. Ex quo sequitur q̃ somnus est primo & principaliter passio cordis, aut alicuius proportionabilis cordi. Probat: quia est principaliter passio primi sensitiui; tale autem est cor vel aliquid proportionabile corde: igitur. Et subdit q̃ dormientes quandoq; faciunt multa quæ faciunt vigilantes; vt sunt motus progressiui. In secunda parte inquirit de causa efficiente somni: dicens q̃ somnus est impotẽtia sentiendi causata ex euaporatione nutrimenti ascendentis ad cerebrum: quæ a frigiditate cerebri ingrossata descendendo obstruit meatus spiritum, & causat somnum: hoc probat multis signis. Primum: quia post sumptionẽ cibi & potus sapius sit somnus. Secundũ: ex laboribus quibusdã cãtur somnus, eo q̃ labor est resolutiuus ciborum. Tertium puori vehementer dormiunt, eo quòd in eis maior pars nutrimenti mittitur a partes superiores: cuius signum est; quia superiora in ętate iuuenili excedunt inferiora. Quartum signum; homines habentes venas strictas, & habentes magna capita, sunt amatores somni; & sunt longe dormitiones, eo q̃ vene angustę cito obstruuntur. Quintum; melancholici non multum dormiunt; quia propter frigiditatẽ stomachi fit parua euaporatio nutrimenti. Similiter flegmatici, propter debilitatem caloris cibi in stomacho non cito rarefit. Ex istis infert philosophus aliam diffinitionem somni: dicens, q̃ somnus est reciprocatio caloris naturalis intrinsecus D propter vapores ascendentes: & post suam ingrossationem descendentes & obstruẽtes meatus sensitiuos propter salutem animalis. Deinde infert tria correlaria. Primum: in dormientibus fiunt multis motus alterationis digerendo nutrimentum motus; etiam ascensus vaporis motus infrigidationis, & motus descensus illius vaporis. Secundum: propter frigiditatem clauduntur palpebre oculorum. Tertium: quòd in viuentibus partes exteriores, & superiores infrigidantur: inferiores autem intrinsece calefiunt. Finaliter ostendit causam expergefactionis; dicens quòd est consumptio illorum vaporum vel dissolutio eorum; ita quòd quando vapores sunt consumpti, & digestione completa facta,

tunc

tunc calor naturalis ascendit: & aperit vias abstructas per evaporationem.

POST hæc autem quærendum de somnio; & primo cui eorum, quæ patsio hoc inesse videtur &c.

Somnij quid, & vnde.

ISTVD EST secundum capitulum, in quo Philosophus determinat de somnio, ponendo talem conclusionē: Somnium non est passio sensus exterioris, probat: quia in somno, in quo est somnium, non est aliquis actus sensus exterioris: ergo illa operatio, quæ est facta in somno, nō est alicuius sensus exterioris. Secunda conclusio: Somnium nō est passio intellectus patet: quia in somnio non solum cognoscimus hominem vel equum, sed hominem album, vel nigrum. Tertia conclusio: In somnio accidit deceptio: nam apparet alicui quòd videat, audiat, & sic de alijs. Quarta conclusio: Somnij est passio sensus communis: nā somnium illius est passio cuius est somnus: sed somnus est passio primi sensitiui, vt visum est: ergo etiam somnium est passio primi sensitiui. Maior videtur esse nota: cum somnium videatur solum contingere in dormientibus. Consequenter inquirit quid sit somnium ponendo aliquas suppositiones. Prima: vnius cuiusque sensus sensibilia causant in nobis sensationem. Secunda, passio facta a sensibilibus in sensu non solum manet in præsentia sensibilium, sed etiam in absentia. Probat aliquibus signis. Primum, quia si diu aspexerimus valde splendidum: & conuerta tamur nos ad locum obscurum, apparebit adhuc nobis, quòd videmus illud splendidum. Secundum: si quis diu aspexerit corpus solis: & postea se conuertat ad alium colorem; puta ad album, vel nigrum, ille apparebit puniceus. Tertium, si aliquis fuerit diu motus, & postea quiescat, adhuc apparebit sibi quòd ipse moueatur. Tertia: sensus non solum patitur a sensibilibus sed etiam sensibile a sensu: probat signo: quia videmus oculos menstruosos inficere speculum mūdum & purum: & hoc est propter multum sanguinem indigestum a quo fumi procedunt: qui petites exitum veniunt ad oculos qui sunt partes valde rare. Quarta: recedē te sensibili exteriori, manent in phātasia phantasmata. Quinta homines passionati de facili decipiuntur circa obiecta illarum passionū: quia si homo fit timidus a modico terribili terrebitur. Sexta: aliqui homines decipiuntur, & tamen non latet eos: sicut apparet in habētibus febres: quibus aliquando apparent animalia terribilia in pariete, & tamen bene sciunt quòd nihil est: & hoc prouenit: qa quando aliquid cognoscitur duplici potentia, quarum vna est superior ad aliam: vt intellectus ad sensum, superior corrigit inferiorem: vt patet a signo de sole qui ab aliquo secundum vnam potentiam dicitur pedalis, & secundum aliam maior. Et si quis dicat: nonne species, quæ mouent sensum in somno mouent in vigilia? *Obiectio.*

lia? Respondet Philosophus q̄ huiusmodi species nō æque mouent sensus interiores, sed impediuntur per sensus exteriores. Septima: huiusmodi species aliquando præsentantur sensui directe, aliquando indirecte, aliquando distorte. Ex quo infert q̄ pueri non somniant: quia in ipsis est multus motus impediēs illas species. Octaua: in somnijs quandoq; decipimur, & latet nos: & quandoq; decipimur & non latet nos sicut contingit in vigilantibus. Ex his omnibus infert Philosophus diffinitionem somnij: dicens q̄ somniū est aliquod phantasma apparēs in somno. Finaliter ponit causam propter quam aliqui nunquam somniant: alij autem in iuuentute: alij autem in senectute, alij verò perseuerant in somnijs: quia (vt dicit Philosophus) statim post cibum assumptum in dormientibus non fit somnium, neq; etiam in pueris propter velocem motum nutriēdi; & propter eandē causam qua cunq; sunt talis naturę, vt multa euaporatio ascendat: & iterum descendens facit multitudinem motus: & nullum apparet phantasma nec habent somnia: & talis multitudo motuum est possibilis in vna ætate: ideo aliqui somniant in vna ætate & non in alia.

Quare alij nunquam somniant.

DE diuinatione verò, quę in somnijs fit: & dicitur accidere a somnijs, neque contemnere &c.

ISTVD EST tertiū capitulum, in quo Philosophus vult determinare de diuinatione, quę habet fieri circa somnia ponendo, aliquas conclusiones. Prima: non est inconueniens determinare de diuinatione somniorum, quod probat: quia difficile est determinare de illo qđ non videtur habere determinatam causam: sed diuinatio in somnijs est huiusmodi: igitur. Tertia conclusio: Somnia sunt causæ vel signa vel accidentia futurorum: quod probat primo de his quæ accidunt propter dispositionem & complexionē corporis: & hoc auctoritate medicorum dicentium, q̄ homines libenter somniant de his quæ sunt suę cōplexionis; sicut cholerici de calidis: sanguinei de calidis & humidis, & sic de alijs cōplexionibus. Probat etiā idem, quia videmus homines per somnia aliqua facere quæ non fecissent: ergo aliqua sunt signa & causæ futurorum & q̄ sint accidentia futurorum, probat; quia si fit aliquod bellum futurum & somniamus de illo, illud somniū non est causa belli, sed accidens ipsius. Consequenter inquirit a quo prouenient somnia: dicens q̄ non sunt immediate a deo: quod probat duabus rationibus. Prima: quia sic bonta non somniarent: quod est cōtra experientiā. Secundo, quia patet: qa illa q̄ immediate mittuntur a deo, videntur mitti ad ea quæ suas

Somnia, quam difficilia interpretatu, & qđ eorū optimus interpres.

Nullum prorsus somniorum a deo.

B suas operationes immediate dirigunt in deum; eiusmodi non sunt bruta. Secúda ratio; quia valde stulti homines præuidentes futura; & recte somniat, q̃ non esset si somnia mitterentur immediate a deo; deberent enim deus esse magis sollicit⁹ de prudentioribus, quàm stultis. Deinde ponit viam diuisionem somniorum; dicens q̃ quædam sunt quorum principium est in nobis, sicut somnia quo flegmaticus considerat aquas. Alia sunt quæ non sunt a principio intrinseco; vt si homo somniat de bello futuro. Finaliter ostẽdit q̃ optimus iudex seu interpres somniorum est illæ, qui bene potest similitudines inspicere; cuius causa est, quia semper sunt nostra somnia distorta; licet aliquando ita sint; & tunc

F non appareat bene. quando est turbatio specierum seu phantasmatum. Ex his satis concludit philosophus per ea quæ dicta sunt qd sit somnus & quomodo causatur; & quid sit somnium & quomodo causatur. Circa textum.

An somnus insit omnibus animantibus, & somnium solis dormientibus.

QVÆRITVR Verũ somnus insit oĩbus animalibus; somniũ vero dormientibus. Arguitur primo, q̃ somnus non insit oĩb⁹ animalibus; quia multa sunt animalia, quæ non dormiũt cũ sint multa animalia, q̃ non habent cor, neq; cerebrũ, neq; caput: vt patet de cõchis & ostreis. Secũdo sic: Homines cãtibus in exetasi, non competit somnus, neq; vigilia: cũ tunc nõ possint exercere operationes sensuũ exteriorum: ergo non omnibus animalibus inest somnus. Tertio sic: Sõnus cõuenit plantis; ergo non conuenit solis animalibus. Añs patet; quia plantæ aliquod opus faciunt in aliquo tpe: ergo necesse est eiusdẽ tandem cessare ab illo opere: sed talis cessatio est somnus: igitur. Quarto sic; In vigilantibus: ita bene reseruantur species sensibiles, sicut in dormientibus: ergo somnia æqũe bene debent apparere in vigilantibus, sicut in dormientibus. Quinto sic: Pueri melancholici vigilando sæpe dicunt multa se vidisse terribilia: & similiter quidam flegmatici; ergo isti vigilando somniant.

In oppositũ est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres art. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum, q̃ pro declaratione primæ partis q̃nis supponitur, q̃ omnis potẽtia fatigabilis in sua operatione habet a natura, vt talis potentia p quietẽ fortificetur in sua operatione: & quia potentia sensitiua qñ; sic fatigatur in sua operatione, eo q̃ indiget caloribus, & spiritibus missis a corde ad exercendum suas operationes: quæ aliquando intantum diminuuntur vt potentia sensitiua nõ possit exire in suas operationes: ideo oportet illam potentiam aliquãdo cessare a sua operatione, vt in tali cessatione, & quiete resumantur spiritus. Et siquis quærat; quare potentia nutritiua nõ fatigatur, sicut & sensitiua. Respondetur quòd ratio est: quia opus virtutis vegetatiuè, seu nutritiuè est ad continuationem vitæ, non autem opus sensitiuè:

G

H *Arist. 2.*

Quæ potentia fatigatur in sua operatione.

A uè. Supponitur secundo quòd quæcunque potentia data, oportet etiam aliquando ipsam exire in actum suum, alias frustra esset. His suppositis ponuntur aliquæ propositiones. Prima, hoc

Somnus pueri ẽst. distinctum somnus, vel vigilia, conuenit omni animali sano & viuenti per notabile tempus, puta per ipsis debitum suæ speciei. Notanter dicitur sano, seu disposito, ꝓpter animal existens in extasi, quod proprie non dicitur nec dormire, neq; vigilare: licet tamen non sentiat: sed hoc non est propter ascensum vaporum ad cerebrum, sed propter passionem, vel ægritudinẽ. Ex quo patet, quòd non omnis impotẽtia sentiendi est somnus: patet etiam: quia multa sunt animalia quibus, neque cõuenit somnus neque vigilia.

B Et si dicatur priuatiuè opposita circa idem subiectum sunt immediata. Dicitur quòd verum est circa idem subiectum dispositum. Dicitur etiam viuenti per notabile tẽpus: quia multa fuerunt animalia, quę nunquam dormierunt, neque vigilauerunt; puta quorum organa non fuerunt debitè disposita ante mortem eorum. Secunda proꝓsitio: soli animali inest somnus vel vigilia: quia solum animal inter viuentia cessat a sua operatione. Et licet plantæ in hyeme non percipiantur viuere, & exercere suas operationes propter calorem remissum in ipsis: tamen tunc viuunt & exercent suas operationes, quamuis nos lateat.

SECVNDO sciendum, q̃ pro declaratione secundæ partis quæstionis supponitur primo quod somnus est duplex, scilicet perfectus & imperfectus. Somnus perfectus, est quando sensus exteriores sunt perfectæ ligati, vel quando viæ, & meatus per quos habent mitti spiritus & calor a corde sunt obstructi. Somnus imperfectus est quando sensus exteriores sunt imperfectè ligati; vel quãdo est facta aliqua apertura virum: ita quòd species reseruate libere possunt venire ad sensum communem. Supponitur secundo quòd (vt visum est in textu) somnus est impotentia sentiendi; & vigilia est potentia sentiendi, seu dispositio secundum quam animalis possunt in operationes sensuum. Et aduerte quòd somn⁹ naturalis sic causatur: nam per calorem proueniẽtem originaliter a corde: licet expanse ad hepar & stomachum, & ad alia membra decoquitur, & digeretur nutrimentum: propter cuius digestionẽ resoluuntur ab ipso nutrimento vapores & fumi propter caliditatem & subtilitatem ascendentem ad caput; propter frigiditatẽ cerebri ingrossatur; ideo reuertuntur circa cor & reuertendo obstruunt meatus per quos spiritus sunt nati diffundi a corde, & non possunt tunc mitti; ideo potentiæ sensitiuæ non possunt habere sua opera. Et siquis quærat: quomodo iterum aperiuntur illi meatus? Respondetur breuiter quòd sicut sunt duplices dormitiones scilicet ꝑm conueniẽtẽ exigentiam naturæ: & quædã ꝓ aliqua accidentia: ita etiam sunt duplices expergefactiones: quædã sunt secundum conuenientem

C *Somnus quotuplex & quomodo dicatur.*

D

exi-

exigentiam naturæ, & quædam per accidentia. Tunc dico q̃ ex pergefactiones seu aperiones meatuum, quæ sunt secundum exigentiã naturę fiunt digestione & nutritione facta scilicet cibo conuerso in sanguinem: quia tunc spiritus diffundantur ad sensus exteriores: quia facta talí digestione, calor est fortificatus, & spiritus multiplicantur: quod patet per exemplum de ligno, quod postquam ponitur in igne, ignis est debilis; sed postquam alteratur & calefit, ignis fortificatur. Sed expergefactio quæ fit per accidentia fit multis modis. Primomodo propter consuetudinem. Secundomodo propter diligentem attentionẽ. Tertiomodo propter ampliationem & districtionem venarum. Quartomodo propter complexionem naturalem latentem: quia melancholici parum dormiunt; quia sunt multum ficci & frigidi: ideo humores calidi non possunt bene resolui a stomacho vt obstruant meatus. Quintomodo propter caliditatem vel quantitatem nutrimenti. Sextomodo propter somnia terribilia.

F

Somnus animi sensus est passio.

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas; Vtrum somnus sit passio sensus communis, vel sensuũ exteriorum? Et arguitur q̃ non sit passio sensus communis; nisi forte per accidens: quia somnus est impotentia sentiendi: sed sensus communis in somno non est in sentiente; igitur. Item omnia remedia quæ dantur ad prouocandum ad somnum vel vigiliam, ponuntur in capite: quod non fieret nisi somnus & vigilia essent passiones cerebri. In oppositum est philosophus in textu. Pro cuius solutione ponuntur aliquæ conclusiones.

G

Prima: Somnus non est passio potentiæ nutritiuę: quia tunc cõueniret plantis sicut animalibꝫ; quod est falsum. Secunda: Somnus non est passio intellectus: quia tunc sequeretur q̃ nõ cõueniret brutis. Tertia: Somnus non est primo & per se passio ponere secundum locum motiue; quia tunc non conueniret omnibus animalibus: quia non omnia animalia habent potentiam motiuam secũdum locum. Quarta: Somnus non est in passio per se & primo potentiæ appetitiue; quia si in somno potentia appetitiua fuerit impotens, & hoc solum per defectũ potentiæ cognitiue. Quinta satis probabilis: Somnus non est primo & per se passio alicuius sensus exterioris: & hoc manifestum de visu & auditu & olfactu: quia multa animalia dormiunt quæ non habent illos sensus. Probatur etiam sic ista conclusio: quia si essent primo & per se alicuius sensus exterioris, sequeret q̃ non conuenirent alijs sensibus; quia sensus exterior dependet ab alio nullus sensu in sua operatione. Relinquitur ergo q̃ vel somnus vel vigilia non erunt passiones alicuius sensus, vel erunt passiones sensus cõmunis. Et quando dicebatur q̃ sensus communis operatur in somno? Respondetur q̃ verum est phantasiando, sed non sentiendo: phantasiamur enim in somno, sed non propriæ sentimus. Vnde differẽtia est inter sensationem & phãtasiationem. Sensatio enim est apprę-

Sit sensus quomodo operatur in somno.

A

apphensio sensibilium per sensus exteriores: & talis non fit in sensu communi in somno. Sed phantasiatio est appræhensio sensibilium per species reseruatas in phantasia: & illa est bene in sensu communi. Dicunt tamen, aliqui q̃ Aristo. in textu per primum sensitiuum intellexit cor; quod ideo dicitur primũ sensitiuum originaliter; quia ab eo originantur spiritus, disponentes sensus exteriores ad suas operationes: & quia in somno non possunt dimitti illi spiritus, propter hoc q̃ meatus sunt clausi: ideo somnus dicitur passio cordis. Et ad illam rationem dicitur q̃ cerebrum bene facit ad causandum somnum: ideo ad ipsum bene ponuntur remedia.

QVARTO sciendum, quòd restat alia difficultas: vtrum somnus & vigilia conueniant omnibus animalibus sanis & viuentibus per tempus notabile? Et videtur q̃ non; quia somnus & vigilia sunt passiones cordis vel sensus communis: sed multa sunt animalia, quæ nõ habent cor, neq; sensum communem igitur. Responderur breuiter q̃ licet non omne animal habeat cor, tamen habet aliquid proportionabile cordi: & si non habeat cerebrum habet aliquid proportionatum cerebro: potest etiam dici q̃ si non omne animal habeat sensum communẽ: tamen habet aliquid proportionabile sensui cõmuni, quod sufficit. Alia est difficultas: vtrum omnis somnus causetur ex euaporatione nutrimenti? Et videtur q̃ non; quia aliqua sunt animalia quæ dormiunt per totam hyemem. Item aliquæ ęgritudines causant somnũ: igitur. Pro solutione supponitur, quòd non omnis impotentia sentiendi est proprie somnus: nam somnus est passio naturalis conueniens ipsis animalibus naturaliter ad salutẽ eorum: ideo somnus proprie dictus debet prouenire ex parte naturæ ex ordine & prouidentia ipsius naturæ; ideo impotentia, sentiendi, quæ est per aliquas ęgritudines, non debet dici somnus propriè dictus. Potest etiam fieri somnus quidam debilis propter carentiam cibi: vt si homo careret cibo duobus diebus, certe fieret quidam paruus somnus. Tertia difficultas: quare infantes melius dormiunt quàm viri, cum tamen habeant magis de caliditate? Respondetur q̃ viri sunt calidiores, quàm infantes: tamen infantes habent multam humiditatem cito euaporabilem: & propter hoc multum dormiunt. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundũ.

An somnus, & vigilia conueniãt omnibus animalibus sanis & viuentibus per tempus notabile?

E

An somnus causetur ex euaporatione nutrimenti?

Dubium

D

DVBITATVR primo. Vtrum diffinitio somnij sit sufficiens. Et arguitur quòd non: quia somnium non est phantasma, sed est apparitio, seu appræhensio phantasmatum. Pro solutione dicitur primo quòd diffinitio somnij, in qua dicitur: somnium est phantasma quoddam factum in somnio, debet sic exponi. Somnium est apparitio seu appræhẽsio phantasmatica facta in dormiendo: ita quòd somnium non est nisi illa cognitio, quæ fit in dormiendo per phantasmata. Et aduerte quòd triplex fit apparitio in somnio. Prima fit in sensibus exterioribus; vt si homo

Arti. 2.

An somnij, definitio sit sufficiens.

E dormiens audiat, & in hoc decipitur. Secunda potest fieri per intellectum: vt quando homo iudicat se disputare, & syllogizare in somno, & in hoc etiam decipitur: nam in somno decursu communi, aeq; sensus exteriores, neq; ipse intellectus habent aliquam operationem. Tertia apparitio fit per species reseruatas in phantasia, mouentes ipsam phantasiam ad operationē eius, etiam in ista vt plurimum fit deceptio; nam sensus communis vtitur illis, ac si essent obiecta. Sed restat alia difficultas

Triplex apparitio in somnio.

Dubium.

F Vtrum dormientes possint exercere operationes vigilantium? Et videtur quòd non: quia tūc sequeretur, quòd dormientes essent vigilantes: etiam operationes vigilantium sunt circa sensibilia exteriora, & dormientes circa illa non exercent in aliquid operationem. In oppotum est Philosophus in textu. Pro solutione ponitur talis propositio: Certum est, quòd multi dormientes exercent operationes vigilantium. Et aduerte quòd licet tales bene memorentur suorum somniorum; tamen non memorantur illorum actuum exteriorum. Et mirabile est, quòd isti nihil videant, cum vadant ad loca sic determinata, & hostia aperiant: & tamē ista non possunt scire. Ad illud potest dici, quòd licet sensus exteriores multum valeant ad dirigendum nos in nostris operationibus exterioribus: cum possibile sit nos sine visu ambulare propter magnam imaginationem & memoriam, aut propter consuetudinem.

DVBITATVR secundo, Vtrum in somno debeant semper fieri somnia, vel nunquam, vel aliquando sic & aliquando non. Arguitur q̄ nunquam debeant fieri: quia cerebrum est ita propinquum sensui communi, sicut sensibus exterioribus, sed in sensibus exterioribus nō fit sensatio: ergo neque in sensu communi. Itē si somnia fierent, hoc esset per species reseruatas in phantasia; sed hoc non: quia vel illę species sufficiunt ad phātasiandum sine obiecto extrinseco, vel non sufficiunt: si sufficiant, ergo semper debent fieri somnia: si non sufficiant, ergo nunquam debent fieri somnia. In oppositum est experientia. Pro cuius solutione mouentur aliquæ difficultates. Prima: quare species in phantasia reseruate faciunt magis ad apparitionem in somno, quām in vigilia? Respondetur quòd species in phantasia in vigilia sunt debiles, & motus qui fiunt ab exterioribus sunt fortes: modo motus fortiores in appræhensionibus tristibus, vel delectabilibus: & vniuersaliter in alijs passionibus animæ obfuscant minores, & faciunt eos latere. Vnde aliqui clamant se aliquando valde lasos in manu, vel pede: qui si bene verberarent, non plus sentirent illud malum. Et hæc est ratio quare melius in somno fiunt tales apparitiones, quām in vigilia: quia in vigilia motus exteriores sunt fortiores: ideo impediunt motus phantasiæ. Tertia difficultas; quare in somno melius fiunt apparitiones in vno tēpore quām in alio? Respondetur quòd aliquando via phantasiæ est obcta ex

G

An omnia somnia debeant fieri.

Problemata.

H

Dubium.

A cta ex vaporibus ingrossitis ita quòd illæ species non possunt præsentari sensui communi: etiam per multum colorem in illis vijs est multus motus, & multa perturbatio: ideo non possunt illæ species præsentari: ideo magis somniamus in principio somni, & in fine, quām in medio: quia tunc non sunt tanti vapores elevati. Alia difficultas: quare aliquæ species reseruate in phantasia faciunt apparitionem, & non aliæ? Respondetur, quòd in phantasia est vna impressio fortior, quām alia: vel propter frequentem meditationem, vel propter fortem attentionem: hoc est quia adiuta est delectatione, vel tristitia, vel aliqua alia passione; & tunc illæ mouent sensationē, & non aliæ.

I DVBITATVR tertio, Vtrum sit possibile præuidere futura per somnia? Pro solutione supponitur quòd somniorū quædam sunt causæ futurorum euentuum: vt quādo ex his, quæ somniamus, mouemur in vigilia ad aliquid agendum: vt recitat Galenus de quodam ægroto, qui somniauit, quòd si minueretur inter duos digitos, sanaretur: qui cum euigilatus esset, hoc fecit & sanatus est. Alia sunt somnia, quæ solum sunt signa futurorum euentuum, & non causa: vt sunt illa, quæ habent causam communem eis, & futuris euentibus: quæ causa est duplex, scilicet corporalis, & spiritualis. Corporalis, quidem; quando ex impressione corporum cœlestium, & etiam aeris circundantis mutatur corpus, & imaginatio dormientis: sic quod dormienti apparent aliquæ visiones conformes dispositioni corporum cœlestium; sicut quando disponuntur elementa ad serenitatem, vel pluuiam; aut aliqua huiusmodi apparent dormienti, vt aliquæ phantasiæ conformes illi dispositioni. Spiritualis autem causa, est quandoque deus, & quandoque diabolus. Deus quidem quandoque misterio angelorum reuelat in somnijs aliqua futura, quorum ipse est futurus causa. Diabolus autem quandoque ad deceptionem hominum disponendo interius phantasmata facit apparere aliqua futura, quæ ipsæ est facturus. Alia sunt somnia, quæ nec sunt causa futurorum euentuum nec signa: sed fiūt solum propter motus simulachrorum, seu phantasmatum, sicut sunt omnia illa somnia, q causantur in dormiente ex aliqua causa interiori: quæ est duplex, scilicet naturalis, & corporalis. Naturalis: vt quando occurrunt dormienti phātasmata conuenientia eis certa, quæ cogitatio eorum in vigilia fuit timorata, vnde homines solliciti, & cogitatiui circa aliqua frequenter somniant de illis. Corporalis autem fit, quando ex aliqua interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phantasia dormientis, conueniens illi dispositioni corporali, vt si quis abundat in frigidis humoribus, occurit in somno phantasia quòd sit in niue vel aqua; propter quod dicunt medici intendendum esse somnijs ad cognoscendas interioris hominis dispositiones. Vnde ad hunc modum reducuntur om-

An possibile sit prænidere futura per somnia.

C

D

E omnia ſomnia ſequentia complexionem hominum: ſicut cholerici, flegmatici, & ſic de alijs. Etiam ad hunc modum reducũtur ſomnia, quæ ſequuntur naturas ciborum. Nam complexio facit per naturam, quod faciunt cibi per accidens. Ad hunc etiã modum reducuntur omnia ſomnia ſequentia naturas & conditiones infirmitatũ: vnde per iſta ſomnia valemus iudicare aliquid de futuris, & etiam per alia. Et hæc de ſecundo art. Quãtum ad tertium ſit.

artic. 3. CONCLVSIO reſponſalis: Somnus ineſt omnibus animalibus ſanis: & hæc concluſio relinquitur probata ex dictis.

Ad rationes. Ad primam dicitur negando antecedens: & ad probationem dicitur q̃ illa hũt aliquod proportionabile cordi, cerebro, & capiti: & hoc ſufficit. Ad ſecundam dr̃ q̃ homines exiſtentes in extaſi vigilãt: licet pro tunc non poſſint ſentire: hoc tamen non eſt propter aſcenſum vaporum ad cerebrũ, ſed propter paſſionem, vel ægritudinem. Ad tertiam patet ſolutio: nam plantis non conuenit, neq; ſomnus, neq; vigilia. Ad quartam patet quid ſit dicẽdum: & etiam ad quintam: nã ſi melancholici dicant illud videri, hoc eſt propter paſſionem eorum.

LIBELLVS DE LONGITVDINE, ET BREVITATE VITAE.

DEINDE autẽ qd̃ eſt, hoc quidem eſſe longæ vitæ animalium: hoc autem breuis vitæ, &c.

ISTE EST liber de Longitudine, & breuitate vitæ: qui diuiditur in duo capitula. In primo ponit aliquas concluſiones. Prima, eorum quæ viuunt; quædam diſtinguuntur ſecundum ſua genera, & aliqua ſecundum ſuas ſpecies in breuitate, & longitudine vitæ: vt homines communiter ſunt longioris vitæ, quàm equi, vel aſini: eadem ſpecie etiam diſtinguuntur, eo quòd in diuerſis regionibus habitant: nam habitantes in regionibꝰ calidis, cæteris paribus, ſunt longioris vitæ, q̃ habitãtes in frigidis: & adhuc in eadẽ regione diſtinguunt̃ ſm diuerſas complexiones. Secũda concluſio: inter corpora naturalia elementa ſunt magis adinuicem generabilia, & corruptibilia pp contrarietatem ſuarum qualitatũ: & q̃n aliquod mixtũ magis accedit ad naturã vnius elementi, tanto citius corrumpit̃ ab alio elemento. Deinde mouet vnum

Breuitas, vel longitudo vitæ vnde.

A vnũ dubiũ: Vtrũ ſit aliquis locꝰ, in quo ſi poneret aliquod corruptibile, poſſet perpetuari, & eſſe incorruptibile? Rñdet Philoſophus, q̃ ſi poneret aliquod corpus in aliquo loco, in quo non hẽret contrariũ, illud ſm quid eſſet incorruptibile: licet ſimpliciter eſſet corruptibile, cum habeat materiam, q̃ eſt, qua res põt eſſe & non eſſe. Conſequenter probat aliqua non eſſe cauſa lõgæ vitæ, neq; breuis vitæ, & primo de magnitudine: dicens q̃ maiora non ſunt longioris vitæ: quia equi ſunt multum maiores hoĩbus: & tñ non ſunt longioris vitæ. Dicit etiam q̃ parui tas non eſt cauſa longæ vitæ: qa minora aliq̃ ſunt breuioris vitæ longioribus. Tertio dicit, q̃ ſanguis nõ eſt cauſa longę vitæ: quia aliqua animalia non hãtia B ſanguinẽ: ſicut apes ſunt longioris vitæ aliquibus hãtibus ſanguinẽ. Quarto dicit q̃ habitatio ſupra terrã non eſt ca longioris vitæ: qa aliqua aquatica ſunt lõgioris vitę, q̃ aliqua habitãtia ſupra terrã. Quinto dicit, q̃ eſſe greſſibile nõ eſt cauſa longæ vitæ: quia q̃dã greſſibilia ſunt breuioris vitæ quibuſdam aliis: Conſequenter oſtendit quid ſit cauſa longævitæ, ꝓmittens aliquas ſuppões. Prima, omne animal eſt calidum, & humidum; in quibus conſiſtit vita: ſed frigida & ſicca ſunt cauſæ breuioris vitæ. Ex quo infert, q̃ neceſſe eſt ſeneſcentia deficcari. vnde ſi humidum deberet eſſe cauſa longæ vitæ, non deberet eſſe de facili deficcabile: immo pinguia ſunt minus putrefactibilia, quàm magra. Deinde dicit, q̃ ſi aliquid deberet eſſe cauſa longæ vitæ, oportet eius humidum eſſe multum & magnum, eo quòd paucum humidum faciliter deficcatur: ideo dicit quòd humidum bene proportionatũ cũ calido eſt cauſa lõgæ vitæ: propter hoc homines ſunt quibuſdam animalibus maioribus longioris vitæ: eo quòd in hominibus humidum eſt melius proportionatũ cum calido. Dicit vltra quòd ipſum humidum non debet eſſe ſuperfluum: quia humiditas ſuperflua eſt extinctiua caloris: ꝓpter rea dicit, quòd animalia multi ſpermatis cito ſeneſcunt: quia ſperma eſt humidum ſuperfluũ: ratione cuius mula eſt lõgioris vitæ quàm equus. Et ſubdit q̃ maſculi ſunt longioris vitæ femellis: ſed quia ſunt multi coitus; in quo vacuatur humiditas propria: ideo in eodem cito ſeneſcunt. Et ſubdit quod abſtinentia a coitu cæteris paribus ſunt longioris vitæ. Dicit etiam quicunque maſculorum laborantes cito ſeneſcunt, eo quòd labor deficcat. Ex quo infert q̃ maſculi ſunt longioris vitæ femellis, ſi non ſint coitui: quia ſunt calidiores: modo caliditas eſt cauſa longæ vitæ. Subdit etiam, quòd tam animalia, quàm plantæ ſi non ſuſcipiant nutrimentum, corrumpuntur: quia in viuentibus calor naturalis cõtinue agit in humidum: ideo quando non agit in humidum cibale, agit in humidum radicale ipſum corrumpendo.

AQVATILIA autem greſſibilibus minus, &c.

ISTVD EST ſecundum capitulum, in quo Philoſophus comparat viuentia adinuicem

E pœnes longitudinem & breuitatem. Et dicit primo quòd animalia aquatica sunt breuioris vitæ, quàm gradientia : quia humidum eorum est de facili corruptibile, & de facili congelabile. Deinde dicit, quòd nō habentia sanguinem sunt breuioris vitæ quam habentia : nisi in non habentibus sanguinem fiat recompensatio. Dicit vlterius ꝙ plantę min⁹ aquosę sunt longioris vitæ aliis; ideo dicit ꝙ cypressus & palma sunt longioris vitæ aliis. Subdit etiam ꝙ in hoc conueniunt animalia annulosa cum plantis: quia partes eorum diuise viuunt: conueniunt & in hoc plantę & animalia; quia masculi in vtrisq; sunt longioris vitę femellis. Ex quo posset aliquis dubitare, quomodo in plantis distinguuntur masculi a femellis: ideo dicit ꝙ ficut in masculis animalibus superiora sunt grossiora inferioribus, & econtra in femellis: ita etiam in plantis: quare autem masculi habeant partes superiores grossiores est: quia habent fortem calorem, qui multum de nutrimento potest eleuare ad partes superiores. Finaliter dicit ꝙ restat determinare de senectute & iuuentute; morte & vita; quibus determinatis, finitur ista methodus; qui libri ordinarie non legutur, alibi quære si vis.

Quæ breuis, quæ ve longæ sint animal.

F

An calidum & humidum sint causa vitæ in viuentibus.

QVAERITVR. Vtrum calidum & humidum sint causa longæ vitæ in viuentibus. Arguitur primo quòd non; quia humidum & calidum non sunt causa vitæ; ergo non sunt causa longæ vitæ. Antecedens patet de calido: quia carnes citius putrescunt in estate, quàm in hyeme. De secundo eriam patet: quia stramina humida citius putrescunt, quam sicca. Secundo sic; Calidum & humidum sunt causa corruptionis; ergo non sunt causa longe vitæ. Antecedens probatur: quia caliditas febrilis corrumpit homines: & humiditas hydropisis corrumpit ipsum. Tertio sic, Si calidum esset causa longę vitæ vel esset aereum, vel igneū. Non igneum: quia est nimis desiccatum. Nec aereum; quia est nimis debile. Quarto sic: Cause mortis non debent poni causæ vitæ: sed calidum & humidum sunt causæ mortis; nam mors prouenit ex eo quòd calidum consumit humidum. Quinto sic: Frigidum & siccum sunt qualitates quæ possunt magis resistere contrarijs nocumentis vitæ, quàm calidum & humidum; ergo frigidum & siccum sunt magis causæ vitæ. In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articu. Quantum ad primum.

G

H

Arti. 1.

PRIMO sciendum, quòd calidum & humidum si debeāt esse causæ longæ vitæ, requirunt aliquas specificationes. Requiritur primo quòd calidum & humidum sint multum & satis intesa. Secundo quòd calidum & humidum sint in se bene proportionata, & non se excedentia taliter, quòd vnū sufficiat corrūpere alterū. Tertio, quòd

Quid requiratur, vt calidum, & humidū sint cāe longæ vitæ.

A quòd humidum nō sit nimis infrigidabile, sed firmum: & non sit nimis fluxibile; requiritur ꝙ etiam humidum non sit superfluum. Istis conditionibus obseruatis dicitur ꝙ calidum, & humidum intrinsecæ sunt causa longę vitæ: quandiu enim in aliquo corpore est humiditas & calor naturalis ipsum viuificās, ibi est vita. Sed quæreret aliquis: in quo genere causæ calidum & humidum sunt causæ vitæ? Respondetur breuiter ꝙ aliud est dicere: calidum & humidum sunt causæ vitæ: & caliditas & humiditas sunt causa vitæ: nam calidum & humidū sunt ipsum subiectum vitæ: quia est ipsum corpus calidum & humidum: modo corpus est causa vitæ vel animæ in genere causæ materialis: quia subiectine recipit animam. Aduerte tamen ꝙ in corpore humano inuenitur aliquod calidum & humidum fluxibile, & non solidum, quod non est subiectum animę scilicet sanguis & spiritus. Sanguis enim non est subiectum animæ: spiritus vero sunt causæ agentes ad conseruationē caliditatis cordis, & etiam ad refaurationē quod de illo deperditur. Sed de caliditate & humiditate in corpore humano potest dici ꝙ sunt causæ aię & vitę in genere cāe materialis saltem dispositiuæ, qa caliditas & humiditas disponunt corp⁹ & materiam ad recipiendū animam.

Dubitatio.

B

C

SECVNDO sciendum, ꝙ antequam calidum sit causa vitæ longæ, nō oportet ipsum esse purè igneū, nec purè aereū: sed oportet ipsum esse complexionale & mixtum. Nam enim corpora in inferiori mundo sunt corpora mixta, & ꝙ non debeat esse pure igneum, patet: quia tunc statim corrumperetur humidū radicale: si enim esset puræ aereum, non esset decoctionum nutrimenti. Relinquitur ergo quòd illud calidū quòd est causa longæ vitæ habeat aliquas ꝓprietates ignis, puta actiuitatem & decoctiuitatem: & aliquas aeris, puta quòd sit pinguis: debet tamen plures proprietates ignis participare, q̄ aeris: quia debet esse imputrescibile, quod maxime conuenit igni: debet etiam esse sufficientis actiuitatis ad decoquendum humidum. Similiter dicatur de humido: quod non debet esse purę aereum, neq; aqueum: sed debet esse mistū ideſt debet habere aliquas proprietates aquæ, & aliquas proprietates aeris: quia debet habere subtilitatem & facilitatem cōuersionis, quæ sunt proprietates aeris: debet esse bene termi nabile & spissum: debet tamen magis esse aereū, quàm aqueū: Ideo mulieres sunt debilioris vitæ, quàm viri; licet sint humidiores humiditate aquea: similiter plantæ cito crescentes, cito moriuntur: vt lilada & aliæ herbæ.

D

TERTIO sciendum, quòd ad videndum, quæ animalia sunt longioris vitæ, supponitur quòd animalia sunt in duplici differentia: Quædam sunt multi caloris, & magni corporis: vt homines, & æqui. Alia sunt parui corporis, & parui caloris: vt muscæ, & formicæ. Secundo supponitur, quòd calor naturalis fortificatur à frigido exteriori, si non

Quæ animalia sint longioris vitæ.

E si non nimis dominetur supra calidum: nam habet claudere poros, per quos non potest exire calor extrinsecus, sed fortificatur. Ex quo sequitur ꝙ animalia magni corporis & magni caloris naturalis sunt longioris vitæ in locis frigidis, quàm calidis: ideo dicit Arist. in suis Problematibus, ꝙ versus partes septentrionales reperiuntur homines fortiores & maiores, q̃ versus partes australes; per antiperistasim frigus fortificat calorem naturalem: sed animalia parui caloris naturalis & parui corporis habitãtia in locis frigidis non sunt longioris vitæ habitantibus in locis calidis: propter quod videmus muleas species animalium mori in hyeme. Et aduerte vlterius ꝙ sicut reperiuntur diuersa genera animalium etiam & plantarum: quæ dam enim sunt brevis vitæ non viuentes per annum: vt blada & similia propter caliditatẽ corrumpentem humiditatem illarum plantarum: quædam corrũ puntur quo ad partes exteriores: tamen in radicibus manet calor naturalis, & tales sunt lõgę vitæ: & multæ aliæ diuersitates plantarum inueniuntur.

F

An habitantes in locis calidis sint longioris vitæ, quam habitantes in locis frigidis.

QVARTO sciendum ꝙ restat talis difficultas; vtrum habitãtes in regionib⁹ calidis sint longioris vitæ, quàm habitantes in locis frigidis. Et arguitur primo quòd non: quia caliditas regionis est ipsis viuentibus extrinseca; ergo corruptiua. In oppositum est philosophus in tex. Potest etiam probari: quia ex defectu caloris sequitur mors; & ex conseruatione caloris sequitur vita. Pro solutione supponit, quòd istud habet magis difficultatem: nam Ari. & alij doctores de ea videntur esse contrarij: ponuntur tamen aliquæ conclusiones. Prima; In regione temperata vel calida & humida homines sunt longe vitæ, dummodo non sit ibi excessus; quia tunc per regionem non extinguitur calidũ nec consumitur humidum: ideo non pronocatur mors; quia omnis mors sit per extinctionẽ calidi vel per consumptionem humidi a calido. Ex quo sequitur ꝙ triplex est mors: quædam est per consumptionẽ humidi, & quædam est per consumptionem humidi & quædam per extinctionem calidi. Tunc ponitur secunda propositio: in regionibus calidis & siccis homines sunt lõgæ vitæ per oppositum mortis, quæ vocatur extinctio: quia ibi minus viget causa extinctionis calidi scilicet frigiditas. Tertia propositio: in regionibus frigidis est longior vita per oppositum mortis quæ dicitur consumptio humidi; quia ibi min⁹ viget causa consumptionis humidi, puta caliditas: & per hoc soluitur q̃stio. Aduerte tamen ꝙ quædam sunt animalia pauci caloris: & illa magis viuunt in regionib⁹ calidis, quàm in alijs. Etiam sunt aliqui rarę complexionis: & tales sunt cito penetrabiles a frigido. Alij sunt fortis complexionis & densę: & tales non sic penetrantur a frigido. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

G

Mors triplex.

H

Arti. 2.

DVBITATVR primo quę complexio est longioris vitæ. Pro cuius solutione supponit primo

Quæ complexio diu durare faciat animã tum.

A primo, ꝙ quatuor sũt cõplexiones. C. sanguinea, cholerica, flegmatica, & melancholica. Et istę quatuor comparantur quatuor elementis quo ad earum qualitates ita quòd sicut ignis est calidus, & siccus, ita complexio cholerica est calida, & sicca. Cõplexio vero sanguinea cõparatur aeri: ita ꝙ sicut aer est calidus, & humidus, ita complexio sanguinea. Flegmatica cõparat aquæ: ió est frigida, & humida. Melãcholica cõparat terræ: ió ẽ frigida, & sicca. Et tñ aduertendũ ẽ, ꝙ nõ est aliqua cõplexio sic calida qñ participet aliquid de frigiditate: nec sic humida quin participet aliq̃d de siccitate. Supponit secũdo, ꝙ in qua libet specie viuẽtũ duplex põt reperiri temperamẽtũ. C. ad pondus, & iustitiã: & dr tẽperamentum ad põdus, qñ sunt tot gradus de vna qualitate sicut de alia. Sed tẽperamentũ ad iustitiã, est qñ huiusmodi qualitates ſm gradus earum sunt in optima ꝓportione, seu dispõne ad exercendum opera vitæ: & ſm hoc põt dari cõplexio tẽperata, quæ consistit in debita proportione calidi, & humidi ad debite exercendũ suas operationes. Ex quo sequit, ꝙ cum non sint æquales operationes in oĩbus viuẽtibus, neq; oĩbus membris: iõ non oportet esse ęqualẽ complexionẽ temperatã in oĩbus illis immo in vno membro requiritur alia cõplexio calidi, & humidi, q̃ in alio membro. Et sic ꝙ perat: quæ istarũ cõplexionum est nobilior. Rñdetur, ꝙ complexio temperata si sit possibile eã dari, est cõplexio nobilissima. Ex quo sequitur, ꝙ nõ attenditur nobilitas cõplexionis ex multitudine ignis, vel terrę, aut alterius elementi: sed in ordine ad suum finẽ: sed inter complexiones laxas sãguinea est nobilior: quia in ea magis attenditur principia vitę. C. calidum, & humidũ postea cholerica: quia calor in viuentibus est qualitas nobilior, q̃ humiditas: quia magis actiue se habet: postea flegmatica: & melãcholica est omniũ dignissima, cũ deficiat in vtroq; principio vitaliũ. C. in calido, & humido. Dico tñ vlterius, ꝙ possibile est alĩ q̃ cõplexionẽ melãcholicã esse aliqua sanguinea nobiliorẽ: quia talis poterit magis tendere ad temperamentum, quàm sanguinea. Et si quis quærat: quæ istarum est longioris vitæ? Respondetur, ꝙ nobilior est simpliciter lõgioris vitę. Et aduerte, ꝙ cholerici cõmuniter sunt nigri: quia talis humor calidus dominatur in tali corpore, & calor est causa nigredinis: sanguinei enim sunt rubei coloris: flegmatici sunt albi propter humorem dominãtem in ipsis: qui est causa albedinis, qui etiã est causatiuus frigoris: ideo mulieres cõmuniter sunt albę: quia sunt flegmaticę: melãcholici vero sunt crocei coloris.

B

Inæqualitas.

C

D

DVBITATVR secundo circa vnũ dictum textus: Vtrũ ignis inconcauo orbis lunæ sit corruptibilis: & similiter terra in centro. Et arguitur primo de igne, ꝙ non: quia ignis nõ corrumpitur nisi a suo cõtrario: sed in cõcauo orbis lunæ nõ habet cõtrariũ, & hoc de igne approximato cœlo. Itẽ, vel corrũpere tur a cęlo, vel a ſipso, vel ab alio alio elemento: non a cœlo: quia

An ignis in concauo orbis lunæ sit corruptibilis partesq; terræ in centro.

B quia cœlum naturaliter locat ipſum: nec a ſeipſo: q̃a nihil corrũpit ſeipſum: nec ab elemento, cum nullum elementum attingat illã partẽ: & ſimiliter põt argui de terra, quæ eſt in centro.

In oppoſitũ eſt Philoſophus in textu, qui dicit, q̃ inter corpora naturalia non ſunt aliqua ita adinuicẽ generabilia, & corruptibilia ſicut elemẽta. Pro ſolutione eſt aduertendũ, q̃ nullus dubitat quin ignis ſit generabilis, & corruptibilis: cum habeat materiã, quę eſt quo res poteſt eſſe, & nõ eſſe. Sed dubiũ eſt de mõ corruptionis eius: & poniſ talis propõ: probabile eſt, q̃ ignis in illo loco non corrũpat: quia licet ſint aliquę conſtellationes frigefactiuæ, & humefactiuæ: ũ velocitas motus cęli eſt tãtæ potẽtiæ ad calefaciendũ, ꝙ illę cõſtellationes nõ haberent
F poteſtatẽ cõtra illũ motũ ad frigefaciendũ, & humefaciẽdũ. Itẽ nõ poſſet corrũpi niſi in aerem aquã, ignẽ, vel terrã: ſed antequã in aliquod illorũ oportet ipſum multũ cõdenſari: ſed ibi nõ põt cõdenſari cũ ibi ſm naturã ſuã ſit rarior in decuplo aere: ergo oportet, q̃ deſcẽderet ad locum aliquem illorũ: ideo in loco illo nunquã corrũperetur: iõ ponendũ eſt: q̃ ibi ignis exiſtẽs eſt corruptibilis alibi: quia põt deſcendere donec tangat ſphæram aeris: & ab illo aere põt alterari, & corrũpi in aerẽ. Sed qualiter deſcẽdat: põt dari modus puta a cœlo: nã aliquæ cõſtellationes frigefactiuę, & humefactiuę poſſunt habere ſuũ aſpectũ principaliter ad talẽ ignẽ, per quẽ diminuet de caliditate, & ſubtilitate illius ignis: ideo illa pars ignis quodãmodo aggrauata de
C ſcendit naturaliter ab illo loco, & alter ignis non aggrauatus aſcendet ad replendũ locũ: Similiter dicendũ eſt de terra, q̃ terra in cẽtro exiſtẽs eſt corruptibilis alibi: quia q̃q; veniet ad ſuperficiẽ exteriorẽ terrę: & ibi cõiunget ſuis contrarijs a quibus nata eſt corrũpi. Sed qũo aſcẽdet? ſi detur, q̃ naturaliter: quia partes terræ diſcoopertæ aqua ſemper alleuiant: iõ partes terræ ſunt in cõtinuo motu. Nã terra naturaliter inclinat, vt oẽs partes eius æqualiter libręt in grauitate, & leuitate, q̃ nunquam ſit: iõ aliquæ partes, quæ ſunt in centro aliquando ſunt in ſuperficie, & econtra.

DVBITATVR tertio, Vtrum ſcientia poſsit corrũpi. Et arguit, q̃ nõ: quia omne, q̃d corrũpitur, corrũpitur propter actionẽ ſui cõtrarij, vel propter corruptionẽ ſubiecti, vel propter corruptionẽ agẽtis conſeruantis, vel eius abſentia: ſed nullũ eſt dicendũ: primo nõ a ſuo cõtrario: quia ſcientia nõ habet cõtrariũ: nec ad corruptionem ſubiecti: quia ſubiectũ ſcientiæ non eſt corruptibile: nec propter abſentiam cõſeruatis: quia vel illud cõſeruans eſſet actus intelligendi, vel obiectũ: ſed nullum illorum eſt dicendum. Primo nõ actus intelligendi: quia poſt actum intelligendi multo tempore magis manet habitus etiam poſt abſentiam obiecti. *An ſcientia poſſit corrũpi.* H

In oppoſitum tamen eſt experientia. Pro ſolutione dicitur, quòd aliquid dicitur corrũpi dupliciter. Vnomodo ſecundum quid quando de eo negatur eſt tertium adiacens, & non

A eſt, ſecundum adiacens: vt quando ſortes deſinit eſſe albus, dicitur ſortes non eſt albus, vel ſortes corrumpitur albus. Alio modo ſimpliciter quando de eo bene negatur eſt, ſecundum adiacens: vt dicendo ſortes non eſt, ſortes deſinit eſſe. Et aduerte, quòd quatuor ſunt modi, quibus aliquid corrũpitur ſimpliciter. Primus eſt a ſuo contrario: vt caliditas a frigiditate: tamen ex hoc non credo, quòd omne habens contrarium corrumpatur a ſuo contrario: quia multa ſunt contraria, quæ non ſunt innata agere, & pati adinuicem, vt qualitates ſecundæ: ſal bedo enim per ſe non agit in nigredinem: quia ſi lapis albus, & lapis niger eſſent adinuicem approximati centum annis, nõ
B propter hoc lapis albus dealbaret lapidem nigrum. Secundus modus eſt ad corruptionem ſubiecti. Tertius propter corruptionem, vel remotionem conſeruantis ſicut lumen remouetur, & corrumpitur ad corruptionem, vel remotionem lucidi: & ita ſolet dici, quòd actus intelligẽdi corrumpitur ad corruptionem, vel remotionem actus ſentiendi, vel phantaſiandi: tamen propter hoc non corrumpitur habitus ſeu ſcientia habitualis, cum maneat poſt illos actus. Quartus modus eſt quo aliquid corrumpitur conſecutiue ad corruptionem diſpoſitionis ſibi naturalis, & conue-
C nientis: vel per aduentum diſpoſitionis diſconuenientis, ſicut ſcientia corrumpitur per remotionem ſuarum diſpoſitionum naturalium: vel per aduentum oppoſiti, ſcilicet erroris. Sed certe magis eſt dubium quõmodo ſcientia corrumpatur per obliuionem ſeu per abſentiam conſeruantis, quod non videtur: quia abſente conſeruãte in vno die habitus non corrumpitur per abſentiam ſui conſeruantis: ergo neq; in centũ. Poſſet probabiliter dicũ, quòd ſicut actus intelligendi dependet ab actu phantaſiandi, & ſentiendi ineſſe, & conſeruari: ita habitus dependet ineſſe, & conſeruari ab habitu phantaſiæ: ita quòd illo corrupto, corrumpitur habitus intellectualis. Et ſiquis dicat, quòd non videtur etiam quomodo corrumpatur ille habitus phantaſiæ. Reſpondetur, quòd immo; quia ille habitus, & etiam ſpecies illius potentiæ ſunt in aliquo corporeo, quod continue mutatur, & alteratur, & ſibi nouæ partes aduenient. ideo per mutationem eius poteſt corrumpi talis habitus. Et hæc de ſecundo art. Quantum ad tertium ſit. *Dubitatio.* D

CONCLVSIO reſponſalis: Calidum, & humidum proportionata adinuicem ſunt cauſæ longæ vitę. Et hæc concluſio elinquitur probata in articulis, in quibus etiam patet quid ſit dicendum ad rationes. *Art. 3.*

PETRI TATARETI PARISIENSIS,

In Transnaturalem Aristotelis Philosophiam elaborata fragmenta.

LIBBR PRIMVS.

T. com. 1 & inde.

OMNES homines natura scire desiderant: signum autē est sensuum dilectio: præter enim,& vtilitatem propter seipsos diligunt. & maxime aliorum, qui est per oculos. Non enim solum, vt agamus: sed & nihil agere debentes, ipsum videre præ omnibus, vt dicam, aliis eligimus, &c.

Scire hominib⁹ a natura sui datū est, & quomodo.

ISTE est primus liber Metaphysicæ Arist. qui diuiditur in proœmium, & partem executiuam. Proœmium diuiditur in multas partes. In prima, ponit hanc conclusionem: Omnes homines natura scire desiderant: probat a signo: quia sensus nostros diligimus non solum, quia sunt nobis vtiles ad prosequendum vtilia, & fugiendum nociua: sed quia ministerio ipsorum acquirimus scientias inter quos maxime diligimus sensum visus: visum enim diligimus non solum, vt eo mediante dirigamur ad vtilia: sed quia plures rerum differentias nobis ostendit: cum omnia corpora colore participent. Consequenter determinat de modo generationis scientiæ, præmittens tres gradus animalium: & ponendo differētiam inter bruta,& homines: dicēs, quòd omnia animalia in hoc conueniūt: quia habent sensum tactus, sed non omnia animalia rationem habent, vt homo. Deinde ponit gradus animalium: dicens, quòd quædam sunt animalia, quæ non habent memoriam, nec auditum, sicut conchæ, & ostreæ. Alia vero habent memoriam, sed non auditum: vt apes. Alia sunt, quæ habent memoriam, & auditum: vt homines, & equi. Vnde animalia, quæ sunt in primo gradu, non sunt prudentia, cū non habeant memoriam: neque disciplinabilia, cum non habeant sensus disciplinabiles: Sed animalia secūdi gradus non sunt disciplinabilia: licet bene prudentia, cum habeāt memoriam: Sed animalia tertij gradus sunt prudentia. & disciplinabilia, cum habeāt memoriam, & tensus disciplinabiles. Deinde ponit differentiam inter animalia bruta, & homines: quia anima bruta imaginationibus, & memoriis viuunt, & parum experimenti participant: homines enim viuunt ratione, & artibus. Consequenter ostendit, qualiter in hominibus fit ars, & experimentum: dicēs, quòd ex pluribus memoriis fit experimentum: vt quando recordor, quòd iste ignis, quem heri tetigi, erat calidus: & ille, quem tetigi ante heri erat calidus: ex istis iudico, quòd iste ignis, quem video; est calidus, quamuis illum non tetigerim. Consequenter ostendit, qualiter in nobis generatur ars & scientia: dicens, quòd generatur in nobis ex pluribus experimentis: vnde sicut ex pluribus memoriis generatur experimētum: ita ex pluribus experimentis generatur ars, & scientia: experientia enim artem facit, & in experientia casum. Consequēter ponit tres differentias inter artem, & experientiam. Prima, quia ars est vniuersalium: & experimentum est singularium. Secunda, quia non artifices experti certius operantur, quàm artifices inexperti: cuius causam reddit: quia ars est vniuersalium: actus autem sunt circa singularia. Tertia differentia, quia artifices non experti sunt sapientiores expertis non artificibus: quod probat ratione, & duobus signis. Primum probat ratione simplici: quia illi sunt sapientiores, qui causam rei cognoscunt, quòd illi, qui solum, quia est, cognoscunt: sed artifices non experti sunt huiusmodi; igitur. Primum signum, quia signum scientis est posse docere: sed nō experti artifices docere possunt: igitur. Secundum signum: quia cognitio sensitiua non dicitur scientifica.

Homines a brutis differunt.

Ars in quo ab experientia differt.

Consequenter probat istam conclusionem; speculatiui sunt sapientiores practicis: quia inuentores scientiarum speculatiuarum præ aliis habētur in honore, & reuerentia. Istis omnibus declaratis sic infert Philos. conclusionem principaliter intentam in hoc cap. Metaphysica versatur circa primas causas, & prima principia rerum: quod probat: quia sapientia cōsiderat primas causas, & prima principia rerū: sed scientia, quæ Meta. dicitur est sapiētia: ergo.

Ex. non habente cam.

QVONIAM autē scientiam hāc quærimus circa quales causas, & circa qualia principia scientia sapientia sit, &c.

Signa, & conditiones sapiētis.

ISTA est pars executiua, in qua Philosophus ponit sex signa sapientis, & ponit aliquas conditiones. Prima, quia sapiens debet scire omnia, vt contingit. i. in vniuersali: ga nō spectat ad sapientem, quòd habeat notitiam omnium singularium in particulari, & in propria forma: sed sufficit, quòd habeat in vniuersali. Secunda est, quòd sapiens debet cognoscere difficilia. Tertia, quòd debet habere certiorem scientiam aliis, ex eo, quòd sapiēs habet notitiam ex primis, ex quibus prouenit certitudo in scientiis. Quarta, quòd ille est sapiens, qui in qualibet scientia assignat causam quæsiti. Quinta, illa scientia est sapiētia,

B tia quæ diligibilis est ꝓpter se, & non propter aliud: sed sapientia est diligibilis propter se: igitur. Sexta: sapientia debet esse digniur, & principalior scientia famulante. Deinde ꝓportionabiliter ad sex conditiones sapientis ponit sex cõclusiones.

Prima: ad metaphysicum pertinet omnia scire in vniuersali: quia ad scientiam maxime vniuersalem pertinet omnia scire in vniuersali: sed metaphysica est huiusmodi: igitur. Secũda conclusio: ad metaphysicũ spectat considerare difficiliora. Tertia conclusio: metaphysica inter omnes scientias est certissima: quia illa scientia est certissima quæ est maxime considerativa primorum scibilium: sed Metaph. est huiusmodi; igitur. Quarta, Metaph. est maxime de

F terminativa causarum, quia illa est maxime determinativa causarum, quæ maxime considerat causas: sed Metaph. est hmõdi: igitur. Quinta, Mar. inter omnes scientias est magis eligibilis cum sit perfectior, & gratia sui, & propter scire. Sexta, Meta. est principalissima scientiarũ, cuius est ordinare, & non ordinari: persuadere, & non persuaderi: quod probat: quia illa scientia est principalissima, quæ cognoscit cuius causa sint agenda singula: sed Metaph. est huiusmodi; quia considerat finem totius vniuersi.

Text. sine com. QVIA vero non actiua palam ex primum philosophũ tibus, nam propter admirari homines &c.

ISTVD est secundum capitulũ, in quo Philosophus ostendit qualis sit ista scientia ponendo aliquas conclusiones. Prima scientia Metaphysica est scientia speculatiua, & non practica: quia illa scientia, in qua quæritur scire propter se est scientia speculatiua: sed Meta. est huiusmodi: igitur. Secunda cõclusio, Metaphysica non est inuenta propter aliquam necessitatem vitæ exterius secam: quod probat a signo: quia omnes fere artes quæ sunt ordinatę ad voluptatẽ vitæ inuentę sunt ad iuuandum scientias speculatiuas. Tertia: inter omnes scientias sola Meta. est libera: quod probat: quia illud est liberum, quod est gratia sui met: & nõ alterius: Meta. est huiusmodi: igitur. Minor patet: quia homo dicitur liber, qui est causa sui ipsius, & non alterius. Minorẽ probat: quia hęc scientia cum sit nobilissima, ad nullam scientiã refertur. Ex quo infert correlariç. quòd ipsa iuste putatur non esse humana possitio. Secũdo infert, ꝙ ille nõ est vir dignus, neque habet animã virilẽ, qui non eligit hanc scitm: quia licet ab homine nõ possit perfecte possideri: potest tamen homo per studiũ, & exercitium habere aliquã partem. Vnde dixerunt aliqui antiqui, ꝙ Deus inuidet hominib⁹ quia noluit eis dare hanc scientiam, ne parificarentur ei. Cõtra hoc dicit Philosophus, quòd diuinum ens non est natum inuidere: nam inuidia est passio doloris. Quarta conclusio, Metaphy. est omnium scientiarum nobilissima: quia est maxime diuina: quia Deus maxime habet eam: etiam ipsa maxime est de maximis diuinis obiectis.

Scientia Metaphy. finalis quæstio.

G H

Vtrum

A *Vtrum ens inquantum ens sit subiectum Metaphysicæ.*

QVAERITVR, vtrum ens inquantum ens sit subiectum Metaphysicæ. Arguitur primo, quòd non: quia subiectũ huius scientiæ debet esse dissimile: sed ens non est dissimile: igit. Secundo sic, ens non habet conceptum priorem, & notiorem, per quem de eo possint demonstrari passiones: igitur. Tertio sic, cuiuslibet scientiæ subiectum debet habere passiones de ipso demonstrabiles: ens non est huiusmodi: quia passio est extra essentiam subiecti, & econtra: sed ens est de essentia cuiuslibet entis. Quarto sic, dicit Cõmen.

B ꝙ Deus est subiectum in hac *2. Physi. uti.* scientia: ergo non ens inquantũ ens: vbi dicit, quòd hæc scientia speculatur ens inquantum ens: sed nulla est ab istã igit. Quinto, hæc scientia dicitur sapientia, vt patet in textu: sed sapientia est cognitio rerum diuinarum altissimarum: & cũ Deus sit res diuinissima, & altissima, sequitur, quòd erit subiectum huius scientiæ. In oppositum est Philosophus in tex. In quæstione erunt tres art. Quantum ad primum.

Art. 1. PRIMO sciendum, ꝙ pro responsione ad titulum quæstionis supponenda sunt aliqua prę ter illa, quæ posita sunt in Logica, & Physica de ente: Primum, quòd ens dicit conceptum cõmunem Deo, & creaturæ: ita ꝙ Deus, & creatura conueniunt in aliquo conceptu quidditatiuo, in quid prædicante de ipsis: sed non conueniunt in aliqua realitate: cum Deus sit summe simplex in ipso nullo modo intelligendæ sunt duæ realitates: cum talis conceptus non sit cõmunis Deo; & creaturæ communitate reali: sed solum communitate rationis. Et si quis quærat: Vtrum talis conceptus sit conceptus primæ intentionis, vel secundæ. Respondeo, ꝙ talis conceptus non solum sit ab intellectu, sed causatur ab illis rebus, a quibus abstrahitur: ideo non est secunda intentio, quia non causatur per actum collatiuum nostri intellectus.

Ens quẽ cencium dicit.

Text. com. *Scot. in 1. dist. 2. q. 2. & dist. 3. q. 3.*

Et si quis iterum petat: Vtrũ ille conceptus sit intellectio, vel aliqua res cognita. Dico, quòd est res concepta: imperfecte tamen, quia debilitas nostri intellectus non potest illa perfecte intelligere: ideo in conceptu D quodam communi intelligit illa. Dico vlterius, ꝙ ens inquantum ens, vt by inquantum tenetur specificatiue est subiectum adæquatum totius Metaphysicæ: & sic male dicit Commentator Deum esse subiectum in Metaph. dato enim quod Metaphysicus consideret de Deo, & de intelligentiis, non tamen cõsiderat de eo, vt de subiecto sed tanquam de perfectiori contento sub subiecto.

Scot. ubi supra.

Ens passiones quæ triplices, & quomodo de eo demõstrãtur.

SECVNDO sciendum, ꝙ ipsius entis duplices sunt passiones: quædam sunt vnitæ, seu simplices: vt vnum, verum, & bonum. Aliæ sunt disiunctæ: vt necessarium, vel contingens, actus vel potentia, creatum vel increatum, causa vel effectus: & quælibet illarum conuertitur cum ente. Aduerte tamen, quòd nulli passio entis vnita est demõstrabilis de ente a priori: qa tunc

Scot. in 1. dist. 39.

A tunc oporteret illam demonstrari diffinitionem subiecti: sed ens non habet diffinitionem cū habeat conceptum simpliciter simplicem: igitur. Nec valet dicere, quòd vna passio entis immediate demonstretur per aliā: &, q vna inest immediatę, q alia: sicut dicunt aliqui, quòd vnum immediatius inest enti, quā aliæ passiones: &, q aliæ per ipsam possunt demonstrari: hoc enim videtur esse contra Scotum: vbi dicit, quòd talis ordo passionū non videtur esse probabilis: sed quoddam ficticium. Nec oportet dicere, q passiones entis demonstrentē de ente per cōceptū ipsius entis, vt dicūt aliq; frivoli Scotizantes: mā conceptus entis nō est aliud, quàm ipsa entitas cognita: & tūc esset petitio principij. Et ex istis sequit, q non omnis scientia habetur per demonstrationē. Sequitur secūdo, q Metaphysica est scientia, quę habeē de propōnibus immediatis. Sed restant duæ paruæ difficultates. Prima, vtrū passiones disiunctę possint demōstrari de ente a priori, scilicet finitū, vel infinitū. Dico, q ista propō omne ens est finitū, vel infinitū est immediata: iō non pōt demonstrari a priori: nec sibi similes: Secunda difficultas: Vtrū alterū extremum possit demōstrati p aliud. Dico, q extremum nobilius pōt demonstrari per extremum ignobilius: vt ista ens est infinitum potest demonstrari per ens finitū, saltē a posteriori.

Sco. lib. 1. dist. 39. q. un. 1. Metaph.

F

Dubia.

Ec. in 1. dist. 2. q. 1.

TERTIO sciendū, q pro maiori declaratione supponit, q experientia pōt capi dupliciter. Vnomodo p omni noticia sensitiua, siue præsupponat aliā siue non. Aliomodo pro noticia prouenieante ex multis memorijs cōsimiliū prius sensatorū, quæ de cōsimili cōsimiliter iudicat: & hoc aliàs visum est in logica. Secūdo supponitur, q ars capitur dupliciter. Vnomodo, vt distinguitur cōtra scientiā: & sic nō capit hic. Aliomodo capit large pro notitia adhę siua propōnis vniuersalis. Iftis suppositis ponunt aliquæ propositiones. Prima, ad habendū artem supple per inuctionē necesse habuisse primo experimētum. Secunda propō, noticia experimentalis nō est totalis causa noticiæ cōplexę, siue cā immediata, neq; simpliciter necessaria, licet sit vtilis, & occasionalis: licet tñ sit simpliciter necessaria ad noticiā cōplexā: & hoc ēt capiē do experientiā pro qua cunq; noticia sensitiua. Tertia propō, ad scientiā propōnis vniuersalis non requirit apprehensio oīum singularium: sed sufficit inducere in multis, & q non appareat instātia. Ex quo sequitur, q cognitio experimentalis multorum nō infert necessario vniuersālem, sed solum probabiliter. Ex quo sequitur vlterius, q cognitio vniuersalis multorum non est sufficiens cā artis, sed bene coadiuuans, & occasionalis: nam per experientias dat occasio inquirēdi causas artis.

Experientia dupliciter.

G

Ars dupliciter.

H

QVARTO sciēdum, q de operationibus pōt haberi duplex scire. S. practicū, & speculatiuū. Practicū est duplex. Cordinatū ad, oppositionem, & scire re operari. Scire autem operati est scire omnia, quæ requisita sunt de necessitate ad operationem debite faciendam: & scire ea

Operationes dupliciter scire possunt.

A ea taliter, qualiter ad operationem hūdam requiritur. Sed scire ordinatū ad operationem, est cognitio vniuersalis habitualiter directiua operationis, qua debite applicata ad particularia operabilia debita fit actio: huiusmodi aūt applicatio non est de rōne artis: ideo cōtingit nō expertos sæpe errare in huiusmodi applicatione. Ex prę dictis patet, quòd artifex circa operationem particularem habet vniuersalem cognitionē, & etiam circa circunstātias: tamē operationes per causam cognoscit: ideo melius scit docere, quā expertus: sed expertus in membris exterioribus habet quandam promptitudinem, & particulariter cognoscit illud, circa quod est operatio, & circunstantias eorum, quæ ad operationes requiritur: ideo melius scit manum conducere, & habilior est in operatione sua, & certior. Et hæc de primo artic. Quantum ad secundum.

B

Art. 2.

DVBITATVR primo, Vtrū omnis actus sit circa ipsam singulare. Et videtur, q non: qa actus intelligendi elicitus per se est circa vniuersale: igitur.

Ao omnis actus sit circa singularia.

Pro resp. 66. a.

Pro responsione supponitur primo, q singularia, & suppositum differunt adinuicem, vt visum est in Logica. Secūdo supponitur, q duplex est actus: quidam est transiens in materiam exteriorem, vt ædificare: alius est immanens, vt intelligere: & de ista non intelligitur dictū Arist. sed de primo. Omnis.n. actus transiens in materiam exteriorē est circa singulare. Potest tamen aliter responderi secundum q hæc propositio circa, potest dici tripliciter habi

C tudinem: vnam ad principium effectiuum: Secundam ipsius actus ad susceptiuum: Tertiam ipsius actus ad obiectum. Si dicat habitudinem actus ad principium effectiuum, vel ad susceptiuum: tūc omnis actus est circa singulare: quod adhuc debet intelligi de actu intelligendi, q producitur ab aliqua specie singulari, & recipitur in intellectu singulari: sed si dicat habitudinem actus ad obiectum: nō oportet omnē actum esse circa singulare.

Quo modo tenet. cum dicitur scire quid distantes rerum.

DVBITATVR secundo, Vtrum ad Metaphysicū pertineat considerare oīum rerum quidditates in singulari, & sub proprijs rōnibus earum. Respō detur breuiter, q de hoc sunt duo modi dicendi: dicunt.n. aliqui, q ad metaphysicum secun

D dum q huiusmodi nō pertinet considerare omnes quidditates in particulari, sed tātum in vniuersali: & sub ratione entis: alias omnes aliæ scientiæ superfluerent, quod est falsum: ideo dicit Philosophus in textu, q sapiens omnia scit, vt cōcingit: quod sic glosiant. i. in vniuersali: nec oportet sapientem habere scientiam de omnibus in particulari. Et si dicatur, q ad eandem scientiam pertinet considerare superius, & inferius: ergo si Metaphysica considerat ens: ergo etiam considerabit omnia inferiora eius. Respōdetur, quòd licet ad eandem scientiam pertineat considerare superius, & inferius quantum ad rationem superioris, & passionem eius tamen de inferiori quantū ad suas proprias rationes, &

Sco. 1. Metaph. q. 3.

E proprias passiones potest esse alia scientia superioris.

Aliter tamē dicunt aliqui, q̄ Metaphysicus inquantum Metaphysicus habet considerare quidditates omnium rerum: & q̄ nullus artifex habet ea inuestigare, quā Metaphysicus. Dicunt.n. quòd nullus artifex habet inuestigare quidditatē hominis nisi ipse Metaphysicus.

Metaphy. quæ scientia.

DVBITATVR tertio, Vtrum Metaphysica sit scientia speculativa, vel practica. Pro solutione supponitur, quòd practicum, & speculativum nō sunt differentię essentiales habitus, licet sint differentiæ accidētales intellectus. Vnde illa scientia dicitur speculativa: quia mediate, vel immediate inclinat ad speculationem: & illa vocatur practica, quæ immediate inclinat ad praxim eligēdam, vel fugiendam. Et aduerte, quòd quælibet scientia inclinat elicitiue ad consimiles actus, ex quibus est generata. Aduerte, vlterius, quòd licet scientia practica sit quandoq; circa contingēs tūquàm circa directiuum, & regulatiuum: tamen est circa necessaria tanquàm circa obiectū sicut, & scientiæ speculatiuę: sicut enim sciētia speculativa est necessariorum, & impossibiliū aliter se habere, ita & practica.

Gent. li. 1. Metaph. q. 7 Scot. q. vl. vsque in fin. ar. opinatus ep pasice circa fine.

Aduerte vlterius, q̄ aliqua noticia dicitur practica duplici ter. Vnomodo formaliter: alio modo virtualiter. Formaliter adhuc dupliciter, scilicet mediate, & immediate. Immediate sicut est noticia conclusionis: q̄ immediate inclinat ad praxim eligēdam, vel fugiendam: & cognoscitur hoc modo: quando talis conclusio includit rem significantem praxim mediate, sicut est noticia præmissārū, quæ inclinat ad praxim mediate cō clusionis noticia, vt noticia harum præmissarum: omne summe bonum est eligēdum: Deus est summe bonum: igitur. Virtualiter est noticia incomplexa alicuius subiecti virtualiter continentis noticiam præmissarum, & ipsius conclusionis practicę, cuiusmodi est noticia ipsius Dei: ideo noticia istius propositionis Deus est summe bonus, est noticia practica. Aduerte vlterius, quòd secundum Scot. nihil, quod est subiectum scientiæ practicæ potest esse subiectum sciētiæ speculativæ: licet illud, quod est subiectum scientię practicę cuiusmodi est Deus, possit considerari in scientia speculativa: vt in Metaphysica. Quid autem sit praxis visum est in Logica: ideo ibi recurrendum. Istis suppositis respondetur ad dubium, quòd Metaphysica est scientia speculativa: quia immediate inclinat ad speculationem eliciendam, cuiusmodi est noticia huius, quod est ens est bonum. Et hæc de secundo art. Quantum ad tertium sit.

Vsi sup pra.

Pag. 6 B, C, D.

CONCLVSIO responsilis: Ens inquantum ens est subiectum totius Metaphysicæ: quæ conclusio relinquitur probata ex dictis in primo artic. & & ibi patet quid sit dicendum ad rationes ante oppositum.

Art. 3.

METAPHYSICAE ARISTOTELIS.

LIBBR SECVNDVS.

Tex. cō. 1. & inde.

DE veritate theorica sic quidem difficilis est, sic vero facilis: signū autem est neq; digne quemq; adipisci ipsam posse: nec omnes exortes esse: sed vnumquemq; aliquid de natura dicere, &c.

Veritas quā difficilis cognitu, & quare.

IST E est secūdus lib. Metaphysicæ, qui diuiditur in tria capitula. In primo ponit hanc cōclusionē: theorica. i. cōsideratio de veritate vno mō est facilis: alio mō est difficilis. Probat tali signo: quia principia sunt per se nota adeo, q̄ cognitis terminis nō possumus eis dissentire vt ait Philosophus in sophisticis, quis delinquere am principia sunt sicut fores, & ianue in domo: quia sicut per ianuam intramus domum, & facile est illā ianuā inuenire; ita per principia habem⁹ introitū in scientiā, & veritatē ipsorū principiorum facile est inuenire: difficile rō est inuenire scientiā cōclusionis: sicut difficile est inuenire ea, q̄ in secretis domus sunt recondita. Cōsequenter obiicit cām difficultatis cognitionis veritatis dicens, q̄ forsan difficultas prouenit duobus modis, scilicet nō solum ex parte rerū sicut dicebat Heraclitus, propter instabilitatē, & continuum fluxū earū: rerum sed ex parte nostri intellectus; & hoc circa rem hūrem multū de actu, & penitus immaterialē. Quod aūt difficultas prouenitat ex parte nīri intellectus declarat Philosophus per exēplū, q̄ sicut se hāt oculi Nyctcoracis ad lumē solisita intellectus aīæ nīræ ad ea, quæ sunt manifestissima naturæ. Sed perfectissima entia: sed difficultas in visione luminis solis ab oculo nycticoracis nō prouenit ex parte solis eo, quòd quātū est de se est visibilis: sed prouenit ex parte noctuæ cuius oculi sunt multum debiles. Ita etiam difficultas intelligendi res prouenit ex parte nostri intellectus. Deinde tangit dupliciter modum, quomodo vnus homo iuuat alium ad cognoscēdum veritatem. Primo directe: vt ille, qui sine errore trahit ad veritatis cognitionē verbo, vel scripto. Alio modo indirecte: sicut ille, qui falsū docet. Et subdit, quòd non solum gratias his debemus agere, qui bene dixerunt: sed etiam illis, qui de veritate aliquid superficialiter enunciauerunt: licet falsas opiniones habuerint: nam tales dederunt aliquid ad inquisi-

E tionē veritatis, scilicet occasionem inueniendi veras scientias.

T. com. & inde.

AT vero, quòd sit principium quoddā, & non infinitę causæ existentium: nec in directum, &c.

ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus ostē dit non esse processum in infinitum in causis, neque secundum directum, neq; secundum speciem: probat primo inductiue: nam in materialibus non est p cessus in infinitum, vt non est possibile carnem esse ex terra: & terram esse ex aere: & aerem esse ex igne & in infinitum: nec in efficientibus: vt non est possibile hominem apparere moueri a sole, & solem a luce: & sic in infinitum. Deinde ostendit, quòd non sit processus in infinitum in causis finalibus, & formalibus, ponendo aliquas cōclusiones. Primam causis finalibus non est processus in infinitum: quia vbicunque est aliquid, gratia cuius alia sunt, & ipsum gratia nullius est: ibi nō est processus in infinitum: sed in causis finalibus est aliquid; gratia cuius alia sunt & ipsum gratia nullius est: igitur Minor patet: quia si in eis nihil est tale: tunc in rebus nullus esset finis. Secunda conclusio: in causis formalibus non est processus in infinitum. Patet: quia non est processus in infinitum in diffinitionibus: ergo neque in formis. Antecedens patet: quia prædicatorum positorū in diffinitionibus, quę priora sunt, magis sunt posteriora: quia si sunt necesse est esse priora, & econtra: modo si ibi non est prius, ibi non est posterius: cū ergo &

Non est processus in infinitum causis.

O

in diffinitionibus sit principiū, in prius, & posterius: sequitur, quòd in eis non est processus in infinitum. Tertium speciebus causarum non est processus in infinitum: quia tunc nihil possemus cognoscere: quia tunc scire putamus aliquid cum causas eius cognoscimus sed infinitum secundum additionem non potest pertransiri: igitur.

CONTINGVNT autem auditiones secundum consuetudines hominibus: nam vt consueuimus ita, &c.

T. cō. & inde.

ISTVD est tertium capitulum, in quo Philosophus ostē dit quot sunt impedimenta in inquisitiōe veritatis. Respōdet, quòd principaliter sunt duo. Primum est consuetudo nam vt consueuimus ita volumus dici: & si aliqua dicentur nobis contraria his, quæ consueuimus audire nō videtur verisimilia nobis: sed propter consuetudinem videntur nobis minus nota, & magis extranea. Secundum impedimentum prouenit ex natura: quia quiēā sunt, qui nihil recipiunt nisi dicatur eis per modum demonstrationis: & hoc contingit ex forti imaginatione & intellectu multum eleuato: aliquando tamen contingit propter diuturnum studium habere scientiam: aliquando nihil, nisi demōstretur exemplariter: alij volunt auctoritatem alicuius poetæ, & alicuius auctoris: alij volunt omnia inquirere per certitudinem. Ex his infert conuenientem modum in inquisitione veritatis, & est, q oportet primo eruditi quomodo

H

Quomodo possit aliquis in quæstionē & quomodo de quolibet sumēdū.

A do aliqua sint recipienda: circa quod ponit duo documēta. Primum est, quòd absurdum est simul quærere scientiam, & modum sciendi. Secundm, quòd certa demonstratio non est in omnibus expectanda: quia in non habentibus materiam non fiunt demonstrationes per eam: quia in talibus non est naturalis modus demonstrandi: quia forsan omnis res naturalis materiam habet.

Difficultas cognoscendi rem vnde.

QVAERITVR vtrum difficultas cognoscendi res sit ex parte cognoscentis, vel ex parte rerum cognoscibilium. Arguitur primo contra præsuppositū: cognitio veritatis non est nobis

Eto. li. 2. Metaph. t. 2.

B possibilis: igitur. Antecedens patet: quia alteratio non potest cōtingere circa intellectum: ergo non potest mutari de potentia ignorantiæ in scientiam. Secū do nullum verū scitur sine causa: sed impossibile est nobis scire causas veritatis: cum prima causa a nobis non possit cognosci. Tertio sic: probando quòd difficultas est ex parte rerum: quia vnumquodq; cognoscitur secūdum, quòd est in actu & determinatū: sed multæ sunt res, quę de se sunt potentialis: vt materia prima: igitur. Quarto sic probando, quòd difficultas non sit ex parte nostri intellectus: quia sicut se habet materia summe disposita ad suscipiendā formā; ita intellectus summe dispositus ad intellectionē rei: sed materia summe disposita nō habet difficultatem recipiendi formam: igitur nec intellectus.

C

Quinto sic probando, quòd difficultas nō proueniat ex parte excellentiæ intellectus: quia dicit in secundo de anima, quòd sensus differt ab intellectu quia sensus corrumpitur ab excellenti sensibili: sed intellectus non corrumpitur ab excellenti intelligibili: immo perficitur: igitur. In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantū ad primum.

Art. 1. 'Difficultas intelligendi res potest intelligi dupliciter.

PRIMO sciendum, q difficultas intelligendi res potest intelligi dupliciter. Pro quo est aduertendum, q ois res naturaliter mota a motiua intellectus ad noticiam sui. Quędā enim sunt mota ad noticiam excellētiorem aliis: & hoc secundum gradus suę entitatis: sicut omnis ignis est causatiuus caloris: maior tamen maioris, & minor minoris: ideo potest dupliciter intelligi illam prouenire ex parte rei.

D

Vnomodo quantum ad gradus cognitionis æque perfectos: & tunc proprie loquendo ibi non est difficultas: sed magis impossibilitas: quæ si concedatur, difficultas conceditur, q prouenit ex parte rei. Aliomodo potest intelligi, quòd difficultas quæ est in cognitione competente sibi secundum gradum suę entitatis: & tunc dicitur, q prouenit ex parte nostri intellectus. Vnde, quòd res non intelligatur tantum quantum est intelligibilis, prouenit ex parte nostri intellectus: quod autē intelligatur sub nobiliori gradu cognitionis, quam alia hoc prouenit ex parte rei.

Sco. lib. 2 Metaph. q. 1.

SECVNDO sciendum, q

Universidad de Deusto
Biblioteca

E circa secundum capitulũ huius lib. incidit vna difficultas: Vtrũ prima principia cõplexa; videlicet de quolibet est affirmatio, vel negatio sint naturaliter nobis cognita, cum non cognoscantur, neque per inuentionem neque per doctrinam. Pro solutione supponitur, quòd omnis notitia intellectiua saltem incõplexa, & essentialis ortũ habet a sensu. Secundo supponitur, quòd aliquid esse naturaliter cognitum potest intelligi dupliciter. Vnomodo quia notitia eius inest nobis a principio natiuitatis, & non postea acquisita: & sic non est intelligendum, quòd prima principia sint nobis naturaliter primo cognita.

F Nam anima nostra a principio suæ creationis est tanquam tabula, in qua nihil depictum est: depingibilis tamen est virtutibus, & scientijs. Aliomodo potest intelligi, quòd a natura inest nobis quædam virtus seu potentia, quæ assentit illis principijs cognitis terminis: & sic dico, quòd principia sunt nobis bene naturaliter cognita: & quòd a natura inest nobis quædam potestas, per quam inclinamur naturaliter ad assentiendum primis principijs cognitis terminis.

TERTIO sciendum, quòd in aliqua scientia totali non est quærendum vnum principium incomplexum tantum, neque duo: sed dico, quòd in qualibet scientia totali sunt tot principia quot sunt conclusiones demonstrabiles in illa scientia: nam si sint duæ conclusiones differentes termino vel terminis, etiam oportet præmissas esse alias, alias. Aduerte vlterius, quòd G multiplicia possunt esse principia: quædam sunt indemonstrabilia accepta per intellectum, quę scilicet cognoscuntur cognitis terminis: quædam sunt indemõstrabilia accepta per sensum: vt quòd iste ignis est calidus: quædam accepta ex pluribus memorijs: vt quia ego memoro quem ego heri tetigi erat calidus, & etiam quem ante heri erat calidus, infero, quòd ignis quem non tetigi est calidus: quędam sunt quę inferuntur ex pluribus experimentis, seu noticijs experimentalibus: vt ex pluribus memorijs infero, quòd ille ignis est calidus, & quòd ille est calidus: tunc virtute intellectus infero, quòd omnis ignis est calidus: similiter, quòd omne reubarbarum est H lanatiuum choleræ: & quòd omne, quod fit, fit ex aliquo: & quòd omne mixtum est corruptibile: & multa talia principia conceduntur in Philosophia. Et aduertę, quòd talia dicuntur principia non quia cognoscantur cognitis terminis: sed quia omnino sunt indemonstrabilia: quia non possunt probari per aliquam rationem formalem.

QVARTO sciendum, quod alia est difficultas: an intellectus noster pro statu isto possit intelligere quidditates substantiarũ seperatarum, ideſt ipsas substantias separatas. Pro cuius solutione supponitur, quòd duplex est cognitio intellectiua, scilicet perfecta, & imperfecta. Perfecta est, qua attingitur obiectum sub perfecta ratione suæ cognoscibilitatis, hoc est per se propria, & distincta. Alia est imperfecta, qua attingitur obiectum per accidens: vel in aliquo conceptu communi, & confuso. Item duplex est cognitio perfecta, seu distincta, scilicet immediata, & mediata. Immediata est quando obiectum non mediante alio obiecto intelligitur: vt quòd ad istam excluditur medium cognitum, nõ autem medium, quod sit ratio cognoscendi cuiusmodi est species intelligibilis. Sed mediata est quando obiectum mediante aliquo alio obiecto cognoscitur: cuiusmodi est notitia conclusionis, quæ hostet mediantibus præmissis cognitis. Hoc supposito respondetur ad difficultatem, quòd intellectus pro statu isto non potest habere cognitionem perfectam de substantijs separatis: licet bene cognitionem imperfectam. Et hęc de primo articu. Quantum ad secundum.

Art. 2.

An apprehensio veritatis rei sit possibilis,

DVBITATVR primo, Vtrum veritatis apprehensio rei sit possibilis: quod nõ est aliud quærere nisi vtrum apprehensio propositionis veræ sit possibilis. Pro cuius solutione est aduertendum, q apprehensio, vel comprehensio propositionis veræ potest multis modis sumi. Vnomodo pro formatione propositionis veræ in mente: & sic est possibilis. Aliomodo vt idẽ ẽ, q intellectio propositionis veræ: & sic etiã est possibilis: quia nos intelligimus, & terminos, & propositiones. Aliomodo capitur pro assensu, quo assentimus propositioni veræ: & sic adhuc apprehensio veritatis est nobis possibilis.

Sed dubium est: vtrum assensus C veritatis cum certitudine fit nobis possibilis. Pro cuius solutione supponitur, quòd ad certitudinem assensus requiritur firmitas veritatis, & firmitas assensus. Vnde firmitas veritatis est quando propositio nullomodo potest falsificari: vt ista Deus est: Vel quando non potest falsificari stante communi cursu naturę: vt ignis est calidus, cęlũ mouetur: sed firmitas assensus est qua assentimus propositioni sine formidine de opposito. Et hoc cõtingit tripliciter. Vnomodo ex voluntate sine apparentia aliqua naturali qua mouemur ad modum assentimus articulis fidei in quibus non est aliqua apparentia naturalis. Secundo modo propter aliquas apparentias D naturales, & rationes aliquas. Tertiomodo prouenit ex euidentia: & est duplex euidentia, scilicet simplex siue absoluta, & secundum quid: de quibus satis visum est alias: Visum est etiam quomodo potest aliqua propositio dici euidens euidentia intrinseca, & euidentia extrinseca; & omnibus istis modis apprehensio veritatis ideſt pro positionis veræ est nobis possibilis.

An substantiæ separatæ a nobis sint cognoscibiles.

DVBITATVR secundo, vtrum substantiæ separatæ sint a nobis quidditatiue cognoscibiles. Et videtur, quòd nõ: quia vt habetur in textu sicut se habet oculus nycticoracis ad lumen solis ita intellectus noster ad illa quæ sunt manifestissima in natura. Sed nullus oculus nycticoracis potest intueri solem: igitur neq; intellectus noster substantias separatas. Pro

Sco. li. 1. sup. q. 1.

An intellectus noster in hoc statu intelligat substantias separatas. Sco. li. 1. sup. q. 1.

A solutione supponitur, q duplex est cognitio, t. simplex, & complexa: complexa præsupponit simplicem, & non econuerso. Constat enim quòd multi Philosophi antiqui multas noticias complexas habuerunt de Deo: quare, & simplices. Ideo ad videndum qualem noticiam de Deo habere possimus, est aduertendum, quod aliquid potest cognosci quidditatiue tripliciter. Vnomodo, quia in tuimur illud in seipso. Secundomodo, quia habemus propriam speciem, vel proprium cõceptum representatiuum eius naturaliter. Tertiomodo, quia habemus de eo conceptus complexos: vel simplices, vel compositos non absolutos, sed connotatiuos: primus modus non est nobis possibilis, neque

B secundus pro statu isto: quia tunc in hac vita possemus esse beati. De tertio sit prima conclusio, prima causa est cognoscibilis in aliquo conceptu composito proprio. Patet: quia possumus aliquem conceptum de Deo proprium componere ex conceptibus simplicibus abstractis ab alijs rebus, & illum attribuere enti particulariter accepto: vt ens necessarium esse ens summe bonum, ens infinitum: & sic de alijs. Secunda conclusio, prima causa est cognoscibilis in aliquo conceptu simplici connotatiuo sibi proprio: patet: quia aliquis est conceptus connotatiuus, cui correspondet ista vox creatinum, & est propria Deo. Vnde aduerte, quòd de isto conceptu connotatiuo dicunt aliqui, quòd non est naturaliter significans: sed ad placitum, sicut & quodlibet signum vocale: quia conceptus naturaliter significans præcise istam rem significat pro qua potest supponere. Ex his patet, q prima causa est cognoscibilis quidditatiue per conceptus quidditatiuos ab alijs rebus abstractos: & quicquid dictum est de prima causa, etiam dicatur de alijs substantijs separatis.

Ad rationem dicitur, quòd illa comparatio intelligitur de noticia intuitiua, & non de noticia, quæ fit per conceptus proprios siue simplices, siue compositos non absolutos, sed connotatiuos.

DVBITATVR tertio, Vtrum in causis essentialiter subordinatis sit procedere in infinitum. Et videtur, quòd sic. Dicit enim Philosophus 8. Physico. motum nunquam incepisse: & primo de generatione esse infinitas generationes, & quælibet habet proprium efficiens: igitur. Pro solutione supponitur, quòd causarum quædam sunt essentialiter subordinatę, & quædam accidentaliter: quædam per se, & quędam per accidens. Causæ per se sunt, quæ secundum suam propriam naturam, & non secundum aliquod accidens causant: vt ædificator per se ædificat. Sed causa per accidens est, quæ non secundum propriam naturam: sed secundum aliquod accidens dicitur causare: vt musicus est causa per accidens domus. Causę autem essentialiter subordinatę dicũtur, quarum secũda inquantũ causa dependet a prima, ita quòd nó agit nisi in virtute primæ: ideo causæ essentia inter subordinatę necessario requiruntur ad causandum. Sed causæ accidentaliter subordinatę sunt quarum secunda non dependet a prima inquantum causa, licet dependeat in esse; sicut patet de filio & patre: potest. n. filiꝰ operari mortuo patre; ideo causarum accidentaliter subordinatarum non requiritur simultudo in causando. Tertio supponitur quòd multæ solent assignari differentiæ inter causas essentialiter subordinatas, & accidentaliter. Prima: in causis essentialiter subordinatis secunda in causando dependet a prima, sed non accidentaliter. Secunda: quia in causis essentialiter subordinatis est causalitas alterius rationis, & ordinis: quæ superior est perfectior non autem

B in accidentaliter ordinatis. Tertia; quia omnes causæ essentialiter subordinatæ necessario concurrunt ad producendum effectum; sed non in accidentaliter subordinatis. Istis suppositis dicitur primo, quòd impossibile est esse processum in infinitum in causis essentialiter ordinatis: quia tunc in ipsis non inueniretur potentia neque secunda causa: quod tamen est falsum. Dicitur secundo, quòd in causis accidentaliter ordinatis potest esse processus in infinitũ: quòd quidem in infinitum solum est in potentia: quia non requiritur simultas illarum causarum: ideo ibi non est actu multitudo infinita. Et per hoc soluitur ratio facta ante oppositum. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

CONCLVSIO responsalis: difficultas cognoscendi res non est ex parte rerum sed ex parte nostri intellectus ad sensum datum in primo articulo. Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur negando antecedens: & ad probationem dicitur, quòd ad cognitionem veritatis procedimus per motum rationis, & non per motum physicalem. Ad secundum dicitur q

D intellectus bene alteratur alteratione perfectiua, sed non corruptiua. Ad tertiam patet solutio. Ad quartam dicitur, quòd bene probat, quòd intellectus noster est receptiuus omnium intellectionum rerum: non autem probat quòd sit productiuus. Ad quintam patet solutio in primo articulo.

Sco. 1. q. quæ. ar. 1. & in. 3. d. 24. q. vnica re spon. ad quæst. & in 2. d. 1.

Sco. in. 1. d. 22. q. vnica. in quarum; an Deus sit intuitiue nabilis.

An ens sit essentialiter subordinatum sit procedere in infinitum

Sco. in. 1. d. 2. q. 1. & 2. prim. ar.

Sco. li. 2. Met. in vesal. pro pri. 4. q.

Artic. 1.

METAPHYSICAE ARISTOTELIS.

LIBER TERTIVS.

T. cō. 1. & inde.

NECESSE est ad quæsitam scientiā nos aggredi; primum de quibus dubitare primum oportet: hæc autem sunt quæcunq; de ipsis aliter susceperunt quidam &c.

Veritas quō requirenda.

F ISTE est tertius liber Metaphysicæ Aristotelis, in quo determinat de consideratione veritatis mō disputatiuo. Et primo ponit hanc conclusionē; volenti inquirere veritatem necesse est prius prædubitare: qđ probat tribus rationibus. Prima; illud est præmittendum ad cognitionem veritatis ex cuius solutione habetur manifestatio veritatis sed ex præmissione dubitabilis habetur manifestatio veritatis: quia qui bene dubitat, B bene inuestigat; & qui bene inuestigat bene inuenit; ergo dubitatio est vtilis ad cognitionē veritatis. Secunda ratio; illud est valde vtile ad cognitionem veritatis, per quod scitur vinculum mentis: sed præmissio dubitationis est huiusmodi. Tertia rationillud est vtile ad inquisitionem veritatis per quod datur via perueniendi ad veritatem & falsitatem iudicandi de veritate; sed præmissio veritatis est huiusmodi: igitur.

An inquirenti cognitionem veritatis conueniat primum dubitare.

QVAERITVR Vtrum in quirendi cognitionem veritatis necesse sit primum dubitare. Arguitur primo quòd non; quia noticia conclusionis de qua est scientia; sufficienter acquiritur per principia demōstratiua: ergo ad inquirendum scientiā veritatis non est necessaria dubitatio, nec necesse est inquirenti dubitare. Secundo sic; in mathematicis nullæ sunt dubitationes: & tamen de ipsis acquiritur scientia. Tertio sic dubitatio se habet vt quoddam vinculum mentis: ergo magis impedit cognitionē veritatis, quàm iuuet. Quarto sic: imperfectionis est in intellectu habere dubitationes de aliquo; ergo homo non videtur requirere ad inquisitionem veritatis. Quinto sic; deus habet summam scientiā de omnibus rebus: & tamen in ipso nulla requiritur dubitatio: igitur. In oppositum est phi, o sophus in tex. In quæstione erunt tres artic. quantum ad primum.

PRIMO sciendum, quòd *Ari. 1.* in hoc tertio mouet philosophus

A phus plures difficultates in hac scientia terminandas: & sunt in duplici differētia: quædam sunt de consideratione huius scientiæ aliæ sunt de consideratis in hac scientia. De consideratione huius scientiæ sunt in duplici differentia: quædam sunt circa causas & principia: aliæ secundum substantias aliæ secundū accidentia. Circa causas & principia sunt duæ quæstiones. Prima: vtrum eiusdem scientiæ sit considerare omnes causas, vel diuersarum scientiarum diuersæ sint causæ. Secunda; vtrū ad istam scientiam solum pertineat cōsiderare principia substantiarum: & cum hoc etiam principia doctrinæ. Circa cō siderationes substantiarū sunt aliquæ quæstiones. Prima: vtrū sit eadem scientia circa omnes substantias. Secunda si sint plures, vtrum sint vnius generis: aut aliquæ earū diuidendę sint. Deinde ponit alias quæstiones de consideratis in hac scientia. Prima; vtrum præter substantias sensibiles sint aliquæ aliæ substantiæ. Secunda; si sint aliquæ aliæ vtrum sint vnius generis, vel sint plura genera talium. Circa considerationem accidentium ponit tres quæstiones. Prima; vtrum hæc scientia habeat considerare accidentia substantiarum. Secunda; virum habeat considerare de eōdem & diuerso simile & dissimilis. Tertia: vtrum ad hanc scientiam spectet considerare quid sit vnum. Sed circa cō siderata in hac scientia mouet aliquas quæstiones. Prima, vtrū principia sint genera vniuersali vel singularia. Secunda si sint vniuersalia, vtrū sint genera vel species. Tertia: vtrū præter materiam sit alia causa, puta forma. Quarta quæstio: vtrum si sit ponenda forma vtrum sit inseparabilis a materia. Quinta: si sit separabilis a materia vtrum sit vna tantum vel plures. Sexta: vtrum vniuersale sit aliquid præter singulare. Septima: si vniuersale sit præter singulare: quæritur quæ sunt illa vniuersalia. Octaua: vtrum prima principia sint eadem vel diuersa numero genere vel specie. Nona: vtrum generabilium & corruptibilium sint eadem principia vel diuersa. Decima: vtrum ens & vnum sint substantiæ rerum. Vndecima; vtrum principia sint vniuersalia vel singularia. Duodecima: vtrum D vniuersalia sint in potentia vel in actu. Tredecima: vtrum prima principia sint prima in mouendo solum & non in essendo. Quartadecima: vtrum lineæ numeri & figuræ sint substantiæ vel non.

Dubia mota a Philosopho in tertio libr. Metaph.

SECVNDO sciendum, q philosophus mouet aliam difficultatem, vtrum eiusdem scientiæ sit considerare omnia genera causarum. Et arguitur quòd non: quia ad nullam scientiam pertinet considerare principia contraria: ergo ad nullam scientiam pertinet considerare omnia genera causarum: igitur. In oppositum arguit Aristo. duabus rationibus. Prima: aliquid idem natum est habere omnia genera causarum: ergo scientia consi de

An eiusdem scientiæ sit considerare omnia genera causarum.

rans de illo debet considerare quatuor causas. Secunda est: quia ti diuersę scientiæ considerarēt uniuersas causas magis dubium esse quæ earum esset dicenda scientia. Consequenter disputat secundam quæstionem, quæ est verum eiusdem scientiæ sit considerare substantiā ideſt subiectum, & principia complexa demōstrationis. Et arguitur primo ꝙ non; quia omnes scientiæ præsupponunt dignitates: vel ergo omnium erit considerare, vel nullius: sed non est dicendum quòd omnium: ergo nullius. In oppositum arguitur quia si considerare dignitates primas & substantias ad diuersas scientias pertineret; non posset assignari causa quare aliqua earum esset prima.

TERTIO sciendum, quòd secunda difficultas est hæc: vtrū præter substātias sensibiles sint ponendæ aliquæ aliæ substantię. Et videtur quòd sic; quia scientia est de rebus seu de vniuersalibus & non de singularibus: igitur: quia res singulares sunt in cōtinuo fluxu. In oppositum arguit Arist. quia qui posuerunt ideas separatas posuerunt eas tāquam homines, & asinos sempiternos: vt seruarent sempiternitatem specierum in hoc mundo: sed hoc est impossibile: quia valde difficile est quòd idem secūdum naturā suā & speciem sit corruptibile & incorruptibile.

An præter substantias sensibiles sint ponendæ aliæ substantiæ.

QVARTO sciendum, quòd tertia difficultas est hæc: vtrum genera & species sint principia rerum, vel partes, ex quibus vnūquodque componitur. Et arguit Ari. quòd sic: quia quę sunt principia diffinitionum, sunt principia diffinitorum: sed genera & species sunt principia diffinitionum: ergo & diffinitorum. In oppositū arguit quatuor rationibus. Prima: principia nocū sunt literæ & syllabæ, & nō sunt principia huius nominis, quod est vox in communi, sed huius vocis. Secunda ratio: demonstrationes posteriores resoluuntur in priores: quarū prēmissę sunt principia, & non aliqua vniuersalis demonstratio: igitur. Tertia ratio: secundum Empedoclem elemēta sunt principia rerum: & illa non sunt genera: igitur. Quarta ratio; principia domus sunt lapides & ligna; & non domus vniuersalis: igitur. Consequenter disputat quæstiones motas circa considerata in hac scientia. Prima si principia rerum sint vniuersalia; vtrum sint genera supręma, vel species specialissimę. Probat primo quòd non sint aliqua vniuersalia vel genera; quia si magis vniuersalia sint magis principia, cum tot sint principia quot sunt huiusmodi genera; ens & vnum erūt maxime principia cum sint maxime vniuersalia: sed hoc est falsum: quia non sunt genera: cum non habeant differentias. Cō sequenter disputat quòd species debeāt magis dici principium: quia principia debent esse simplicia; sed species sunt simpliciores generibus. Item in speciebus dabile est vniuersale separatum & nō in generibus; igitur species habet magis rationem principij. In oppositum arguitur quia de ratione principij est esse distinctum a principiato; sed

Genera & species principia an partes rerum sint.

sed illud est magis distinctum quod est separatum cuiusmodi est genus: igitur. Et hæc de primo arti. Quantum ad secundū.

Arti. 2. DVBITATVR primo. Vtrum singulariū principia sint eadem numero. Arguit primo Ari. ꝙ sic; quia si essent diuersa numero sequeretur ꝙ sicut principiata sunt infinita, ita & principia essent infinita: & sic de rebus non esset scientia. In oppositum arguit Philosophus duabus rationibus. Prima: si hæc syllaba, ba, componatur ex b & a: & non sit nisi vnicum b & vnicum a: tunc illa syllaba ba, non erit b nec; a. Secunda ratio: si totum singularium esset idem principium numero ipsum esset singulare: & per consequēs omnia essent singularia: ergo non esset vniuersale præter singularia. Consequenter quærit, vtrum corruptibilium & incorruptibilium sint eadem principia. Arguitur primo ꝙ non: quia si sic non posset assignari ratio, quare aliqua sint corruptibilia & aliqua incorruptibilia. In oppositum arguitur: quia si sint diuersa, aut ergo principia corruptibilium sunt corruptibilia vel non; non primum: quia tunc quærenda esset alia principia: & sic esset processus in infinitum: si autem dicatur quòd sint incorruptibilia: tunc reuertitur prior dubitatio quare aliqua sunt corruptibilia, & aliqua non.

An singulorum principia sint eadē numero.

DVBITATVR secūdo. Vtrum ens & vnum sint substantiæ rerum. Et arguit primo Arist. quòd sic duabus rationibus. Prima; quia si ens & vnum non sint substantiæ rerum; sequeretur ꝙ nullum vniuersale erit substantia; & sic non esset nisi res singularis. Secunda ratio; si natura vnius non esset separata a singularibus, tunc natura numeri non erit nisi in singularibus; quia numerus non est aliud, quàm vnitates, nec vnitas est aliud, quàm ipsum vnum. In oppositum arguitur quatuor rationibus. Prima; si ens & vnum essent substantiæ separatę, ex singularibus; omne singulare esset diuersum ab ente & vno. Secunda ratio; sequeretur ꝙ non essent plura entia; quia illa substantia separata esset substantia omnium; sed quorumcunq; substantia est vna, illa sunt vnum substantialiter. Tertia ratio; si sit vnum, erit indiuisibile; sed in diuisibile nihil est. Quod probat ratione Zenonis; quia omne ens additum alicui reddit ipsum maius: sed indiuisibile additum enti non facit ipsum maius; igitur. Quarta ratio; vnum secundum eos est indiuisibile & separatum; ergo ex eo non habet ti ti magnitudo nec numerus.

An ens, & vnum sint substantiæ rerum.

DVBITATVR tertio. Vtrū lineæ, numeri, superficies, & puncta sint substantiæ. Et arguitur primo ꝙ sint substantiæ; quia omnia illa a corpore videtur esse accidentia; quibus circumscriptis non remanet nisi corpus; ergo corpus est substātia. Secunda ratio: corpus est substantia: ergo lineæ, superficies, & puncta sunt substantię; consequētia patet, quia illa sunt priora corpore. In oppositum arguitur; lineæ, superficies & puncta mutantur, substantia manente eadem igitur non sunt substantiæ.

An lineæ, numeri, superficies sint substantiæ.

B stantiæ. Secundo sic: lineæ & superficies dicuntur de substantijs inquantum sunt mensuræ earum igitur. Tertia ratio: omnis substantia est hoc aliquid & per se subsistens; hoc autem non conuenit lineis & superficiebus igitur. Et hęc de secundo articulo. Quantum ad terum sit.

Idem. 3. CONCLVSIO respõsalis: Quę rẽti scientiã veritatis necesse est prius dubitatur, quæ conclusio relinquitur ꝓbata in texto. Ad rationes. Ad primam dicitur ꝙ licet noticia conclusionis habeatur per principia, non tamen ex hoc sequitur quin de ipsa sit dubitatio. Ad secundam etiam videtur quòd de mathematicis posiũt eẽ dubitationes sed forte non tot sicut de alijs. Ad tertiam dicitur quòd dubitatio quam non concomitatur inquisitio veritatis est bene vinculum mentis, sed illa quã comitatur inquisitio veritatis dissoluitur: & quodammodo est cã occasionalis inquisitionis veritatis. Ad quartam dr ꝙ dubitare potius est signum perfectionis, & scientiæ; quàm ignorantiæ: & hoc in illis qui habent scientiã per inuentionem. Ad quintam dicitur ꝙ deus non habet scientiam per inquisitionem: ideo non oportet ipsum de aliquo dubitare.

METAPHYSICAE ARISTOTELIS.

LIBER QVARTVS.

T. cõ. 1. & inde. EST scientia quædã, quæ speculatur ens inquãtũ est ens: & quæ huic insunt secundum se: hæc autem nulli in parte dictarum eadem: aliarum enim nulla intendit vniuersaliter de ente inquantum est ens: verum partem eius abscendentes aliquam, circa hãc speculantur accidẽs: velut scientiarum mathematicæ, &c.

Propositarum quinn determinatum.

ISTE est quartus liber Metaphysicæ Aristotel. in quo incipit terminare veritatem quæstionum motarum. Et primo ponit talem conclusionem: inter omnes scientias est vna, quæ considerat ens inquantum ens, & ea quæ sibi insunt secundum se, scilicet suas passiones. Et hanc conclusionem non probat. Secunda conclusio: nulla scientia, quæ speculatur ens inquantum ens est eadem cum alia: quæ speculatur solũ aliquod ens particulare. Tertia conclusio: illa scientia, quæ speculatur ens inquantum ens, vocatur sapien

A sapiẽtia. Probat: quia q̃cunq; scientia, quæ quærit primas causas & considerat principia est sapientia: sed illa quæ considerat ens inquantum ens est huiusmodi: igitur. Et si quis dicat, ens dicitur multipliciter: ergo de ipso nõ potest esse vera scientia. Respondet philosophus ꝙ licet ens dicatur analogicè de substantia & accidente: non tamen propter hoc sequitur quin de ipso sit scientia. Probat per exemplum: salubre enim dicitur analogicè de conseruatiuo sanitatis, sicut in dieta: & productiuo sanitatis sicut est potio: & signum sanitatis sicut vrina: & susceptibilis sanitatis sicut est corpus humanum: principaliter tamen significat susceptibile sanitatis: sicut ẽ ens principaliter significat substantiam. Consequenter dicit quòd aliqua dicuntur entia quæ sunt vna in substantia, sicut generationes: alia quæ sunt corruptiones substantiæ; alia sunt quæ priuationes vel negationes entis. Et quòd negationes ponit dici entia probat per hoc quòd non ens dicimus esse non ens: quam tamen propositionẽ multi moderni negauerunt.

Ter. c. 3. & inde. SI igitur ens & vnum idẽ & vna natura eo quòd se adinuicem consequunt sicut principium &c.

Ad quæ spectat determinare de ente. ISTVD EST secundũ capitulum in quo philosophus primo intendit hanc conclusionem: Ad metaphysicum spectat determinare de ente & vno, quę sunt vnius scientiæ; quia quæcunque important vnam naturam pertinent ad considerationem vnius scientiæ; sed ens & vnum sunt huiusmodi; igitur. Minorem probat: quia quæcunque eadem generatione generantur; & eadem corruptione corrumpuntur illa sunt eadem realiter; sed ens & vnum sunt huiusmodi; igitur. Minorem probat: quia idem est homo & vnus homo; quando generatur homo generatur vnus homo. Deinde dici quod tot sunt species vnius quot sunt species entis; quia talia sunt conuertibilia adinuicem. Ex quo infert quòd ad illam scientiam spectat considerare species vnius, puta de eodem & simili & æquali; quia ad eandem scientiam spectat considerare de genere, & speciebus eius. Secunda conclusio: tot sunt partes philosophiæ quot sunt partes substantiæ, patet; quia philosophia licet primo sit de ente tanquam de subiecto, tamen est de substantia tanquam de parte principaliori. Tertia conclusio: ad metaphysicum pertinet determinare de multitudine, patet quia ad eandem scientiam pertinet considerare opposita: sed vnum & multa sunt huiusmodi: igitur. Ex quo infert, quòd ad ꝑ metaphysicum etiam pertinet determinare de negatione, & priuatione quæ opponuntur habitui de quo considerat metaphysica. Quarta conclusio: ad metaphisicum pertinet considerare de contrarietate, de differentia, & diuersitate, & demonstratione, patet: quia ad nullam aliã scientiam spectat de istis

C *te, de multitudine, &c.*

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

B istis determinare: igitur ad istã pertinet. Quinta cõclusio: ad metaphysicum spectat determinare de omnibus passionibus entis, patet: quia omnes dubitationes quæ possunt moueri in aliqua scientia; soluendę sunt in illa scientia: sed de omnibus passionibus entis possunt fieri dubitationes: igitur.

Tex. 2. & inde.

DICENDVM aũt vtrũ vnius aut diuersæ scientiæ denotatis in mathematicalibus, &c.

ISTVD EST secũdus tractatus. huius libri quidditatiua diuiditur in duo capitula. In primo dicit

Primum principiũ quod, & quale.

q principium simpliciter primum est hæc propositio, impossibile est idem simul esse & non esse. Deinde subdit q vnius & eiusdem scientiæ est considerare de substantia & de primis

F principij scilicet ad metaphysicam. Probat: quia ad illam scientiam pertinet considerare prima principia; quæ vniuersaliter determinat de omnibus entibus: eo q prima principia sunt omnibus entibus cõmunia: sed metaphysica est huiusmodi: igitur ad ipsam pertinet determinare de primis principijs. Deinde ponit tres conditiones principij simpliciter primi. Prima: primum principium simpliciter primum est circa quod impossibile est mentiri: quia tale principium est, notissimum: ergo circa ipsum non contingit deceptio. Secunda conditio: q tale principium non sit conditionale, sic q veritas eius non dependeat ex alio præsuppositio. Probat: quia illud non oportet esse conditionale quod oportet quemlibet intelligentem habere: sed primum principium est huiusmodi: igitur. Tertia conditio est: quia notitia talis principij quasi per naturam cognoscendi cognoscitur: nam cognoscitur cognitis terminis. Finaliter dicit q tale principium est: q impossibile est idem simul esse & non esse. Dicit tamen philosophus aliquos errasse circa illud principium: quidam enim dicebant ipsum non esse firmissimum: alij volebant ipsum demonstrare; & isti opinabantur quòd contraria possint simul verificari.

G

Tex. 3. circa mẽdum. & inde.

SVNT autem quidam; qui vt diximus; dicebant contingere, idem esse, & non esse; & existimare ita. &c.

ISTVD EST secundum capitulum, in quo Ari. incipit disputare contra negantes huiusmodi primum principium. Et primo narrat duos errores. Primus est negantium ipsum ore, licet nõ mente eo q nesciebat solvere quasdam rationes in disputationibus. Secundus error est volentium ipsum demonstrare: contra quos dicit Ari. q tale nõ est demonstrabile. Consequenter disputat contra negantes primum principium septem rationibus. Prima: necesse est hominem esse animal bipes: quia hæc eius est diffinitio: ergo impossibile est ipsum non esse animal bipes: ergo non est possibile idem simul esse & non esse. Secunda ratio: si contradictoria essent vera, sequeretur q nulla essent prædicata quidditatiua: consequens est falsum: igitur. Assumptum patet: quia in præ-

H

Confutatio errorum illorum, qui huiusmodi primũ principiũ negauerunt.

A prædicatione quidditatiua subiectum & prædicatum dicunt idem significare. Tertia ratio: si contradictoria essent vera sequeretur quòd essent vnum & idem: & quod neutra contradictoriarum esset vera. Primum inconueniens probat: quia si homo est animal & nõ est animal: nec est homo nec animal: & per consequens homo nec est murus nec lapis: & sic homo non est murus nec lapis: ergo contradictoria essent similiter vera. Secundum inconueniens probat: quia si est homo & non est homo: sequitur nec est homo nec esse non homo. patet consequentia: quia ille duæ contradicunt duabus prioribus. Quarta ratio: vel omnia cõtradictoria sunt simul vera vel aliqua & aliqua

B nõ: si secundũ, sequit quòd primũ principiũ est verũ in aliquibus: & cum non sit maior ratio de aliquibus quam de alijs: ergo erit verũ in omnibus. Quinta ratio; concedens contradictoria habet concedere quodlibet esse aliquid & nihil: & ab eo q yes est vel non est dicitur oratio vera vel falsa. Sexta ratio: in agibilibus est veritas determinata: ergo & in speculabilibus. Antecedẽs patet; quia nemo opinatur esse bonum cadere in puteũ & non cadere. Septima ratio: duos homines esse mille homines nõ equi verũ est sicut duos homines esse homines; ergo duos esse mille est remotius a vero; ergo sequitur quod est falsissimum quicquid est remotũ a vero est falsum. Consequenter disputat contra aliquas opiniones, ad quas sequebatur petitio principij primi. Erat enim

C pinio Pytagoræ, q oẽs q apparent sunt vera: cuius vnũ apparens vni & oppositum alteri sequitur opposita simul vera; & isti negabant primum principium. Deinde declarat motiuum eius: dicens quòd motiuum eius fuit istud: quia contraria sunt in eodem, puta aqua & ignis sunt in aere: ergo contradictoria sunt simul in eodẽ. Deinde contra istos Ari. dicit q isti nesciebant distinguere inter ens in actu, & ens in potentia. Consequenter assignat motiuum eius, dicentis q omnia quæ appparent sunt vera; dicens quod apparet sanis sapidum, apparet infirmis insipidum. Et si dicatur, quòd credendum est sanis; quia tales sunt plures. Secundomodo, quia in eis organum est melius

D dispositum. Contra primum arguit sic: quia si secundum plures veritas sit iudicanda: tunc res non mutata, illud quod est hodie verum erit cras falsum. Iõ sequeret quòd sol esset multo minor terra: quia hoc apparet pluribus. Contra secundum arguit: contraria sepe apparent habentibus organum bene dispositum: vt cardones apparent affinis boni saporis: alijs autem non: causa autem prædicti motiui est: q credebant omne quod apparet intellectui esse verum; credebant etiam intellectum & sensum esse eiusdẽ naturæ; ideo credebant q omne quod apparebat sensui esse verum; eius verum appareret intellectui. Consequenter disputat Ari. contra negantes primum principium propter rerũ mobilitatem: & hoc sex rationibus, prima est; si omnia mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

E neantur, hæc negatiua esset vera & necessaria, nihil manet continenter in eadem dispositione: & oppositæ eius esset falsa: ergo non omnia contraria sunt simul vera. Secunda ratio: cum secundum eos continue fiant generationes & corruptiones, ista esset vera & necessaria, aliquid est: & hæc esset falsa, nihil est; ergo aliqua contraria non sunt simul vera. Tertia ratio; licet omnia simul semper moueantur secundum locũ, vel secundum qualitatem vel secundum substantiam; non tamen secundum quamlibet mutationem: quia non debet vniuersaliter negari vniuersalitas determinata. Quarta ratio: hæc inferiora sunt parua para in comparatione ad totum vniuersum: ergo propter hoc q̃ ipsa sunt
F generabilia & corruptibilia, nõ debent dici raliter generabilia. Quinta ratio; potest demonstrari non omnia semp moueri; vt visum est. 5. phyficorum; igitur. Sexta ratio: dicentes omnia esse vera, habent dicere omnia esse in omnibus; & omnia esse vnum; ergo habent magis dicere omnia esse immobilia, quàm mobilia. Consequenter disputat contra dicentes omnia apparentia esse vera octo rationibus. Prima; phantasia credit appræhendere rem in absentia sensibilis; ergo potest esse falsa. Secunda ratio; non equæ ita bene iudicamus de remoto sicut de propinquo; ergo possumus decipi in remoto. Tertia ratio; de futuris petuntur consilia à superioribus & nõ ab inferioribus; ergo non omnia quę apparent, sunt vera. Quarta ratio: nullus ita bene credit sensui de sensibilibus alterius sensus, sicut de proprijs; igitur. Quinta ratio; nunquam per sensus iudicamus aliquid esse dulce & non dulce; igitur. Sexta ratio; si hæc opinio sit vera; nullum est prædicatum necessarium; cũ omne prædicatum secundũ eos contingat aliter se habere. Septima ratio: si sola apparentia essent vera, sequeretur q̃ animatis non existentibus nihil esset verum. Octaua ratio: sequeretur q̃ nihil posset sciri per demõstrationem: hoc est falsum; igitur. Consequenter disputat contra eos qui gratia disputationis dicunt contraria simul esse vera: quia tales incidunt in inconuenies, ad quod nituntur ducere aduersarium scilicet ad redargutionem. Consequenter disputat contra ponentes contraria esse simul falsa; dicens primo q̃ contradictioni non est medium: immo necesse est vnã partem esse veram & alteram falsam. Probat septem rationibus. Prima: falsum est dicere esse quòd non est; vel non esse quod est: ergo omne quod enũciatur, est verum vel falsum. Secunda ratio; si neutra contradictoriarum esset vera, sequeretur q̃ nunquam fieret mutatio de vno contradictorio in alterum contradictorium: sed consequens est falsum; igitur. Tertia ratio; necesse est ita esse sicut affirmando vel negando dicitur. Quarta ratio: si in aliqua contradictione esset medium, pari ratione & in qualibet; cũ non videatur maior ratio de vna, q̃ de alia. Quinta rõ: si sic, sequeretur q̃ esset aliquis numerus qui nec

Disputatio contra dicentes omnia apparentia esse vera.

Disputatio contra ponentes cõtraria esse simul falsa.

nec esset par neq; impar: consequens est falsum; igitur. Sexta ratio; si inter contradictoria esset medium: cum illud medium cõtingat affirmare vel negare; sequeretẽ q̃ illius esset aliud medium: & sic esset processus in infinitum: Septima ratio, si interrogetur aliquis an hoc sit albũ ipse respondebit q̃ sic; & tunc ponet affirmatiuam: vel q̃ non; & sic ipse ponet negatiuam.
Finaliter reprobat alias opiniones dicentium contradictoria esse simul vera & falsa; quia antiqui ponunt ambas opiniones: quæ iam sunt reprobatę: igitur eorum opinio est falsa.

An ens, & vnum dicant eandem naturam.

QVAERITVR Vtrũ ens
E & vnum significent eandem naturam, & inter se conuertantur.
Boe. li. 4. Metaph. q. 2. Arguitur primo q̃ non: quia ens non dicit aliquam naturam vnam; cum dicatur multipliciter; igitur. Secundo sic: Si ens diceret aliquid vnũ ad omnia entia videretur esse vniuersale propriæ sumptum & aliud, quàm genus: vt patet discurrendo per quinq; vniuersalia: sed hoc est falsum; igitur. Tertio sic: Si ens & vnum dicerent vnam & eandem naturam, hæc esset negatio, homo est vnum ens; quod est falsum: igitur.
Quarto sic: Si ens & vnum cõuerterentur; sequeretur q̃ idem conuerteretur cum diuersõ: vnũ enim & multa diuidunt ens.
Quinto sic: Si ens & vnum cõuerterentur, tunc ista esset concedenda & vera, tantum vnum
C est ens: quod est falsum: vt visum est in primo phyficorum contra Parmenidem & Melissum. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.
PRIMO sciendum, quòd pro solutione rationum supponitur primo, quòd duplex est multiplicitas, scilicet significatorum & suppositorum. Significatorum quando terminus diuersis rationibus diuersa significat: & istam non facit ens. Sed multiplicitas suppositorum est quando aliquid communicatur in pluribus suppositis: & talem habet ens quem non facit æquiuocationem. Supponitur secundo, quòd triplex est vniuocatio, scilicet metaphysicalis, physicalis, & logicalis: de quibus satis visum est in logica: & qua vniuocatione ens sit vniuocum ad deum, & creaturam, & ad decem prædicamenta: de conceptu etiam entis satis visum est in primo huius quid sit talis conceptus.
Tertio supponitur quòd conceptus entis non includitur formaliter in passionibus vel differentijs vltimis, sed realiter: ideo de passionibus & differentijs vltimatis eius non prædicetur nisi denominatione & non quidditatiuè.
SECVNDO sciendum, q̃ pro maiori declaratione supponitur quòd vnum multipliciter accipitur. Vnomodo vt est principium numeri; quemadmodum dicimus, quòd numerus prædicamentalis componitur ex vnitatibus; & tale vnum

Art. 1.

Multiplicitas dupl.

Pag. 3. H. 27. 8 259. G. 260. C. D

Pag. 82. C.

Vnũ multipliciter. Scotus in Meta. li. 4. q. 2.

Si a repo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

E reponit in prædicamento quantitatis sicut totũ cuius est pars; & solum in continuis a seinuicem diuisis inuenitur. Aliud est vnum quod consequitur propriam naturam siue rationem alicuius reiide quo vno dicitur; ꝙ quælibet entitas habet suam propriam entitatem, quæ vocatur vnitas intrinseca: quæ est eadem realiter cum eo cuius est vnitas; & se habet quasi propria passio ad subiectum: & quia ens est aliquid: ideo habet suam propriam quidditatẽ quæ dicitur de omnibus, de quibus dicitur ens: & illo modo concedit ista ꝓpositio: Tm vnũ est, capiendo vnũ transcendenter. i. vt est passio entis. Et istud vnũ quo dr res vna vnitate intrinseca, est quadruplex, scilicet vnũ numero, specie, genere, proportionabile seu analogicum. Vnitas numeralis ẽ vnitas alicuius entis indiuisibilis in partes subiectiuas. Vnitas specifica est vnitas alicuius communicabilis habentis sub se plures partes subiectiuas solo numero differentes. Vnitas generica est vnitas alicuius communicabilis prædicabilis in quid de pluribus differentibus specie: & ad istum reducitur vnitas transcendentalis, quæ est alicuius conceptus communicabilis pluribus generibus generalissimis. Vnitas vero proportionabilis seu analogica attenditur respectu aliquorum communiũ similiter se habentium respectu suorum inferiorum in prædicando in quid de eis: & hoc modo color & animal dicuntur vnum proportionabile seu analogicum: & talis non est alicuius conceptus vniuoci, saltem vt distinguitur contra præcedentes.

Sco. li. 4. Metaph. ꝯ2.

Vide in Formal. cap. 3.

TERTIO sciendum, quòd circa textũ incidunt aliqe difficultates. Prima: an inter contradictoria sit dare medium. Pro solutione supponitur ꝙ cõtradictoria sunt duplicia: Quædam sunt complexa: de quibus non est hic sermo. Alia sunt incomplexa, quæ habent fieri inter terminum positiuum & ipsum sumptum cum negatione infinitante: vt homo & non homo. Supponitur secundo quòd duplex est medium: quoddam est medium per abnegationem quod potest vere negari de duobus contradictorijs. Aliud est per participationem: & de omnibus istis satis visum est in logica. His suppositis respondetur ad difficultatem ꝙ inter contradictoria incomplexa non est dare medium: neq; per participationem neque per abnegationem: nihil enim potest dari quod vere affirmetur vel negetur de duobus contradictorijs & hoc capiendo contradictoria sine determinationibus: nam si sumerentur cum determinationibus possent vere negari de aliquo: vt homo non est per se albus: homo non est per se non albus: & omnia ista etiam visa fuerunt in logica.

An inter contradictoria detur medium.

Sco. li. 1. dist. 2. q. vlt. & 3. Met. q. 4.

Pag. 61. H.

QVARTO sciendum, quòd quarta difficultas est hæc: an aliqua veritas certa & sincera possit naturaliter cognosci ab intellectu nostro pro statu isto. Et videtur quòd non: quia omne illud a quo abstrahitur noticia

Sco. li. 1. d. 3. q. 6.

[A noticia, est mutabile: ergo non potest esse causa alicuius immutabilis cognitionis; sed certa noticia alicuius de aliquo dicitur esse de re sub ratione alicuius immutabilis: ergo non] habebitur per speciem abstractam a talibus rebus. Pro solutione supponitur ꝙ de hac difficultate fuere multę opiniones. Vna henrici de gandauo dicentis ꝙ pro statu isto virtute propria non possumus habere noticiam certam alicuius veritatis: & ista est falsa; vt alias iam visum est in logica in libris posteriorum: ideo ponitur alia opinio quæ est Sco. in primo sententiarum dis. 3. quòd pro statu isto virtute naturali propria sine influxu speciali dei possumus habere certam noticiam de veritatibus: vt in dicto libro posteriorum visum est; in quo solute sunt rationes in oppositum factæ. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Sco. in 1. d. 3. q. 4.

B

DVBITATVR primo. Vtrum ens & vnum conuertantur. Et arguitur primo quòd non: quia nullum diuidens conuertitur cum diuiso: sed vnum diuidit ens; igitur. Secundo sic; quia tunc multitudo esset non ens, patet; quia multitudo actu esset aliquid vnum. Tertio sic: quia ens est commune omnibus generibus: sed vnum est de genere quantitatis; igitur. Quarto sic: quia si conuerterentur; sicut ista est vera, tantum ens est; ita & ista tantum vnum est; quod tamen reprobat ab Ari. in. 1. physi. Ad dubium respondetur quòd ens & vnum conuertuntur capiendo vnum transcendenter, vt est passio entis: & de quocunq; prædicat ens ita & vnũ. Et sic dico quòd vnum non diuidit ens; sed vnum quod diuidit ens magis est vnum quod est principium numeri: Potest etiam dici, quòd non est inconueniens aliqua diuidi per passionem: & de istis vnitatibus satis visum est in primo articulo. Ad rationes. Ad primam patet solutio. Ad secundam dicitur quòd multitudo quæ prædicatur de numero est ens vnũ, sicut numerus est vnum de prædicamento quantitatis discrete. Ad tertiam dicitur ꝙ vnum vt est passio entis bene potest prædicari de multitudine. Ad quartam patet quid sit dicendum in primo physi. nam Parmenides & Melissus volebant habere ꝙ omnia essent vnũ numero; ideo contra eos arguit Aristote.

Arti. 2.

An ens et vnum cõuertãtur.

C

DVBITATVR secũdo. Vtrum in eadem re esse realiter distinguatur ab essentia & existentia; Arguitur primo quòd sic: quia esse est accidens existentiæ: igitur non est idem cũ essentia. Antecedens patet auctoritate Auicennæ dicentis ꝙ esse cuilibet rei creatæ accidit. Secundo fictamne quod fluit ab alio distinguitur ab illo a quo fluit: sed esse fluit ab essentia: igitur. Tertio sic; quandocunque aliqua sunt idẽ realiter; impossibile est oppositum vnius prædicari de altero: sed oppositum esse aliqñ prædicatur de essentiam aliqñ ista est vera, rosa non est. In oppositũ arguitur; quia magis vt ꝙ vnum addat aliquam entitatẽ supra ens, q̃ esse supra essentiã: sed vnum vt visum est non addit aliquam

D

An esse distinguatur ab essentia, & existentia.

Sco. in 1. d. 8. q. 1. & in 4. d. 1. q. 1.

entitatem super enstigitur. Pro solutione dubij est aduertendū quòd duplex est esse. s. esse cognitum & esse reale; de esse cognito vtium est in. 1. de Anima.

Pa. 353. F. Sed de esse reali dico, quòd diuiditur in esse essentiæ & existētiæ: ita quòd esse reale est esse essentiæ vel exūtiæ; & esse essentię vel existentię est esse reale. Dico vlterius quòd esse existentiæ & esse essentiæ sunt idem realiter, licet distinguātur formaliter. Dico vlterius quòd esse existentia & essentia alicuius rei sunt etiā idem realiter. Vñ sicut per essētiam rei nō intelligo nisi ipsam rem realem; ita etiam per existē tiam rei non intelligo nisi entitatem, rei. Dicitur tamē ipsa existentia accidere cuilibet rei creatę; quia est extra eius concepiū & non quòd sit accidens capiendo accidens pro forma inhęrente rei. Et dicitur notanter, cuilibet rei creatæ: quia existētia dei est de cōceptu quidditatiuo dei; ista enim est in primomodo dicendi per se deus est & ista est per accidens & in materia contingenti; homo est. nec opus ad hoc quòd aliqua propositio sint in materia contingenti, quòd prædicatum distinguatur realiter a subiecto: sed sufficit quòd prædicatum non sit de essentia vel propriū subiecti; multa etiā alia requiruntur. vt satis potest videri in Summulis. Dicitur vlterius q̄ esse & essentia nullo modo distinguuntur; nec etiam dicitur fluere ab essentia nisi capiendo illa verba metaphoricè, sicut dicebant antiqui passiones fluere a subiecto. Ad ratione. Ad duas primas patet solutio. Ad tertiam dicitur quòd nō est inconueniens aliquid quod est idem realiter cum aliqno quod est tamen extra conceptū eius negari de illo, & oppositū verificari.

Pag. 18. A. H. 69. H.

D

Impossibile est idē simul esse, & non esse, sm firmissimum principium.

Scot. 4. Metaph. q. 3.

H

DVBITATVR tertio. Vtrū hoc primum principium impossibile est idem simul esse & non esse, sint firmissimū, notissimū, & simpliciter primum. Et videtur quòd non: quia circa ipsum cōtingit errare, eo quòd omnis nostra cognitio intellectiua oritur a sensu, circa quem cōtingit errare. In oppositum est philosophus in textu. Pro respōsione est aduertendum quòd circa illud primum principium contingunt multæ paruæ difficultates. Prima: vtrum primum principium sit demōstrabile. Respondet quòd primum principium quo ad inhærentiam prædicati ad subiectum non est demōstrabile: cum non sit dubium: Potest tamen demōstrari primum principium quo ad aliquas conditiones conuenientes sibi; vt puta vtrum sit affirmatiuum. vel negatiuum, categoricum vel hypotheticum: Potest etiam demonstrari vt subiectum, sed non vt conclusio: potest enim sic demōstrari: omne speculabile est conceptibile, primū principium est speculabile: igitur. Secunda difficultas: Vtrum circa primū principium contingat errare. Respondetur quòd non quo ad veritatem, & falsitatem ipsius: cuius ratio est: quia si quis erraret circa primum principium adhærendo eius opposito, ipse simul opinaretur contradictoria simul esse in eodem. Contingit tamen errare circa prima principia quo ad proprietates sibi

A sibi attributas. Tertia difficultas: Vtrum primum principiū possit aliquo modo induci ex singularibus. Respōdetur quòd cognitio singularium est occasio cognitionis principiorum: ideo ratio illa inductiua prorie non est probatio: sed quædam inductio; vt dicit Sco. quia quandocunq; intellectus intelligit primum principium magis adhærebit illi quàm propositioni singulari inducenti. Respondetur ergo ad dubium nostrum quòd primum principium est firmissimum: quia est manifestissimū. Etiam circa ipsum non contingit errare. Ad rationem respondet Sco. quòd omnis deceptio, quæ potest fieri, extra per sensum non falsificaret primum principium: nunquam enim aliquis sensus iudicaret, q̄ hoc sit & non sit in eodem instanti: nūquam etiam simul, & semel iudicat hoc esse album & nigrum: licet tamen quandoque bene iudicet illud quod est album esse nigrum: dato etiam quòd sensus erraret, tamen per intellectum tanqnam per nobiliorem potentiam potest corrigi. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

Sco. li. 2. Metaph. q. 3.

C

Arti. 3.

CONCLVSIO respōsalis ad quæstum: Ens & vnus dicunt vnam & eādem naturam: & hæc conclusio relinquitur probata in textu, & etiam ex quæstione. Ad rationes ante oppositum, ad omnes simul patet qnid sit dicendum in primo articulo.

D

METAPHYSICAE ARISTOTELIS.

LIBER QVINTVS.

Text. 1. & mod.

PRINCIPIUM dicitur aliud quidē vnde vtique aliquid remouebit primum: vt longitudinis, & viæ; hinc quidem hoc principium; ex opposito autem alterum &c.

ISTE EST quintus liber Metaphysicæ Aristotel. in quo distinguit multiplicia pertinentia ad hanc scientiam. Et dicit primo, quòd principiū dicitur sex modis. Primomodo dicitur principium, a quo incipit motus, sicut principium est principium generationis. Secūdomodo dicitur principium à quo facilius incipit motus. Tertiomodo à quo inexistente aliquid fit, & hoc modo materia,

Principiū quot modis dicitur.

5 f 4 & for-

B & forma dicuntur principia. sic & hoc modo materia & forma dicuntur principia. Quarto modo dicitur principiū id, a quo fit aliquid tāquàm ex parte quātitatiua, quæ est commune fundamentum aliorum: & hoc modo cor dicitur esse principium animalis. Quinto modo dicitur esse principium illud vnde motus: & sic efficiens dicitur esse principium. Sextomodo dicitur esse principium illud quod primo cognoscitur & per quod alia cognoscuntur: & sic dicitur de principio doctrinæ Consequenter ponit modos elemēti, primo describens ipsum, dicens: Elementum est ex quo componitur aliquid primo in existente diuisibili specie in aliam speciem. Et dicit, ex quo componitur, ad differentiam compositorum, quæ non sunt elementa: & dicit in existente, ad differentiam causārum extrinsecarum: & dicit primo, ad differentiam illarum partium, quæ non sunt per se: sed compositæ ex alijs: ideo materia prima verè, & proprijsimè dicitur elementum. Dicitur autem elementum duobus modis, scilicet propriè, & transumptiuè: primo dicitur tripliciter. Primus modus est, secundum quem litteræ dicuntur elementa syllabarum. Secundus est secundum quem aliquid dicitur elementum non simpliciter: sed aliquo certo genere: vt aer & aqua dicuntur elementa mixtorum. Tertius est secundum quem fiunt demonstrationes, & sic præmissæ dicuntur elementa. Ipsum elementum transumptiuè dicitur omne, qđ est paruum, indiuisibile, & simplex, ad multa vtile. Consequenter ostendit quot modis dicitur natura: dicens quòd natura dicitur sex modis. Primo modo dicitur natura nascentis generatio, siue nativitas. Secundomodo dicitur id, in quo existente sit id quod nascitur. Tertiomodo dicitur principium motus, & quietis eius, in quo est primum, & non secundū accidens. Quartomodo dicitur de materia. Quintomodo dicitur specialiter de forma: nullus enim aliter dicit homo nisi habeat formam. Sextomodo dicitur metaphoricè de essentia cuiuslibet rei. Dicit vlterius necessārium dicitur quinq; modis. Primomodo dicitur illud, sine quo alterum non potest esse: vt respirare necessarium est animali. Secundomodo dicitur illud, sine quo alterum non potest bene esse: vt vestis necessaria est homini. Tertiomodo dicitur id quod fit per violentiam: & hoc modo in actionibus voluntarijs omne necessarium est triste: & omne tale non est increpabile. Quartomodo quod impossibile est non esse: & hoc modo Deus est summè necessarius. Quintomodo dicitur necessarium generaliter omne illud, quod non contingit aliter se habere: & hoc modo aliquæ propositiones dicuntur necessariæ. Consequenter diuidit vnum: dicens, quod vnum diuiditur in vnum per se, & in vnum per accidens. Vnde aliqua dicuntur vnum per accidēs tripliciter. Vnomodo: quia vnum accidit alteri, vt sortes & musicum. Secundomodo: quia vnum accidit alicui, de quo alterum

Elementū quid, & quotupliciter.

Natura quot modis dicitur.

Necessarium quotupliciter

Vnius diuisiones, & proprietates.

Pag. 20. F. & 33. A.

A terum dicitur: vt musicum est sortes. Tertio, quia ambo accidunt vni tertio. Sed aliqua dicuntur vnum per se octo modis. Primo, quia sunt continua siue per artem, siue per naturam. Secundo, aliqua dicuntur vnum per se secundum subiectum, ita scilicet, quòd habent idem subiectum, vel saltem subiectum est in eis eiusdem rationis: vt omnia generabilia dicūtur vnum in materia. Tertiò modo aliqua dicuntur vnum secundum genus: siue sit secundū genus propinquum, siue remotum: vt isosceles, & isopleurus dicuntur eadem figura. Quartomodo: quia sunt eiusdem rationis. Quinto, quia eorum ratio est indiuisibilis: quemadmodū sunt omnia synonyma, quæ significant idem secundum eādem rationem. Sextomodo, aliqua dicuntur vnum in illo, in quo non habent diuisionem: vt diuersæ partes lineæ dicuntur vnum in linea. Septimomodo, aliqua dicuntur vnum per attributionem ad aliquod vnū, vt exercitus dicitur vnus per attributionem ad vnum ducem. Octauomodo, aliquid dicitur vnum, quia est perfectum: vt domus dicitur vna, quādo est perfecta. Deinde ponit duas proprietates vnius. Prima est, quòd vnum est principium numeri. Secunda est, quòd vnum, vt sic est indiuisibile. Deinde superadDit quatuor modos in Logica positos: dicens, quòd vnum dicitur quatuor modis, scilicet vnum numero, specie, genere, & analogia. Prima, dicuntur vnū numero, quorum materia est vna, capiendo materiam pro differentia indiuiduali: vt aliàs visum est. Sed illa sunt vnum specie, quorum est vnum genus. Illa vero sunt vnum secundum analogiam, quæ dicunt eundem modum prædicandi in quid, respectu suorum inferiorum. Deinde dicit, quòd quæcunq; sunt vnum numero, sunt vnum specie, & non econuerso: & quæcunque sunt vnum specie, sunt vnum genere, & non econuerso.

C Consequenter dicit, quòd diuisio entis est sicut diuisio vnius: ens enim aliud est per se: aliud per accidens. Deinde dicit quòd substātia dicitur quatuor modis. Primomodo, dicitur substantia omne illud, quod est per se subsistens. Secundomodo dicitur substantia de forma, quæ est illud, per quod aliquid est per se subsistens. Tertiomodo dicitur D de materia, subiecto illius formæ. Quarto dicitur, quidditas, siue quod quid erat esse, id est, quod per diffinitionē quidditatiuam significatur: omnes autem substantiæ reducuntur ad duos modos, scilicet ad vniuersales, & singulares. Eadem autem dicuntur dupliciter, scilicet secundum se, & secundum accidens. Eadem secundum accidens dicitur tripliciter, sicut vnum per accidens. Eadem secundum se dicitur, sicut vnum secundum se. Consequēter ponit modos huius, quòd est diuersum: dicens, quòd diuersa dicuntur, quorū species sunt plurium, aut nulla, aut ratio substātiæ est altera: & generaliter diuersum dicit oppositis modis, quibus dicitur idem. Differētia vero dicuntur quæcunq; diuersa sunt idem, ideſt quæ sunt conuenien-

Substātia quot modis dicitur.

Eadē dupliciter.

Multa diuersa.

nentia in aliquo. Secundo modo illa dicuntur differentia, quorũ genus est diuersum. Tertiomodo illa dicuntur diuersa, quorũ genera sunt contraria. Quartomodo differentia dicũtur, quæcunq; habent diuersitatem in subſtantia.

An necessaria habeant causam sui esse.

Arist. 7. Metaph. q.1.

QVAERITVR vtrum necessaria habeant causam sui esse. Arguitur primo, quòd non: quia omne habens causam, circunscripta illa causa potest non esse: sed necessaria non possunt esse: igitur. Secundo sic, Si necessaria habeant causam, vel hoc esset ex se, vel ex alio: non ex se, quia tunc essent necessaria omni alio circunscripto: si autem est necessarium ab alio nõ est necessarium illo circunscripto. Tertio sic, Omne causatum possibile fuit causari: ergo omne causatum aliquam possibilitatem includit: sed aliqua possibilitas repugnat necessario: igitur. Quarto sic, Terminus productus est aliquo modo posterior termino producẽte: ergo si necessaria habeant causam in aliquo priori poterunt non esse. Quinto sic, Omne productum, vel causatum est dependens: sed necessarium nõ est dependens: igitur. In oppositum est Philosophus in text. In quæstione erunt tres artic. Quantum ad primum.

Art. 1.

Oppõsita.

PRIMO sciendum, quòd consequenter dicit Arist. de modis oppositorum: dicens quòd opposita dicuntur quatuor modis, scilicet contraria, contradictoria, relatiua, & priuatiue opposita: Et dicit, quòd contraria dicuntur septem modis. Primo, quia non possunt eisdem adesse, & differunt genere, vt corruptione, & incorruptione. Secundo, quia habent maximam differentiam sub eodẽ genere. Tertio modo, quia maxime differũt in eodem susceptibili. Quartomodo, quia maxime differunt sub eadem potestate. Quinto modo, dicuntur contraria quorum est maxima differentia siue secundum speciem siue secũdum genus. Sextomodo dicuntur contraria secundum contradictionem: vt duæ vtrinæ sunt significatiuę contrariorum. Septimo dicuntur cõtraria, quia habent aliqua talia, vel susceptibilia, vel actiua, vel passiua, vel agentia: vt habitus, & priuationes. Deinde distinguit hoc nomen diuersum specie: dicens, quòd aliqua dicuntur diuersa specie, quæ sub eodem genere sunt, & vnum non continetur sub alio. Secundomodo, quæ continetur sub diuersis diuidentibus genus. Tertiomodo quæcunq; continetur sub differentijs contrarijs eidem generi. Quartomodo dicuntur differẽtia specie, species vltimæ, idest specialissimæ. Quintomodo dicuntur quæcunq; existentia in eadem subſtantia differentiam habent. Assignat consequenter Philosoph. modos prioris, & posterioris: & dicit primo, q̃ rõ prioris cõsistit in hoc, quod est esse propinquius alicui. Sũt autẽ octo modi prioris. Primo modo dicitur prius secundum locum. Secũdomodo ſm tẽpus. Tertiomodo ſm motũ: & tunc illud

Cõtraria

Diuersa specie.

Prius.

A illud est prius, quod est propinquius termino ad quem. Quartomodo dicitur prius ſm potestatem: vt ille, qui excedit alios in potestate dicitur prius. Quintomodo dicitur prius secundum ordinem ad aliquod primum. Sexto modo dicitur prius secundum cognitionem, siue viam doctrinæ. Septimo dicuntur priora, quæ sunt passiones subiectorum priorum. Octauo dicuntur priora secundum naturam, & subſtantiam, quæ contingunt esse sine alijs, & alia non sine ipsis.

Potentia & potens multis modis.

SECVNDO sciendũ, quòd consequenter Philosophus ponit modis potentię: & sunt tres. Primus modus, idest primomodo dicitur potentia de potentia

B actiua, quæ est principium motus, vel mutationis in altero inquantum alterum; & talis aliquando est extra passum, vt ars ædificatiua. Secũdomodo dicitur potẽtia passiua, quę est principium tranſmutandi ab altero inquantũ alterũ. Tertiomodo dicitur de potẽtia resistiua: & inde est, q̃ qui nõ possunt resistere dicimus impotentes. Consequenter ponit tres modos potentis. Primo modo dicitur potens secundum potentiam actiuam. Secundo secundum potentiam passiuam. Tertio ſm potẽtiam resistiuã. Sed impotẽtia dr̃ duobus modis. Vnomodo priuatiue: & sic est carẽtia potẽtiæ in subiecto nato. Secũdo dr̃ im potẽtia per oppositũ ad potẽtiã. Similiter impossibile dr̃ dupliciter. Primo mõ quia caret potentia. Secundomodo dr̃ cuius oppositũ est necessariũ: & sic impossibile cõuenit propõnibus,

C Sed possibile dr̃ tribus modis. Primo illud cuius cõtrariũ nõ est necessariũ. Secũdo mõ illud, qđ est verũ. Tertiomodo illud, qđ est cõtingenter verũ. Cõsequẽter ponit modis q̃ti, & eius diffinitionẽ, dicẽs: q̃rum est, qđ est diuisibile in ea, quæ insunt: quorũ singulũ natũ est esse hoc aliquid. Deinde dicit, quòd duæ sunt species eius. ſ. multitudo, & magnitudo: magnitudinis tres sunt species. ſ. linea, superficies, & corpus. Item quantorum quędam sunt quanta secundum se: alia secundum accidens. Item quantorum per se quędam sunt essentialiter quanta: alia sunt passiones, vt breue, & longum. Item quantorum per accidens quædam sunt quanta pure per accidens, vt musicum: alia per alterum, vt tempus, & motus: motus est quantus per terminum, & tempus per motum.

Magnitudinis species quot.

D

Modi perfecti quot & qui.

TERTIO sciendum, quòd consequenter Philosophus ponit modis perfecti, qui sunt quinq;. Primomodo dicitur perfectũ extra, qđ nõ est accipere aliquid, qđ sit eius pars; vt tempus dr̃ perfectũ cui nihil deest, qđ est pars ei⁹. Secũdomodo dr̃ perfectũ, cui nulla dispõ qualitatiua deficit: ſm q̃ dicimus aliquẽ studentẽ esse pfecte studiosum. Tertiomodo dr̃ perfectũ, quod attingit ad virtutem, vel propriam perfectionem eius. Quartomodo aliqd dr̃ pfectũ, quod pertinet ad finẽ propriũ: & ille modus transfertur ad malam significationem: quia dicimus aliquem esse perfecte corruptum. Quinto aliqd dr̃ perfectũ q̃ habet aliquid horum, q̃ dicta sunt: vel q̃ est ſignum

E gnum, vel effectum aliquorum eorum, quæ dicta sunt. Præterea dicit, quòd terminus dicitur no
Termin⁹ nem modis. Primomodo dicitur vltimum rei. Secundo dicitur, vltra quod non contingit aliquid accipere. Tertiomodo aliquid dicitur, in quo sunt omnes res terminatæ. Quartomodo dicitur forma magnitudinis, vt figura. Quintomodo dicitur finis, ad quem tendit motus. Sextomodo dicitur a quo motus incipit esse. Septimomodo dicitur finis, gratia cuius aliquid fit. Octauomodo dicitur substantia, idest forma substantialis. Nonomodo dicitur termi
Secundũ nus, quod quid erat esse, idest diffinitio quidditatiua. Secundũ autem dicitur quinque modis.
F Vnomodo dicitur secundum, illud, quod est species, & forma rei. Secundomodo dicitur de subiecto alicuius formæ: vt homo est coloratum secundum superficiem. Tertiomodo dicitur de causa efficiente. Quartomodo de causa finali. Quintomodo significat positionem: vt secundum, quod egpit, secundũ quod vadit. Per se dicitur quinq; mo
Per se. dis. Primus est quando diffinitio quidditatiua prædicatur de diffinito, vel de aliquo eius supposito. Secundus est quando pars diffinitionis prædicatur de diffinito. Tertius est, quando prædicatum inest subiecto primo tanquam passio eius. Quartus est, quod per se inest, & non per causam aliquam: vt homo per se est homo. Quinto capitur pro solitarie: vt homo per se.

QVARTO sciẽdum, quòd consequenter dicit Arist. quòd positio accipiẽ dupliciter. Vno- G
modo pro ordine partium inter se. Secundo pro ordine partium ad locum. Habitus dicitur quatuor modis. Primo, vt actio habentis, & habiti, mouentis & moti. Secundomodo dicitur habitudo media inter continens, & contentum, vestem, & vestitum. Tertiomodo dicitur dispositio secundum quam aliquis se habet bene, vel male. Quartomodo pro parte talis dispositionis: quia virtus partium dicitur habitus. Similiter passio tribus modis dicitur. Primo modo p̃ qualitatibus, ẽm quas fiunt alterationes corporum. Secundo pro alteratione, quæ fit secundum huiusmodi qualitates. Tertiomodo pro alteratione tristi, & noticia. Quartomodo pro magna calamitate. Priuatio dicitur septem modis. Primo dicitur carentia alicuius dispositionis in aliquo. Secundomodo dicitur carentia dispositionis in aliquo, quæ nata est inuenire in aliquo sui generis, vel suæ speciei. Tertiomodo pro carentia dispositionis, quæ nata est haberi ab eo pro tempore pro quo nata est habere. Quartomodo dicitur priuatio ablatio alicuius rei per violentiam. Quintomodo dicitur habere aliquam dispositionem, sed tarpem. Sextomodo priuatio dicitur, habere parum de aliqua dispositione. Septimo dicitur cum difficultate haberi. Habere dẽ quatuor modis. Vno modo habere est alterum secundum imperium ducere: vt febris habet hominem. Secundo dicitur habere formam sibi inhærentem. Tertio sicut continens habet con-

Positio habitus, Priuatio Passio, et Habere quotuplex esse dicatur.

A tentum. Quarto, quod prohibet ipsum moueri, vt columna habet pondus supra positum. Ex alio autem dicitur tot modis quot modis dicitur habetur. Ex alio dicitur sex modis. Primo aliquid dicitur ex alio tanquam ex materia siue propinqua siue remota. Secundo tanquam ex agente. Tertio sicut pars est in toto, vel sicut totum est in partibus. Quarto sicut species ex genere, & differentia. Quintomodo, quia est ex aliqua parte eius, vt puer dicitur esse ex patre & matre. Sexto, quia est post illud: vt ex mane fit meridies. Et hæc de primo arti. &c.

Art. 2.

Quotũ modis totius, & partis.

DVBITATVR primo, quot sunt modi totius & partis. Ad quod dicitur, quòd pars dicitur quinq; modis. Primo dicitur de parte aliquota, quæ aliquotiens sumpta mensurat totum. Secundo dicitur de parte
B quantitatiua. Tertio dicitur de parte subiectiua. Quarto de materia, & forma respectu compositi. Quinto de parte diffinitionis, vt sunt genus, & differentia. Totum dicitur duobus modis. Primo, quod est perfectum. Secundo, quod habet partes: & iste modus diuiditur in totum, quod sub se multa continet, & totum integrale, quod ex suis partibus componitur. Deinde ponit differentiam inter totum, & omne: dicens quòd vtimur isto termino totum in illis, quæ habent partes, quarum diuersitas situs substantialiter diuersificat ipsum, vt dicimus tota domus: sed vtimur isto termino omne, quando illud, quod habet partes, quarum diuersitas in situ non diuersificat ipsum, C
vt dicimus omnis aqua.

Quot sint conditiones colobom.

DVBITATVR secundo quot sunt cõditiones Colobom. Pro solutione est aduertẽdum, quod colobom: vt communiter dicitur est illud, quod est diminutum in aliquo membro: & sunt decem conditiones requisitæ ad hoc, quòd aliquid sit colobon. Prima oportet, quòd colobon sit quantum. Secũda, quod sit partibile in multas partes. Tertia, quòd aliqua pars ab eo ablata sit minor eo. Quarta quòd remaneat eiusdem speciei post ablationem partis. Quinta, quòd sit totum heterogeneum. Sexta, quòd tale totum cum partibus compositionem. Septima, quòd pars ablata non
D sit de principaliorib⁹. Octaua, quòd sit continuum. Ex quo sequitur, quòd harmonia non est colobon. Nona, quòd pars ablata sit exterioribus, & non de interioribus. Decima est, quòd illa pars non sit nata regenerari.

Modi, et diuersitates Generis.

Consequenter ponit modos generis, & sunt quinq;. Primo dicitur collectio eorum, quæ adinuicem generantur sub aliqua specie. Secundo dicitur illud, a quo multi descendunt, vt pater. Tertio p̃ subiecto respectu passionum. Quarto pro materia communi eorum, quæ adinuicem habent continuam transitionem. Quinto dicitur, quod ponitur in diffinitione quidditatiua. Sed diuersa genere dicuntur dupliciter. Vno modo secundum genus naturale, quod est materia. Alio modo secundum genus logicum: quia continentur sub diuersis generibus.

DVBITATVR tertio, quot
modis

modis dicitur falsum. Ad dubiũ respondetur, quòd quatuor modis. Primo dicitẽ falsum in propositionibus. Secundomodo dicitur falsum de re falsa. Contingit autem rem dupliciter esse falsam. Vnomodo quia non est. Secundomodo, quòd licet sit, non tamen apparet talis qualis est: vt descriptio vmbrosa apparet esse homo, & non est. Tertio modo dicitur falsum de diffinitionibus. Contingit tamen diffinitionem dupliciter esse falsam. Primo quia apparet diffinitio, & nullius est diffinitio. Aliomodo dicitur diffinitio falsa nõ simpliciter, sed respectu illius, cuius assignatur: vt si diffinitio hominis assignetur equo. Ex quo infert, quòd diffinitio est quodammodo vnum, & quodammodo multa. Quarto dicitur falsum in hominibus: & hoc contingit dupliciter. Vnomodo aliquis homo dicitur falsus, qui ex certa intentione affert alijs falsas rationes: & hoc cum quadã delectatione, & intentione fallendi. Secundo dicitur homo falsus, qui profert rationes falsas, licet non ex intentione fallendi. Ex quo infert, quòd non dicitur homo falsus, qui potest mentiri: quia tunc idem esset verus, & falsus. Finaliter dicit, quòd accidens dicitur duobus modis. Vnomodo pro illo, quod inest alicui: sed non de necessitate, neque in pluribus; & tale est contingens ad vtrumlibet: vel vt in paucioribus, vt sunt casualia, & fortuita. Secundomodo dicitur accidens, quod inest per se, neque est de substantia, neque de quidditate subiecti: & differt iste modus a primo: quia illa, quæ sunt accidentia. Secundo modo possunt esse perpetua, & non alia. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sic.

Falsum quatupliciter dicitur.

Ens dupliciter dicitur.

CONCLVSIO respõsalis: Aliqua necessaria habent causam sui esse: non tamen omnia. Prima pars patet: quia conclusiones demõstratiuę sunt necessariæ: & tamen habent causam. Secunda pars patet de primo principio. Ad rationes similiter dicitur, quòd illud, quod est necessariũ effectiue: & non formaliter non potest habere causam, seu principium: tamen illud quod est necessarium formaliter, sed non effectiue potest habere causam, seu principium.

Art. 3.

METAPHYSICAE ARISTOTELIS.

LIBER SEXTVS.

T. cõ. 1. & inde.

PRINCIPIA & causæ quę quærũtur entium: palam autem quod inquantũ entia: est enim aliqua causa sanitatis, & conualescentiæ: sunt Mathematicorũ principia, elementa, & causæ: & vniuersaliter omnis scientia intellectualis, & participans aliquid intellectus circa causas, & principia est, aut certiora, aut simpliciora, &c.

Differimus tph. ab aliis scitiis.

Quomodo metaphysicus determinare habeat de ente.

ISTE est sextus liber Metaphysicæ Arist. in quo ostendit quomodo hæc scientia habet determinare de ente. Et primo ponit hanc conclusionem: ad illã scientiam pertinet considerare causas entium inquantum entia sunt. Probat: quia ad aliquam scientiam pertinet considerare causas, & principia entis in quãtum ens: sed hoc non pertinet ad scientias speciales: quia vnaquæq; considerat causas & principia circa aliquod determinatum genus entis: vt medicina cõsiderat principia sanitatis, & mathematica principia entium mathematicalium, ex quo infert duo corollaria. Primum nõ est demõstratio substantiæ, nec ipsius, quod quidem est. Secũdũ est, nulla scientia ostendit si est de subiecto: cum nulla ostendat quid est. Consequenter ostendit distinctionem huius scientię ab alijs: ratione cuius ostendit rationes, seu conditiones physicæ, quæ sunt tres. Prima est, quòd ipsa non est factiua, siue actiua: probat: quia omnis scitia factiua, siue actiua est de rebus, quarum principium est in faciente; sed ea, de quibus est physica, non sunt huiusmodi: igitur. Secunda conditio, physica est scientia speculatiua: patet, quia omnis scientia, vel est actiua, vel factiua, vel speculatiua: sed physica non est actiua, neque factiua: ergo est speculatiua. Tertia conditio, physica est scientia specialis. patet: quia est circa aliquod determinatum genus entis: puta circa ea, quod possibile est moueri. Deinde declarat conditiones mathematicæ. Prima: mathematica est de abstractis a motu, & materia sensibili. probat: quia ipsa est de his, quæ in suis diffinitionibus, nec

Mathematica scientia conditiones.

E nec motum, nec materiam sensibilem includant: igitur. Secunda conditio, est quòd mathematica est speculativa: probatur: quia considerat ea, quæ considerat vt immobilia, & separata a materia: ergo ipsa est speculativa. Consequenter ostendit numerum scientiarum speculativarum dicens, quòd sunt tres: scilicet Mathematica, Metaphysica, & Physica probatur: quia si est aliquod immobile separabile, & sempiternum eius est aliqua scientia sempiterna, quæ neq; est physica, neq; mathematica, sed alia ab eis, & prior ipsis: sed aliquid est immobile, inseparabile, & sempiternum: igitur. Secundam partem probat: quia physica est de mobilibus: mathematica vero licet non sit de mobilibus, tamen est de separabilibus a materia. Ex quo infert, q̃ hæc scientia, quæ Rhetorica dicitur, est honorabilissima, patet: quia si est aliquid diuinum in natura ipsa de eo considerat. Secundo patet: quia ipsa est delectabilis: quia rhetoricæ scientiæ sunt delectabiliores ceteris: igitur. Et si quæratur, vtrũ mathematica sit scientia specialis, vel generalis. Respondet Philosophus, quòd mathematica, & aliæ scientiæ sunt circa aliquod determinatum genus entium: igitur sunt scientiæ speciales.

Scientiarum speculativarum vnus numerus.

An scientiæ speculativæ rite dicatæ sint a Philosopho.

QVAERITVR, vtrum diuisio, quã Philosophus diuidit scientias speculativas in physicam, mathematicam, & metaphysicam sit sufficiens. Arguitur primo, quòd non: quia scientia moralis nulla illarum est, & est speculativa: igitur illa diuisio est insufficiens. Secundo sic, Ens secundum se diuiditur in decem prædicamenta: ergo sicut vnum dividens, sicut quantitas facit scientiam specialem, scilicet mathematicam: ita alia dicunt facere scientiam. Tertio sic: Substãtia incorporea habet proprias passiones alias a passionibus entis substantiæ corporeæ: ergo sicut de substantia corporea est scientia specialis: vt scientia naturalis: ita videtur de substantia incorporea. Quarto sic, Metaphysica habet considerare omnia secundum quiditatem: ergo non videntur ponendæ aliæ scientiæ a metaphysica. Quinto sic, secundum Philosophum. 2. Phys. physica, & mathematica videntur esse de eodem, scilicet de quantitate: ergo non distinguuntur. In oppositum est Arist. in tex. In hac quæstione erunt tres art. Quantum ad primum,

Sc. 6. met tapb. q. 2.

Sc. 6. met tapb. q. 3.

PRIMO sciendum, quòd consequenter Aristot. remouet ens, supple per accidens a sua consideratione dicẽs, quòd nulla est speculatio de ente per accidens probat ratione, & signo: signo sic, nulla scientia, vel ars aliquid de eo considerat: faciẽs enim domum non facit quæcunque accidunt domui: quia sunt infinita. Ratione sic: illius, quod non est, non est scientia: sed sic est de ente per accidens: igitur. Minorem probat dupliciter. Primo, auctoritate Platonis, qui dicit sophisticam esse de nõ ente: quia rationes sophisticæ sunt

A sunt maxime circa accidens: sicut hæc ratio, Quicquid est, & non semper fuit factum est: grãmaticus musicus non semper est: ergo grammaticus musicus factus fuit: sed consequens est falsum posito, quòd prius fit factus musicus, & post grammaticus, sine conuersione quia quod factum est vnica factione factũ est: sed musicus, grammaticus factus est vnica factione: igitur. Secundo probat minorem prædictam: quia entis per se dicti est generatio, & corruptio: sed entis per accidens non est generatio, & corruptio: igitur.

Ens per accidens quid.

SECVNDO sciendum, q̃ consequenter Philosophus de ente per accidẽs mouet vnã difficultatẽ, puta, quæ sit rõ entis per accidens: & tunc facile apparebit quare eius non est scientia. Ad quã rñdetur, q̃ ens per accidẽs B accipitur dupliciter. Vnomodo pro communi intẽtione huius, quod est esse ens per accidens. Aliomodo pro illo, quod denominat ens per accidens: & hoc quinq; modis. Primo pro omni eo, quod non est substantia, & sic de eo bene est scientia. Secũdo pro aggregato ex subiecto, & accidente inseparabili. Tertio q̃ illo, quod nec accidit nec est, vt in pluribus. Quarto pro propositione vera contingenti. Quinto pro subiecto, & accidẽte separabili. De aliquo etiam est scientia dupliciter. Vnomodo tanquã de obiecto propinquo: Aliomodo tanquã de obiecto remoto: tunc dicitur, q̃ de ente per accidẽs primomodo põt esse scientia. De secũdo, q̃ de ente per accidens secũdo, & quinto modis accepto bene potest esse scientia tanquàm de obiecto remoto: & hoc in scientia subalternata: de quo aliàs satis visum est in Posterioribus. C

TERTIO sciendum, q̃ cõsequenter Arist. vult remouere falsam opinionẽ circa prædictas & est, q̃ omnia, quæ eueniũt de necessitate eueniunt: & hæc opinio fundatur in duobus. Primũ est, q̃ non est possibile aliquid fieri nisi præcedant causæ sufficientes. i. quæ sufficiũt ad hoc, q̃ fiat; secundum q̃ positis causis sufficientibus effectus, eo modo quo sufficiunt ad producendum effectum; producitur talis effectus. Dicit ergo, q̃ principia, & causæ generabilium, & corruptibilium aliquando sunt sine eo, q̃ ex eis sequatur generatio. patet, quia si non fict tunc omnia de necessitate eueniret, qđ est impossibile, quod probatur: quia si omnes effectus haberent cãm D q̃ se, ex qua de necessitate producerentur, requiritur q̃ illi de necessitate mouentur, vel per infirmitatem, vel per violentiã: nam sequeretur, q̃ si exeat domum ex necessitate morietur ex eo, q̃ inueniret latrones: & de necessitate sequeretur, q̃ si fiat exiret domum ad habendã aquam: & si comedat mortificatia moreretur. Ex prædictis infert, q̃ causarum quædam sunt ex quibus de necessitate sequeretur effectus: Vnde autem prouenit, q̃ ex aliquibus causis non semper sequatur effectus: hoc est aut a materia, aut a fine, vel agente, vel aliquo alio.

An quæ eueniunt de necessitate eueniant.

In quo cõsistant falsum.

QVARTO sciẽdum, quòd consequẽter Arist. determinat de vero, & falso: & primo ostendit, in quo consistant. Secundo,

E ostendit differẽtiam veri ab ente: Circa primum dicit, q̃ ens acceptum pro vero, & non ens acceptum pro falso cõsistũt in cõpositione, & diuisione intellectus, & faciunt sibi cõtradictionẽ: quia cuiuslibet entis altera pars est vera, & altera falsa: qđ probat: quia si in omni compositione affirmatiua est verum: tunc in omni diuisione negatiua est falsum. Et si quæratur: Vtrum verum, & falsum quæ sunt opposita possint: esse simul in aliqua anima. Respõdetur, quòd possint esse simul, & etiam separatim: q̃ simul possint formari oppositæ propositiones, & successiuę. Differt autem bonum a vero: quia bonũ, & malum sunt in rebus: verum autem, & falsum sunt in mente: non tamen in quolibet intellectu: sed in illo, qui dicitur compositio, vel diuisio. Ex quo infert, q̃ ens acceptum pro vero differt ab entibus incomplexis, quæ sunt decem prædicamenta. Ex prædictis infert, quod ens acceptum pro vero, & ens per accidens prætermittenda sunt: patet: quia alterius eorum. s. entis per accidens non est causa determinata: alterum vero est animæ passio. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundũ.

Instãtia.

F

Art. 2.

DVBITATVR primo, Vtrum diuisio scientiæ speculatiuæ realis in Physicam, Metaphysicam, & Mathematicã sit sufficiens. Pro cuius solutione supponitur, q̃ prædicta diuisio intelligenda est de scientia speculatiua stricte capta, quæ. s. ex natura sui subiecti ordinatur ad scire tanquam ad finem immediatum: nam finis immediatus cuiuslibet scientiæ est speculatio subiecti illius scientiæ: ita q̃ non est circa aliquam operationem, quæ non sit essentialiter speculatio, cuiusmodi est scientia practica. Supponitur secundo, q̃ hic est sermo de scientia speculatiua possibili acquiri ab homine ex naturali lumine intellectꝰ. s. ex principijs cognitis via sensus, memoriæ, vel experimẽti: quia omnis nostra cognitio oritur a sensu, ex primo Posteriorum: ideo non diuiditur hic scientia in aliqua scientiam, quæ sit de substãtijs separatis tanquam de obiectis. Supponitur tertio, q̃ hæc diuisio sumitur penes diuersitatem eorum, quorum neutrum cõtinet veritatem virtute alterius scientiæ, siue subiecti alterius sciẽtię. Quarto supponitur, q̃ hæc diuisio aliter etiam potest sumi circa obiecta: nam Metaphysica est maxime circa intellectualia: Mathematica vero est circa imaginabilia: naturalis, siue Physica est circa sensibilia, qđ intelligitur secundum quãdam appropriationem: omnis enim scientia est circa intellectualia; sed Metaphysicalia, nec in vniuersali, aut in singularibus sunt proprie sensibilia: & licet mathematicalia sint sensibilia, non tamen primo: physicalia autẽ primo sunt sensibilia.

Scot. vbi supr. q. 1.

G

Euth. de sensu, & sensili.

H

DVBITATVR secundo, Vtrum de ente per accidens sit scientia. Et arguitur, q̃ sic: quia de quocunq; potest esse demonstratio, de illo potest esse scientia: nam de ente per accidens possunt multa demonstrari: vt patet in textu: ergo de eo est scientia. Secundo ad idem: astrologia, & musica sunt scientiæ, & tamẽ sunt de ente per accidens musica. n. est de numero sonoro, quod est vnum per accidens. In oppositum est Arist. in textu. Pro solutione dubij supponenda sunt ea, quæ dicta sunt in Logica in primo Posteriorum, quomodo. s. scięuæ sub alternatę sunt de ente per accidens tanquam de scibili remoto: & hic non vult negare Philosophus quin de ente per accidens non sit scientia simpliciter; sed solum, q̃ de aliquo in ordine ad prædicatum accidentale, & nullo modo passionale sit scientia. Et quia hæc materia satis tradita est in libris Posteriorum: ideo ibi recurrendum est.

An de ente per accidens sit scientia.

Scot. vbi sup. q. 2.

Scot. vbi supra.

An verũ debeat ex cludi a cõsideratione metaphysicæ.

DVBITATVR secundo, Vtrum verum debeat excludi a cõsideratione metaphysicæ. Arguitur, q̃ non: quia scientia metaphysicæ. i. metaphysica est scientia prima, & communissima maxime circa primũ obiectum scibile, & intelligibile: sed illud videtur esse verum: igitur. Item vnumquodq; sicut se habet ad esse, ita ad intelligi, in secundo huius: ergo verum conuertitur cum ente: & per consequens pertinet ad metaphysicum scientia de ente. Item si verum deberet excludi a consideratione metaphysici, hoc videretur esse pro tãto, q̃ verum dicit ens diminutum: sed hoc est falsum: nã illud, quod diminuit de perfectione entis non attribuitur primo enti. s. Deo: igitur. Pro solutione est aduertendum, q̃ aliqui dicunt verum esse obiectum adęquatũ nostri intellectus: quod tamen est falsum: cum verum non sit primũ intelligibile: quid autem sit obiectum nostri intellectus, visum est in libris de anima. Vltrius est aduertendum quot modis dicitur verum: & hæc distinctio satis visa est in prædicamẽtis, vbi dicitur: Ab eo enim, qđ res est, vel non est, dicitur oratio vera, vel falsa: ibi enim dictũ est, quòd verum a quo propositio dicitur vera non est nisi conformitas actus intelligendi ad rem, quæ fundatur in illo actu intelligendi: cuius consideratio pertinet ad librum de Anima, cum ibi tractatur de omnibus actibus potentiarum. Aduertendum est vlterius, quòd verũ aliquando accipitur, vt est passio entis, & conuertitur cum ente: & illo modo metaphysicus habet bene determinare de vero, sed non primomodo. Et per hoc patet quid sit dicendum ad dubium, in quo finitur secũdus articulus. Quantum ad tertium sit.

Sco. 6. meta. q. 3.

Art. 3.

CONCLVSIO respõsalis ad quæsitum: Diuisio scientiæ speculatiuæ in tria prædicta membra est sufficiens: vt satis probatum est ex dictis. Ad rationes ante oppositum quæstionis dicitur, quòd omnes eorum solutiones satis patent in secundo articulo.

PETRI TATARETI PARISIENSIS,

In sex priores Aristotelis Moralium libros selectæ Quæstiones.

Quæstiones Præambulæ.

An uirtutes morales sint in uoluntate, uel in appetitu sensitiuo.

Sen. in 1. dist. 11. 9. unica.

IN CA libros Ethic. Arist. mouetur talis quæstio: Vtrum virtutes morales sint in voluntate, vel in appetitu sensitiuo. Arguitur primo, quod non sint in voluntate; quia voluntas est determinata ad bonum: igitur non indiget habitu inclinante ad illud bonum. Arguitur secundo sic, voluntas est libera: ergo ex se potest se determinare ad agendū: ergo in ipsa non debet poni aliquis habitus ad ipsam determinandum. In oppositum arguitur: quia volūtas habet operationes suas in sua potestate: & est illimitata, & indeterminata ad illas operationes: ergo indiget habitu determinante ipsam ad sic agēdum. Pro solutione huius quæstionis.

Bonū dupliciter.

SCIENDVM est primo, quòd bonum simpliciter, potest capi dupliciter. Vnomodo vt distinguitur contra bonum apparens: & sic idem est, quòd verum bonum: & tunc dico, quòd non potest intelligi, quòd volūtas determinetur ad bonū simpliciter tanquàm ad obiectum; quia ipsa non posset velle aliquod bonum apparens: cum potentia non possit in aliquid, nisi in eo saluet ratio sui obiecti: immo si voluntas esset determinata ad bonum simpliciter, sequeretur, quòd non posset peccare: quia non posset nisi in verum bonum. Aliomodo *Sco. ut sp pra.* acipitur bonū simpliciter pro bono in vniuersali, idest pro bono, quod est commune ad verum bonum, & bonum apparens: & tunc dico, quòd secundum communiter loquentes tale bonum est obiectum appetitiue: quia quicquid appetit, appetit sub ratione boni, siue veri, siue apparentis. Et per hoc soluitur primum argumētum. Nā voluntas nō est determinata ad bonum simpliciter, idest ad verum bonum: licet sit forte determinata ad terminata ad bonū, quod est cōmune ad verum bonum, & ad bonum apparēs. Verum autem voluntas possit ferri in illud, in quo nulla ratio boni apparet: dubium est inter Doctores.

Sco. in 1. dist. 1. q. 4. ad argu. pro opin. & in 4. dist. 49. q. 9. et in Quol. 9o. 16a ar. 1.

SCIENDVM est secundo, quòd nihil dicitur operari laudabiliter, vel vituperabiliter, nisi habeat operationes suas in sua potestate. Ex quo sequitur, quòd inanimata, & agentia naturalia, non dicuntur agere laudabiliter, vel vituperabiliter. Et si quis dicat ergo secundum appetitum sensitiuum, & etiam secundum intellectum homo nō diceretur operari neque laudabiliter, neque vituperabiliter; cū omnia illa videantur esse agentia naturalia. Respōdetur, quòd ista non sunt pura agentia naturalia: sed subijciuntur imperio voluntatis. Et dicuntur libera participative, & voluntas dicitur libera essentialiter ita, q̄ si voluntas diffiniretur, libertas poneretur in eius diffinitione sicut differentia: & secundum hoc operantur laudabiliter, vel vituperabiliter. Et secundū hoc habent habere habitus inclinātes ad sic agendum. Et si dicas, *Instātia.* si in voluntate, & intellectu ponerentur habitus, sequeretur, q̄ non essent potentiæ perfectæ: quia non possunt se determinare ad suas operationes, nisi mediantibus suis habitibus. Respōdetur, quòd non ponuntur propter hoc sed ponuntur propter illimitationem, quæ arguit perfectionem in actiuo: & non vt necessario requirantur ad hoc, quòd tales potentiæ exeant in actum: quia voluntas sine habitu potest se determinare ad sic agendum: tamen ex actione sua acquirit sibi habitum, qui determinat eam, & inclinat eam ad sic agendum. Vnde est aduertēdum, quòd in homine est appetitus sensitiuus qui semper inclinatur ad oppositum contrarium dictamini rectę rationis: ita, quòd non possemus recte operari secundum illud dictamē, nisi cū tedio, & labore: nisi per consuetudinem acquireremus habitum aliquem in nobis: & per illud potest solui secundum argumentum. Ex quo ponitur,

CONCLVSIO responsalis: Virtutes morales ponendæ sunt in voluntate, licet in appetitibus sensitiuis inueniantur habitus inclinantes ad operationes conformes rectę rationi.

An de uirtutibus sit scientia.

QVAERITVR secundo: vtrum de virtutibus sit scientia. Et arguitur primo, q̄ non: quia de sola conclusione hīs sciētia: sed virtutes non sunt conclusiones: igitur. Secundo sic: Sciētia est eorum, quæ sunt semper vel in pluribus: sed virtutes nō sunt in pluribus: quia homines, vt in pluribus sunt mali. In oppositum est Arist. in text. Pro cuius solutione.

De quo possit haberi scientia.

SCIENDVM est primo, quòd de omni illo, quod habet aliquam diffinitionem, & passionem, potest haberi scientia: sed virtus habet passionem, & diffinitionem. Vnde virtus est, quæ habentem perficit, & eius opus bonum reddit. Vnde diffinitio facit scire rem secundum notitiam incompletam, & est medium ad sciendum rem secundum

2. Ethic. cap. 5.

B cundum noticiam complexam. Virtus etiam habet passiones, scilicet esse circa difficilia, & esse moderatinam passionum: ergo videtur, quòd de virtutib⁹ possit haberi scientia tanquam supple de scibili remoto: nã de

2. Ethic. cap. 3. sola conclusione habetur scientia tanquam de scibili propinquo: de quo altàs in artibus visum est: primo Posteriorum: dubitatione secunda, circa quintũ, sextum, & septimum capitulũ. Et per hoc soluitur primum argumentum, & etiam secundum. Vnde quãdo dicitur, quòd scientia est eorum, quæ sunt semper, ideſt est de conclusione necessaria, quæ quandocunque formatur semper est vera. Aduerte etiam, quòd virtus dicitur habere causas determinatas: q̃ sunt

F ratio, seu intellectus distinguens inter bonum, & malum: voluntas eliciens bonum, & fugiens malum: & affuefactio in bonis operationibus.

Scientia de virtutibus est necessaria. SCIENDVM est secundo, quòd scientia de virtutibus est necessaria homini, non quidem necessaria simpliciter: sic, quòd homo non posit bene esse, & viuere sine ipsa: sed est necessaria secundum quid, puta ad acquirendum finem debitum homini, qui est ipsa felicitas: quæ consistit in operatione perfecta hominis, s. in visione Dei,

Ver. in 4. dist. 49. q. 1. & 4. & eius dilectione: in quo autem principaliter? dicitur, quòd in dilectione, licet aliqui oppositũ teneant. Vnde cognitio istius finis est homini necessaria: vnde G sicut sagittator non recte sagittaret ad signum nisi cognosceret signum: ita homo non recte tendet ad finem, nisi recte cognoscat finem. Item virtutes etiam sunt necessariæ homini quo ad eius perfectionem: homo enim non dicitur perfectus, nisi habeat subiectionem virium inferiorum in ordine ad rationem: & hoc fit per virtutes. Dices, sine virtutibus homo bene potest operari. Nam *Instãtia.* ad bene operandum sufficit ratio, quæ distinguit inter bonum & malum, & semper ad optima deprecatur: & voluntas potest elicere bonum, & fugere malũ: & executio potest esse per membra: igitur. Respondetur, quòd in homine præter rationem est appetitus sensitiuus, qui in plurimum inclinat in contrarium illius, quod recta ratio dictat: H propter quod est multum difficile operari, secundum quod recta ratio dictat, quia omnino tædiosum, & displicens: nisi per consuetudinem acquisitus fuerit habitus virtuosus moderans appetitum sensitiuum, & inclinans ad præcepta rationis. Et ex omnibus istis prædictis ponitur.

CONCLVSIO responsalis: De virtutibus moralibus, quas pauci homines habent, potest esse vera scientia: quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili.

A C

ETHICORVM ARISTOTELIS.

LIBER PRIMVS.

QVM is ars, & omnis doctrina: similiter autem & actus, & dilectio bonum quoddam appetere videntur. Ideoque bene enunciauerunt bonum, quod omnia appetunt, &c.

B *An omnia bonum appetant.*

QVAERITVR tertio circa primam propositionem libri Ethicorum: Verum sit vera, puta omnia bonum appetunt. Arguitur primo, quòd non: quia malum non appetit bonum, cum sit eius contrarium: igitur. Arguitur secundo: interficientes se non appetunt bonum. Item appetitus contrarij in contraria feruntur: igitur non feruntur ambo in bonum. In oppositum est Aristoteles in textu. Pro cuius solutione.

Bonũ dupliciter. SCIENDVM est primo, quòd duplex est bonum, scilicet verum bonum, & bonum apparens. Vnde verum bonum est, quod in se habet rationem boni: vt virtutes, scientiæ, quæ habent in se rationem boni: ita quòd possunt appeti propter se, vel y propter, dicit circunstantiam formalem: sed non vt dicit circunstantiam finis saltem vltimi. Aliud est bonum apparens, quòd non habet in se rationem boni: apparet tamẽ habere rationem boni: vt fornicari, adulterari, & alia huiusmodi vitia. Tunc dicitur, q̃ ibi capitur bonum in sua generalitate, vt se extendit ad verum bonum, & ad bonum apparens. Et aduerte, quòd differentia est inter istas propositiones: omnia appetunt bonũ, & bonũ omnia appetunt. Nam appetunt, facit terminum sequentem appellare suam propriam rationem: sed a parte ante facit appellare suam propriam rationem sub disiunctione ad omnem aliam: Ideo dicunt aliqui, quòd vna est vera, & reliqua falsa, puta ista omnia appetunt bonum: quia sensus est, omnia appetunt bonum sub ratione bonitatis. Dicũt etiam, quòd ista est falsa: bonũ omnia appetunt, quia nullum bonum est, quod omnia appetant: & dicunt istam esse veram, omnia bonum appetunt: quia ly bonum supponit confuse

B fuse tantum propter ly omnia. Est tamen aduertendum, quòd dicunt aliqui, quòd est aliquod bonum, quòd omnia appetunt, scilicet Deus. Deus enim primo appetit se quia diligit se: & entia vtentia ratione appetunt illud bonum: quia immediate ordinantur ad ipsum Deū, & propter ipsum Deū facta sunt. Sed alia non vtentia ratione appetunt Deum: non tamen vt illud adipiscantur: sed quia appetunt suam propriam perfectionem: vel quia ordinantur ad illa, quæ Deum appetunt.

Appetitus duplex.

SCIENDVM est secundo, quòd duplex est appetitus: de quibus in primo Phys. sufficienter tractatur. Vnde est aduertendum, quòd voluntas ante actum voluntatis appetit naturali appetitu bonum, idest inclinatur

C ad bonum sed per actum suum actualiter rendit in bonum: & hoc non est inconueniens. Est vlterius aduertendum, quòd in malo duo sunt aduertenda seu malum potest capi dupliciter. Vnomodo pro significato materiali: & sic est ipsum subiectū seu res habens malitiam vt homo: & sic non est dubium quin malum appetat bonum. Aliomodo capitur pro significato formali: puta pro malitia, quæ non est nisi carentia bonitatis vel rectitudinis, quæ deberet in esse actui: & sic malū nō appetit bonū: quia nihil est. Et per hoc soluit primū argumentū: malū & bonum pro significato formali opponuntur priuatiue. Vlterius est aduertendum, quòd homo in anxietate positus appetit ab ea liberari: & ita appetit bonum. Et videt, quòd ab ea non potest liberari nisi per interfectionem sui ipsius: ideo eligit seipsum interficere. Vnde appetit primo bonum, & mediante ratione erronea illud, quod est simpliciter malum, apparet sibi bonum: ideo non appetit sub ratione mali: sed sub ratione boni. Et per hoc soluitur secundum argumentum. Est vlterius aduertendum, quòd appetitus contrarij appetunt contraria sed non contraria, quæ se habent sicut bonum, & malū: sed bene alia contrarietate: vt ignis appetit moueri sursum: & aqua deorsum. Et per hoc soluitur tertium argumentum. Ex quibus omnibus sequitur.

CONCLVSIO responsalis: Omnia bonum appetunt: licet multi malum appetant.

H IDCIRCO politicæ nō est proprius auditor iuuenis Inexpertus enim est eorum, qui secundum vitam sunt actuum, &c.

An scientia moralis prosit iuuenibus.

QVAERITVR quarto, Vtrum scientia moralis sit vtilis iuuenibus. Et arguitur primo, quòd sic: quia iuuenes proficiunt in alijs scientijs speculabilibus: igitur in ista. Arguitur secundo sic. Dicit enim Aristo. secundo huius, quòd non parum refert iuuenem sic vel sic assuefieri. In oppositum est Arist. in textu. Pro cuius solutione quæstionis.

SCIEN-

A SCIENDVM est primo, q̄ ista scientia dicitur esse vtilis iuuenibus: quia consuetudo audiendi aliquid in pueritia disponit iuuenem ad audiendum talia magis, quàm audiendum extranea. Vnde dicit Commentator, quòd cum quis assuetus fuerit a pueritia credere sermones falsos: illa consuetudo inducet ad negandum veritatem: ideo multum prodest pueris, & iuuenibus bonos sermones, & bonam doctrinam audire. Item sicut se habet medicina ad corpus: ita ista scientia ad animam: sed medicina, & præseruatiua corporis ab ægritudine: ergo ista scientia erit præseruatiua

Dubium animæ a pacto, quod est ægritudo animæ. Sed dubium est, vtrum ista scientia sufficit ad faciendum iuuenes bonos. Ad

B quod respondetur, quòd non quia ratio multum impeditur in ipsis propter o positionem potentiæ nutritiuæ, & augmentatiuæ. Vnde in iuuenibus natura totaliter dirigit, & inclinat iuuenes ad augmentum, & nutrimentum, propter quod impeditur ratio ideo illi non vtuntur ratione ad illa, quæ sunt ipsis necessaria: ad nutritionem vero se habent sicut bruta animalia: & ex hoc trahunt quandam cōsuetudinem a qua non possunt retrahi nisi quadam violentia ideo cū talis assuefactio trahit iuuenem, non potest hæc scientia suum effectum habere, nisi moniti omnibus parentum vel magistrorū, vel opprobrijs vitiorum, vel cō tumelijs, vel verberibus coguntur. Vnde finis huius scientiæ non

C est cognitio: sed est operatio actus virtuosi moderantis impetus illicitos. Vnde pueri propter inclinationem ad nutrimentum & augmentum, & ad coitū sunt secutores passionum: ideo nisi coacti nolunt audire istam scientiam. Ideo dicebat Arist. q̄ hæc scientia non est vtilis neq; conueniens iuuenibus.

SCIENDVM est secundo q̄ principia huius scientiæ non sunt euidentia iuuenibus propter inexperientiā actuum humanæ vitæ, sed solum forte sunt credita & accepta auctoritate doctorum. Vnde dicit Hesiodus conformiter ad Aristo. in textu, q̄ tria sunt genera hominum. Aliqui sunt qui per se tacienda intelligunt & intelligenda perfectis: & isti sunt optimi Alij sunt qui per se non intelligunt facienda: sed intelligentibus obediunt: & isti sunt D boni. Alij sunt qui nec per se intelligunt facienda nec intelligenti obediunt: & isti sunt male affecti & pœnitus inutiles: & ex istis se quuntur atiquæ propositiones. Prima iuuenes non sunt proprij auditores huiꝰ scientiæ propter hoc, q̄ non sunt experti de actibus humanis. Secunda propositio: iuuenes sunt bene idonei ad habendam aliquam credulitatem de his, quę in illa scientia tractantur per auctoritatem doctorum. Tertia propositio iuuenes non sunt proprij auditores huius scientiæ quo ad excercendum actus virtuosos, nisi concurrente correctione parentum vel magistrorum. Ex quo sequitur q̄ isti existentes sub debito regimine sunt vtiles auditores huius scientiæ.

E tiæ. Sed dubium est vtrum prouecti sint sufficientes auditores
Dubium huius scientiæ. Pro cuius declaratione est aduertendum ꝙ triplices inueniuntur prouecti: quidam sunt depranati iudicij & depranatæ voluntatis: & isti non sunt vtiles auditores huius scientiæ: tantũ isti poterunt fieri vtiles propter hoc, quòd tãdem vitam suam cognoscent turpem esse & vituperabilem: ideo ad alios actus se dirigent: nisi omnino sint depranati: & isti vocantur ab Arist. iuuenes non ętate, sed virtute: quia non sunt moribus prouecti, sed iuuenes. Alij sunt habentes firmam voluntatem bene agendi & in operibus virtuosis affluenti: & isti sunt putiles auditores huius scientiæ: & isti sunt qui principia sine formidine acceptabunt. Alij sunt qui
F habent rectum iudicium rationis & bonam voluntatem, aliquando tamen superatam & trepidantem ex impetibus passionum, & isti sunt etiã vtiles: quia licet impetus passionum nõ possint refrenare: tamen per hanc scientiam istud sufficienter possunt ponere: & per ista soluuntur rationes; Sequitur.

CONCLVSIO responsalis: Iuuenes non sunt penitiles auditores huius scientiæ: quæ conclusio relinquitur probata ex dictis.

MVLTI quidem & grauissimi voluptatem: ideo vitam diligunt voluptuosam. Multi omnino bestiales videntur esse vitam pecudum eligentes: adipiscuntur autem rationem: quia multi eorum, qui in potestate patiuntur similia sardanapalo &c. G

An felicitas consistat in bonis exterioribus.

QVAERITVR Vtrũ felicitas consistat in bonis exterioribus. Et arguitur primo ꝙ sic: Quia consistit in statu perfectissimo; quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: sed per diuitias homo habet illum statum: quia habet quicquid vult. Arguitur secundo sic: In illo consistit felicitas quòd maximè ab homine appetitur, sed diuitiæ ab homine maxime appetuntur: igitur. In oppositum est Arist. in tex. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum est, ꝙ felicitas non consistit in bonis H exterioribus: quod probat quadruplicitèr secundum quòd quatuor dicuntur conuenire felicitati. Primo probatur ex parte appropriationis ipsius felicitatis. Vnde felicitas debet esse prorium bonum homini & in ipso existens: sed bona exteriora non existunt ipsi homini; quia ista bona exteriora non sunt nostra: sed magis bona fortunæ: vnde sicut fortuna dedit nobis taliter põt nobis auferre. Secundo probatur ex parte acquisitionis. Vnde bona exteriora quandoque acquiruntur per violentiam, quandoq; per fraudem, quandoque ex parentibus; sed illa non conueniunt felicitati; igitur. Item bona exteriora cum labore acquiruntur; cum timore custodiuntur; & cum maximo dolore relinquuntur; & ista

A & ista felicitati non cõueniunt. Tertio probatur ex parte excellentiæ fœlicitatis. Nam fœlicitas est summum bonorum humanorum, sed bona exteriora nõ sunt summa bona; quia cõtingit eis male vti. Quarto probatur ex parte sufficientiæ: nam fœlicitas & bona felicitantia satiant appetitum habentis: quia fœlicitas est vltimus finis, vltra quẽ nihil quæritur, sed bona exteriora non sunt huiusmodi: immo appetitus eorum est infinitus. i. insatiabilis: vel ad infinita tendens; nisi superiori virtute regatur: puta deo vel habitibus virtuosis per quos dirigitur homo ad bene agendum.

SECVNDO sciendum est, ꝙ felicitas non dicitur consistere in honoribus. Quod probat: quia felicitas non consistit in potestate alterius: sed ꝙ homo ho
B noretur nõ est in potestate sua: sed in potestate alterius: igitur. Item honor non quæritur nisi tanquam signum: ergo magis virtutes quæruntur; consequẽs est nota. Et añs probatur: quia honor est exhibitio reuerentiæ in signum virtutis vel
Instãtia. excellentiæ. Et si quis dicat, aliqui appetunt honores: & tamen non appetunt virtutes: igitur. Respondetur ad hoc, ꝙ appetentes honores qui non debentur ipsis dicuntur vitiosi scilicet ambitiosi. Dico vlterius quòd sicut sunt aliqui qui magis volunt videri sapiẽter, quàm esse & non videri; ita aliqui magis volunt videri esse sapientes vel boni, quàm esse & non
Dubium videri. Sed dubium. est vtrum aliquis possit licite honores appetere. Respondetur quòd ialtem indirecte; quia bonum est C diffusiuum suiipsius: ideo quis potest licite appetere reuerentiam; vt facientes reuerentiam efficiantur meliores, aut conseruentur in bonitate habita. Sed dubium est vtrum in nummo consistat felicitas. Et videDubium tur ꝙ sic; quia per nummos habemus quicquid volumus. Respondetur, quòd possumus habere quicqd volumus per nummos quo ad bona exteriora; sed non interiora: sed ex isto nõ sequitur ꝙ in ipso consistat felicitas; quia nummus non amatur, nisi propter aliud; & felicitas propter se: & per ista sufficienter soluuntur argumenta. Dico vlterius, quòd si aliquis in infinitum appetat, hoc non est nisi propter corruptionem appetitus, & eius depranationem. Et ex omnibus D istis ponitur.

CONCLVSIO responsalis; Felicitas humana non consistit in bonis exterioribus: quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili.

An felicitas consistat voluptatibus.

QVAERITVR Vtrum felicitas consistat in voluptatibus. Et arguitur primo quòd sic; quia quod est summè appetibile hoc est felicitas; sed voluptas est huiusmodi. Nam tam sapientes, quàm ratione carentes appetunt illam. Arguitur secundo. Felicitas est quid delectabilissimum; sed nihil est delectabilius, quàm illud, quod est ipsa delectatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B delectatio: igitur. In oppositum est Arist. in tex. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendū est, quòd quatuor dicuntur esse bona corporis: scilicet viuacitas sensuum, cui correspondet in anima prudentia. Secundum bonum corporis est pulchritudo: cui respōdet in anima temperantia. Tertiū est robur; cui in anima correspondet fortitudo. Quartum est sanitas: cui correspondet iustitia. Et ex istis ponitur talis conclusio: ꝙ in nullo bono corporis consistit felicitas: quæ conclusio potest probari. Primo quia felicitas nō est cōmunis hominibus & brutis: sed ista quatuor bona sunt ipsis communia: igitur. Item felicitas non præbet occasionem ad peccandum: sed ista bona corporalia F præbent occasionem ad peccandum: vt patet primo de pulchritudine: quæ sępe trahit ad luxuriam: & viuacitas sensuum ad ociositatem: robur autem ad subiectionem: robustos vt in plurimum subiectos videmus esse. Et sic patet, quòd fœlicitas non consistit in bonis corporis: patet etiam quòd non consistit in voluptatibus. Item sanitas magis est signum alicuius turpis: vnde vt in plurimum sanum corpore contingit esse fatuum & impium. Et per hoc soluitur primum argumentum: frequentates enim voluptates sunt omnino bestiales, vitam pecudum eligentes. Et aduerte, quòd voluptas propriè est in cibo, potu, & coitu: quę maxime præbent occasionē delinquendi, & corpus ipsum totaliter corrumpendi. Vnde dicit Aristoteles, quòd raro infelices G sunt sine voluptate.

Quatuor sunt bona corporis.

Voluptas appetibilis est.

SECVNDO sciendum est, ꝙ voluptas aliquomodo appetibilis est: hoc est quia est vitæ necessaria. Sed cauendum est ne multum in se appetatur: quia status turpis vitæ adesset. Aduerte, quòd tristitia magna de facto multum abhorretur: & maxime ab illis, qui non sunt confirmati in virtutibus, & valde aggranat sensum. Aduerte etiam, quòd licet voluptas sit delectatio, non tamen est summa delectatio. Nam delectatio, quæ sequitur ad fœlicitatem: puta ad clarā visionem dei, & eius summam dilectionem, est summa delectatio: ideo non sequitur; voluptas est delectatio: ergo in ipsa est felicitas. Et per hoc soluitur secundum argumentum. Et aduerte, quòd licet multi delectationem propter se desiderent: & rem delectabilem propter delectationem: hoc non H est secundum ordinem naturæ. Natura ordinauit: vt delectatio propter rem delectabilem appeteretur. Ex quo sequitur, quòd res delectabilis est simpliciter melior, & appetibilior ipsa delectatione. Vtilum est enim quomodo fœlicitas cōsistit principaliter in operatione, & non in illo quod sequitur operationem. Et si dicas: remota voluptate remouetur fœlicitas, & nū quam appeteretur. Respondetur. ꝙ istud argumentum nihil concludit: quia si concluderet, concluderet, ꝙ media ad finem sunt meliora ipso fine: quia ipsis remotis remouetur finis. Et si dicas: sūmè fugibile est mors: ergo summæ appetibile est vita.

Con-

A Consequentia videtur esse nota. Et antecedens probatur quia omnium terribilium terribilissimum est mors: vt habet Arist. quarto huius. Respondetur: ꝙ licet illud quod maxime fugitur appetitu sensitiuo, sit mors: non tamen secundū rectam rationē: immo secundum rectam rationem est abhorrendum plures vitijs animā de priuari quam animam a corpore aliquomodo separari.

CONCLVSIO responsalis: Licet aliqbt voluptas sit delectatio; felicitas tñ neq; in voluptate, nam in delectatione consistit, quæ conclusio relinquitur probata ex dictis.

An felicitas consistat in operatione, vel in virtute.

B QVAERITVR Vtrum fœlicitas consistat in operatione, vel in virtute. Arguitur primo, quòd non in operatione, sed magis in virtute: quia operatio est laboriosa, & per consequens non est delectabilissima: ergo in ea non est felicitas. Arguitur secundo sic: Dirigens est nobilis directo; sed virtus dirigit ad operandum; igitur. In oppositum videntur esse doctores. Pro cuius solutione.

Ide in 4. dist. 49. sparsim hic vide.

SCIENDVM est primo ꝙ felicitas capitur duobus modis. Vnomodo vt est status omnium bonorum agregatione perfectus & sic felicitas non est aliquid per se vnum: sed est aliquid aggregatum ex omnibus bonis. Vnde felicitas isto modo omnia continet quæ vir bonus habere mallet, quàm non habere; vt vir bonus magis vellet C habere omnes virtutes scientias & earum operationes & alias perfectiones: & de hac felicitate loquitur Arist. in multis passibus. Aliomodo capitur pro vno simplici bono, quod est melius & perfectius inter cætera quæ homini conuenire possunt. Ideo quærere vtrum felicitas cōsistat in operatione vel virtute: nihil aliud est quærere, quàm quod illorum est perfectius. Vnde de numero actuum quædam sunt transeuntes, alij immanentes; immanentes sunt simpliciter perfectiores transeuntibus; ideo in ipsis transeuntibus non oportet ponere felicitatem. Sed de actibus immanentibus ponitur talis conclusio cum Arist. ꝙ actus virtutis est melior, nobilior, honorabilior ipsa virtute; D quia per actus homo magis laudatur, quàm per virtutes: quia per ipsos magis attingitur obiectum, quàm per virtutes. Sequitur ergo quòd postquàm actus sunt perfectiores & nobiliores quam habitus, vel virtutes; ꝙ in ipsis est ponenda felicitas & non in virtutibus, vel habitibus.

Fœlicitas duplicatur.

SCIENDVM est secundo, ꝙ pro solutione rationum dicitur quòd operatio in qua consistit felicitas non est ex se laboriosa; immo est summè delectabilis. Sed si dicatur laboriosa hoc est ex parte corporis & virtutum sensitiuarū: operationes enim potentiarum non organicarum, puta intellectus, & voluntatis non sunt laboriosæ: nisi propter indispositionem virtutum sensitiuarum. Vnde aduerte ꝙ operatio, in qua consistit felici-

Operatio fœlicitatis non est laboriosa.

tas

tas est tam delectabilis, q̃ oẽm tristitiam & dolorem extinguit. Aduerte etiam, quòd licet virtus & quolibet habitus inclinet ad consimiles actus quibus est genitus: tamen ratio principaliter regulat operationes nostras: & voluntas eas imperat & virtus minus principaliter. Et per hoc soluitur secundum argumẽtum. Et si dicas, si fœlicitas consisteret in operatione, sequeretur quòd dormiens, & non operans esset infœlix, & miser: sed hoc est falsum igitur. Respondetur, quòd mutatis & esse miserum opponitur felicitati duplicitèr, scilicet contrariè & priuatiuè. Si contrariè, tunc esse miserum est esse imbutum malitijs cautelis, & malis operationibus: & sic non oportet, quòd dormiens sit miser illomodo. Si autem capiatur priuatiuè, tunc est carentia felicitatis in subiecto apto nato quando, & quomodo natum est eam habere: & sic dormiens, vel alia necessitate impeditus non dicitur miser; sicut dormiens, vel existens in tenebris non dicitur cæcus: quia taliter non est aptus natus videre. Similiter dormiens taliter, non est natus habere operationem, nec per consequens felicitatem. Dico vlterius, quòd ad hoc quòd aliquis sit fœlix, non oportet, quòd semper actu operetur, sed requiritur necessariò, & solum modo sufficit, quòd sit in habitu, in potentia, vel in dispositione propinqua ad operandum. Ex quibus consequitur.

Iustitia.

P

CONCLVSIO responsalis: Felicitas non consistit in bonis exterioribus, neque in virtute; sed consistit in operatione virtuosa, quæ est diligere deum super omnia: & propter seipsum.

G

VIDEBITVR autem vtiq; melius esse forsitan, & oportere, & pro salute veritatis, & familiaria destruere, specialiterq; Philosophos existentes: ambobus enim existentibus amicis sanctum est præhonorare veritatem &c.

An veritas præferenda est amicis.

QVAERITVR Vtrum si amicus & veritas dissentiant, vtrum veritas sit præferenda amicitiæ. Arguitur primo, q̃ non: quia illud est faciendum per quod politica cõmunicatio magis conseruatur: sed ipsa magis conseruatur præferẽdo amicitiam veritati quàm ecõtrà: igitur. Maior est nota: & minor p̃bat: quia quantum est inter ciuesde politica cõmunitate inter eos oportet esse de amicitia.

H

Arguitur secundo sic: Amicitia est præferenda iustitiæ: ergo veritati: consequentia est nota, cum iustitia sit excellentior virtus: Antecedens probatur: q̃ illud est melius quod est magis per se sufficiens: sed amicitia est huiusmodi respectu iustitiæ. Patet: quia minus indigemus iustitia, quàm amicitia. patet i quia amici non indigent iustitia, & tamen iusti indigent amicitia: igitur. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum est, quòd

A quòd triplex est amicitia, scilicet propter vtile, propter delectabile, & propter honestum. Duæ autẽ primæ possunt quandoque esse pranę: ideo de illis non est mirandum, si veritas talibus amicitijs sit præferenda. Tertia autem amicitia est, quæ sola est amicitia est bona, nec potest esse mala, vt videbitur in 8. & de ista quærit quæstio. Aduerte quòd veritas, vt de ea loquimur est conformitas nostræ cognitionis, aut etiam nostri sermonis ad rem: & hæc veritas est perfectio, & bonum nostri intellectus; ideo intellectus semper deficit a complemẽto suæ perfectionis quamdiu est in opinionibus falsis: & tamen non est imaginandum, quòd falsitas sit peccatum in nobis; quia non prouenit ex

Triplex ♀ amicitia.

Sentus 8. Met. q. 1. & in 1. c. 1. q. 4. in 2. art.

E culpa nostra; sed ex debilitate naturæ. Vnde notum est, quòd amatores veritatis & ipsius profundi scrutatores incurrunt sæpe falsas opiniones; ideo videtur q̃ falsitas non est peccatum in nobis.

SECVNDO sciendum est, quòd amicitia est virtus, aut non est sine virtute, sic q̃ in nullum amicorum stare potest cũ vitio. Ex quo sequitur, q̃ nullus amicorum vellet substinere falsum aliqd scienter; immo vel let docere oẽ verũ & relinquere omnes falsas opiniones. Ex quo sequitur, q̃ si veritas & amicus dissonẽt: veritas est semper præferenda amico: ita q̃ magis est sustinenda, quàm amici falsa opinio: quia bonum magis semper est faciendum, quàm malũ; igitur. Est etiam aduertendum, q̃ destructio amicitię est corruptio communitatis: ita q̃ dissentire amico in velle aut nolle, est corrumpere amicitiam; Dico vlterius q̃ præferre veritatem amico idest opinioni falsæ amici non est dissentire amico: sed est dissentire opinioni amici; & non voluntati amici: cum ipse velit doceri omnem veritatem. Et si dicas, volo q̃ amico placeant tantum opiniones falsę tunc offendetur in reprobationibus earum: quid tunc faciendum? Respondet quòd in hoc ille esset vitiosus & nũ amicus: & per hoc soluitur prima ratio. Notum est q̃ corruptio amicitiæ est destructio communitatis ciuilis. Dicitur etiam q̃ dissentire in velle vel nolle amici est destruere amicitiam: sed non dissentire opinioni falsæ. Ad secundam dicitur quòd quãdo dicit Arist. quòd iustitia est præclarissima virtutum, intelligit de iustitia legali & communi quæ videtur esse omnis virtus; de qua in quinto tractabitur & non de iustitia particulari. Et per hoc ponitur.

Amicitia ♀ virtꝰ.

C

Obiectio.

D

CONCLVSIO responsalis; Non solũ amico, sed amicitiæ veritas est præferenda; idest, veritas est præferenda opinioni falsæ amici; quæ conclusio relinquitur probata ex dictis.

SI enim & est vnum quid communiter prædicatum bonum, vel separabile quid secũdum seipsum: manifestum quòd non vtique erit operatum, neque possessum homini: nunc autem tale aliquid quæritur &c.

An feli-

A *An felicitas consistat in bona separato.*

QVAERITVR Vtrum felicitas consistit in bono separato. Arguitur primo ꝙ sic: Quia consistit in deo, cum deus sit finis omnium & deus est bonū separatum: igitur. Secundo sic; Bonum magis consistit in fine gratia cuius, quàm in fine quo: quia finis quo, est propter finem gratia cuius: igitur; & talis finis gratia cuius non est nisi bonum separatum igitur. In oppositum est Arist. in textu. Pro cuius declaratione.

SCIENDVM est primo, quòd difficultas huius quæstionis est propter æquiuocationem huius, quòd est bonum separatum. Vnde si per bonum separatum intelligat quandam quid
F *De his vide Scotum. in 1. d. 35. q. unica.* ditatem, vel naturam separatam & distinctā a singularibus quæ est de essentia illorum singularium: a qua tamen singularia dependent essentialiter secundum ipsam permanens; & prædicatur de bonis, quemadmodum videtur ꝙ Plato imaginatus fuit: tunc nullum tale est ponendum: nec per consequens felicitas consistit in illo bono, cum nullum sit tale. Dico etiam ꝙ dato ꝙ esset aliquod tale, istud nō esset bonum possessum & operatum ab homine: & tamen nos hic quærimus tale bonum: ideo non potest dici felicitas hominum, saltem in ratione possessi: neq; ratione exempli: vt patet in textu. Aliomodo per bonum separatum possumus intelligere bonum, quod est finis omnium aliorum bonorum, gratia cuius cetera operantur: & omnia ab eo essentialiter dependent, & est omnium creator: & sic capiendo bonum separatum notum est ꝙ felicitas nostra consistit in illo; quia tale non est nisi deus gloriosus. G

SCIENDVM est secundo ꝙ felicitas nostra non consistit in deo subiectiuè; quia tunc per eam non sic essemus formaliter felices. Deus etiam nullius potest esse subiectum: Dico ergo ꝙ felicitas nostra consistit in deo vel bono separato obiectiuè id est deus est illud quod per operationem nostram in qua consistit felicitas nostra attingitur: ideo dicitur felicitas nostra consistere in deo obiectiuè; Notum est enim, ꝙ felicitas humana, nihil aliud est, quam operatio hominis secundum virtutem perfectissimam; quæ secundum Theologos est ipsa charitas: sed secundum philosophos videtur esse sapientia: Ideo ponitur. H

Felicitas nostra non cōsistit in deo subiectiuè.

CONCLVSIO responsalis: Felicitas nostra non consistit in tali bono separato, quale Plato videtur posuisse; quæ conclusio relinquitur satis probata in primo notabili; in quo etiam sufficienter soluuntur rationes.

QVID igitur vnicuiq; bonum. aut gratia cuius reliqua operata sunt: hoc autem in medicinali quidem sanitas: in militari vero victoria. In edificatiua autem domus. In alio vero aliud. In omni autem electione & operatione finis: huius enim gratia reliqua operantur omnes &c.

An appe-

A *An appetibile propter se tantū sit per se finis appetibilis propter se, & propter aliud.*

QVAERITVR Vtrum, qđ est appetibile propter se tantū, sit perfectius, quàm illud quod est appetibile propter se, & propter aliud. Arguitur primo ꝙ non: quia melius est quod est tantum & amplius: sed eligibile propter se & propter alterum est huiusmodi. Arguitur secundo sic; Sūmum bonū quod est deus; non solum propter se, sed propter aliud est eligibile: quia illud quod est gratia alterius, est eligibile propter aliud: sed deus est huiusmodi: Igitur. In oppositum est Ari. in textu. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum est, ꝙ aliquid eligitur propter aliud
B dupliciter. Vnomodo prima intentione. Secundomodo secunda intentione. Vnde illud quod appetitur prima intentione; est nobilius: & sic dicimus ꝙ omnia appetuntur propter deum prima intētione: sed illud quod
Electio ꝙ per aliud duplex. appetitur secunda intentione est perfectius altero: quemadmodum dicimus ꝙ deum appetimus propter ista inferiora secunda intētione: hoc est ꝙ deus potest diligi propter alterum; minus tamen dilectum vel iterum illud in deū referendo. Ex quo sequitur ꝙ finis semper est nobilior his, quæ sunt propter ipsum secundum primam intentionē: & alia non dicuntur bona nisi propter ipsum: & sic dicitur ꝙ semper deterius est gratia melioris; & hoc est quod cōiter, dicitur ꝙ duplex est finis scilicet secundum primam intentionem: & secundum secundam C intentionem. Finis secundum primam est semper melior his quæ sunt propter ipsum: & ex eius bonitate alia dicuntur esse bona. Finis secundum secundam intentionem est res inferioris ordinis, ordinata ad finem principalem seu ad finem primum primaria intentione.

SECVNDO sciendum est, ꝙ aliquid dicitur appetit, propter alterum dupliciter prima intentione. Vnomodo secun- *Vnum ꝙ per aliud vnus appetitur dupliciter.*
dum appetitum naturalem sine recta ratione regulatum. Aliomodo secundum appetitum distortum & naturalem: & secun D dum istum appetitum contingit prima intentione appetere melius propter peius. Vnde auarus principaliter posuit intentionem in pecunia: vnde non obedit deo, nec desiderat scientiam, nec habet nisi propter pecuniam: & de istis non oportet ꝙ simpliciter sint meliora: nisi solum secundum falsam opinionem appetentis. Ex quo infertur ꝙ illud quod est eligibile propter se, est melius eo quod est eligibilius propter alterum tantum. Vnde illud dicitur eligibile propter se, quod habet rō nē bonitatis: vt puta, quia de se perficit nos vel decorat nos: & illud dicitur appetibile propter alterum tantū quod non habet de se rōnem bonitatis: sed solū in relatione ad alterum: vt pecunia vel medicina amara: modo illud est melius simpliciter, quod habet in se rationem bonitatis, quàm ꝙ non habet. Et loquitur hic de bono in nobis nō sm vniuscuiusq; naturam: quia sic omne ens haberet de se for-

Universidad de Deusto
Biblioteca

E maliter aliquam rationē bonitatis. Tunc dicitur quòd illud quod est eligibilius propter sui tātum est perfectius, quam illud quod est eligibilius propter se & propter alterum; quia illud est semper vltimus finis. Dico vlterius quòd illud, quod est eligibile propter se & propter aliud; non diminuitur a sua bonitate propter hoc, quòd est eligibile propter aliud: & per hoc soluūtur rationes. Et ponit.

CONCLVSIO responsalis: Illud quod est appetibile ꝓpter se tantum appetitu recto, est eligibilius illo quod propter se, & propter aliud appetitur: quia quod est appetibile propter se & nūquam propter aliud: siue hoc sit simpliciter siue i aliquo genere est vltimus finis qui nihil exigit ipso melius: sed quod F est appetibile propter aliud dato etiam quòd sit appetibile propter se est vltimus finis.

SED forte felicitatem quidem & optimum dicere confessum quid videtur: desideratur autē manifestius quid est adhuc dici. Forte vtique fiet hoc si sumatur opus hominis &c.

An felicitas sit quid sufficientissimum.

QVAERITVR. Verū felicitas sit quid sufficientissimum. Arguitur primo quòd non; quia per se sufficientissimum facit vitam sufficientem & nullo indigentem: sed felicitas non est huiusmodi. igitur. Arguitur secundo: Felicitas cum vno minimo bono est perfectior seipsa sola: igitur non est quid sufficientissimum. In oppositum est Arist. in tex. Pro cuius solutione G

PRIMO sciēdum est, quòd felicitas potest capi dupliciter, vt iam superius visum est, & tunc dico, quòd felicitas primo modo: puta pro statu omnium bonorum &c. est perfectior quā felicitas secundomodo, puta pro uno simplici bono, quod hō posset hꝫe. Secūdo dico, quòd ipsa cum alio bono est, perfectior seipsa sine illo bono sumpta, id-est aggregatum est melius quā vnum illorum bonorum; quia plura bona sunt semper eligibiliora paucioribus bonis, dummodo in illis pluribus includantur illa pauciora. Sed dubium est; vtrum pecuniæ prosint aliquomodo ad vitam felicem. Re H spondetur ꝙ bonum quod est gratia melioris boni est semper eligibile, quandiu prodest illi bono; sed quando nocet nō plus est eligibile; quemadmodum pecuniæ non ita superabundanta sed in aliquo termino prosunt. Et si dicas, si pecuniæ pro sint felicitati, sequeretur quòd felicitas non esset per se sufficiēs bonum. Ad hoc respondetur quòd in prima intentione ipsa est per se sufficiens: quia est vltimus finis, & tantum propter se: sed in secunda intentione indiget multis, & sic non est sufficiens. Vnde felicitatis est subuenire indigentibus parentibus, liberis & toti communitati: sed istud non potest fieri sine pecunia, siue amicis. Et per hoc soluuntur argumenta.

Felicitas dupliciter capitur.

Dubium.

Obiectio.

SECVN-

A SECVNDO sciendum est, quòd ipsi⁹ felicitatis multæ sunt proprietates. Prima est, quòd ipsa est vltimus finis: quod non est intelligendum simpliciter; quia deus est vltimus finis: ꝙ non est intelligendum simpliciter; quia deus est vltimus finis; sed debet intelligi inter bona humana; ita quòd inter bona humana seu inter bonas quæ homini possint conuenire felicitas est melius. Et si dicas, felicitas hominis est accidens: quia non est nisi operatio per quam attingimus deum: ergo videtur quòd homo quia est perfectior sua operatione sit magis finis felicitatis, quàm econtra. Notandum est quòd quā docunque sunt aliqua bona ordinata adinuicem, melius semper dicitur finis respectu alio- B rum. Vnde inter omnia bona homini appositā felicitas est melius bonum: cum hoc tamen stat quòd homo est finis felicitatis, felicitatem enim diligimus propter nosmetipsos vt ipsa perficiamur. Secunda: quòd ipsa est propter seipsam eligibilis; quia ipsa ex seipsa perfectio nobilis. Tertia: quod ipsa non est propter aliud eligibilis: quod debet intelligi prima intentione & inter bona humana. Quarta quod omnia alia bona humana ideſt homini appositā sunt propter ipsam eligibilia. Quinta; quòd ipsa est quid perfectissimum; quia a nullo habet excellentiam. Sexta; quòd ipsa est quid delectabilissimum: quia perfectissima delectatio sequitur ipsam felicitatem: quia ipsa operatio quæ dicitur felicitas est de obiecto

Multæ sunt proprietates felicitatis.

nobis conuenientissimo, puta de C ipso deo. Vnde de felicitate primo modo capta notum est, ꝙ non est bonum sufficientissimum: sed secundomodo capta dicitur bonum sufficientissimū: quia inter omnia bona homini appositā ipsa est sufficientissima. Et per hoc soluuntur argumenta: Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Felicitas est quid sufficientissimum: quia ad reddendum hominem bonum & optimum ipsa sufficit: & per ipsam tantum bonum ostenditur quòd homo nihil omnino reputat alia bona.

EODEM autem modo & iusta amanti iustum: & omnino quæ secundum virtutē amanti virtutē. Multis quidē D igitur delectabilia aduersantur adinuicem: quia non naturalia sunt &c.

An multorum delectationes sibi inuicem contrarientur.

QVAERITVR Vtrum delectationes multorum sint sibi inuicem contrariæ. Arguitur primo ꝙ nō; quia omnis delectatio est quoddam bonū; sed bonum non contrariatur bono: igitur. Arguitur secundo sic: Delectatio est contraria tristitiæ: ergo non delectationi. Patet: quia vnit tantum est vnum contrariū. In oppositum arguitur auctoritate Aristo. in textu. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum est, ꝙ passiones sicut gaudium dele-

Ætatio, triſtitia, dolor ſolum inueniuntur in entibus cognitiuis & non in rebus non cognitiuis. Vnde delectatio cõſequitur ad prioꝛem cõuenientis & eius apꝛehenſionem: & triſtitia, vel dolor conſequitur fugam alicuius, quod tamen euenit vel deſiderium alicuius quod non euenit. Dico vlterius, ꝙ propriè inueniuntur in appetitibus. Pro cuius declaratione eſt aduertendum ꝙ triplex eſt appetitus, ſcilicet rationalis, qui nõ eſt aliud, quàm voluntas. Alius eſt ſenſitiuus, & alius naturalis. Vnde appetitus ſenſitiuus, poteſt capi tripliciter. Vnomodo vt eſt delictus ſuæ propriæ naturæ: & ſic eſt ſimilis appetitui brutorum. Aliomodo vt eſt regulatus ratione: & ſic nunquam obuiat ratione. Aliomodo vt eſt vitio sẽ depranatus. Vnde appetitus depranatus ſemper obuiat rectę rationi; ideo illud quod eſt delectabile appetitui ſenſitiuo depranato vitio, eſt contrarium, vel ſaltem diſconueniens rectæ rationi: & hoc eſt quod volebat dicere. Ariſtoteles quòd multorum delectationes ſunt contrariæ. Et quando dicitur bonum non contrariatur bono. Dico quòd bona, in ordine ad ea quorum ſunt bona non contrariantur: ſed ſecundum ſuas proprias naturas bene contrariantur. Et per hoc ſoluitur primũ argumentum.

Paſſiones vbi inueniuntur.

Appetitꝰ triplex.

F

Secvndo ſciendum eſt, quòd delectabilia vitioſis multotiens ſunt contraria: vt auaro commutatio pecuniæ eſt ſibi delectabilis: & prodigo conſumptio pecuniæ eſt ſibi delectabilis: & ſic delectationes eorum ſunt contrariæ, ſaltem originaliter: quia vitia eorum ſunt contraria. Et per hoc ſoluitur ſecundum argumentum: licet enim delectatio formaliter contrarietur triſtitiæ: tamen vna delectatio originaliter poteſt cõtrariari alteri. Vlterius eſt aduertendũ, ꝙ reſpectu diuerſorũ idem poteſt eſſe delectabile & triſtabile; vt aliquid poteſt eſſe delectabile guſtui iſtius, & triſtabile guſtui alterius: & hoc eſt; propter diſpoſitiones contrarias illorum ſenſuum. Eſt vlterius aduertendum, quòd in plurimum illud quod appetit ratio rectat, refugit appetitus ſenſitiuus. Ratio enim ſemper ad optima depræcatur: ſed in hominibus aliquid puta ſenſualitas ſemper ſibi aduerſatur.

Delectabilia vitioſis ſũt cõtraria.

G

Etiam eſt aduertendum quòd virtuoſis poſſint eſſe delectabilia contraria: vt indigenti delectabile eſt acquirere pecuniam, & eam ſeruare: ſed abundanti delectabile eſt pecuniam indigentibus diſtribuere. Ex iſtis ponitur talis.

H

Conclvsio reſponſalis. Multorum ſæpe delectabilium delectationes multæ ſunt contrariæ: quæ concluſio relinquitur probata ex dictis.

Videtvr autem, & eorum, quæ exterius ſunt bonorum indigens, quemadmodũ diximus: impoſsibile enim, vel non facile bona operari impotentem tribuere exiſtentem &c.

An ad

A *An ad ſalicitatem requiratur vſus virtutis.*

Qvaeritvr Verum vſus, ſeu opus virtutis requiratur ad felicitatem. Arguitur primo quòd non: quia tunc ſequeretur, ꝙ nullus diceretur fœlix, niſi haberet opus virtutis: ſed hoc eſt falſum: igitur. Arguitur ſecundo ſic. Quis poteſt habere fœlicitatem, dato ꝙ nullam habeat virtutem: igitur.
In oppoſitum eſt Ariſtoteles. Pro cuius ſolutione.

Primo ſciendum eſt, ꝙ duplices ſunt virtutes, ſcilicet intellectuales, vtputa quæ ſiunt in intellectu: vt ſapientia, prudentia, ſcientia & ars; Et de iſtis dicitur ꝙ opus finale ſapientiæ, quod quidem opus eſt ſpeculatio cauſarum altiſſimarum, & finaliter circa deum; deſeruit felicitati. Secundo opus ſcientiæ deſeruit ſapientiæ; quia ſapientia eſt circa primas cauſas, quæ non cognoſcuntur niſi per ſuos effectꝰ. Tertio opus intellectus deſeruit ſcientiæ & ſapientiæ: quia cognitio principiorum ad notitiã concluſionis habendam dr ordinari. Quarto prudẽtia & eius opus ſequuntur immediatè illa tria: & ſicedit virtutes morales, ſicut regula præcedit regulatũ: Ideo poſt prudentiam ſunt virtutes morales, quæ reſcindunt ab impetibus irrationabilibus paſſionum: qui impetus impediunt hominem ab acquiſitione ſcientiæ, ſapientiæ & conſequenter virtutum; ergo iſtæ virtutes morales ſunt neceſſariæ ipſi felicitati tanꝙ remotiua prohibentia & tanquàm diſpoſitiones ad tranquillitatem huius rationis.

Duplices ſunt virtutes.

B

Secvndo ſciendum eſt, quòd bona corporis requiruntur etiam ad felicitatem: & hoc ſupple quo ad ſecundam intentionem. Nam qui bene diſpoſitus eſt corpore, bene diſpoſitus eſt ad acquiſitionem virtutum: & etiam ad acquiſitionem earũ operationum. Item ſanitas cum qua ſtat liber vſus rationis, eſt diſpoſitio neceſſaria ad acquiſitionem ſapientiæ, & exercitium eius operationis in qua conſiſtit felicitas. Item fortitudo & pulchritudo felicem decorant, & reddunt eũ gratiorem alijs: propter quod alij magis, & amicabilius ſibi obediunt, & magis ſuis documentis, & præceptis, & ammonitionibus: Et omnia iſta deſeruiunt ad felicitatem. Eſt Et aduertendum, quòd alia bona exteriora requiruntur ad felicitatem. Primo cibus & potus, quæ requiruntur ad vitam ſeruandam, ſine qua non poteſt acquiri felicitas; & iſta haberi nõ poſſunt ſine aliquibus diuitijs: licet natura paucis contenta ſit: ideo tales diuitiæ ſunt neceſſariæ ad felicitatis acquiſitionem. Item diuitiæ, proles fecunda & bona parentum, ingenioſitas, honores, copia amicorum decorãt felicitatem: ergo ad felicitatem dicuntur pertinere. Et per hoc ſoluuntur argumenta. Vnde aliquis poteſt dici fœlix ſine hoc, ꝙ tunc habeat actum virtutis: non tamen pòt faciliter dici fœlix: niſi habeat, vel habuerit actum virtutis. Et ſit.

Bona corporis ad felicitatẽ requiruntur.

C

D

Conclvsio reſponſalis. Virtutes & opus virtutis deſeruiunt ipſi felicitati.

Determinatis autẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

E his scrutemur de felicitate: Vtrum laudabilium est, vel magis honorabilium: manifestum enim quoniam potentiarum non est. Videtur aute omne laudabile in quale quid esse, & ad aliquid &c.

An felicitas sit de numero honorabilium, & laudabilium.

QVAERITVR Vtrum felicitas sit de numero laudabiliũ & honorabilium. Arguitur primo quòd sit de numero laudabilium: quia felicitas est operatio virtutis; sed virtutes laudamus propter opus: igitur. Arguitur secundo sic; Si felicitas non esset laudabilis, maximè esset quia est quid optimum; sed F hoc non: quia deum qui est optimus, laudamus. In oppositũ est Aristoteles; dicens quòd optimorum non est laus. Pro cuius solutione.

Quid sit laus.

PRIMO sciendum est, ꝙ laus propriè est confessio alicuius boni; immo breuiter omnis confessio alicuius boni dicitur esse laus: & cum felicitas sit bonum, videtur quòd possit laudari; & sic erit de numero laudabilium. ideo laudabilior omni humano bono. Et dico quòd secundum quòd aliqua sunt magis vel minus bona, sic sunt magis vel minus laudabilia. Est tamen aduertendum quòd laus quandoque capitur strictè; vt est confessio bonorum quæ ad bona opera seu meliora ordinantur; & isto modo felicitas non esset laudabilis; cum non ordinetur ad maius bonum, sed est quid diuinius & melius. Vltc G rius est aduertendum quòd laus infimis bonis attribuitur. Vnde non solum homo est laudandus, sed etiam bos & lapides; & per hoc differt ab honore; quia honor non debetur animę nisi ratione bonorum excellentiũ. Vnde honor est exhibitio reuerentiæ in signum virtutis excellentiæ, vel dignitatis. Absurdum enim esset exhibere reuerẽtiam equis & lapidibus, etiam hominibus fatuis & stultis. Ex quo potest poni differentia inter laudabile, & honorabile: quia laudabile ordinatur ad melius; sed honorabilia sunt, quæ secundum se sunt bona. Istud etiam patet: nam laus, & vituperium contrariantur. Nam vituperium est de malo vt à malis retraharur; ergo laus debet esse de bono vt ad melius ex- H citetur. Vir autem optimus non indiget vt excitetur ad melius; ideo illi non sunt laudabiles. Et per hoc soluuntur argumenta. Notum est quòd felicitas, & etiam deus sunt bene laudabilia capiendo laudabile largè, sed non capiendo laudabile propriè, & strictè.

Quod firmatiuæ virtutes, non disciplinæ.

SECVNDO sciendum est, quòd circa textum incidit vna difficultas, Quod istorũ est permanentius puta virtutes, vel disciplinæ, seu scientiæ. Ad quam respondetur breuiter, quòd virtutes sunt permanentiores: quia per obliuionem non possunt deleri; quin de ipsis per ea, quæ in vita occurrunt habeamus continuum exercitium: sed habitus per obliuionem: & per interruptionem actus perdi possunt. Videmus etiam istud per experien-

A rientiam: nam antiqui actus virtutum magis, & promptius possunt exerceri, quàm actus habituum speculabilium. Et si dicas: si hoc esset verum, vel hoc esset ex parte subiecti, vel ex parte habitus: sed nullum illorum est dicendum: igitur. Respõdetur quòd non est ex parte subiecti: sed ex parte phantasmatis, vel speciei intelligibilis, vt à phantasmate dependet. Vnde dicitur probabiliter, quòd sicut actus intelligendi dependet ab actu phantasiandi, & sentiendi in esse, & conseruari: ita habitus dependet in esse, & conseruari ab habitu phantasiæ: ideo ad corruptionem illius corrumpitur habitus in intellectu. Et si- *Obiectio.*
quis iterum dicat, actus speculationis saltem circa diuina nos magis trahunt, quàm actus virtutum: igitur. Respondetur ꝙ licet nos magis trahant, non tamen sequitur quòd propter hoc fiat permanentiores; quia in actibus virtutum sunt aliæ causæ permanentiæ fortiores. Ex omnibus istis ponitur. *Instãtia.*
B

CONCLVSIO responsalis, capiendo laudem large felicitas est laudabilis; sed non capiendo strictæ.

VIDETVR vtique, & alia quædam natura animæ irrationalis esse, participans quidem aliqualiter ratione: incontinentis enim, & continentis ratione habens laudamus: rectè enim & ad optima deprecatur ratio &c.

An sensitiuus aduersetur rationi. C

QVAERITVR Vtrũ appetitus sensitiuus aduersetur, seu obuiet rationi. Arguitur primo quòd non; quia illud quod est obediblle rationi non aduersatur rationi sed appetitus sensitiuus est obedibilis rationi; igitur. Arguitur secundo sic: Illud quod ordinatur ad alterum non aduersatur illi alteri: sed appetitus sensitiuus ordinatur ad rationem: igitur. In oppositum est Aristotel. in textu. Pro cuius solutione.

Rõ dominatur ꝙ potest.

PRIMO sciendum est, quòd intellectus, seu ratio dominatur appetitui sensitiuo dominio politicali & regali: modo notum est, quòd subditus in tali principatu, vel dominio non D obedit nisi libere domino; Ideo non semper sibi obedit, sed aliquando sibi aduersatur, & aliquando non: sic est de appetitu sensitiuo, quòd solum libere videtur obedire intellectui, seu rationi: ideo sibi aliquando obedit. Et ista possunt declarari: nam incontinens habet rationem rectam, scilicet hoc est inhonestum facere, & quod ipsum est fugiendum: tamen appetitus ad hoc fortiter inclinatus mouetur ad hoc faciendum. Vn de incontinens vult seipsum rescindere ab appetitu irrationali, sed ipsi non potest. Item ratio semper ad optima deprecatur & appetitus semper sibi aduersatur: fiat tamen aduertendum, quòd illud non est verum nisi in hominibus depraua tis. Nam praua consuetudo in tantum obfuscat rationem: ꝙ

E omnino peruertit iudicium rationis. Dices si hoc esset verũ sequeretur ꝙ homo semper male operaretur: Respondetur negando consequentiam: quia ratio aliquando vincit illum appetitum: vt patet in continentibus. Vnde non propriè diceretur quis continens: sed temperatus: nisi haberet cõcupiscentias pravas; & tamen continens detentus ratione nõ sequitur eas.

Obiectio.

Nihil inclinat ad opposita immediatè.

SECVNDO sciendum est, ꝙ nihil dicitur inclinari ad oppositа immediate & propter se, tamen bene ad vnum immediate & propter se, & ad aliud gratia alterius: vt in continente appetitus sensitiuus immediate & propter se inclinatur ad voluptuosum: sed gratia alterius puta voluntatis & rationis inclinatur ad fugam: vt canis videns cibum, inclinatur propter se ad

F cibum: sed propter timorem domini inclinatur ad fugiendum.

Dubium Sed dubium est vtrum voluntas possit aduersari rationi? Ad quod dicitur ꝙ sic. Pro cuius declaratione est aduertendum ꝙ voluntas se habet ad appetitum; sicut dominus ad subditum: dominus autem natus est diligere subditum & sibi compati: ideo sæpe cum appetitus sensitiuus fortiter tendit ad voluptuosum, voluntas consentit ei: licet ratio dictet oppositum. Sed quid de vegetatiua? Respondetur ꝙ talis non est nata obedire rationi: nam accepto cibo & potu volumus, nolumus ipsa operatur. Etiam in summo verum est ꝙ ratio & voluntas habent dominium supra vegetatiuam quo administrandum obiectum, puta cibum: & in hoc potest deficere voluntas. Finaliter est aduertendum ꝙ anima secundum prædictas potentias: puta intellectum & voluntatem principatur corpori principatu dispositо: oportet enim corpus animæ obedire; & ipsum duci secundum exigentiam potentiarum animæ, si non fuerit impedіens: & per ista soluuntur rationes. Vnde licet appetitus sensitiuus ordinetur ad rationem: tamen cum hoc stat ꝙ potest sibi aduersari, vt visum est: ideo ponitur.

G

Dubium

H

CONCLVSIO responsalis; Nisi in omnibus omnino deprauatis, ratio semper ad optima deprætcatur.

A C

ETHICORVM ARISTOTELIS.

LIBER SECVNDVS.

CIRCA secundum librum Ethicorum Aristotelis.

An detur virtus inclinans ad supremum appetibile.

B QVAERITVR, vtrũ sit aliqua virtus, quæ inclinet ad supremum appetibile. Et arguitur primo, quòd non: quia nullum est supremum appetibile: igitur. Antecedẽs probatur: quia quocunque appetibili dato, dabile est maius: igitur. Arguitur secundo, sicut sunt diuersi appetitus, ita diuersa sunt appetibilia: igitur nullum est supremum appetibile. In oppositum arguitur: Non est processus in infinitum in appetibilibus: ergo deueniendum est ad vnum supremum appetibile. Pro solutione huius quæstionis,

Propositiones.

D

Corollarium.

Instãtia.

PRIMO sciendum, quòd appetibile, volibile, & amabile idem sunt: ita quòd quando dicitur: Vtrum sit aliquod supremum appetibile: sensus est, Vtrum sit aliquod supremum diligibile. Pro cuius declaratione ponũtur aliquæ propositiones. Prima, inter appetibilia naturæ intellectualis est vnum supremum appetibile, quod dicitur esse infinitum. Probatur, quia natura intellectualis nata est vltimate perfici in aliquo, vel ergo illud est finitum, vel infinitum. Non finitum; quia quodlibet tale aliquid habet imperfectionis: ergo in illo non est nata vltimate perfici. Probatur: quia natura intellectualis nata est perfici in illo, quod propter se est volendum: & istud dicitur esse supremum appetibile: igitur. Ex quo sequitur, quòd natura intellectualis non perficitur vltimate, & complete, nisi habeat illud supremum appetibile: immo illo non habito, natura intellectualis semper manet imperfecta, & inquieta. Istud etiam probatur: quia in habentibus appetitum, siue naturalem, siue animalem, non habetur vltima perfectio, nisi habeatur illud quod tali appetitu propter se appetitur. Et per hoc soluuntur sufficienter argumenta. Et si quis quærat: quomodo potest haberi illud supremum appetibile? Respondetur quòd non potest haberi nisi attingendo eum. Et si dicas: quomodo potest attingi? Respondetur, quòd attingitur per operationem: puta videndo

Appetibile, volibile, & amabile idem.

E dendo, & eum diligendo super omnia. Et siquis dicat: quid est illud supremum appetibile? Dico, quòd est illud, quod propter se est appetibile, vt summus Deus. Vnde illud dicitur propter se appetibile cui ex natura sua repugnat propter aliud esse volendum: vnde nulli alteri a supremo volibili repugnat, q propter aliud appetatur.

SECVNDO sciendum est, quòd duplex dicitur esse perfectio; scilicet prima, & secunda. Vnde illud dicitur esse perfectum perfectione prima, quòd habet omnia pertinentia ad primum esse rei: vt ille homo dicitur esse perfectus perfectione prima, qui habet omnia requisita ad esse ipsius hominis. Sed illud dicitur esse perfectum perfectione secunda, quod habet omnia pertinẽtia ad fm esse seu ad esse accidẽtale. Et est duplex perfectio secũda, s. extrinseca & intrinseca: q recipit in pfectibili sed pfectio extrinseca est, q non recipit in perfectibili sed bñ attingit per operationẽ ab ipso perfectibili. Et sic homo posset sic pfici ab obiecto, qđ ab ipso cognoscit: & sic pficeret Deo. Et istomodo ignobiliora pficiũtur ignobilioribus, nõ, q sint illa realiter, nec hñdo illa forma liter p inherẽtiã, sed attingẽdo illa. Ex quo sequit, q si appetitus alicuius est respectu ignobilioris, q̃ sit illud cuius est appetitus nõ perficitur nisi fm qd. Sequit vlterius, q si aliqua natura attingat aliqđ nobili? ea, qđ nõ est supremum appetibile non pficit cõplete, & vltimate: iõ oportet dare supremum, in quo vltimate perficiat. Et si dicas, vtrum fm ordinẽ naturarũ oporteat esse pfectiua extrinseca cõplectiue pficiẽtia. Dico, q nõ, seu sufficit, q pfectiones intrinsecç, & secundæ correndeant gradibus pfectionũ primarum. Vñ differẽtia est inter volũtatẽ, & alios appetitus: nã alij appetitus nõ appetũt aliquid extrinsecũ, nisi ꝓpter naturã cuius sunt appetitus, Volũtas autẽ amat aliquid nobilius se, & plus, quã naturã cuius est. Ex omnibus istis patet quid sit dicendum ad rationes: Ideo ponitur.

Duplex perfectio prima, et secunda.

CONCLVSIO rnalis: Ali qua est virtus, quæ inclinat ad supremum appetibile: quia est aliqua virtus, quæ inclinat ad summe diligendum Deum, qui est supremum appetibile.

DVPLICI autem virtute existente, hac quidem intellectuali, hac autem morali. Ea quidem, quæ intellectualis: plurimum ex doctrina habet: & generationem, & augmentum: ideo experimento indiget & tempore &c.

H

An virtutes generantur ex operationibus.

QVAERITVR vtrũ virtutes generentur ex operationibus. Et arguit primo, q non: qa ex vna operatione pot generari ergo nõ ex operationibus generatur. Arguitur secundo. Vel generat ex prima, vel ex secũda: sed nullũ istorũ est dicẽdũ: igit: qa nõ vꝫ esse maiorũ de vna, q̃ de alia: ergo virtutes nũ generanẽ ex operationibus. In oppositũ est Aristoteles in textu. Pro cui? solutione

PRI-

Habitus practici, qđs generantur.

A PRIMO sciendum est, quòd sicut alij habitus, qui sunt speculatiui generantur ex operationibus: ita habitus practici, sicut sunt virtutes morales: videmus etiam, quòd ex contrarijs operationibus generantur contrarij habitus, quod non esset nisi illæo perationes generarent habitum. Aduerte vlterius, quòd quando dicimus; virtutes fieri, vel generari ex operationibus: ly ex, potest dicere habitudinem causæ efficientis, ita quòd est sensus: virtutes fiunt ex operationibus tanquam a causis efficientibus: & istud communiter tenetur, Vel ly ex, potest dicere habitudinem causæ materialis, sic quòd sit sensus: operationes sunt materia ipsorum habituũ: & sic non tenetur, Vel potest dicere ordinem quemadmodum dicimus, quòd ex magnæ fit meridies, idest post mane fit meridies: & hoc potest teneri: immo multi doctores hoc dicunt: sed primus modus est magis communis. Sed dubium est a quo causantur istę operationes. Respondetur breuiter, quòd causantur ab ipsa potentia sicut a voluntate, si sint operationes voluntatis. Vnde voluntas non solum passiue se habet ad recipiendum actum: sed etiam actiue. Voluntas enim seipsam determinat ad agendum, quod non faciunt alia agentia. Vnde voluntatem seipsam determinare non est aliud, quam ipsam habere volitionem. Secundo dubitatur, quomodo virtutes se habeant ad suas operationes. Respondetur breuiter, quòd virtutes inclinant ad consimiles operationibus illis a quibus generatæ sunt. Et hæc conditio vera est de omnibus habitibus siue sint infusi, siue acquisiti. Secundo dico, quòd etiam virtutis saltem acquisitę actiuè, & effectiuè se habent ad illas operationes: sic videlicet, q partialiter causant illas operationes: ideo videtur ibi esse quædam circulatio, de qua non est inconueniens: Ex operationibus generantur habitus: & ex habitu operationes concurrente tamen potentia.

Dubium

Dubium

Sco. 11. d. 17. q. 2.

Ex qbus operationibus generantur virtutes.

SECVNDO sciendum est quòd dubium est a quibus operationibus generantur virtutes. Vtrum solum ex operationibus commensuratis secundum rectam rationem. Respondetur breuiter, quòd sic. Nam virtus est habitus bonus: ergo generatur ex operationibus bonis, sed non sunt operationes bonæ nisi fiant secũdum, quòd recta ratio dictat. Dicunt tamen aliqui, quòd hoc non est verum: quia possunt esse operationes bonæ, quæ non fiunt secundum rectam rationem. Ideo pro declaratione est aduertendum, q quadruplices sunt operationes virtutũ: quædam sunt immanẽtes in voluntate: quædam in appetitu sensitiuo: quædam in membris: quędam transeũtes extra nos: vt in actu liberalitatis, qui est dare bonum: postquam ratio dictauit, quòd dandum est bonum, voluntas vult dare: ideo imperat alijs potentijs hoc est dandum. Secundo appetitus sensitiuus consentiens ipsi voluntati appetit

C

D

Et cit illud idem facere: ideo mouet membra corporalia ad hoc faciendum. Tertio illa membra corporalia motum recipiunt ab appetitu sensitiuo. Quarto possibile est, quòd tales motus a membris facti in res extra recipiantur, vel transeant. Et aduerte, quòd tales operationes dicuntur bonæ: quia sunt commensuratæ secundum rectam rationem, hoc est tales quales recta ratio decreuit. Et aduerte, quòd istę operationes non necessario se cõsequuntur in bonitate, & malitia: sed aliquæ possunt esse bonæ, & commensuratę secundum rectam rationem, vbi alię erunt malæ: & voluntas potest habere actum consonum rationi: & appetitus propter passionem, vel laborem, vel difficultatem rebellat sibi: & si ex toto non possit sibi rebellare: tamen non obedit sibi nisi cum dolore. Etiam dato, quòd voluntas, & appetitus cõsonent rationi: tamen forte mẽbra propter inconsuetudinem non erunt ad exequendum actum ad extra. Econtra possibile est, quòd opus in voluntate erit valde malum: & opus extra erit valde bonum: vt patet in hypocritis vbi opus voluntatis est malum: quia volunt facere propter vanam gloriam: & tamen opus extra erit valde bonum: quia erit tale, quale fuisset ab optima ratione: & sic patet, quòd ex dictis satis soluuntur rationes. Vnde actus potest esse intensus, quòd generabit virtutem: sed si non sit sufficienter intensus, potest tunc habitus generari ex pluribus actibus: vt postea videbitur. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis; Virtutes morales generantur ex operationibus: non omnibus, sed ex operationibus cõmensuratis secundum rectam rationem: quæ conclusio relinquitur probata ex dictis.

An quæstiones præcedentes virtutem sint eiusdem speciei cum consequentibus eandem.

QVAERITVR vtrum operationes præcedentes virtutem, ex quibus generatur virtus, & sequentes virtutem, sint eiusdem speciei. Arguitur primo, quòd non: quia operationes virtuosæ, & non virtuosę non sunt eiusdem speciei: sed operationes præcedentes virtutem non sunt virtuosę: & sequẽtes sunt virtuosę: igitur. Arguitur secundo sic, Bonum, & non bonum non sunt eiusdem speciei moris: sed opus sequens virtutem est bonum, & præcedens non: igitur. In oppositum arguitur: quia actus præcedentes virtutẽ, & sequẽtes sunt de eodẽ obiecto: ergo sunt eædem. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum est, quòd aliquę operationes dicuntur esse eiusdem speciei dupliciter. Vnomodo secundum naturam, & entitatem: & sic nulli est dubium quin tales operationes non sint eiusdem speciei. Aliomodo in genere moris: & tunc dico, quòd istę operationes sunt eiusdem speciei. Vnde illæ operationes dicuntur esse eiusdem speciei secundum naturam, quæ habent omnino simile obiectum. Exemplum: volo dare elemosynam Petro: & volo dare elemosynam Ioanni, vbi oportet, &c. notum est, quòd sunt eiusdem speciei moris, sed non secundum naturam: quia non sunt de eodem obiecto. Sed restat dubium: Vtrum operationes præcedentes dicantur virtuosę. Ad quam respondetur, quòd aliqua operatio dicitur virtuosa tripliciter. Vno modo, quia elicitur secundum virtutem: & sic operationes præcedentes nõ dicuntur virtuosę. Aliomodo, quia sunt generatiuę virtutis: & sic præcedentes dicuntur virtuosæ. Tertiomodo, quia fiunt conformiter ad dictamen rectę rationis: & sic etiam præcedentes dicuntur virtuosę. Est tamen aduertendum, quòd operationes, quæ sequuntur virtutem; sunt in plurimum perfectiores, quàm illæ, quæ præcedunt: quia eliciuntur a duobus: & per hoc soluuntur rationes. Est tamen vlterius aduertendum, quòd cuiuslibet virtutis sunt quatuor gradus. Primus vocatur gradus incipiendi, quo quis resistit passionibus: tamen cum tristitia propter passiones non sedatas. Secundus vocatur gradus proficiendi, quo quis resistit passionibus tamen: cum aliquali labore. Tertius vocatur gradus perficiendi, quo quis resistit passionibus prompte, delectabiliter, expedite, faciliter, & sine labore. Quartus vocatur gradus heroicus, quo quis resistit passionibus prompte, expedite, delectabiliter sine labore, & cum excellentia.

Aliquæ operationes sunt eiusdem speciei diuersimode.

SECVNDO sciendum est, quòd adhuc est vnum dubium: Vtrum in nobis possint generari virtutes fine operationibus exterioribus. Pro cuius solutione est aduertendum, quòd virtutes in voluntate possunt generari sine operationibus exterioribus: vt ex multis velle dandi elemosynam propter Deum: dato quòd nulla fit datio, vel operatio extra, potest generari virtus in voluntate: & hoc quando est impedimentum in operationibus exterioribus. Vnde dicunt aliqui, quòd non existente impedimento extrinseco, non est possibile virtutem in nobis sine operationibus exterioribus acquiri: quia electio voluntatis nunquàm est recta, sed defectuosa si non moueat ad opus exterius quando oportet, & sicut oportet, & sic de aliis: Et hoc quando nullum est impedimentum: vt puta a naturali necessitate: puta quia oportet comedare: aut ex defectu obiecti: quia non occurrit obiectum circa, quod debeo exercere illum actum, vel instrumenti, vel aliquo alio obuiante. Et potest dari exemplum de paupere, qui habet vel le dandi elemosinam, si tamen haberet vnde. Et per hoc ponitur.

An in nobis possint generari virtutes.

CONCLVSIO responsalis: Operationes, ex quibus gignuntur virtutes, & operationes elicitæ a talibus virtutibus: sunt eiusdem speciei. Quæ conclusio relinquitur probata ex dictis.

E *An virtus possit generari ex una tantum operatione.*

QVAERITVR vtrum ex vnica operatione possit generari virtus. Et arguitur primo, quòd sic: quia, vel generatur ex prima, vel non: si ex prima, tunc sequitur, quòd ex alijs sequentibus non generatur: si nõ ex prima, vel ergo ex secunda; & sic habeo intentum: vel tertia: & sic habeo intentum. Arguitur secundo sic: Virtus vnita fortior est seipsa dispersa: ergo si ex multis operationibus possit generari: ergo etiam ex vna intensa. In oppositum arguitur, quia dicit Arist. quòd virtutes insunt nobis per assuefactionẽ. Istud videtur concordare in primo vbi dicitur, quod vna hirundo nõ facit ver: nec vna dies annum: neque vna operatio facit hominẽ beatum, & felicem. Pro solutione quæstionis.

F

PRIMO sciendũ est, quòd ista quæstio prouenit ex vno dubio, puta: vtrum virtutes possint augeri, idest intẽdi. Pro cuius solutione supponitur, quòd capiendo virtutem, vt est habitus moralis laudabilis: quo scienter, eligibiliter, firmiter, & laudabiliter operamur: sic virtus non consistit in indiuisibili, alioquin vnus non diceretur virtuosior altero: quod falsum est. Vnde sicut sanitas dicitur se habere ad corpus, ita virtus ad animam: sed vnus homo dicitur sanior alio: quia habet conuentiorem proportionem quatuor qualitatum, & humorum ita aliquis dicitur virtuosior: quia habitum virtuosum habet intensiorem: & sic virtus habet latitudinem. Et si dicas: quanta est illa latitudo? Respondet Aristo. quòd difficile est hanc dicere. Ponit exẽplum: non solum bene sagittat qui signum attingit, sed etiã qui prope. Vnde sicut dicimus aliquem esse tactum bonum sagittatorem per hoc, quòd sæpe signum, vel prope signum attingit: ita possibile est per frequẽs exercitium hominẽ effici meliorem, & magis virtuosum: & per consequens virtus potest intendi. Vnde proprie latitudo virtutis est ipsa virtus citra summũ: vel (vt dicunt alij) citra terminum. Notum est enim, quòd licet calidum intendatur, tamen calidissimum non intenditur: quia si aliquid remoueatur, iam plus non erit calidissimum; & si aliquid possit addi, non erit calidissimum. Sed de corruptione virtutum dico, quòd possunt diminui: vt puta remotione sui conseruantis. Vnde conseruans virtutis dicitur esse similis operatio illis, quibus generabatur. Dico etiam, quòd possunt diminui per actus malos illis operationibus virtuosis oppositos; vel per operationes distortas, quæ sunt generatiuæ habituum malorum. Et iste modus videtur esse verior, licet multi sint alij.

An virtutes possint augeri, & intendi.

G

H

SECVNDO sciendum, q̃ tenendo istum modum potest poni modus generationis virtutis. Vnde sicut candela incensa aerẽ illuminat, & alia addita magis illuminat: ita vna operatio virtutis, aliquam virtutem generat, & alia aliquid vnde fit maior virtus quam ante. Et sicut ex corpore multum luminoso generatur maius lumen: ita

Modus generationis virtutis.

A ita ex operatione magis intensa generatur maior virtus. Et ista opinio videtur esse probabilior: quia, vel secundum primi operationem aliquid relinquitur, vel non: si sic, habeo intentum: si non, ergo homo non se melius habet post operationem primam, quam ante: quod est falsum: quia non videtur ratio quare post primam magis esset dispositus ad secundam operationem. Item si per primam operationem virtuosam nihil relinqueretur, non videtur quare magis per secundam, vel per tertiam, cum contingat illas aliquando esse minus intensas. Et sic patet, quòd per vnam operationem potest generari vnus habitus virtuosus: immo potest

B vna operatio esse ita intensa, quod habitum perfectiorem generabit, quam multę aliæ minus intensæ. Et istud probant argumenta an oppositum quæ sunt pro parte vera. Aduerte tamen q̃ difficile est aliquando habere illas operationes. Vnde aliqui sunt multum in potentia remota: vt sunt iuuenes qui sunt passionum secutores: & etiam illi qui sunt malicijs habituati. Aliqui sunt in potentia propinqua, in quibus iam passiones sunt sedatæ: & quia iam sunt virtutibus habituati. Et per ista patet q̃ aliud est in speculatiuis & virtutibus: quia intellectus noster in speculatiuis non habet potentiam recalcitrantem seu peruertentem iudicium rationis: ideo per vnicam demonstrationem põt aliquis habere firmam adhesionem: sed voluntas sæpe habet appetitum sensitiuum rebellantem & subnertentem: secundum quem appetitum sensitiuum voluntas nata est condelectari & compati sicut domino seruo. Ad rationem post, oppositum conceditur q̃ virtus acquiritur p̃ assuefactionem: sed tamen ex hoc nõ sequitur, quin p̃ vnã operationẽ aliquid virtuosi vel ipsa virtus possit generari.

C

CONCLVSIO responsalis: Virtutes generantur p̃ operationes: sic q̃ aliquid virtutis per quamlibet operationem generatur: quæ conclusio relinquitur probata in secundo notabile &c.

SIGNVM autem oportet facere habituum supereminentem voluptatem, vel tristitiam operibus: qui quidem enim recedit a voluptatibus corporalibus, & hoc ipso gaudet: temperatus: qui autem tristatur, intemperatus est. &c.

D

An virtutes morales sint circa delectationes, & tristitias.

QVAERITVR vtrum virtus moralis sit circa delectationes & tristitias. Et arguetur primo q̃ non: quia delectationes non sunt obiecta virtutum: igitur virtutes non sunt circa illa. Arguitur secundò sic: Virtutes non distinguuntur per delectationes & tristitias, sed per obiecta: igitur non sunt circa delectationes & tristitias. In oppositum est Ari. in textu. Pro cuius quæstionis solutione.

PRI-

E PRIMO sciendũ est, quòd istæ passiones, scilicet delectatio, & tristitia, seu dolor, semper sunt in appetitu rationali, sicut in voluntate, vel sensitiuo. Vnde delectatio causatur in appetitu ex præsentia obiecti apprehensi sub ratione conuenientis: vel ex absentia obiecti apprehensi sub ratione disconuenientis. Et tristitia contrario modo causatur: puta ex præsentia obiecti apprehensi sub ratione disconuenientis, vel absentia obiecti apprehensi sub ratione conuenientis. Et est aduertendũ, q̃ sensus, vt visum est in primo: vt in plurimum aduersatur rationi: quia non potest sufficienter conferre inter obiectũ sibi præsentatum: & illud, quod sequitur illud obiectum: vel inter præsens, & futurum; quod tamen ratio potest: ideo sensus illud, F quod sibi de præsenti conuenit acceptat: & ideo delectatur, quãuis illud sit sibi inhonestum, vel quamuis noceat in futuro: intellectus autem omnia illa cõsiderans, fugit illud propter mala sequentia. Vnde prouenit aliquando, quòd appetitus sensitiuus propter malam consuetudinem, sicut in malis, nullo modo obedit iudicio rationis: immo (quod peius est) peruertit rationẽ & iudicium rationis trahit ad iudicium sensus. Et per oppositũ est in virtuosis: appetitus sensitiuus obedit rationi: & trahitur ad rationem, sic q̃ non fistit in iudicio sensus: sed expectat iudicium rationis: & insequitur ipsum, dimittens sensum. Ex istis patet, quòd virtus moralis triplicé habet effectum super appetitũ sensitiuũ. Primo, refrenat ipsum ne nimis G cito sequatur iudicium sensus: sed expectet iudicium rationis. Secundo, determinat ipsum ad obediendum iudicio rationis, quamuis iudicio sensus repugnet. Tertiò, ordinat, & temperat declarationes, & tristitia sensuales, vt impetus eorum nunquam trahat appetitum contra iudicium rationis. Vitium autẽ, seu habitus vitiosus contrario facit.

Delectatio, et tristitia sũt in appetitu rationali.

SECVNDO sciendum est, quòd pro solutione quæstionis ponuntur aliquæ conclusiones.

Cõclusiones quæstionem declarantes.

Prima: virtutes sunt circa delectationes, & tristitias per modum sequelæ, ideſt delectatio, vel tristitia sequitur semper ad actum virtutis: quia virtuosus in omni opere virtutis delectatur: quia semper habens iudiciũ apprehendit ipsum opus virtuosum sub ratione conuenientis, H & boni simpliciter: & impedimento virtutis tristatur in opere vitioso, & apprehẽdit ipsum sub ratione disconuenientis, & mali simpliciter. Secunda conclusio: virtus supple quo ad actum elicitiuum, seu quo ad alimoniam actuum, est magis circa delectationes, quam circa tristitias: quia maiorem habitudinem habet ad actum virtutis, ad quem sequitur delectatio, quam ad impedimentum virtutis, vel ipsius operis vitiosi in alio, ad quod sequitur tristitia: licet quo ad moderationem magis se habeat circa tristitias, quã circa delectationes. Tertia cõclusio est: virtus se habet circa delectationes, & tristitias sensuales tanquam circa obiecta: quia vt dictũ est, virtus moderat

A derat passiones sensuum, vt impetus earum nunquàm possit trahere iudicium rationis. Pro cuius declaratione est aduertendum, quòd duplex est obiectum virtutis, scilicet exterius, & interius. Exterius est res exterius, circa quam operatur, vt sunt cibus, potus, pecunia &c. Interius sunt delectationes, & tristitiæ, quas res extra inferunt appetitui sensitiuo. Et istam conclusionem videtur intendere Arist. & suæ rationes videntur eam probare. Vna enim dicit, quòd propter voluptates mala operamur, & propter tristitias a bonis recedimus. Quarta conclusio, aliquæ virtutes magis sunt circa delectationes: & aliquæ magis circa tristitias. Vnde illæ sunt magis circa delectationes, quaB rũ obiecta magis nata sunt ex præsentia sua causare delectatiões. Et illæ sunt magis circa tristitias, quarum obiecta sunt magis nata causare timorem, vel tristitiam sicut est fortitudo. Et aduerte finaliter, quòd passio, quæ moderatur a virtute, est duplex: scilicet inexistẽs: & illa debet moderari dupliciter. Vno modo, scilicet minuendo eam. Secundo referendo eam in Deum. Futura etiam dupliciter moderantur, scilicet fugiendo obiectum, quod naturaliter est delectari. Secundo accipiendo obiecta, quę sunt nata moderate delectari. ut per hoc soluũtur rationes. Vnde dato, quòd virtutes non distinguantur per passiones: tamen propter hoc non sequitur quin virtutes sint circa ipsas.

CONCLVSIO responsalis: Virtutes morales nõ solum G per modum sequelæ: sed tanquam circa obiecta sunt circa delectationes, & tristitias.

IDEOQVE determinant virtutes impatiẽtes quasdam, & quietes. Non bene autem omnia simpliciter dicũt: sed non vt oportet: & quomodo non oportet: & quæcunq; alia opponuntur, &c.

An virtus excludat passiones.

QVAERITVR vtrum virtutes excludant in habente passiones. Et arguitur primo, q̃ sic: Quia virtutes sunt contrariæ passionibus: ergo oportet, quòd reprimantur per virtutes. Arguitur secundo, Si pas- D siones superantur virtutes, sequitur quòd iste non est virtuosus: igitur. In oppositum est Arist. in textu. Pro cuius solutione.

Virtus moralis non excludit omnem passionem.

PRIMO sciendũ est, quòd virtus moralis nõ excludit omnem passionẽ: quia nõ excludit suũ propriũ actum: ergo neq; passiones. Patet consequentia; quia ad actũ virtutis sequuntur passiones: puta delectationes. Item virtus operatur circa passiones mitigando, & refrenando eas. Item virtus non excludit illud, quod recta ratio dictat: sed recta ratio dictat amico dolenti esse compatiendum, & congaudendum de bono ipsius: igitur. Sed dubium est, *Dubium* vtrum excludat omnem passionem malam. Pro cuius declaratione est aduertendum, quòd duplex est malum, scili-

E cet pœnæ, quod non est aliud, quam dolor, & tristitia, & malũ culpæ. Tunc ponitur talis conclusio: Virtus a virtuoso non excludit malũ pœnæ: quia virtuosos per infortunia potest a tyrannis capi, & pati secundum sensum: habet enim multam disphicentiam de malitia eorum, & de sua passione iniusta: & de hoc, quòd impeditur a multis operationibus virtuosis. Ex quibus potest inferri, quod virtuosus tristatur tribus rationibus. Vnde in primo huius dictum est, quòd infortunia beatum tribulant: & tristitiæ impediunt a multis operationibus. Sed de malo culpæ dicitur probabiliter, quòd excludunt malũ culpę, id est vitia, & malos actº quia virtuosis appetitum sensitiuum tenet sub ratione: & obedit rationi perfectæ: sic, quòd virtuosus nunquam dimittit appetitum sensituum nisi sub regimine rationis. Dicunt tamẽ aliqui, quòd stat virtuosum male agere: patet: quia tentationes fiunt in optimis viris: & hoc non est nisi quia patiuntur secundum sensum mala passione inclinante eos ad operationem malam: igitur &c. Sed pro maiori prædictorum declaratione.

In hominibus inuenitur quintuplex status.

SECVNDO sciendum est, quòd in hominibus inuenitur quintuplex status. Primus status est animalis antequam vtatur ratione. Secundus status est incontinentiæ: in quo homo nõ vitur ratione: sed appetitus sensitiuus rebellat rationi, & tandem vincit ratione. Tertius status est malitiæ, vbi appetitus sensitiuus propter assuefactionem ita trahit rationem, quòd omnia depravat, & peruertit penitus. Inconueniens ergo operatur secundum iudicium sensus & contra iudiciũ rationis. Prauus autem operatur secundum sensum, & secundum iudicium deprauatæ rationis. Quartus est status continentię vbi ratio vincit sensum rebellantẽ ei. Quintus est vbi appetitus sensitiuus trahitur ad rationem: & in omni operatione sua expectat iudicium rationis. Ex quo sequitur, quòd virtuosus non patitur passione corrumpẽte iudicium rationis: neq; etiam electionẽ voluntatis: quia tunc esset malus simpliciter: nec passione superueniente: quia tunc esset malus simpliciter: vel passione rebellante: quia tunc non transenderet statum continentię; nec passione soli sensitiuo derelicta: quia hic esset status animalis. Et si dicas virtuosus potest pati tentationes. Respondetur, quòd tentationes fiunt per præsentationem, & applicationem rerum: quæ natę sunt inordinate trahere appetitum sensitiuum contra rectum iudicium rationis: & istæ possunt bene accidere virtuosis: sed in eis nullum inpetum inordinatum faciunt. Et per hoc soluuntur rationes. Vnde in virtuoso passiones non superant virtutes: sed si insurgant passiones moderantur mediantibus virtutibus: sic, quòd non vincunt rationem. Qua propter ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Virtutes excludunt passiones malas sic, quòd non possunt vicere rationem, sed ei obediunt

A diunt. Quæ conclusio relinquitur probata ex dictis.

TRIBVS enim existentibus, quæ circa electiones: & tribus, quæ in fugis bono conferente delectabili: & tribus contrariis malo nociuo tristi: circa hæc quidem omnia bonus directiuus est malus autem peccans &c.

An eligibile recte diuidatur in bonum delectabile, & honestum.

QVAERITVR vtrũ eligibile bene diuidatur in bonum delectabile, & honestum. Arguitur primo, quòd non: quia delectabile est vtile: igitur. Item bonum honestum est delectatio: igitur ista diuisio est mala. In oppositum est Aristoteles in textu. Pro cuius solutione.

Eligibile dupliciter

PRIMO sciendum est, quòd eligibile capitur dupliciter. Vnomodo proprie, & stricte: & sic solum illa quæ sunt ad finem sunt eligibilia. Aliomodo capitur large: & sic omne appetibile dicitur eligibile. Aduerte vlterius, quòd sicut sanum capitur multipliciter: scilicet formaliter signatiue, & effectiue, similiter honestum: potest capi multipliciter. Vnomodo formaliter & sic dicitur, quòd honestum est, quod sua vi nos trahit. & sua dignitate nos allicit: Et istud proprie non est nisi ipsa felicitas, quam omnes tam boni quã mali naturaliter desiderant: & ad quam, vel ad eius similitudinem tam boni quam mali dirigunt suas operationes. Aliomodo capitur simpliciter: & sic dico, quàm omnia, quæ dicuntur perficere animam, dicuntur honesta: sicut scientiæ, virtutes, & actus virtutum. Et licet felicitas sola sit primũ, & principaliter honestum: tamẽ virtutes etiam morales, & earum operationes dicuntur honestæ secundum seipsas: & hoc tam propter propinquitatem quam habent ad felicitatem, quàm propter hoc, quod perficiunt animam, & ipsam reddunt simpliciter bonam, licet forte non optimam: & etiam, quæ secundum seipsas sunt eligibiles.

Et si quæras: vtrum virtutes sint appetibiles propter se? Dico, quòd virtutes habent in se rationem boni: & sic dico, quòd si ly propter, dicat habitudinem causæ formalis: sunt propter se appetibiles: si autem dicat habitudinem finis, non sunt propter se appetibiles. Aduerte vlterius, quod aliqua etiam dicuntur honesta per attributionem, puta quando habent habitudinem ad virtutes, vel ad operationes virtutum: non quidem disconuenientiæ, sed conuenientię: sicut omnes operationes exteriores, vel exterius operata quæ secundum virtutem procedunt: & signa virtutum, sicut sunt honores: non quidem honores propter pecunias, sed propter virtutes: & etiam omnia illa quibus virtuosi vtuntur in suis operationibus, sicut sunt

E amici: & vniuersaliter omnia bona corporis, secundum quod ordinantur ad virtutes. Et isto modo paupertates, iniuriæ passę propter virtutes dicuntur esse honesta. Et per contrariũ illa dicuntur esse turpia, quæ animam interius deturpant: sicut vitia & eorum opera, & illa quæ habent habitudinem ad ipsa: sicut sunt omnia exterius operata secundum vitia.

Duplex finis hominis.

SECVNDO sciendum, quòd duplices possunt esse fines in humana vita: quidã sunt veri fines, qui vere sunt boni, & optimi fines in humana vita. Vnde ratione finis, est, quòd sit bonum, & quam optimum. Et isti fines sunt virtutes, vel operationes virtutum: & istis homo dicitur simpliciter bonus, & optimus. Alij sunt fines falsi ſtatuti nobis secundum corruptam rationem, & peruersam electionem: & istos fines statuunt sibi vitiosi, & peruersi: & variantur secundum exigentiam vitiorũ. Similiter vtile dicitur dupliciter. Vno modo simpliciter, quod est ad bonum finem. Alio modo secundum quid, quod est ad malum finem: quemadmodum dicimus, quòd nox obscura est vtilis latroni: & tale vtile est valde nociuum. Vnde illud dicitur esse nociuum, per quod mihi plus mali, quam boni acquiritur: Vnde inter bona animæ alijs nullo modo sunt comparabilia. Ex quo sequitur corollarium, quòd nihil habet rationem vtilis simpliciter, nisi quod ordinatur ad virtutem.

F

Isis suppositis ponũtur quatuor conclusiones de appetibili. Prima: ratio boni sumitur ex eo, quòd aliquid dicitur esse per fectè appetibile. Secunda: illud non dicitur appetibile simpliciter, quia est appetibile prauis: sed quia appetibile appetitui recto. Tertia: appetitus dicitur rectus, eo, quòd est consonus rationi rectæ. Quarta: ratio recta nihil iudicat esse appetibile, quod non sit bonum, & conueniens ipsi appetitui seu appetenti. Et ex omnibus his ponitur.

G

CONCLVSIO responsalis: Diuisio appetibilis est sufficienter posita: & vnum membrum non dicitur de alio, mediãte isto aduerbio formaliter: quod sufficit ad bonam diuisionem. Et per hoc soluuntur rationes. Vnde notum est, quòd vnum bonum, vt pura honestũ, potest dici bonum delectabile, & vtile: tamen vnum non est aliud formaliter: quia vnum non prædicatur de alio, mediãte isto aduerbio, formaliter.

H

ADHVC difficilius voluptati pugnare, quàm ir: quemadmodum ait Heraclitus. Circa difficilius autem ars fit, & virtus &.

Cui difficilius reluctatur voluptati, an ira.

QVAERITVR, vtrum difficilius sit pugnare voluptati, quàm iræ. Arguitur primo, quòd non: quia ira est secũdum fortiorem impetum; igitur. Arguitur secundo: Qui pugnat passioni, seu voluptati pugnat sensui tantum: qui autem pugnat iræ, pugnat sensui, & rationi simul. Dicit enim Arist.

A Arist. quòd ira consequitur aliqualiter rationem, concupiscentia autem non. In oppositum est Aristo. in textu. Pro cuius solutione.

Pugnare est extinguere, vel moderare passionem.

PRIMO sciendum, quòd pugnare in proposito non est aliud, quàm extinguere, vel moderare passionem, vt non trahat appetitum sensitiuum contra iudicium rectę rationis. Vnde multæ sunt causæ difficultatis puguandi passionibus. Vna est ex eo, quòd impetus passionis est vehementior & sic pugnare, seu moderare iram est difficillimum: quia ipsa ira est impetuosissima propter ebullitionem sanguinis. Secunda causa: quia illa passio est magis appetitui naturali connaturalis, & conueniens: & sic difficilius est pugnare voluptati: quia vo

B luptas, quæ est sensualis delectatio causatur ex cõuenientia sensibilis ad sensum: ira autem tristitiam habet annexam, quæ causatur ex disconuenientia sensibilis ad sensum. Tertia causa est frequentatio operis, ad quod passio inclinat: propter quod dicit Aristo. Difficile est pugnare contra passionem, in qua multum quis habituatur. Dicit etiam, quòd magis difficile est pugnare contra illud, quod occulte euenit: sicut ira, quàm contra illud, quod notorie euenit. Aduerte etiam, quòd dicit Aristo. quòd ira aliqualiter consequitur rationem: ideo difficile est contra eam pugnare: sed cum iratus voluerit redire ad rationem, cito erit peractum sibi notum. Ex quo sequitur, quòd aliud est pugnare contra voluptatem, & extinguere voluptatem. Vnde aliqua voluptas, vt puta ardor carnis dicitur extingui, quando ex longa castigatione carnis corruptæ sunt malæ qualitates inclinantes ad concupiscendum libidinose: etiam quando diminuta est materia ad libidinem incitans: & etiam per frequentes actus castitatis corrupti sunt mali habitus, &c.

C

Ars, & virtus circa difficilia.

SECVNDO sciendum, quòd alia difficultas est, Vtrum ars, & virtus semper sint circa difficilia. Pro cuius solutione est aduertendum, quòd in actibus humanis, de quibus ad præsens intendimus, difficultas aliquando prouenit ex parte materiæ, circa quã operamur: quia operatio resistit: vt difficile est scindere lapidem durum. Aliquando prouenit difficultas ex parte nostri: & hoc triplici ter, secundum, quòd per tria operamur. Primo ex parte appetitus: quia non inclinatur ad illam operationem: vel quia habet inclinationem ad operationem oppositam: vt difficile est intemperato a voluptate recedere. Secundo prouenit ex parte intellectus: puta quando non habemus scientiam de modo faciendi, vel propter difficultatem acquirendi illam scientiam. Tertio prouenit ex parte membrorum corporalium: quia talia membra exercitio laffantur: vel quia non sunt assueta in tali operatione. Ex quo sequitur corollarium, quòd omnes operationes pertinentes ad artem, vel virtutẽ sunt nobis difficiles, nisi habuerimus artẽ, vel virtutẽ. Sequit secũdo, q; facilitas efficitur in nobis per artẽ, & virtutem

D

Item. Ex omnibus istis, & maxime, quæ dicta sunt in primo notabili patet quod sit dicendum ad rationes prius factas. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsatis: Aliqualiter difficile est pugnare iræ, & etiam pugnare voluptati. Quę conclusio relinquitur probata ex dictis.

OPORTET autem nō solum sic dicere: quoniam habitus: sed & qualis quidem. Dicendum igitur quoniam virtus omnis cuius vtiq; fuerit virtus, & id bene habens perficit, & opus eius bonum reddit, &c.

F *An virtus in medio consistat.*

QVAERITVR vtrū virtus cōsistat in medio? Arguitur primo, q̄ non: quia est aliqua virtus, quæ inclinat ad extrema: vt magnanimitas inclinat ad magnos honores: & magnificētia ad magnos sumptus, & non ad mediocres: igitur.

Arguitur secūdo, dicit Arist. q̄ quædam sunt operationes, quæ sunt sic malæ secundum se, quòd in eis non conuenit dirigere, sed semper peccare: quātuncunq; habeamus nos ad eas siue intensiue, siue remissiue, siue mediocriter: igitur in ipsis virtus non consistit in medio, sed in omnimoda fuga. In oppositum est Arist. in textu. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum, quòd medium, vt hic sumitur est illud, quod est inter defectum, & superabundantiam: sic valet, q̄ nec excedit, nec deficit. Vnde est aduertendum, quòd bonitas attribuitur habitui morali ratione cōformitatis ipsius, vel suæ operationis ad rectam rationem, & malitia ex difformitate. Et sic patet, quòd bonitas, & malitia attribuuntur actui, vel habitui ab extrinseco. Istis suppositis ponuntur aliquę propositiones. Prima, virtus ratione bonitatis sibi attributę non consistit in medio, sed in extremo. Patet: quia ratione bonitatis, & malitiæ optimum nō opponitur malo secundum medium, sed secūdum extremum: sed virtus est habituum moralium optimus: igitur. Vnde si virtus ratione bonitatis sibi attributę consisteret in medio, sequeretur, quòd extrema aliqd bonitatis haberēt: quod falsum est. Secunda propositio: virtus nō est medium passionum, vel operationum secūdum eius substantiam: quia medium sic acceptum est de genere extremorum. Notum est enim, quòd moderate se habere circa cibū, & excessiue sunt eiusdem rationis quo ad substantiam. Tertia propositio, virtus est mediū passionum, vel operationum obiectiue: sic intelligēdo, quòd ipsa est circa passiones, vel operationes medias, idest moderatas: quia vna malitia quo ad substantiam continet substantiam virtutis: & cum hoc plus, & alia minus: ideo videtur esse in medio duarum malitiarum acceptarum secundum suas substantias. Patet: quia virtus est circa passiones, vel operationes in quibus habemus nos bene

Medium quid.

ne, vel male. Qui enim irascit plus, vel minus irascitur: q̄ plus, vel min⁹ dat, malè dat. Quarta propositio, virtus accepta secūdum suam substantiam est medium duarum malitiarum: quia sicut operationes ad operationes, ita habitus ad habitus: sed operationes virtutis sunt mediæ inter operationes malitiarum acceptarum secundū suas substantias: igitur.

Virtus quomodo dicitur in medio consistere.

SECVNDO sciendū, q̄ difficultas est: Vtrū virtus cōsistit in medio quo ad nos, an ſm rē.

Pro cuius solutione est aduertēdū, q̄ Arist. ponit duplicē differētiā inter mediū rei, & mediū quo ad nos. Prima est, quia mediū rei sumit ſm æqui distātiam ab extremis: vt si extrema ponant̄ duo, & decē, tūc mediū erit sex. Sed mediū quo ad nos est, qđ nec erit minus debitum, nec erit magis debitū. Secunda differentia est: q̄ mediū rei est idē apud oēs: sed mediū quo ad nos nō est idē quo ad oēs: quia gigāti comedere aucā esset mediū: q̄ neq; nimis neq; parum: nano aût est nimis. Vnde proprie mediū quo ad nos est debite proportionatū nīæ dispōni. Tūc ponitur talis propō: virtus cōsistit in medio quo ad nos, & nō in medio rei, nisi forte acciderit mediū rei cū medio quo ad nos. Probat: quia sicut sanitas corporis non cōsistit in medio rei, sed quo ad nos: aliter enim oia essent æqualiter sana: qđ falsum est: ita virtus debet cōsistere in medio quo ad nos. Itē mediū rei est idē apud oēs: sed opus virtutis nō est idem apud oēs. Nā si debilis aggrederetur illud, quòd robustus, tran

B

C

D

firet merhas fortitudinis: & si robustus non aggrediatur illud, quod debilis, dicetur esse timidus. Ex omnibus istis iam dictis sequitur.

CONCLVSIO respōsalis: Virtus consistit in medio secundum substantiam, & non in ratione boni, & mali. Quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili. Ad rationes.

Ad primam dicitur, quòd magnanimus non appetit magnos honores: nec eos ꝓsequit̄ plusquā oportet, vel minus: sed quō oportet, & qñ, & vbi: vnde opus magnifici est extremū ſm substātiā in magnitudine: sed secundū habitudinē ad rōnē est mediū. Ad secūdā dico: q̄ circa tales operationes non est virtus, sed solum circa fugam, in qua fuga est virtus, & medium: & talia oportet fugere secundum quòd oportet.

TRIBVS autem dispositionibus existentibus; duobus quidem malicijs; hac quidem secundum superabūdantiam, hac autem secundum defectum; vna autem virtute mediante omnes omnibus opponuntur aliqualiter, &c.

Vitia ad magis opponantur inter se, quam virtuti.

QVAERITVR vltimo: Vtrum vitia magis opponantur inter se, quàm virtuti. Arguitur primo, quòd sic: quia extrema plus distant inter se, quàm a virtute, igitur.

E Arguitur secũdo sic: Facilius est ab extremis in medium venire, quàm ab extremo in extremum: igitur. In oppositũ est Arist. in præsenti textu. Pro huius autem quæstionis solutione.

Virt? ni tijs opponitur extreme.

PRIMO sciendum, quòd virt? vitiis opponitur extreme, & hoc in ratione bonitatis, & malitiæ. Patet, quia virtus est quid optimũ, & extremum est vitium: igitur. Dico secundo, ꝙ extrema non opponuntur ad inuicem secũdum rationem generalem bonitatis, & malitiæ. Patet, quia ambo extrema sunt vitia, & mala: igitur. Tertio dico, quòd vitia considerata secundum speciales rationes suarum malitiarum opponuntur adinuicem extremæ: quia diffor mitas in deficiendo, & in superabundando. Sed dubium est: Vtrum virtus, & vitia opponãtur contrariæ, vel quomodo opponantur? Respondetur, quòd vitium: potest capi tripliciter. Vnomodo, vt dicit priuationẽ bonitatis, & sic opponitur boni tati priuatiue. Aliomodo, vt dicit simpliciter negationem virtutis: & sic opponitur contradictorie virtuti. Tertiomodo contrariæ, vt dicit habitum cõtrarium virtuti: & sic opponitur virtuti contrarie. Sed dubiũ est: Vtrum extrema opponantur quo ad substantiã? Respondetur, quòd sic: & dico, quòd extreme opponuntur, & mediũ puta virtus medio modo opponitur ipsis. Aduerte tamen, quòd virtus semper magis opponitur vni extremo, quàm alteri. Et istud potest videri accipiendo perse ctũ opus virtutis.

Dubium

Dubium

SECVNDO sciendum, ꝙ cum aliquis est vitiosus, & vult venire ad medium, puta ad virturem: prius recedere debet a vitio, quod magis opponitur virtuti. Et si dicas, nos non possumus illud medium cognoscere. Respõdetur, ꝙ nullus est vtens ratione, qui non possit cognoscere in generali extrema & medium virtutis. Ex quo sequitur, quòd cum iuuenes ducuntur passionibus, per seipsos non fiunt virtuosi: sed indigent castigatore, & instructore. Instructor enim magis videt quid in discipulo, magis cõtrariatur virtuti. Aduerte vlterius, ꝙ nulli sunt ita bene nati, quin appetitus sensitiuus, si esset sibi derelictus, duceret ad malum: tamen aliqui sunt magis inclinati ad malum, quàm ad bonum: & illos vocat Aristo. male natos. Aliqui minus sunt inclinati ad malum: & illos vocat Arist. bene natos. Et aduerte, ꝙ ista debent semper accipi quo ad nos. Vnde licet anaritia secundum se magis opponatur liberalitati, quàm prodigalitas: tamen in illo, qui natus esset ad prodigalitatem, econtra esset ideo requiritur magna industria ad inueniendum medium. Et ponitur.

Quomodo virtus opponitur ad virtutem.

CONCLVSIO responsalis: Virtus magis opponitur extremis in ratione boni, & mali, quàm extrema opponantur inter se. Ad rationes patet sufficiẽter quid sit dicendum in primo notabili.

ETHICORVM ARISTOTELIS.

LIBER TERTIVS.

An voluntas quando, quæ necessario velis aliquid.

CIRCA tertũ librum Ethicorum.

QVAERITVR Vtrum voluntas possit sic disponi, ꝙ necessario velit aliqd. Arguitur primo ꝙ sic: quia dicimus, quòd homo potest cogi ad aliquid faciendum: ergo voluntas sic vult aliquid quod non potest velle oppositum. Arguitur secundo: Deus vult aliqua necessario. Ergo & voluntas nostra. In oppositum sunt articuli Parisienses, auctoritates, & rationes. Procuius declaratione.

Voluntas nostra est libera tri plicer.

PRIMO sciendum, quòd voluntas nostra est libera triplici libertate scilicet contrarietatis contradictionis & disparitionis. Contrarietatis: quia ad actus contrarios: puta velle & nolle: nisi circa duo, puta deum & miseriã. Vnde non potest voluntas nolle deum: quia deus non est natus esse obiectum nolitionis; nec miseria est nata esse obiectum volitionis. Vnde circa deum voluntas nostra nõ potest habere nisi vnum actum, puta velle seu diligere. Dico tamen quod illud non habet necessario circa deum, immo mere libere, & contingenter. Vnde dato ꝙ beatitudo vel deus ostendatur voluntati, etiam sub ratione cuiuslibet boni: adhuc in potestate voluntatis est elicere actũ suum vel suspendere actum suũ ideñ non elicere. Ex quo sequitur vnum correlarium quòd voluntas dicitur esse libera circa quodcunque obiectũ ipsi ostensum, saltem libertate contradictionis. Et si quis dicat: verũ est quòd voluntas quantum est de se est libera: tamen bene potest necessitari per aliquam causam. Respondetur, causa superior non potest necessitari a causa inferiori: quia causa inferior non potest, determinate modũ agendi causæ superioris. Ex quo sequitur ꝙ si aliqua causa superior necessario agat, hoc habet per aliquod intrinsecum & per propriam naturam. Et si dicas: vnde ergo prouenit ꝙ voluntas vt in plurimum appetit beatitudinem, cũ sit tamen libera? Respondetur ꝙ iden est: quia appetitus liber communitus insequitur inclinationem appetitus naturalis. Vnde impossibile est voluntatẽ habituari per aliquem habitum ad aliquid tantum quantum

Corollarium.

Instãtia.

Σ tum per naturalem inclinationem. Ex quo sequitur correlariũ ꝙ dato ꝙ iustus habeat multos habitus per quos posset habituari ad susciptendum mortẽ: tamen magis per naturalem inclinationem inclinatur ad fugiẽdum mortem, quàm per illos habitus ad susciptendũ mortẽ.

Sco. in 3. d. 36. circa quantum ad illum.

SECVNDO sciendum, ꝙ ex dictis sequuntur aliqua pulchra: qui stante dictamine recto in intellectu, voluntas potest in oppositum; vt dato ꝙ intellectus dictet ꝙ pauperi danda est elemosyna. voluntas potest oppositum velle. Secundo sequitur ꝙ stante dictamine recto voluntas potest nõ elicere actũ. Et si dicas: quomodo ergo voluntas dicitur excecare intellectum? Respondetur ꝙ dupliciter voluntas potest excecare intellectum, scilicet privatiuè & positiuè. Privatiuè; quia voluntas potest auertere intellectum a consideratione recta. Vnde voluntas eliciens oppositum alicuius recti dictaminis, non permittit intellectum diu permanere in illo dictamine: sed auertit ipsum & conuertit ipsum ad cõsiderandum rationes pro opposito. Secundomodo excecat positiuè: vnde sicut voluntas recte eliciens finem præcipit intellectui considerare illa q̃ sunt necessaria ad illum finem: ita voluntas eliciens sibi malum finẽ, præcipit intellectui inuenire media ad illum malum finem. Et aduerte ꝙ voluntas depraua non insequitur iustitiã nec regulam rationis: sed coniuncta alicui appetitui sensitiuo ipsa appetit aliquid quod est summe delectabile ipsi appetitui. Est aduertendum ꝙ in hominibus ſm diuersitatem complexionũ est dominium appetituum sensitiuorũ: vnde voluntas maxime inclinatur ad actum eius ſm dominium appetit⁹ sensitiui. Et in de est ꝙ eorum quæ sequuntur primam inclinationem sine regula iustitiæ, quidam primo inclinantur ad luxuriam: quidam primo ad superbiam. Vnde si voluntas esset separata ab appetitu sensitiuo & a regula iustitiæ: sequeretur absolutã inclinationẽ voluntatis vnde voluntas est, puta suum maxime cõueniens. Ex his patet quid sit dicendum ad rationes: Ideo ponitur.

B

CONCLVSIO responsalis. Volũtas nunq̃ necessario elicit actũ suũ circa aliquod obiectũ quantuncunq; fuerit sibi præsentatum. Et ista conclusio relinquitur probata ex dictis.

H

An voluntas sit causa totalis sui ipsius actuum.

QVAERITVR secundo: Vtrum voluntas sit causa totalis sui actus. Et arguitur primo ꝙ sic; quia aliter voluntas nõ esset causa libera; sed illud est falsum; igit̃. Argũ secundo sic: qa si nõ esset cã totalis, sequeret̃ ꝙ nõ posset peccare: sed hoc est falsũ: igit̃. In oppositũ arguit; quia nulla cã creata põt aliquid causare nisi mediãte causa prima. Pro cui⁹ quæstionis; solutione.

PRIMO sciendum, quòd impossibile est aliquam causam secundam seu creatam producere aliquid cuiuscunq; etiam sit potentiæ nisi cã prima cõcurrẽte. Ex quo sequit ꝙ deus qui est prima, cã est actus ipsius voluntatis.

Sco. in 2. d. 25. & d. 37.

C tatis. Et si quis dicat: qõo ergo actus dicitur malus cum producatur a deo? Respondetur ponendo vnam regulam. Quando ad vnum effectum concurrunt duæ causæ, potest esse defectus in actu ex parte vnius & non ex parte alterius; ideo dato quòd ad velle cõcurrat deus & voluntas creata: tamen potest esse defectus ex parte voluntatis creatę, & non ipsius voluntatis dei. Et si dicas: quomodo potest istud fieri? Dico ꝙ sic fit: quia quando voluntas creata non dat rectitudinem actui quã potest sibi dare & tenetur dare tunc est defectus ex parte talis causæ. Vnde aduerte quòd voluntas diuina non tenetur dare alicui actui rectitudinem: tamen quantumq; est de se, daret rectitudinem actui, si voluntas creata cooperaretur. Vnde regula est; Quicquid dat deus Σ antecedenter, dat consequenter quantum est de se, nisi esset impedimentum. Ex quo sequitur quòd defectus in actu non est propter defectum causæ superioris, sed inferioris. Ex istis etiam sequitur quòd volitio seu actus voluntatis causatur a voluntate & non a re volita. Et si dicas contra; appetibile mouet appetitum; ergo volibile mouet voluntatem. Dico quòd verum est mediate: quia causat suam cognitionem in intellectu mediante q̃ voluntas elicit actum suum: res tamen immediate non causat volitionem.

Dubium

SECVNDO sciendum, ꝙ de ipsa voluntate incidunt aliquæ difficultates. Prima: vtrũ actum voluntatis præcedat alius actus; vt puta quando voluntas vult aliquid, vtrum illud vel A
le præcedat aliud velle? Et videtur quòd sic; quia omne vel le ipsius voluntatis præcedit determinatio ipsius voluntatis quæ determinat se ad illud obiectum, puta ad volendũ illud & ad nolendum aliud. Respondeꝯ ꝙ voluntatem determinare se, non est aliud, q̃ ex libertate sua velle vnũ & non reliquũ; & seipsa seipsã determinat obiecto sibi præsentato; & hoc propter perfectionẽ & libertatẽ eius. Ex quo sequitur ꝙ voluntas nõ appetit per modũ naturæ, immo mere libere; quia tunc non posset seipsam determinare. Ex quo sequitꝫ magna dria est inter causam naturalẽ indeterminatã, & cãm liberam quia causa indeterminata libera sicut voluntas determinat seipsam; sed naturalis nõ determinat seipsam, sed ab alio determinat: sed causa libera seip D
sam determinat, quod non est aliud q̃ à seipsa habere actũ suũ. Et sic patet quid sit dicendũ ad rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Voluntas est causa totalis sui actus; sic videlicet quod actus eius non causatur a re volita. Quæ conclusio relinquitur ex dictis probata &c.

An voluntas possit velle bonum minus negatio maioris.

QVAERITVR tertio: Vtrum præsentatis duobus bonis voluntati quorum vnum est maius & aliud minus & incompossibilibus, voluntas possit velle minus bonum dimisso maiore bono. Et arguitur primo quòd sic; quia aliter voluntas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B luntas non esset libera, neque domina sui actus. Arguitur secundo sic: Si illud maius bonum esset sibi præsentatum absque minore bono, posset voluntas illud maius bonum non velle: ergo. In oppositū est Arist. in textu dicit. n. q eligimus quæ scimus maxime bona existentia. Dicit etiam quòd malus ignorat, quæ oportet operari: & a quibus fugiendum est. Pro solutione quæstionis.

PRIMO sciendum, q aliquid præsentari voluntati nihil aliud est, quàm illud ab intellectu actualiter vel habitualiter intellecti. Vnde dicunt aliqui q præsentaris duobus bonis ipsi voluntati incompossibilibus & stante iudicio rationis tam in vniuersali, quàm in particulari: puta q vnum est altero maius bonum, voluntas potest tunc & pro tunc velle & acceptare minus bonum & dimittere maius bonum. Et aduerte q iudicium in vniuersali est, quo iudicamus vnum esse simpliciter maius altero. Et iudicium in particulari voco illud quo iudicamus secūdum omnes circunstantias apparentes vnū esse pro tunc magis bonum altero: & istud potest probari. Nam dictum est superius, q si voluntati præsentetur summum bonum: in quo non apparet aliqua ratio malitiæ, voluntas non potest elicere actum circa actum circa illud. Sed dubiū est. Vtrum voluntas possit prosequi, vel fugere aliquid, quod non est, tamen iudicatum ab intellectu esse prosequendum, vel fugiendum. Respondetur breuiter quòd sic: potest enim aliquid voluntas componere, quod intellectus nunquam composuit: sufficit enim, quòd extrema sint sibi præsentata. Est tamen aduertendum, quòd dicūt aliqui, quòd voluntas potest nō velle minus bonum, præsentato sibi maiore bono: quia minus bonum ratione maioris boni habet rationem mali: modo malū sub ratione mali non potest velle à voluntate.

Aliquid præsentari voluntati, est ab intellectu intelligi.

F

G

SECVNDO sciendum, q pro solutione quæstionis ponuntur aliquæ conclusiones. Prima: stante casu posito, voluntas tūc & pro tunc non potest velle minus bonum. Et dicitur notanter pro tunc: quia tunc potest velle minus bonum: sed non pro tunc, sed pro alio tempore, in quo non plus stabit illud iudicium, quo intellectus iudicat illud esse maius bonum. Et est in potestate voluntatis imperare intellectui, vt desistat a consideratione talis boni maioris: & tunc potest acceptare minus bonum. Secunda conclusio: illo casu posito, voluntas non necessario fertur in prosecutionem maioris boni: immo potest differre actum volendi vt fiat inquisitio, maior de his omnibus, quæ concomitari possunt, vel sequi illud maius bonum. Tertia conclusio: Si voluntas debeat elicere eliciet maius bonum: quia vel minus, vel maius: non minus pro tunc: igitur. Et si dicas, quare est quòd oportet, q eliciat actum circa maius bonum. Respondetur quòd ratio est: quia tunc minus bonum præsentatur sub ratione mali. Vnde licet voluntas non necessario feratur in bonum sibi præsentatum sub ratione tamē maioris

Conclusiones ordinatæ conducentes.

H

Obiectio.

A ioris boni: non tamen oportet quòd feratur in malum sub ratione mali: & per hoc soluuntur rationes quæstionis. Vnde illi qui dicunt, q voluntas non potest in malum sub ratione mali. Dicunt q libertas ideo data est voluntati, vt posit non ferri in bonum sibi ostensum sub ratione boni: & non vt posit ferri in malum sub ratione mali, ponitur igitur.

CONCLVSIO responsalis: Præsentatis duobus boni voluntati incompossibilibus luntas non potest tunc & tunc ferri in minus bonu

An voluntas aliquid nel ad nunciolo ratem.

QVAERITVR quarto, Vtrum voluntas possit velle aliquid præter iudicium rationis

B vel contra iudicium rationis. Arguitur primo q sic; quia aliter non esset libera. Arguitur secundo; quia appetitus sensitiuus potest aduersari rationi: ergo & voluntas. In oppositum est Ari. in textu: dicens q omnis malus ignorat, quæ oportet operari, & a quibus fugiendum est: quod non esset si voluntas posset esse obliqua existente recto iudicio: & dicit & Qualiscunq; vnusquisque talis finis ei videtur. Pro quæstionis solutione.

Appetitus sensitiuus, & intellectiuus sūt cognoscitiui.

PRIMO sciendum, q appetitus sensitiuus & intellectiuus dicuntur cognoscitiui, non quia cognoscunt, sed quia non possunt habere actum nisi circa cognitum: & per hoc differunt ab appetitu naturali qui fertur in obiectum absque præuia cognitione obiecti. Et aduerte q quælibet potentia ante suū actū inclinatur ad suum actum tanquam ad eius perfectionem. Et

C

Obiectio.

siquis dicat q volentes aliquem finem, volunt media ad illum finem propter quæ consiliantur: ergo tunc volunt ignotum: quia illa media non sunt ipsis cognita: cum non consiliarentur ipsis medijs. Item vo mouet intellectum ad cō andū obiectum: tunc quæ vel ergo illud obiectum est otum, vel ignotum. Si ignotum, habeo intentum: si notū, ergo non mouetur ad considerandum illud. Respondetur q ipsa voluntas mouet intellectū ad considerandum, vt inueniat medium valens ad attingendū suum volitum: quod non est nisi mediante intellectu: qui præsentat sibi sub ratione boni: hoc quod est consiliari ad tale medium inueniendum: quemadmodum intellectus iudicat hoc esse bonum. Vnde sicut intellectus non cognoscit determinatæ illud medium quod inuenit, etiam voluntas non fertur determinatæ ad illud, sed fertur in consiliatiuum ad attingendum illud medium: & hoc cognoscit intellectus, & iudicat esse bonum. cum autem intellectus inuenit hoc determinatum medium, & iudicat esse bonum, tunc voluntas poterit determinate velle ipsum & non ante. Dico etiam q voluntas nunquam mouet intellectū ad considerandū aliquid, nisi intellectus primo dictauerit, q cō siderare illud obiectū est bonū.

D

SECVNDO sciendum, q pro solutione quæstionis ponuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

E tur aliquæ propositiones, quæ iam aliàs fere omnes terminatæ sunt: Prima, quòd volũtas potest illud non velle quod intellectum iudicat esse bonum. Vnde voluntas potest differre actu volendi, vt fiat inquisitio, si voluntati appareat quòd sit aliqua malitia annexa: potest etiam voluntas illud non velle propter annexam tristitiam. Secunda propositio: voluntas potest non velle illud, in quo nulla apparet ratio malitiæ: & potest non nolle illud, in quo nulla ratio apparet bonitatis: quia in istis suspẽdere potest actum suum, & differre actum suum. Tertia propositio voluntas potest aliquo mõ velle illud quod sibi præsentatũ est sub ratione mali: & potest nolle illud, quod sibi præsentatum est sub ratione boni: & hoc est: quia illud potest habere rationem boni & mali, vt adulterium habet rationem mali, quia inhonestum, & rationem boni, quia delectabile. Sed restat parvum dubium quomodo voluntas, aliquando aliquid vult, & appetitus sensitiuus aduersatur rationi. Respondetur quod ideo est, quia appetitus intellectiuus insequitur iudicium rationis, & appetitus sensitiuus insequitur iudicium sensus. Et ista iudicia vt in plurimum sunt opposita: igitur, & per hoc sõluuntur sufficienter rationes. Vnde ponitur.

Propõsitiones explicantur.

Sen. in 4. d. 49. q. 9 ꝙ fol. 9.

Dubiũ.

CONCLVSIO responsalis. Volũtas potest velle aliquid contra iudicium rationis.

VIRTVTE itaque circa passiones, & operationes existente: & in voluntarijs quid est laudibus, & vituperijs factis. In inuoluntarijs autem venia, quandoq; autem & misericordia &c.

G

An voluntas possit mouere potentias inferiores.

QVAERITVR vtrum voluntas possit mouere potentias inferiores. Arguitur primo quòd non: quia voluntas non potest causare aliquid in alijs potentijs: igitur voluntas non potest mouere alias potentias. Arguitur secundo sic: quia si voluntas posset mouere potentias inferiores, seqretur quòd non posset sibi retistere; sed hoc est falsum igitur. In oppositum videntur esse omnes morales. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum, quòd tã intellectus, quam voluntas sine habitu præcedente possunt in suos actus tam cõplexos, quam incomplexos: vt intellectus in rectum iudicium: & voluntas in actum bonum conformem dictamini recto. Vnde per recta iudicia in intellectu generatur prudentia: & etiam per actus cõsonos illis dictaminibus, seu per rectas volitiones consonas illis dictaminibus generatur in voluntate habitus virtuosus. Et aduerte vlterius, quòd volũtas primo naturaliter vult aliquid in se quam impet sensui. Et aduerte quòd voluntas potest imperare appetitui sensitiuo moderando passionem eius, vel persecutionem, vel fugam. Ex quo sequitur, ꝙ voluntas non dꝫ mouere potentiã inferiorẽ: eo ꝙ caret

H

Tam intellectus, quàm voluntas possunt in suos actus.

A set aliquid in potentia inferiori: sed quia imperat potentiæ inferiori. Voluntatem ãt proprie imperare potentijs inferioribus non est aliud ꝙ voluntatẽ illud velle actualiter & efficaciter: vt voluntatem imperare potentiæ portatiuæ, vt portet lapidem, nõ est aliud, ꝙ voluntatem actualiter, & efficaciter velle portare lapidem. Dicunt tñ aliqui satis probabiliter, ꝙ voluntas per actum volendi pt agere in alias potentias & in corpus, & mediã te corpore in res extra: non quidem ꝙ agat actum volendi extra se, sed alium actum: sicut intelligentia per actum volendi causat motum in orbe.

SECVNDO sciendum, ꝙ restat vna difficultas: Vtrũ operationes violente sint inuoluntariæ. Pro cuius declaratione est aduertendum, quòd nulla potentia dꝫ violẽtari respectu suæ propriq operationis: quia quælibet potentia inclinatur ad suam propriam operationem. Ideo videndum est quo aliquæ operationes dicantur violentæ: vnde aliqua operatio põt dici violenta passo: quãdo passum mouetur contra eius inclinationem: vt quando lapis mouetur sursum: & etiam quando aliqua potentia mouetur contra eius inclinationẽ ex imperio voluntatis dꝫ moueri violenter. Etiam potest dici operatio violenta ipsi agenti, quando mouetur in oppositũ suæ operationis: vt si Petrus traheret nauem ad vnã partem, & vnde monerent eã ad aliã partẽ. Et sic patet, ꝙ potest dici, quòd operationes voluntatis possunt dici violente duplicitær, scilicet ex parte passi & ex parte agentis. Prima non dicitur inuoluntaria, sed bene secunda. Ex quo sequitur ꝙ omne illud quod cõuenit nobis ex imperio voluntatis potest dici nobis naturale: & omne illud quod cõuenit nobis contra imperium voluntatis dicitur violentum. Et sic patet qualiter debet intelligi diffinitio violenti vbi dicitur: Violentum est cuius principium &c. Debet enim sic intelligi: illud dicitur moueri violenter quod mouetur contra eius naturalem inclinationem. Vel vt dicunt alii qui in proposito, ꝙ illud mouetur violenter, quòd mouetur contra imperium voluntatis. Et ex omnibus istis patet quid sit dicendum ad rationes. Ideo ponitur.

Sen. q. 1. prolog. in prin.

CONCLVSIO responsalis: Voluntas potest mouere potentias inferiores. Quæ conclusio relinquitur probata in primo articulo seu notabili.

C

D

QVAECVNQVE igr propter timorem malorum operata sunt vel propter bonum aliquod: puta si tyrannus præcipiat turpe operari, dominus existens parentum & natorũ: & faciente quidem saluabuntur: non faciente autem morientur &c.

An formidolosæ operationes dicantur inuitæ.

QVAERITVR Vtrum operationes, quæ propter metũ fiunt, dicantur inuoluntariç. Et arguitur primo ꝙ sic: quia dicit Ari. ꝙ nullus voluntarius aliquid

B quid eligit pro eius salute. Arguitur secundo ficdicit Arist. quòd nullus secundum se eligeret talia: igitur sunt in uoluntarijs. In oppositum est Arist. qui dicit quòd in volũtarijs laudes & vituperia sunt: sed in inuoluntarijs venia & misericordia. Pro solutione.

PRIMO sciẽdum ꝙ nulla volitio dicitur esse inuoluntaria neque violenta. Vnde breuiter voluntas nullomodo potest cogi vel violentari respectu alicuius eius operationis cum inclinetur ad quamlibet eius operationem. Dico tamen quòd habẽs voluntatem, potest cogi ad aliquam passionem: puta ligatus hic manere: vel etiam ad aliquã operationem instrumentalem: vt si quis manu percutiat se: sed quo ad operationem voluntatis suam elicitam siue imperatam

F non potest cogi, nisi secundum quid scilicet metu maioris malj quàm sit ille actus: & est ista coactio in homine virtuoso: & hoc quando non leue existimatione, sed certitudinaliter saltem certitudine sufficiẽter in actibus humanis hoc facit. Et si dicas: quid de proijciente merces in mare; Respondetur secundum Sc. li. 4. d. 15. quòd proijciens simpliciter vult proijcere & non vult proijcere secundum quid puta si posset effugere periculum: sed illud nolle conditionatum: quia quantum in se est nolle, simpliciter tamen vult proijcere. Et si dicas quòd non vult simpliciter proijcere: quia tristatur de illa profectione. Dico quòd non tristatur de illa proiectione: sed de nolle conditionato, quod habet de nolendo periculum tristatur;

G & tamen non cogitur inuitus proijcere.

SECVNDO sciendum, ꝙ incidit vna difficultas: vtrum operationes quæ fiunt propter timore sint laudabiles vel vituperabiles. Respondetur quòd timor potest nos inducere ad operationem secundum se bonam: & tunc dico quòd obedire timori est laudabile: vt fugere fornicationem propter timore peneq tamen magis laudaretur si sine timore & propter deum hoc faceret. Et posset dari exemplũ de pueris qui vadunt ad scholas propter metum verberum. Per contrarium posset dici de vitiosis, qui propter quencunque timorem nolunt operari bonum, sicut obstinati: sed qui cederent timori, illi essent magis reducibles ad virtutem: & ſõ de hoc possent laudari quodammodo & non simpliciter. Si H autem timor inducat ad malũ: tunc vel ille timor est parua causa, ita ꝙ non caderet in constantem virum: & sic vituperabile est & nõ laudabile. Vitiosi enim & incontinentis est ex parua causa committere turpe; Vel timor cadit in constantem virũ: vel ergo malum in quod cadit pauce est turpidinis: & sic non solum locum habet venia, sed & misericordia: vel mediocris turpitudinis, & tunc habet locũ venia & non misericordia: vel ex cellentis turpitudinis: vt occidere patrẽ vel negare propriam fidem: tunc cedere timori est vituperabile & non habet locum venia nequam misericordia. Vnde semper laudabile est præponere honestum pœnæ, scilicet plus diligere honestum, quàm timere pœnam.

Qua sit in agnoscitur, an laudabilia.

A pœnam. Ex quibus potest inferri differẽtia inter cõstantiã & pertinaciã. Nam cõstantia est quæ tenet animum immobilem pro salute virtutis: sed pertinacia tenet animum immobilem pro victoria propriæ voluntatis. Iõ sequitur ꝙ pati turpe non ordinatum ad aliquod bonum est vituperabile. Et per hoc patet qd fit dicendum ad rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Licet volitiones factę ex timore secundum quid possint dici inuoluntariæ: tamen simpliciter dicuntur voluntariæ.

QVOD autẽ propter ignorantiam non voluntarium qui dem omne est: inuoluntarium autem quod triste & in plenitudine. Qui enim ꝓpter ignoB rantiam operatur quodcunq; nihil tristatur in operatione: volens &c.

Operationes quæ inscitiæ aguntur, an inuoluntariæ.

QVAERITVR Vtrum operationes animæ, quæ fiunt per ignorantiam, dicantur inuoluntariæ? Arguitur primo ꝙ non: quia de operationibus inuoluntarijs nõ punimur; sed de illius quæ fiunt per ignorantiã punimur. Arguitur secundo sic: quia tunc sequeretur ꝙ omne ignotum esset inuolũtarium, & omne notum voluntariũ: quod falsum est: igitur &c. In oppositum est Ari. in cex. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum, quòd secundum morales dfiç est inter

C inuoluntarium, & non voluntariũ; quia inuoluntariũ est actus oppositus actui volendi. s. nolle. Sed non voluntarium, est negatio vel priuatio cuiuscunq; actꝰ volendi. Aduerte vlterius ꝙ aliquid dicitur voluntarium dupliciter. Vnomodo formaliter quia actus volũtatis directe fertur in illud: vt si dicã, volo comedere: comestio ibi dicitur voluntaria formaliter. Aliomodo aliquid dicitur voluntarium virtualiter; non quia actus voluntatis directe feratur in illud, sed fit mediante aliquo, in quod voluntas ferebat actum suum: vt actus qui fit ab ebrio, inebriatio est voluntaria virtualiter: quia nata est seq ad bibere, quod bibere erat volitũ formaliter. Similiter possemus dare exemplum de omissione, vt puta post cenam volui sti ludere: & dormiens forti D somno non vadis ad matutinas: non ire ad matutinas est vna omissio & est voluntaria virtualiter. Aliquid tamen dicitur voluntariũ formaliter dupliciter. Vnomodo: quia actus volendi directe fertur in ipsum dũ aliud fit. Aliomodo: quia quando fit non vniuersaliter: quia nescit illud: sed postquam factum est, vult: vt inuentio thesauri. Ex istis patet ꝙ dupliciter possumus habere ignorantiam de aliquo. s. formaliter & virtualiter & qualitercunq; est voluntaria formaliter: vt si dicerem, noli mihi aliquid dicere de hoc, quia nihil volo scire. Virtualiter tripliciter. Primo quando volumus aliquod opus ad quod sequitur impedimentum vsus rationis. Secundo: quando volumus ali quam aliã operationẽ exercere:

Dicta inter voluntariũ & nõ voluntariũ.

Ignorare aliquid dupliciter.

E quæ licet non tollat vſum rationis, tamen impedit a conſideratione illius quod debemus ſcire: vt ſiquis velit ludere dum debet ſcire aliquid: Tertio ſi deſides & ocioſi eſſe volumus, ad quę ſequitur nihil nos ſcire propter non conſiderare. Vnde ignorantia formalis dicitur affectata: ſed virtualis dicit craſſa & ſupina. Alia eſt quæ nullo iſtorum modorum dicitur voluntaria: & iſta dicitur inuincibilis: vt puta quando quis ponit diligentiam tantam quantam poteſt ad ſciendum aliquid q̃ tamen non poteſt ſcire.

Cõcluſiones quinque diſſoluentes.

SECVNDO ſciendum, q̃ pro ſolutione quæſtionis ponuntur aliquæ concluſiones. Prima: Nulla operatio quæ fit per ignorantiam, dicitur eſſe voluntaria formaliter, dum fit. Patet: quia nihil dicitur eſſe voluntarium F formaliter, niſi voluntas directe terat actũ ſuum in illud: ſed circa ignotum non poteſt dirẽcte ferre actum ſuum; igitur. Et dicitur notanter dum fit: quia poſtquam factum eſt, poteſt placere. Secunda concluſio; Omnis operatio facta per ignorantiam affectatam vel ſupinam, dicitur eſſe voluntaria virtualiter; quia talis ſit vel ſequitur ad aliquod volitum formaliter. Eſt tamen poſsibile q̃ poſtquam factum eſt, fit inuoluntarium formaliter: vt ſi ebrius hominem interficiat, multum ſibi diſplicebit cum redierit in vſum rationis. Tertia concluſio: Operatio facta per ignorantiam inuincibilem, non eſt voluntaria virtualiter: cum nõ ſequatur ad aliquod voluntarium; nec etiã formaliter, cum in illud non ferat voluntas. Ex quo ſequitur q̃ G ad operationem inuoluntariam ſimpliciter duo requiruntur: ſcilicet q̃ nullo iſtorum modorũ dicat eſſe voluntaria; quia inuoluntarium ſimpliciter omni voluntario opponitur. Secundo requiritur q̃ ſit nolita poſitiue poſt factum eſſe: quia cum non poſſit eſſe nolita poſitiuæ in facto, nec ante factum, quia tunc ignoratur. Patet ergo q̃ ſi non eſt nolita poſt factum q̃ non opponeretur voluntario poſitiuę, ſed ſolũ negatiuę vel priuatiuę. Ex quo ſequitur q̃ ſolum illa operatio dicitur inuoluntaria ſimpliciter, quæ ſit per ignorantiã inuincibilem. Et nota q̃ differentia eſt inter facere ignoranter, & propter ignorantiam nã facere ignoranter, eſt quando faciens non habet omnino rectũ vſum rationis. Sed facere propter ignorantiam; eſt qñ ignorãH tia eſt cã principalis; ſic q̃ ſi ipſa non eſſet, hoc nõ fieret. Et ſic patet qd ſit dicendũ ad rõnes. Et ẽt ſatis patet cõcluſio reſpõſalis.

An operationes ex iracundia, vel cõcupiſcentia proficiſcentes, dicantur voluntariæ.

QVAERITVR Virũ operationes q̃ fiunt pp iram vel cõcupiſcentiam dicantur voluntarię. Et arguit primo q̃ non; quia illud non eſt voluntarium quod ſit a principio non voluntario: ſed ira non eſt voluntaria; igit. Arguitur ſecundo ſic; quia incõtinens vult ſe reſcindere ab irrõnabili impetu & non potigitur. In oppoſitum v̄ eſſe. Ari. Pro ſolutione.

PRIMO ſciendum, q̃ mens Ari.

A Ari. ſuit q̃ operationes q̃ fiunt propter iram, dicuntur eſſe volũtariæ. Et hoc probat multis rationibus. Primo q̃ tunc ſequeretur q̃ pueri nihil agerent voluntarie, cum omnia agant propter iram vel concupiſcentiam. Pro cuius declaratione ſupponitur q̃ hominum quidam ſunt qui ante aduẽtum paſſionis, habent vel poſſunt habere vſum rationis: & in illis operationes quæ fiunt propter iram vel concupiſcentiã, poſſunt laudari vel vituperari: quia licet ira & concupiſcentia multum curbent & ligent vſum rationis: non tamẽ rollunt illum totaliter: nec totũ dominium hominis quin poſsit imperum ire vel concupiſcentię reprimere. Secundo; quia homo ante aduentũ paſſionis potens erat moderare paſſionem aduenientem & eius impetum refrenare, & eam temper ducere ratione: ſicut fortem videmus vſq; ad mortem habere plenum vſum rationis, qui tamen non bel lat ſine paſſione: Ideo ſi tales operationes laudentur vel vituperentur non eſt ex eo q̃ fiant propter paſſionem, ſed ex eo q̃ voluntas & ratio poterant rebellare & non rebellant; vel ſi aliqualiter rebellant, non tamen omnino quantũ poſſunt, & quantum deberent, vt in incontinentibus. Alij ſunt qui ante aduentum paſſionis non habent vſum rationis, ſicut pueri maniaci ideſt mente alienati. Et in iſtis operationes quæ fiunt pp irã; nõ laudanẽ neq; proprie vituperãtur. Itẽ conſonum eſt aliqñ operari ſm irã & iraſci: vt in bello cõtra inimicos. Nã dicit Ari. virtutẽ immittere furori, & furorẽ arigẽ. ſin bellis. Itẽ conſonũ eſt cõcupiſcere aliqua: vt ſanitatẽ, virtutẽ & ſic de alijs: & ſm concupiſcentiã hanc operari ad proſequendum. Sed dubiũ eſt, an inuoluntaria ſint triſtia: Dicit Ari. q̃ ſic, quia ſiunt in penitudine. Vnde illa quæ fiunt per concupiſcentiã, vident eſſe delectabilia. Sed vtrum illa quæ fiunt per iram, ſint delectabilia; cũ ira videatur eſſe cum triſtitia. Dico q̃ licet ira ſit cum triſtitia propter apparentẽ paruipenſionẽ eorũ quæ ſunt in ipſum tñ in opere facto ſm iram magna eſt delectatio ꝓpter ſpecie punitionis.

Quæ ſint vera circa Ariſtot. de tranſitu quæſtio.

Dubium

SECVNDO ſciendum, q̃ incidit vna difficultas: vtrum operationes quæ fiunt propter iram vel concupiſcentiam principaliter fiant a paſſione vel a ratione & voluntate. Rñdetur q̃ tales operationes in habente vſum rationis procedunt principaliter & originaliter a ratione & voluntate. Et ſe poni exẽplũ de aliquo rege, qui habet poteſtatem ſubijciendi ſibi ſubditos tũ propter deſidiã vel amorẽ dimittit tñ potentiã eorũ inualeſcere; q̃ non poteſt cã poſtmodum reprimere, ſed regnũ accipiunt. Hę igĩ inordinationes non dicunt principaliter a ſubditis emanare & originaliter, ſed a Rege ſaltẽ virtualiter: qa voluit aliquid ad quod ſecute ſunt ille in ordinationes. Et ſi dicas iſtæ paſſiones non ſunt in poteſtate noſtra: ergo operationes quæ fiunt propter illas non erunt voluntariæ. Reſpondeẽ q̃ paſſiones iſtæ ſunt in poteſtate nr̃a ſaltẽ quo ad moderationẽ ipſarũ & earũ impetus refrenationẽ, ſed forte quo ad nullam

Operationes, quæ fiunt pp iram, vel concupiſcentiam, dicuntur voluntariæ.

Obiectio.

tionem omnino earum nó sunt in potestate nostra: ꝓpter quod aliquando non sponte timemus vel irascimur, tamen sponte timemus vel irascimur mediate vel immediate. Possemus etiam totaliter euitare passionem, vt alias visum est: ideo voluntas aliquo modo est causa operationis puta positiue, si consentiat appetitus sensitiuo aut priuatiue si non regat eum; vt dicimus naturam esse causam submersionis nauis per eius absentiam. Et nota pro ista materia ꝙ appetitus sensitiuus non est ita potens, vt posit in contrarium voluntati operanti secundum eius totum conatum: potest tamen per fortem tractum passionis cõtra conatum debilem voluntatis. Vnde incontinentibus voluntas trahit ad oppositum passionis, sed non secundum totum suum conatum ideo permittit se vinci, idest permittit conatum passionis superare conatũ ipsius voluntatis. Et per hic omnia soluuntur rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis; Operationes quę fiunt propter passionẽ, sunt voluntariæ.

An homo posit peccare mortaliter.

QVAERITVR Vtrũ homo posit peccare mortaliter il lo tempore, quo non potest vti ratione. Arguitur primo ꝙ non: quia tunc non potest deliberare; igitur. Secundo sic arguitur: quia tunc non est dominus suorum actuum; igitur. In oppositum videtur esse Ari. in tex. Dicit enim Ari. ꝙ ebrio debetur duplex increpatio vna, quia ebriat se: secũda de illo actu quẽ committit durante ebrietate, vt si occiderit. Item volo ꝙ seruitor teneatur aliquod opus facere hora prima: & non posit facere nisi illa hora inebrietur, nõne peccat peccato omissionis. Pro solutione.

PRIMO sciendum, ꝙ quæ fit̃o ista quærit de duplici peccato scilicet commissionis & omissionis. Vnde duplex est ebrius: quidam est in quo remanet aliquid de vsu rationis; & de isto non est dubium. Notum est. n. ꝙ talis potest peccare. Alius est in quo nihil remanet de vsu rationis plusquam in fatuo. Et de isto sunt diuerse opiniones. Vna dicit, ꝙ talis ebrius non peccat mortaliter; quia nõ videtur quo peccato. Item si peccaret mortaliter, hoc maxime esset: quia fuit causa suę ebrietatis: sed hoc est falsum; quia tunc sequeretur ꝙ ille qui fuit causa ęgritudinis ꝓp quam efficitur maniacus. i. mente alienatus, ꝙ ét peccaret mortaliter: qđ non est dicendũ: qa legislatores punirent eũ. Pro huius qõnis solutione est aduertendum, ꝙ ex excessiuo potu sequitur alienatio mentis quadruplici ter. Vnomõ sic ꝙ ipsæ nesciat; nec ꝓ tunc scire teneat; potũ illũ esse excessiuũ & causare ebrietatẽ; vt cũ sit ex ignorãtia ſm genus: sicut Noe, qui ignorabat vinum esse inebriatiuum. Vel ex ignorantia ſm speciem, aut ſm quantitatẽ, aut ſm virtutem: vt si quis ignorat vinum dulce, aut mustum esse inebriatiuum, aut in tanta quantitate, ꝙ vinum vnius patriæ esset inebriatiuum. Et de isto dicũt aliqui

Peccatũ duplex.

Ebrius dupliciter.

qui ꝙ sic se inebriare adhuc est peccatum, sed non imputabile. Secundo quando talis scit potũ esse immoderatum: sed nescit ipsum se inebriare posse. Et sic dicunt aliqui quòd est peccatũ imputabile: quia omnis intemperantia nullomodo excusata est peccatum imputabile. Tertio: cum aliquis nescit, sed tamẽ scire tenetur; ita quòd hoc ipsum, quod nescit prouenire ex ignorantia crassa, vel affectata: Et tunc etiam est peccatum imputabile: quia ignorantia eius est crassus aut affectata, quæ non excusat: igitur. Quarto; cum quis scit potum esse immoderatum & inebriare potantẽ, & nihilhominus vult bibere tale & tantum, magis eligens bibere tale & tãtum & inebriari, quàm abstinere a tali & tanto & non inebriari & tunc est peccatum. Nota tamen quòd non omnis vsus vini inebriatis qui scitur esse talis, est peccatum: quia non omnis talis vsus est immoderatus & excessiuus: vt patet de vsu vini inebriãte: qui ideo præcisè sit, vt per hoc natura prouocetur ad vomitum & purgetur. Et aduerte, quòd non omnis ebrietas est peccatum mortale: sed si sit peccatum mortale, hoc sibi conuenit secundum quòd vsus voluntarius vini est immoderatus.

Peccatũ facti ab ebrio, an vere peccatum.

SECVNDO sciendum, ꝙ controuersia est inter doctores: An peccatum factum ab ebrio sit vere peccatum: Et pro nunc dico breuiter quòd sic: Et si dicas: omne peccatum est voluntarium; sed ebrietas & illa quæ fiunt in ebrietate non sunt volũtaria: igitur. Dico quòd aliquid dicitur volitum dupliciter. Vno modo simpliciter. Aliomodo ꝓpter hoc. Dico ergo ꝙ alienatio mentis non est volita simpliciter: quia si sola præsentaretur voluntati, voluntas non vellet. Est ergo volita volitione ꝓp hoc: quia ꝓsentato potu voluntati, & alienatione mentis ne deseratur primum vult secũdum. Dico etiam quòd illa, quæ fiunt ab ebrio sunt voluntarla virtualiter; quod sufficit ad hoc, quod tales actus sint mali. Vnde quando ebrius qui ex culpa sua est ebrius interficit alium, tunc primo peccat peccato homicidij; quia licet illud non sit voluntarium formaliter, est tamen voluntarium virtualiter. Sed dubium est: Vtrum illi qui inuitant alios ad potum quo inebriantur, peccent? Dico ꝙ sic: si inuitans sciat, vel probabiliter credat potum illum esse inebriantem respectu illius quem inuitat. Et si dicas: ille ebrius quando occidit, caret vsu rationis: ergo non videtur peccare. Dico quòd non valet consequẽtia. Dico etiam quod ebrij non carent omnimodæ vsu rationis, cum inter multa discernant. Vnde de ista materia videndi sunt docto. cum multum discrepent abinuicem. Et per ista sufficienter possunt solui rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Homo potest mortaliter peccare illo tempore, quo non potest vti ratione: & hoc maxime quando hoc prouenit sibi ex culpa sua: actus enim qui fiunt ab ebrio sunt voluntarij in causa, quia causa eorum, puta ebrietas fuit volita.

B *Operationes deliberatè, & voluntariè factæ, an sint bonæ ex circumstantijs.*

QVAERITVR Vtrum operatio humana, quæ fit cum deliberatione; vel quæ est voluntaria dicatur esse bona ex circumstantijs. Arguitur primo ꝙ nõ; quia circumstantiæ non sunt aliæ ab actu: igitur. Arguitur secundo sic. Actus non habet entitatem ex circumstantijs; ergo neq; bonitatem. In oppositũ est Aristo. Pro cuius solutione.

Sextè circumstantia ad bonam operationem

PRIMO sciendum est, ꝙ cõster Aristo. vt assignare septem circumstantias ad operationem bonam. Vnde operatio dr bona quando est conformis dictamini recto ita, ꝙ illa conformitas est proprie respectus extrinsecus, & fundat in operatione illa tanq; in fundamento remoto, & in operatione illa vestita illis circumstantijs tanquam in fundamento propinquo. Ex quo sequitur, ꝙ si istæ circũstantię desint, deest ratio fundamentalis istius conformitatis, & per consequẽs non est ista conformitas. Vnde prima circumstantia est quis, oporter. n. quòd si habens libertatem; ideo bruta non possunt bene agere; vr tamen quod per ly quis non solum intelligat Aristo. quod sit hõ, sed qualis homo, ut vtrum exoratus, vel pabiter, & sic de alijs. Secunda est Tertia, cur. s. propter quẽ finem. Quarta, quomodo vel qualiter. Quinta, quando. Sexta, vbi. Septima, quo supple instrumento, vel quibus auxilijs. Et addunt aliqui octauam. s. quid. Vnde istæ circumstantiæ dñr q̃dã conditiones accidentales sibi operationi ita ꝙ remotis illis circumstantijs adhuc tota entitas operationis remaneret. Dicunt tamen ꝙ illæ requirantur ad hoc quòd illa operatio dicatur bona: sed non vr dicatur bona bonitate naturæ: imo illæ circumstantiæ licet non sint de essentia operationis: tamen videntur esse de essentia operationis virtuosæ: quia sine eis non erit operatio virtuosa: necessario requiruntur ad operationem virtuosam: ideo viaetur simpliciter, quòd circumstantia est quædam conditio concurrens ad humanam operationẽ. Sed circumstantia mobilis est, quæcunque conditio accidentalis ad operationem humanam per quam operatio potest reddi bona moraliter, vel mala, vel melior, vel peior.

Quid requiratur ad bonũ actum.

SECVNDO sciendum est, ꝙ difficultas est: Vtrum ad hoc quòd actus dicatur bonus moraliter oporteat, quòd actualiter referatur in deũ. Pro cuius solutione penitur vna diffinitio ſm mentem Sco. l. 2. d. 41. quòd actus põ referri in finem. i. in deum tripliciter. s. actualiter: sicut cogitans actualiter de fine, & diligit illum, & vult aliquid propter eum. Aliomodo virtualiter: sic quando aliquis incipiendo actum intendit facere propter deum: si postea continuando actum non plus actualiter considerat de deo: quia difficile esi semper actualiter considerare de deo qdiu hõ operatr: tunc continuando illum actum, ille actus refertur virtualiter in deũ. Tertiomõ habitualiter, ꝙs quis existens in charitate facit aliquẽ actum: ille actus habitualiter refertur in deum: quia est cũ charitate,

Sco. l. 2. d. 41. q. unica.

A ritate, quæ est principium referẽdi. Et per oppositum actus dicit non referri tripliciter. s. negatiuè: puta quando non refertur, neq; actualiter, neq; virtualiter, licet bene habitualiter: quia faciens est in charitate. Et de isto

Dubium

est dubium: Vtrum talis actus sit malus puta, qui nec actualiter, nec virtualiter refertur in deum. Et respondet Sco. ibidem ꝙ non oportet, quòd sit malus: sed dr actus indifferens. Vnde non vr quod hũs charitatem teneãt, neq; tentione necessaria, contra quã est peccatũ mortale: neq; tentione voli contra quam est peccatũ veniale ad referendum oẽs actus quos facit actualiter, vel virtualiter in deũ. Ideo non vr ibi esse aliqua ratio, quæ sufficiat ad rationem peccati, neque mortalis, neq; venialis; sed

B ex talibus actibus generatur habitus qui inclinat ad tales actus qui sunt indifferes. Ex quo sequitur quòd bonitas, & malitia non sunt priuatiue oppositæ circa actum bonum moraliter, vel meritorie: ideo actus non dicit malus eo, quod careat tali bonitate; sed quia non hꝫ bonitatem quã debet habere: mõ non omnis actus quãdiu sit dr debet habere talẽ bonitatẽ. Secundo dr non referri priuatiue: quia non est natus referri in deum, sicut peccatum veniale. Tertio cõtraria, ꝙa tollit principiũ referẽdi; puta gram sicut est peccatũ mortale, & per illa, & per illa q̃ dicta sunt in primo notabili; patet qd sit dicendũ ad rõnes. Iõ ponit.

CONCLVSIO respondalis, ad hoc quòd actus dicat bonus moraliter requirantur circunstantiæ, quę ennmeratæ sunt C in primo notabili.

DETERMINATIS autẽ voluntario, & inuoluntario: de electione sequitur pertractare. Maxime enim proprium videtur virtuti esse: & magis mores iudicare electione, ꝙ operibus.

Electio cuius est, finis an mediorum ad finem.

QVAERITVR Vtrum electio sit ipsius finis, vel mediorũ ad finem. Et vr quod sit ipsius finis; quia eligimus quod non est propter alterum eligibile, sicut melius inter duo bona melius eligeremus quamuis non esset referibile ad aliud. Secundo sic; si eligamus media propter finem, sequit quod magis eligimus finem; quia propter quod vnum quod tale, & illud magis. In oppositum est Aristo. in text. Pro cuius solutione.

E'lectio ad voluntatem quomodo se habet.

PRIMO sciendũ est, quòd electio se habet ad volitionem, sicut inferi ad superi ita quod oẽs electio est volitio; sed non econtra. Vnde eligibile est bonũ, vel apparens bonum. Eligimus .n. quæ maxime scimus bona. Vñ nota ꝙ electio multipliciter dr a volitione. Primo. n. electio capit pro acceptatione alicuius boni de numero aliquorũ bonorũ: & sic requirit plura esse bona proposita; & tunc acceptatio vnius illorum vocatur electio. Volitio vero non requirit plura bona; ideo oportet ꝙ illa bona inter q̃ est electio hẽant inter se

Universidad de Deusto
Biblioteca

quandam incomposſibilitatem aliter vtrunq; accipimus : & sic inter ipsa nulla esset electio. Ex quo sequitur, quòd eligibile est bonum propositum incomposſibile cum alio bono. Differt etiam a volitione ; quia volitio est tam posſibilium quàm impoſſibilium : vellemus enim perpetuo esse, sed eligimus, quod credimus esse posſibile, & per nos operabile. Aduerte tñ, quòd dicunt aliqui, q̃ electio aliquando, sed raro est impossibilium, vt aliqui elegerũt ascendere cœlum, & turres ad hoc faciendũ construxerunt. Aduerte etiã q̃ electio requirit primam consideratione & deliberationẽ : vtputa quod bonorum est melius & magis prosequibile: ideo quæ per iram fiunt, cum repente fiant, non dicuntur fieri per electionem. Et illa consiliatio, vel collatio dicitur consilium : ideo quod est actu eligibile debet esse præconsiliatum: ideo dicit Aristo. quòd consiliabile, & eligibile idem sunt. Ex quibus patet, quòd eligibile est bonum posſibile operabile per nos, propoſitum cum alio posſibili bono consiliatum secundum, quòd in eius prosecutionem natus est fieri appetitus: & sic patet, quòd electio est desiderium tendens in prosecutionem talis boni, vel fugam alicuius mali. Eligimus enim aliquando minus malum ſupple fugiendo maius malum. Vnde nota quòd electio non est conclusio consilij : sed est desiderium illius, quod per iudicem conclusum est : ita scilicet, quòd consilium concludit hoc esse faciendum, & volitio quæ aliquis vult hoc facere est electio. Dico vlterius, quòd electio nõ est finis, sed ordinatorum ad finẽ : quia electio est præconsiliati: sed non consiliamur de fine: sed de his, quæ sunt ad finem. Etiam eligibile est bonum incomposſibile alteri : sed finis saltem vltimus nulli est incomposſibilis: licet fines non vltimi posſint bene esse incomposſibiles: vt fines diuersarum artium.

Sen. in 2. dist. 6. 7. unica.

SECVNDO sciendum est, quòd incidit vna difficultas: Vtrum consiliabile, & eligibile idem sint? Pro cuius declaratione est aduertendum, quòd consiliabile est contingens humanum, operabile per nos, dubium magnum, & quæsitum propter finem. Dicitur contingens: quia de necessarijs, & impoſsibilibus non quærimus consiliũ; si ſupple quærens consilium reputet illud esse impoſsibile : per hoc soluitur argumentum de quærentibus consilium de construendo turres tangentes cœlum ; illi enim non crediderunt illa esse impoſsibilia : ideo debet sic glosari : consiliabile est contingens ſupple secundum opinionem quærentis consilium. Dicitur notanter humanum : ideo de contingentibus naturalibus non quærimus consilium: vt de pluere, niger, tonare, propter cõsilium nostrum non euenire aliter. Quærimus tamen aliquando si aliqua naturalia euenient tempore, quo volumus nostras operationes facere ; & tunc consiliamur si sit bonum tunc facere. Dicitur notanter operabile per nos, id est per illos qui quærunt consilium. Et si dicas :

An consiliabile, & eligibile sint idem.

Obiectio.

cas : quærimus aliquando consilium pro amicis? Respondetur quòd illa, quæ pro amicis fiunt, per nos aliqualiter fiunt Dñ notanter dubiũ: quia si quis sciret quid sit facturus, & qñ, & quomodo, &c. non quæreret consilium; iõ dicit Aristo. q̃ cõsilium est quæstio. Aliquando tamẽ de his, quæ scimus quærimus consiliũ ab amicis, vt ipsi credant esse participes nostræ operationis. Dñ notanter magnũ. i. notabilis bonitatis. vel malitiæ: quia de illo, qđ nullius est bonitatis, vel malitiæ nõ quærimus consilium. Dñ notãter quæsitum pp finẽ, quia nullus quærit cõsiliũ de fine: sed statuens simul finẽ quærit quali er melius poterit assequi illũ. Et hoc de fine vltimo: quia põt esse bñ de alijs finibus. Dico vlterius, q̃ de fine tanquã de quo, gratia cuius quærimus consilium: posſimus consiliari. Et per illa, & illa, quæ dicta sunt in primo notabili; põt sans videri quid sit dicendum ad rationes. Vnde si in aliquo passu inueniatur, quòd electio sit ipsius finis : dicendum est, quòd capitur electio large. Ad secundam alias visum est in artibus quid sit dicendum. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Electio non est vltimi finis, sed ordinatorum ad finem.

QVONIAM igitur medietas est circa timores, & audacias, iam & prius dictum est. Timemus autem terribilia, hæc autem sunt, vt simpliciter sic dicere mala, &c.

An fortitudo sit virtus.

QVAERITVR, vtrum fortitudo sit virtus specialis ab alijs distincta? Arguitur, q̃ non: quia fortitudo consistit in proportione neruorum, & ossium igitur. Item quælibet virtus debet esse perfectio animæ: sed fortitudo non est huiusmodi igitur. In oppositum est Aristo. in textu. Pro cuius solutione.

Fortitudo quadruplicatur.

PRIMO sciẽdum est, quòd fortitudo quatuor modis accipitur. Vnomodo pro robore corporis: & sic non est virtus. Vnde robur est potentia mouẽdi alterum attrahentem aut pellentem. Est tamen aduertẽdum, quòd in subeundis periculis bellì robur est aspiciendum: Nam secundum robur decet aliud, & aliud. Secundo capitur pro firmitate animi in omni bono rationis habente difficultatem: & sic non est virtus specialis. Nã difficultas in bono rationis est communis cuilibet virtuti. Vnde ad hoc, quod aliquis virtuose operetur, oportet quòd sit sciens, eliciens, & eliciens propter hoc : & quod firmiter, & immobiliter operetur. Ideo ad hoc, quòd aliqua virtus sit virtuose elicita requiritur, quòd tã immobiliter, & firmiter iudicio fiat, vt operans velit nullomodo dimittere eam pro quocunq; secundum rectam rationem : non debet dimitti neque etiam pro morte si hoc recta ratio dicter. Tertiomodo accipitur pro firmitate animi in rebus grauibus, difficilibus, & periculosis siue sit ibi contrapugnatio sicut in bello siue non: & sic

E & sic est virtus communis magnanimitati, & fortitudini: quia vtrique conuenit subire magna laboriosa et periculosa propter honestatem operis. Quomodo accipitur pro firmitate animi ratione relata in his periculis, in quibus est contrapugnatio quemadmodum pericula mortis. Et istomodo est virtus specialis: quia in subeundo pericula bellorum, conuenit aliquando superabundare aggrediendo aut ea, quæ non oportet: vt si decem aggrederentur mille, & esset alia via salutis, aut non secundum quòd oportet et si loco, vel tempore non oportunis fieret aggressio non propter quòd oportet: vt si propter inferendam iniuriam, & non ad repellendum eam: aut si pro cupiditate propria, & non pro salute communi etiam contingit deficere: vt si quis nollet subire aliqua pericula: ergo si contingat in istis errare conuenit habere habitum quo inclinemur ad subeûdum pericula in bello cum debitis circunstantijs.

F

Fortitudo ponit rectitudinem in operib⁹ humanis.

SECVNDO sciendum est, quòd ex dictis sequitur, quòd fortitudo est virtus, non quod tollat impedimentum quo impeditur recta ratio in operationibus suis: sed quia ponit rectitudinem in operibus humanis. Ideo male dicunt illi, qui dicũt, quod fortitudo est virtus, quia tollit impedimentum quo impeditur ne recta ratio ponatur in operibus humanis propter aliquod difficile, quod incumbit. Et dices: Vtrum sit virtus specialis ab alijs: dico quod sic: quia habet specialem materiam, & actus spales ab alijs virtutibus, Vñ materia eius est periculum cõtingens in bello: actus eius sunt subire, vel non subire huius pericula cõformiter ad dictamẽ rectę rõnis. Sed dubiũ est: vtrũ sit vna virtus, vel plures. Et videtur, q̃ non sit vna: quia ibi sunt plures oppositiones extremę. i. audacię, & cohardiæ: & ex alia pte timiditatis, & intimiditatis: ergo erũt plures habitus medij. Pro solutione supponitur, qđ nõ oportet sp habitũ medii trin habere duo extrema: immo põt habere infinita. tot quot sunt circunstantiæ obseruãdæ: quia fm cuuslibet obseruationẽ cõtingit peccare, vel in maius, vel in minus. Aduerte vlterius, q̃ si per audaciã intelligamus habitum inclinãtem ad excessum in audẽdo: & p timiditatẽ hitũ inclinantẽ ad excessum in timẽdo, tũc opponuntur: & simul stare non possunt: q̃ multa nomina virtutũ, & vitiorũ deficiũt: iõ homo nõ põt bene loqui sine specificatione. Vñ per audaciã debemus intelligere excessum in aggressu: & per cohardiam defectum in aggressu: & per timiditatem excessum in fuga, vel defectum in expectatione: p intimiditatẽ defectũ in fuga, vel excessum i expectatione: & tunc audacia propriæ nõ opponit timiditati, sed cohardiæ: & intimiditas timiditati. Et qñ tu dicis ergo istarum opponum erunt diuersi habitus medij: dico q̃ non: quia illæ operationes sunt ơuersæ pp hoc, q̃ attendunt fm diuersas circũstãtias, quas oẽs simul vna virtus debet obseruare: & iõ nõ oportet qñ extrema vn.⁹ virtutis

G

D

H

A tis oponunt, q̃ non sp sint fm eãdẽ circũstãtiã: vt intimiditas, & cohardia sunt extrema vn⁹ virtutis, & tñ nõ opponunt: Et ex istis patet quid sit dicẽdum ad rationes: vñ ambæ rationes rationes procedunt de fortitudine corporali, quæ consistit in debita proportione neruorum, & officium. Ideo ponitur.

CONCLVSIO ꝟnalis. Fortitudo est virt⁹ moralis specialis & ab alijs distincta. Quæ cõclusio satis patet in secũdo norab.

An fortitudo sit virtus cardinalis.

QVAERITVR vtrũ fortitudo sit virtus cardinalis. Et arguitur primo, quòd non: quia magnanimitas non est virtus cardinalis: ergo neque fortitudo

B patet consequentia: q̃ magnanimitas est melior, & principalior, quã fortitudo. Dicit enim Arist. quod magnanimus est optimus, & maxime dignus. Item virtutes dicuntur cardinales: quia circa eas versatur tota humana conuersatio: sed circa fortitudinem non versatur tota humana conuersatio: quia fortitudo est solum circa terribilia in bello. In oppositum est Aristo. in texto. Pro cuius solutione.

De his vide Sco. in 3. dist. 36. sub hac suppositi

PRIMO sciendum est, quòd communiter ponunt quatuor virtutes cardinales, scilicet prudentia, temperantia, fortitudo, & iustitia: & dicunt aliqui Doct. quòd vocantur cardinales: quia in ipsis voluitur tota humana conuersatio sicut in cardinibus voluitur ianua. Et potest rationabiliter concedi, quòd hæc sit ratio nominis, scilicet vnde virtutes cardinalis nomen cardinalatus sumpserunt. Dicunt alij, quòd illę virtutes vocatę sunt cardinales: q̃ ipsis habitis, dato quòd nullæ aliæ haberentur, homo diceretur simpliciter, & moraliter bonus: & vna deficiente homo non dicitur simpliciter bonus moraliter: ideo dicunt, quòd vocantur cardinales: quia circa ipsas voluitur tota moralis bonitas humana. Et dicunt, quòd aliæ virtutes bene sunt de congruitate, & de decore bonitatis humanæ, sed non de eius necessitate. Et nota, quòd omnis virtus videtur versari aut circa vtile delectabile, aut honestum. Sed circa vtile, hoc potest esse tripliciter, scilicet consumendo seu distribuendo: aggregando seu accipiendo: retinendo seu seruando. Et quodlibet istorum potest sumi dupliciter: puta consumẽdo suum, vel alienum. Primus modus pertinet ad liberalitatem, magnificentiam, prodigalitatem vanosam illiberalitatem, vel parificentiam. Secundus modus pertinet ad iustitiam, vel iniustitiam. Nam proprio domino reddere alienum iustum est: alteri autem distribuere, est iustum. Si autẽ virtus moralis fuerit circa delectabile aut tristabile contingit dupliciter. Vno modo largiendo: & iste modus non facit hominem simpliciter bonum aut malum nisi forte per iniustitiam aut in temperantiam largiretur delectationem, vel tristitiam. Alio modo in sustinẽdo: & hoc iterũ dupliciter. Vno modo circa delectabile principaliter, & circa tristabile secundario. Alio modo ecõuerso vnde vsus, & excessiua susceptio delectationũ red-

C

D

du

E dit hominē bestialē, & viam ad ægritudines, & cōsumptionem corporis: immo ad omnem priuationem omnium bonorum animæ. Si vero virtus moralis fuerit circa honestum, hoc est dupliciter. Vnomodo secūdum quòd honestum pertinet ad virtutem cognoscitiuam specialiter, cuiusmodi habitus intellectuales. Alomodo, vt pertinet specialiter ad virtutem interpretatiuam, cuiusmodi est veritas in colloquiis in humano cōuictur circa quem est virtus moralis, quam vocat Aristoteles veritatem.

Quæritur vtrū virt. card. sint virtutes.

SECVNDO sciendum est, quòd aliqui dicunt, quòd istæ virtutes dicuntur cardinales, quia habens eas habet potissimos habitꝰ virtutē: quia habet habitus inclinātes ad actus omnium aliarum virtutum. Et aduerte, ꝙ præter illa, quæ dicta sunt de fortitudine; ꝙ fortitudo secundum quod est virtus specialis non est virtus cardinalis: sed fortitudo, vt est communis ad magnitudinem, & fortitudinem proprie dictam. Et nota ꝙ licet fortitudo sit circa extremum: quia circa maxima pericula in bello tanquam circa materiam sui actus, non tamen est circa extremū tanq̄ circa actū suum. Nor. vlterius, ꝙ istæ virtutes dicuntur cardinales ꝓp excellentiam, quam habent super alias virtutes. Et ista consistit in tribus conditionibus. Prima est, quia sunt potiores in regimine mentis. Secunda, quia inclinant in actus aliarum virtutum, & facilitant eos. Tertia, ꝙ limitant actus. & opera aliarū virtutum. Prima satis patet: & secunda probatur: nā qui est iustus perfectè, & habet habitum prudentiæ facile acquirit sibi mansuetudinem: nā iustus facile assuescit ad tollendam iracundiam, per quam infertur iniuria alteri. Similiter qui est iustus perfectè, & faciliter vitat omnia vitia opposita virtutibus humanę communicationis. Similiter qui est fortis, & magnanimus faciliter fit liberalis propter contemptum pecuniarū, quem habet. Et qui est magnanimꝰ facilitèr est magnificus. Similiter qui est tēperatus, faciliter exit in actus aliarum virtutum. Nam tēperatus paucioribus indiget, quàm intemperatus. Et ꝙ sint limitati uæ actuum, & operationū aliarum virtutum: patet, quia agere secundū aliquam aliarum virtutum, & ꝓp circunstantias occurrentes, necesse est deserere illud opus, vel contra aliquā harum virtutū peccare: Vtputa si sit sic currendum pauperi, & recta ratio dictet, ꝙ ego nō possum sic currere sibi, nisi detinendo alionum, aut alteri iniuriam faciendo: teneor nullt iniuriam facere. Et si aliter nō possum subuenire pauperi, dicor succursum illum liberalem deserere. et per ista, & illa, quæ dicta sunt patet quid sit dicendum ad rationes.

Ad primam dicitur, ꝙ bene probatur, ꝙ fortitudo specialiter capta non est virtus cardinalis. Ad secundam patet quid sit dicendum. Ideo ponitur.

CONCLVSIO realis: Fortitudo large capta, vt est cōis ad fortitudinē ꝓprie captā, specialiter capta, & ad magnanimitatē est virtus cardinalis. Quę cōclusio relinquit probata in 2. notab.

CIR-

A CIRCA qualia igitur terribilium fortem, vel circa maxima: nullus enim magis sustinet pericula, quàm fortis. Terribilissimum autem &c.

An fortitudo sit solum contra pericula mortis in bello.

QVAERITVR vtrum fortitudo sit solum contra pericula mortis in bello. Arguitur primo, quòd non: quia quis potest aggredi magnum bellum, vbi non erit periculum: quia est fortis corpore: igitur. Item fortitudo ponitur virtus cardinalis: sed virtus cardinalis est de integritate bonitatis moralis: modo fuerunt multi boni viri, qui nunquàm exercuerunt actum fortitudinis. In oppositum est B Aristot. in textu. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum est, quòd tota difficultas videtur solui per distinctionem fortitudinis, vbi visum est, quomodo fortitudo quadrupliciter capitur. Et dico, quòd fortitudo, secundum quòd est cōmunis magnanimitati, & fortitudini propriæ dictæ dicitur esse virtus cardinalis. Et istud fuit dictū in quæstione precedenti. Vnde omnes qui tractauerunt de moralibus nominauerunt, & acceperunt fortitudinem, & magnanimitatē pro vna virtute. Videtur tamen, quòd Buridanus dicat oppositum: videtur enim dicere, quòd fortitudo specialiter dicta dicitur virtus cardinalis: & in hoc male dicit, vt visum est per conditiones virtutis cardinalis. Et notati ipse Buridanus, quòd sicut triplex est bonum, circa C quod versatur omnis virtus: ita triplex est malum, scilicet inhonestum, nociuum, & triste. Vnde notum est, quòd nullus dicitur simpliciter bonus, nisi præferat bonum honestū, ideſt bonum virtutis bono vtili, & delectabili. Vnde iustitia præfert bonum honestum bono vtili: & temperantiam bono delectabili: nulla est enim virtus, quę præferat bonum suum bono honesto fortitudo enim firmat hominem, ne propter tristitias corporales in periculum eminētes amittat bonū virtutis, ideſt bonum virtutis: Ideo videtur dicere, quòd fortitudo specialiter capta dicatur virtus cardinalis, quod non est verum: quia alia ratione aliqua virtus dicit cardinalis, vt visum est. Et est aduertendum, quòd virtutes cardinales sunt talis cōditionis aduinicē, quòd quælibet seipsam, & alias tres defendit, ne per vitia opposita autem passiones per ipsas moderabiles corrumpantur. Et potest poni exemplū Buridani de muliere, quę potest tentari per verba blandia, & lasciuia, & alias delectationes: & sic temperantia defendit seipsam. Secundo, per timores: pura quòd nisi sic fecerit, verberabitur: & tunc per temperantiam defenditur fortitudo. Tertio, per promissiones, & dona: & tunc defendit iustitiam: quia talis vēditio esset iniusta. Quarto, ꝓ falsas blanditias: vt dicitur, qui frangit fidem, licet vt frangatur eidem: sic maritus frangit fidē igitur deberes simul frangere. Et ista fere omnia possunt trahi a quæstione præcedenti.

SECVN-

Conclusiones dubitationem explicantes.

SECVNDO sciendum est, ꝙ pro solutione quæstionis ponuntur aliquæ conclusiones: Prima fortitudo est tantum circa malum, tanquam circa obiectum; quia est circa terribilia mortis in bello: patet etiam, ꝙ fortitudo est circa illud circa quod potest esse timor, & audacia: quia virtus, & habitus oppositi videntur esse circa eadem materiam, sed timor, & audacia nata sunt tantum esse circa mala; puta circa terribilia mortis in bello. Nam fortitudo est medietas inter timorem, & audaciam: capiendo timorem, vt includit codardiam, & timiditatem: & capiendo audaciam, vt includit ipsam audaciã propriè dictam, & cum hoc intimiditatem. Ex quo sequitur, quòd non est fortitudo, vbi non est timor, neque audacia, ideſt circa illud, circa quod non potest esse neque timor, neq; audacia.

Secunda conclusio: Fortitudo non est circa infimiam, id est fortitudo non habet infamiã pro circunstantia obiecti: quia circa infamiam cadit timor tantum: nam timere infamiam bonum est: sed aggredi eam malũ est. Tertia conclusio: Circa inopiam, ægritudinem, iniuriã, inuidiam circa pueros, vel vxorem, siue cruciatum non consistit fortitudo. Patet, quia vel illa possumus vitare, vel non: si nõ, ergo circa illa non cadit timor. Si sic, aut ergo subimus illa per opus virtutis sicut inopiam: & tunc circa ea non cadit timor: ergo neque fortitudo, aut subimus per opus virij: aut propter negligentiam: & tunc non est fortitudo. Et si tale non possumus vitare per patientiam tolerandã sunt. Quarta conclusio: Fortitudo est circa pericula mortis: quia fortitudo est circa maxima pericula: sed mors est terribilissimum periculũ: quia mortuis nil boni videtur esse: sed existentibus in miseria videtur esse aliquod bonum, quia adhuc habent esse: sed mortuis non videtur inesse aliquod bonum: igitur. Alia conclusio: Fortitudo non est circa omnia pericula mortis: patet, quia non est circa pericula mortis in mari, vel ægritudinibus: quia non sunt in potestate nostra: modo virtus est circa illa, quæ sunt in potestate nostra in faciendo, fugiendo, aut prosequendo: cum hoc tamen potest stare, quòd virtus est circa illa, quo supple ad aliquem gradum, quæ excedunt communem facultatem hominum, sicut est virtus heroica. Alia conclusio: fortitudo est tantum circa pericula mortis in bello. Patet, quia fortitudo est circa maxima pericula: sed talia sunt pericula in bello: quia in talibus homines maxime honorantur a ciuibus, & regibus. Ex quo patet, quòd pericula in bello non dicuntur maxima pericula, eo quòd circa ipsa magis immineat mors: sed quia in subeundo talia pericula maxime laudantur a ciuibus, & regibus. Et si quis dicat: mulier pudica cui comminatur mors nisi fornicetur, si resistat, fortiter agit: & tamen non est in bello igitur. Respondetur, ꝙ ille actus non dicitur actus fortitudinis, sed temperantiæ. Et si dicas cõtra: quia temperantia non est nisi circa tactum, & gustum

Obiectio.

Quis proprie actus fortitudinis expectare, aggredi, vel fugere.

QVAERITVR quis actus fortitudinis dicatur esse principaliter: Vtrum expectare, aggredi, vel fugere. Et arguitur primo, quòd aggredi, quia vti melius est, quàm possidere, sed aggredi est vti viribus suis, sed expectare non videtur, nisi possidere vires suas: igitur. Arguitur secundo, bene facere melius est, quàm bene pati: sed aggredi videtur esse idem, quòd bene agere, & expectare bene pati: igitur. In oppositum videtur esse Aristoteles in textu, vbi videtur dicere, quòd sustinere est actus principalior fortitudinis. Pro cuius solutione.

Actus fortitudinis sunt sex.

PRIMO sciendum est, ꝙ sex videntur esse actus fortitudinis, scilicet fugere, cunctari, expectare, aggredi, sustinere, & inferri. Quid sit fugere satis visum est. Cunctari est pro tempore se a dimicatione subtrahere, vt attenuetur exercitus, & tandem facilius superetur. Expectare est se ad pugnam paratam immobiliter se habere. Aggredi est in hostem. Sustinere est vulnera, dolores ab aduersariis in aciem perdurare. Inferre est huiusmodi vulnera aduersario infligere.

Et

A stum: ergo non est circa mortẽ. Dicitur, ꝙ licet temperatia simplex non sit circa mortẽ, tamen bene temperantia in gradu heroico. Et si quis vlterius dicat: martyrium pertinet ad fortitudinem, & tamen non est circa pericula mortis in bello. Respõdetur, ꝙ non pertinet ad fortitudinem, sed ad aliam virtutem, de qua alias videbitur. Et aduerte, ꝙ si sint aliqua pericula mortis in rebus humanis sine contrapugnatione, illa non pertinent ad fortitudinem stricte captam: sed ad magnanimitatẽ, vel aliam virtutẽ. Vnde omnes actus recti, & ordinati circa passionem mortis, aut grauissimorum periculorum sine bello dicuntur pertinere ad magnanimitatem, aut tanquam ad virtutem elicientem, aut tanquam ad virentem adiuuantem, aut tanquam ad virtutem inde genitam mediate, vel immediate: & per consequens illi modi pertinent ad fortitudinem generaliter captam: & per hoc soluuntur rationes. Vnde prima ratio satis ostendit, quòd medium virtutis non attenditur secundum medium rei, sed secundum medium quo ad nos. Et ad secundam patet, quòd fortitudo, quæ est virtus specialis non est virtus cardinalis; ve prius visum est. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Fortitudo stricte capta, solum est circa pericula mortis in bello: ideo non est virtus cardinalis, sed solum fortitudo large capta. Quæ conclusio relinquitur probata ex dictis.

CIRCA audaciam autem, & timores fortitudo existens non similiter circa ambo est: sed magis circa terribilia. In his enim & imperturbatus &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B Et aduerte', quòd fugere aliquando est actus fortitudinis: quia aliquando recta ratio dictat non esse aggrediendum, sed fugiendum: igitur. immo in aliquo casu nõ fugere est actus temeritatis, & audaciæ. Dico tamen, quòd fuga licet sit actus fortitudinis: est tamen actus minus principalis, & minus difficilis, vt notum est. Sed cũctari est actus fortitudinis excellentior fuga, & minus excellens aliis tribus. Dico vlterius, quòd expectare est actus minus principalis, quàm aggredi: hoc est inuadi est actus min⁹ principalis, quàm inuadere: notum est enim, quòd inuadere est magis difficilis, quàm inuadi: illi enim qui expectãt, melius possunt seruare ordinem disciplinæ militaris, quàm qui inuadunt. Sed F de sustinentia ponitur talis propositio: sustinere est actus fortitudinis difficilior, quàm inferre. Probatur quia bene pati malum, est virtuosius, quàm bene facere malum: sed sustinere est bene pati malum: igitur. Et aduerte, quòd aliquando Arist. cœpit expectare pro subsumere: puta quando videtur dicere in textu, quòd expectare est melius, quàm aggredi: notum est enim, quòd qui subsistit vtitur maioribus viribus animæ cæteris paribus, quàm qui infert. Et ꝙ hoc soluitur prima ratio. Dico secũdo, ꝙ qui sustinet, vtitur vrib⁹ corporalibus repellẽdo, & tuendo se a nocumentis: & per hoc soluitur secunda ratio. Vnde ex omnibus istis potest videri, quòd duo sunt actus principales fortitudinis, scilicet sustinere, & aggredi.

SECVNDO sciendum G est, quòd circa textum incidit talis difficultas: Vtrum forti liceat se interficere ne veniat in potestatem inimici? Pro cuius solutione ponuntur aliquę conclusiones. Prima, pro nullo malo pœnæ fugiendo, licet sibi interficere. Probatur: quia nullum malum pœnæ est tam malum, quantum est priuatio vitę: quia inter quæcunq; mala pœnę potest haberi vita plena virtutibus: & potest vir simpliciter bonus haberi. Item homo minus potestatem habet supra vitam suam, quàm supra vitam alterius: sed auctoritate propria nullam potestatem habet supra vitam alterius: ergo neq; supra vitam propriam. Secunda cõclusio, nulli licet seipsum interficere ad vitandum aliquod malum culpæ. Probatur: quia odire se, & seipsum interficere est H maximum peccatũ. Nam sicut post Deum quis debet se magis diligere ex ra post odium Dei maximum peccatũ est odium sui, & seipsum interficere. Ex quo sequitur, quòd virgo pro virginitate seruanda non debet se ipsam interimere. Tertia conclusio, homo debet magis velle mori (non, quòd ip se interficiat se, sed quòd ab alio interficiatur) quàm committere peccatũ mortale. Ista conclusio probatur: quandocunq; aliquis duabus regulis obligatur, scilicet superiori, & inferiori magis est obediendum superiori, quàm inferiori sed ibi sunt duæ regulæ, scilicet diuina, per quam prohibetur nobis facere malum culpæ seu peccatũ mortale, & est regula naturalis, per quam inclina-

Si liceat forti se interficere.

A clinamur ad esse: melius est ergo seruare regulam superioris, id est Dei, quàm inferioris, id est naturæ. Item virtuoso melius est mori, quàm committere aliquod turpe: & in hoc conuenerunt omnes Philosophi tam pagani, quam christiani: & per ista sufficienter potest solui dubitatio.

CONCLVSIO responsalis: Aggredi est principalior actus, quã expectare: sed sustinere est simpliciter principalior.

FINIS autem omnis virtuosi est, qui secundum habitum: & forti autem fortitudo bonum: talis autem finis: determinatur autem vnumquodq; fine, &c.

B *Quis dicitur fortitudinis finis.*

QVAERITVR quid sit finis fortitudinis. Arguitur primo, quòd finis fortitudinis sit eius operatio. Nam videtur dicere Aristo. quòd fortitudo est bonum fortitudinis. Secundo sic arguitur: Actus videtur semper esse finis sui habit⁹: ergo operatio fortitudinis videtur esse finis ipsius fortitudinis. In oppositum autẽ videtur esse Ari. Pro cuius solutione.

Duplex finis alteruter habetur.

PRIMO sciẽdum est, quòd alicuius habitus duplex videtur esse finis. Vnus est connaturalis, & iste nihil aliud est, quã actus ipsius fortitudinis: Notũ est, quòd habitus est propter actum tanquàm propter finẽ cõ naturalem. Alius est finis præfixus, qui nõ est aliud pro nũc, ꝙ finis intentus: Et iste est duplex: quidam fit sine conformitate ad rectam rationem: sicut finis medicinæ est lucrũ. Alius est, qui fit secundum dictamen rectæ rationis. Et iste est duplex, quidam est vniuersalis, & quidam est particularis. Tunc ponuntur aliquæ propositiones. Prima, nihil dicitur esse finis præfixus fortitudinis secundum præstitutionem, nec etiam conformiter ad dictamẽ rectum: quia si aliter fieret, iam ibi non esset fortitudo. Secunda propositio: non quodlibet, quod secundum rectam rationem præstitui potest actui, qui videtur esse fortitudo: est finis veræ fortitudinis: patet de fortitudine politica, quæ nõ est vera fortitudo. & tamen præstituit sibi aliquid, quod secũdum rectam rationem videtur sibi præstitui. Tertia propositio, ille est vere finis fortitudinis, capiẽdo fortitudinem pro actu, gratia cuius habitus veræ fortitudinis natus est inclinare in huiusmodi actum. Et hoc videtur habere Arist. in textu. Quarta propositio, ille est verus finis secundum præstitutionem habitus fortitudinis, gratia cuius actus sunt facti proprij, & per se boni. Quinta propositio, nihil nisi bonum est finis veræ operationis fortitudinis. Patet: quia fortitudo est bona forti: ergo finis operationis est bonus. Et per hoc sufficienter soluuntur rationes: Aristo. enim ibi potius loquitur de fine operationis, quam de fine habitus.

C

D

SECVNDO sciendum est, quòd circa textum incidit vna difficultas: Vtrum fortis, qui se potest seruare per fugam, magis

Si fortis se debeat saluare per fugam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E gis debeat eligere mori, quàm fugere. Pro solutione notandũ est, quòd supponendo fidem nostram notum est, quòd pro integritate fidei, & defensione reipublicę licet subire mortem nõ a se illatam: sed ab alio, vt iam superius visum est. Dico secundo, ꝙ multa sunt peccata, quæ magis sunt fugienda, quã mors: ita quod potius vir bonus debet subire mortem, quàm ea expectare. Dico tertio, ꝙ non quotiensc unque fortis certus est se non posse seruari nisi per fugam fugere debet. Patet: quia si ad eius fugam sequatur fuga totius exercitus, & destructio reipublicę: notum est, quòd tunc potius debet subire mortem, quàm fugere. Dico quarto, ꝙ aliquando cum fortis videt, ꝙ per solam fugã seruari potest, F fugere tenetur, & non manere in acie. Et hoc debet intelligi dummodo ad eius fugam non sequatur fuga totius exercitus neq; destructio reipublicę. Dico quinto, quòd vir fortis pro defensione patriæ debet, & tenetur se non tãtum periculis mortis, sed est ipsi morti exponere. Probatur: quia liquando fortiter faciendo pulcrum est, & honestum fidei: sed nulla causa mortis videtur esse honestior, quàm illa, quæ suscipitur pro defensione reipublicę: igitur notum est, quòd vnicuiq; recta ratio dictat, quòd magis debet eligere solus mori, quàm mori cũ cęteris, & cum destructione patriæ: Sed in aliquo casu certum est, quòd per aliquam fugã vir fortis, & ipse, & cæteri omnes etiam vniuersa regio peribit. Et ex omnibus istis ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Finis connaturalis ipsius fortitudinis dicitur esse actus fortitudinis: quæ conclusio relinquitur probata in secũdo notabili.

MORS quidem, & vulnera tristia forti, & volenti erunt, &c.

An fortis in actibus suis semper delectetur.

QVAERITVR vtrum fortis in omni actu fortitudinis delectetur. Et arguitur primo, ꝙ sic: quia virtutis est delectabiliter operari: ergo fortis in omni opere fortitudinis delectatur. Secundo sic arguitur: fortis semper existimat aliquod bonum esse per opera fortitudinis: igitur semper delectatur. In oppositum videntur esse morales. Pro cuius declaratione.

PRIMO sciendum est, ꝙ in forti multiplices sunt actus, qui possunt sufficienter cognosci ponendo aliquas propones. Prima propõ, fortis in apprehẽsione boni, ꝙ existimat esse per opera fortitudinis delectatur. Et hoc tam in apprehensione, quàm in volitione ipsorũ operum: quia omnis existimatio alicui⁹ boni desiderati esse de prope futuri nata est causare delectationem. Et si dicas: delectatio nostra est causari ab obiecto: sed quãdo talis existimatio est, aliquando nõ est obiectum neq; actus fortitudinis: ergo tunc nõ causatur delectatio. Respondetur, ꝙ obiectum apprehensum non est causa immediata delectationis, vel tristitiæ: sed

In forti multiplices actus

A sed ipsa apprehẽsio, vel visio obiecti. Secunda propõ: fortis in actu ipsius fortitudinis cũ certus sit de cõsecutione boni delectatur: ẽt delectatur in actu morãdi actus quibus cõsecutus est huiusmodi bonũ. Videt. n. ꝙ oẽs delectationes sint in sentiendo præsentia, aut in memorãdo facta, aut in sperando futura. Tertia propositio, actus in ferendi, & percutiendi in viro forti est delectabilis: quia oẽ cupitum, & defideratũ a viro forti cum ẽst pãs, & nullam molestiam causat est delectabile: sed vir fortis maxime cupit percutere, & delere hostem igitur. Etiam delectatur in recordando actus sustinẽdi, tolerãdi ictus & vulnera: vt satis patet ꝑ prædicta. B etiã delectatur fortis in cognitione tolerantię qñ habet spem bñ se hñdi in ea: & hoc maxime qñ nõ existimat esse ꝑpinqua: hoc patet in nobis, ꝙ aliquãdo cogitamus nos multa grauia tolerare pro defensione fidei: & in sic cogitando delectamur vehementer. Et hæc sunt, q̃ forti videtur esse delectabilia.

Quæ nõ videntur delectabi a forti.

SECVNDO sciendũ est, ꝙ pro declaratione illorũ, q̃ forti nõ videntur esse delectabilia, ponuntur aliquæ propositiones.

Prima propositio. Cogitatio finis in viro forti cum bellum de prope imminet non est delectabilis: & hoc si spes consequẽdi finem desit. Probatur: quia desiderium boni non sufficit ad delectationem causandam: sed cũ hoc requiritur spes consequendi ipsum etiam viro forti recordatio finis deperditi est tristabilis. Secunda propositio, viro forti tristabilis est actus tolerãdi, & sustinẽdi, cũ per illũ actũ C illatum est magnũ damnum, & irreparabile. patet: quia ex illo actu sustinendi relictum est in cõmodum præsens, quod semper affligit. Et si dicas: nõne huiusmodi operationes procedũt ex habitu fortitudinis, q̃ agit ꝑ modũ naturę: & oẽs huiusmodi operationes sunt delectabiles: igitur. Dico, ꝙ talis operatio impedita est a dolore sensus ne delectationem causet. Tertia propositio, actus sustinendi est viro forti tristabilis: quia sustinere grauia, & multam molestiam est tristabile; sed actus sustinendi consistit in tolerãtiam grauium, & difficilium: igitur.

Quarta propositio, fortis in actu exteriori fortitudinis magis dicendus est tristari, quàm delectari. Nam actus principalis fortitudinis est sustinere: sed in sustinendo terribilia tristatur fortis: igitur fortis magis D dicendus est tristari in actu exteriori fortitudinis, quàm delectari: nec valet dicere, quòd tristitia impediatur propter finẽ fortitudinis, qui est delectabilis: quia delectatio quam desiderium fortitudinis natum est causare, euanescit, vel obscuratur à rebus circunstantibus, scilicet: tristibus. Quinta propositio, sc luta veritate fidei vir fortis quanto est magis virtuosus tanto magis tristatur in actu: quia triste est eum, qui est maxime dignus vita scienter priuari vita, & maximis bonis scilicet excellentissimis virtutibus. Etiã vir fortis in apprehẽsione durarum passionũ quas cognoscit se prope passurũ, tristatur. Vltima ꝓpositio: licet

E in passione graui ipsius sensus: & sensus, & intellectus tristetur: delectatur tamen in æquanimi tolerantia, & sustinentia eius. Prima pars est nota: & secunda probatur: quia illa æquanimis tolerãtia est opus virtutis, quod licet sit circa malum, & disconueniens: non tñ est ipsum malũ. Et per hoc patet quid sit dicendum ad rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Fortis non delectatur in omni actu fortitudinis.

POST hæc autem de tẽperantia dicamus. Videntur enim irrationabilium partiũ hæ esse virtutes: quontã quidem igitur medietas circa delectationes temperantiæ dictum est nobis &c.

F *An temperantia sit virtus.*

QVAERITVR vtrum tẽperantia sit virtus moralis? Arguitur primo, quòd non: quia non consistit circa medium: cũ dicat Arist. quòd ipsa minus est circa tristitias, quàm circa delectationes. Arguitur secũdo sic: Nulla virtus moralis dicitur esse ad aliqua, quæ sunt cõtra naturalem inclinationem: sed temperantia est ad aliqua, quæ sunt contra naturalem inclinationẽ: igitur. In oppositum est Arist. in textu, & omnes morales. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum est, ꝙ aliqui fuerunt mali, & pessimi: sicut videt fuisse ille Mahumetus, & multi alij, qui prædicauerunt humanam felicitatem consistere in voluptatibus, & delectationes esse consequendas tãtum, quantum poterant: & isti multos habent sequaces. Tamẽ istos videtur dicere Aristot. in tex. esse miseros, & peiores bestiis. Nã isti sunt, qui spreta ratione, quæ est excellẽtior, quàm sensus dant se totaliter sensualitati, & isti dicuntur congrue peiores bestia, quæ nõ dicitur cõpari, si sequatur sensualia; cum non habeat rationem. Et dicit Arist. quòd incommoda mirabilia isti consequuntur. Primo isti circa opera rationis, seu intellectus non possunt intendere. Videmus enim, quòd cum cibo, & potu, & coitu sunt pleni, parum, aut nihil circa literas vacare possunt: isti enim insequuntẽ illa, quibus bestiis sumus similes: dimittunt enim, in quo similes efficimur cum & intelligentiis. Et illud est mirabile: vnde tales sunt, qui delectationes sensuales prosequuntur, & dimittunt opus philosophiæ. Dicebat enim Sene. ꝙ philosophia sibi promiserat fieri æqualem Deo. Magnum enim detrimentũ afferunt nobis tales affectiones: substantiam corporis, puta diuitias, & possessiones consumũt: & corpus consumunt, & maxime delectatio in coitu. Tales enim delectationes omne bonũ animæ impediunt: & veræ philosophiæ, & disciplinæ contradicunt, dicẽte Arist. in morte sua: Philosophus purus, & disciplinatus mortificauit omnia sua desideria: purus enim philosophus contemnit omnes delectationes, aurum & argentum. Itẽ certum est, quòd tales delectationes non sunt veræ delectationes; quia multas habent tristitias annexas. Vnde qui cõcupiscunt delectationes, tristantur cum illas consequi nõ possunt: & nunquàm talibus satiantur: sed semper vltra concupiscunt; licet venter, aut membra plus sustinere non possunt: tollunt itaque veras delectationes: quia tollunt delectationes consequẽtes veras cognitiones, in quibus est perfecta delectatio: Delectatio enim sequitur cognitionem: ergo perfectæ delectationes consequuntur perfectam cognitionem.

SECVNDO sciendum est, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima, quomodo quis potest contra temperantiam: cum natura dedit nobis appetitum ad appetendum concupiscibile. Respondetur, ꝙ natura dedit nobis appetitum ad concupiscendum, & delectãdum: sed non qualitercunque, sed secũdum regimen rationis. Natura etiam dedit nobis rationem principantem appetitui: & ita erat appetitus contra vniuersalem naturam hominis; si delectetur, vltra quam recta ratio dictet: immo delectari, vltra quàm recta ratio dictat, est tollere differentiam hominis a bruto. Sit si dicas contra, istę delectationes sunt bonæ. Dico, quòd verum est secundum se: sed delectatio inordinata secundum se non est bona: sed apparet bona habẽtibus appetitum vitiatum, & depranatum. Ex quo sequitur, quòd natura non instituit nobis delectationes ex cessiuas, cum tales corrumpant naturam: sed delectationes potentes seruare nos. Ex quibus omnibus potest nunc videri, quomodo temperantia dicitur esse virtus: quia contingit plus concupiscere tales delectationes in cibo, potu, & coitu, quã oportet secundum vitam decẽtem. Contingit etiam se habere minus debite, quàm recta ratio dictat, & vita honesta requirat: ideo oportet habere virtutem, quæ inclinet nos ad tenendum medium circa huiusmodi delectationes, vt circa eas non habeamus nos plus, vel minus: sed omnino sicut recta ratio dictat: & illa vocatur temperantia. Et si dicas, quomodo potest esse: quia temperantia videtur esse virtus communis ad omnes virtutes: cum quælibet virtus inclinet ad moderate se habendum circa passiones. Respondetur, quòd temperãtia potest capi dupliciter. Vno modo pro tẽperie, & moderatione operationum: & sic est cõmunis ad omnes virtutes: Alio modo pro temperie, & moderatione tristitiarum, & delectationum circa gustum, & tactum: & sic est virtus ab aliis distincta. Et per ista patet quid sit dicendum ad rationes: notum est, quòd medium virtutis non attenditur secundum æqualem distãtiam ab extremis: sed secundum conformitatem passionis, vel operationis ad rectam rationẽ. Quodcunque enim euenerit conforme rectæ rationi, siue fuerit magnum, siue parum, hoc erit medium virtutis. Dico vlterius pro secunda ratione, quòd aliqua virtus potest esse contra naturalem inclinationem, ideſt contra illud, quod appetitus sensitiuus actualiter appetit. Ideo ponitur.

Quomodo temperantia est contra temperantiã.

Obiectio.

E CONCLVSIO respondalis: Temperantia est virtus moralis circa tristitias, & delectationes, quæ contingunt circa gustum, & tactum: quæ conclusio relinquitur probata in secundo notabili.

VIDENTVR vtiq; & gustu in parum, vel nihil vti: gustus enim est iudicium saporum, quod faciunt, qui vina probant, & pulmenta condiunt &c.

An temperantia sit contra delectationes omnium sensuum.

QVAERITVR vtrum tẽperantia sit circa delectationes aliorum sensuum, quàm sensus, gustus, & tactus. Arguitur primo, quòd sic: quia contingit errare circa delectationes aliorũ sensuum: igitur. Arguitur secundo sic: Aliqua est virtus moderatiua passionum circa alios sensus, & non nisi temperantia: igitur: In oppositum est Arist. in textu. Pro cuius solutione.

Conclusiones dis ficultates sol uentes circa sensus.

PRIMO sciendum est, quòd pro solutione ponuntur aliquæ propositiones: Prima: Temperantia non est circa delectationes animales: quia dicit Arist. in textu, quòd qui delectantur circa honores, pecunias, narrationes fabularum, vel amicos non dicuntur neque temperati, neque intemperati. Secunda propositio: Circa delectationes visus, auditus, & olfactus, non est temperantia: ideo dicit Arist. in textu, quòd qui delectantur circa figuras, sonos, & odores non dicuntur neque temperati neque intemperati nisi referantur ad tactum. Tertia propositio. Circa delectationes gustꝰ, & tactus dicitur esse temperantia: quia circa tales dicitur esse intemperantia: ergo, & temperantia: quia habent fieri circa idem. Patet etiam: quia omnes gulosos, & luxuriosos intemperatos dicimus. Sed dices: vtrum temperantia sit circa omnes delectationes tactus, & gustus: Respondetur, quòd non: quia si alij sensus non solũ dati sunt nobis ad salutem vitæ, sed etiam propter cognoscere: ita tactus, & gustus. Et nota, quòd multæ sunt delectationes tactus nobis proprię, in quibus alia animalia non delectantur sicut forte sunt delectationes in quibusdam ludis liberalibus: qui solũ per tactum exerci possunt. Quarta propositio: circa delectationes aliorum sensuum prout referuntur ad delectationes, & concupiscentias tactus est temperantia: quia virtus moderans circa finem, debet moderare circa media ad finẽ, & moderare illa, quæ dãt impedimentũ ad finem: ideo ponuntur duæ pulcherrimæ regulæ. Prima: omnis qui inclinat ad complacendum in bono honesto, inclinat etiam ad detestandum, & displicendum de malo inhonesto sibi opposito. Secunda regula: quicquid potest esse principiũ acceptandi aliquod obiectum, potest esse principium ad acceptandum aliquid in ordine ad ipsum: ideo virtus, quæ inclinat ad aliquem finem, inclinat etiam ad media ad illum finem. Nã si ex charitate amatur Deus, ex charitate potest acceptari pœna inquantum est reductiua ad Dei amicitiam: nam tum est enim, quòd cum virtus sit eorum quæ sunt ad finem, & necesse est secundum virtutem se habere bene: non solum circa finem sed etiam circa illa quæ sunt ad finem.

Si in concupiscentijs naturalibus sit peccatũ.

SECVNDO sciendum est, quòd circa textum incidit talis difficultas: vtrum in concupiscentijs naturalibus possit esse peccatũ. Pro cuius solutione est aduertendum, & duplices sunt cõcupiscentiæ, scilicet communes, & proprię, ita, scilicet & ista duo membra continentur sub cõcupiscentia naturali quã aliqui vocant irrationalem.

Et aduerte, quòd dicit Aiber tus, quòd isti Epicuri posuerũt istas esse triplices. Dixerunt. n. quòd quædam sunt naturales, & necessariç, cuiusmodi est concupiscentia cibi, & potus. Et dicitur naturalis: quia a natura habet ortum, & est necessaria: quia cibus, & potus sunt necessarij ad salutem seu ad vitã. Aliç sunt naturales sed non necessariç, cuiusmodi sunt concupiscentiæ veneræ. Istæ enim habent ortum a natura: sed non sunt necessariæ ad sustentationem corporis. Aliæ sunt, quæ nec sunt necessariæ, nec naturales, cuiusmodi sunt concupiscentiæ sequentes habitum acquisitum: vt dicitur tertio huius, quòd vniuscuiusque habitus sunt propria bona, & delectabilia. Vnde aduerte, quòd concupiscentię communes sunt concupiscentiæ cibi, & potus, & venereorum: sed proprię ciborum (specialium vel mulierum, vt puta, quòd aliqui concupiscunt pulmenta piscium: quidam perdices, quidam capones, quidam vinum de tali, vel tali loco, quidam claretum, alij mulieres lasciuas. Ex omnibus istis possunt elici tres modi intemperatorum: Aliqui enim nituntur semper replere ventrem quali tercunque repleãt, & de quo repleantur: & illi vocantur simpliciter gulosi: & vocat eos Arist. gastrimargos. Alij sunt qui nõ curant de parua quantitate ciborum, dummodo illi sint delicatissimi: & illos vocat Arist. lecatores. Alij sunt pessimi qui delicatissimos quærunt, & semper quærunt ventrem replere: & isti sunt simul gulosi, & lecatores: Et etiam est aduertendum, quòd in omnibus concupiscentijs tam cõmunibus, quã proprijs contingit errare, tã in superabundando quàm in desiciendo. In superabundandõ si quis sumat vltra quam requiratur ad eius sustentationem naturæ, & decentiam status: in desiciendo in minus accipiendo quàm sit oportunum ad sustentationem naturæ, vel status. Natura enim q̃ nihil facit frustra, nõ instituisset cibis, & potibus delectationem nisi esset conueniens accipere cum moderatione. Cibus enim delectabilis melius nutrit corpus, ideò virtutes corporis: & per consequens vires animæ, cum animæ sequantur corpora: & isti qui sit deficiunt vocantur insensibiles. Contingit tamen magis peccare circa concupiscentias proprias, quàm communes: quia proprię magis trahũt, q̃ cões. Et ex istis, & alijs, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicta sunt in primo notabili: patet quid sit dicendum ad rationes. Notum est, quòd contingit errare circa delectationes aliorum sensuum: sed non sequitur, quòd virtus, quæ illa moderat dicatur temperantia: nisi capiendo temperantiam large. Et similiter dicatur ad secundum. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Temperantia non est circa delectationes aliorum sensuum nisi in comparatione ad alios sensus: puta gustus, & tactus. Quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili.

F DEFICIENTES aût circa delectationes, & minus, quàm oportet gaudentes non multum fiunt: nõ enim humana est talis insensibilitas, &c.

An insensibilitas sit vitium.

QVAERITVR vtrum insensibilitas sit vitium. Et arguitur primo, quòd non: quia vitium homini diu potest inesse: sed insensibilitas, saltem gustus, & tactus, non potest homini diu inesse: quia tactus, & gustus sunt necessarij ad vitam: igitur. Arguitur secundo sic, Illud non est vitium, quod prodest ad acquisitionem virtutis: sed sensibilitas, quæ consistit in totali supa delectationum prodest ad acquisitionem virtutis: quia dicit Arist. quòd si nos velimus acquirere virtutem, oportet nos habere ad delectationes sicut senes. In oppositum est Aristo. in tex. Pro cuius declaratione. G

PRIMO sciendum est, q̃ per insensibilitates nos intelligimus habitum moralem, quo quis inclinatur ad minus concupiscendum delectabilia gustus, & tactus, quàm recta ratio dictet. Ex quo sequitur, quòd si insensibilitas sit possibilis, insensibilitas est vitium: quia est contra rectam rationẽ, & ad vnũ ibi dico, quòd est possibilis: q̃ actus eius sunt possibiles. Possibile enim est, quòd quis minus appetat delectationes ciborum, & potuum, & etiam venereorũ, quàm exigat sanitas sua aut bona habitudo corporis. Ex quo sequitur, quòd insensibilitas non est ipsa mala complexio: potest tamen ex mala complexione oriri: & sic patet, quòd potest esse vitium. Et si quis dicat, quòd vitium? dico vitium temperantiæ in minus: quia tenet extremum in minus temperantiæ. Et si quæras quomodo generatur ista insensibilitas. Respondetur, quòd potest oriri, primo ex mala complexione: nam complexio potest esse ita mala, quòd inclinabit ad actus nõ discernendi inter cibos, & non gaudendi in delectationibus quantum oportet. Potest etiam oriri ex ęgritudine, & alijs malis qualitatibus inexistentibus a natura. Notum est, quòd infirmi multos cibos reijciũt, qui sunt necessarij ad sanitatem. Etiam potest oriri, ex qualitatibus inductis, ex aliquibus bonis cibis, & potibus; ex quibus fit odium cibi, & odium potus & aliquãdo desiderium ciborum vilium

Quid sit insensibilitas.

Insensibilis.

H

Insensibilis.

A vilium, & aliquando ciborum non humanorum: sicut contingit frequẽter in mulieribus prægnantibus. Potest etiam provenire ex errore intellectus: vt ali quis cognoscens turpitudines, & damna, quæ comestionibus nimijs & potationibus proveniunt; potest voluntate illa assumere: ad quarum assumptiones frequentes sequitur refutatio illorum, quæ sunt nobis necessaria ad sanitatem; immo aliquis potest contra iudicium rationis actus insensibilitatis exercere. Et sequitur ex hoc, q̃ insensibilitas est vicium nocium naturæ, & contra rationem rectam: quia ratio recta dicta e corpus esse sustentandum. & quod mediocriter indulgendum est delectationibus gustus & tactus. Et nota quòd regula huius medietatis est, quòd nõ minus, quàm necessitas requirat, nec tantum, q̃ impediatur bona habitudo corporis vel animæ, vel deseratur honestas, vel excedat facultas: & quia insensibilis non vitatur huiusmodi delectationibus tantum quantum necessitas exigit: ideo insensibilitas deficit a regula rationis. Et nota, q̃ istud vitiũ nõ solũ aggrauat naturã corporis: immo impedit actũ prudentiæ; & per ipsum sensus, tam interiores, q̃ exteriores male disponuntur: & ita minus deseruiunt rationi: impedit etiã fortitudinẽ: quia nõ est bene possibile actus bellicosos geri a corpore sic macerato: tollit etiã decentiã corporis: q̃a nõ multũ prodest in actibus hominis tollit & inconditatẽ conuiuiorũ. iõ bene vt dicere Arist. q̃ insensibilitas est vitiũ petus intẽperãtia. B

SECVNDO sciendum est, C quòd circa textum incidit talis difficultas. Vtrum temperantia sit solum circa delectationes gustus & tactus. Pro cuius solutione notandum est, quòd duplices sunt passiones, scilicet animales & corporales. Vnde animales secundum Aristotel. sunt, quæ fiunt in anima, nihil pañte corpore, sicut in tristitia: sed passiones corporales sunt, quæ sensui, vel appetitui sensitiuo inferuntur, patiente corpore. Vnde illa passio, quæ vocatur corporalis dicitur dolor: & istam non habent spiritus, sicut demones, & animæ. Sed illa, quæ vocatur animalis dicitur tristitia, vel delectatio sibi opposita: & istam habent animæ damnatæ. & spiritus, seu demones. Sed dices quomodo causantur istæ passiones in aliquo. Respondetur q̃ D ad causandum istas passiones in aliquo nõ sufficit immutatio realis: quia tunc lignum paterentur: cũ recipiat immutationem realem: requiritur ergo immutatio intentionalis. Sed dubium est Vtrum immutatio intentionalis sine reali sufficiat. Respondeꝛ quòd sic: sed realis sine intẽtionali non sufficit: vt patet de ligno, quod patit passione realis: sed intentionalis sine reali sufficit: quia excelleus sensibile natum est inferre dolorem: quia est disconueniens inquantum tale; & tamen inquãtum excellens sensibila non immutat nisi intẽtionaliter, licet alia immutatio realis concomitetur, qua dissoluitur organum a media proportione in qua cõsistuit. Vnde est aduertendum quòd delectationes gustus & tactus sunt cõmu-

Circa quos sensus sit tẽperantia.

Instãtia.

Dubitatio.

nes

Universidad de Deusto
Biblioteca

E nes nobis & brutis; sed aliæ delectationes propriæ non conueniunt brutis sed nobis tantum. Et dicitur notanter propriæ: quia bruta propriæ delectantur non secundum auditum, visum & olfactum nisi pro, quanto per visum & olfactum manifestatur eis aliquid conueniens tactui, vel gustui: ideo dicit Ari. ꝙ in aljis sensibus non est delectatio nisi secundum accidens. Vnde dicit in libro de sensu ꝙ quidam sunt odores qui consequuntur tapores: & illi nō sunt delectabiles secundum se: sed solum secundum accidens. i. secundum relationem ad gustū vel tactum: vnde quia sunt delectabiles gustui: ideo sunt delectabiles olfactui. Ideo dicit ꝙ odores distinguuntur secundū
F species saporis. Alij sunt odores secundum se delectabiles & non secundum relationem ad gustū, vt odores rosarum violarum & multorum istorum. Non enim gaudemus gratia cibi in odoribus rosarum; & delectationes propriæ circa odores sunt nobis propriæ. Ex omnibus istis patet quid sit dicendum ad rationes: vitium enim sensibilitatis non consistit in totali extirpatione sensus: sed appetitus sensitiui: quia tollit statim vitam.

Ad secundam dicitur ꝙ insensibilitas non prodest ad acquisitionem virtutis. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Temperantia est circa delectationes, gustus & tactus.

An virginitas sit virtus.

QVAERITVR Vtrū virginitas sit virtus. Et arguitur primo quòd non: Quia virtus 6
non inest nobis a natura: sed virginitas inest nobis a natura: igitur. Arguitur secundo sic; Virtus non corrumpitur ex operatione bona: sed virginitas corrumpitur ex operatione bona; igitur virginitas non est virtus. In oppositum videntur esse theologi & vulgi; vulgus enim homines de sua virginitate commendat, & non faceret nisi esset virtus; igitur.

Pro solutione quæstionis.

SCIENDVM est primo quòd virginitas potest capi tripliciter. Vnomodo pro integri tate corporis oppositio corruptioni quæ solet fieri per opus libidinosum. Secúdomodo capitur pro proposito seruande virginitatis perpetuæ. Tertiomodo pro proposito non destruendi eam nisi per opus concessum & licitum, tunc ponuntur aliquæ propositiones. Prima; virginitas primomodo non est virtus neq; vitium; quia talis integritas inest nobis a natura & nō per assuefactionem. Et nota ꝙ non oportet ꝙ virginitas perdatur per quamcunque corruptionē illius integritatis. Nā si corrūperetur ꝑ infirmitatē vel aliquem excessum vel emittēdo suprema per aliquam magnam consideratiōnem quam quis haberet circa actum libidinosum, non propter hoc perderet virginitatem. Dico ergo ꝙ solum perditur virginitas quando corrumpitur integritas carnis per actum libidinosum. Et hoc maxime in sexu mulebrinin masculis autē est satis difficile videre in quo cōsistat virginitas, cū in masculo nulla videat corruptio signa- *Virginitas tripliciter.*

A gnaculorum virginalium. Et nota ꝙ actus libidinosus est qui fit per agitationem membri cū membro siue tallis agitatio fiat a se vel ab alio. Secunda propositio; virginitas secundomodo est virtus: quia possumus deficere & superabundare in seruando integritatem corporis; in superabundando quidem vt puta in illo qui vellet eam seruare vbi necessitas humanę multitudinis immineret: contingit eam deficere: vt in illis in quibus actus sunt in detrimentum sanitatis & bone dispositionis. Tertia propositio: virginitas tertiomodo est virtus: ꝙ castitas est virtus: sed talis virginitas est castitas, cum fit abstinentia a delectationibus venereis secundum ꝙ recte ratio dictat. Et aduerte ꝙ ex
B omnibus supradictis, videtur ꝙ virginitas non dicat, nisi totalē abstinentiā a venereis: & tunc videtur esse nomen tam vitij, quàm virtutis. Nam propositū ꝑpetuæ abstinētiæ in illo in quo recta ratio dictat non esse obseruandum est malum: sicut dicitur in scriptura ꝙ quædā sunt facue virgines. Sed ex illis in quibus recta ratio dictaret esse obseruandū esset virtus: tamen secundum vsum doctorum accipitur pro virtutem. Et sic potest diffiniri; virginitas est propositum seruandi integritatem corporis secundum ꝙ rectæ ratio dictat. Ex quo videtur sequi ꝙ ad virginitatem non requiritur votum, quod est contra aliquos doctores, qui dicunt ꝙ illud propositum seruandi integritatem non est virtus nisi firmatum voto. Nolo tamen dicere ꝙ virginitas firmata voto sicut in virgi- C
ne Maria non sit virtus: sed volo dicere ꝙ propositum simplex & non firmatum voto de perpetuitate integritatis seruandi nō est virtus. Sed diceres ratione cuius debet fieri illud propositū seu propter quid. Respondetur ꝙ aliquādo fit ratione finis creatu; vt puta propter prolem aut propter alia bona. Secundo potest fieri vt homo commodius & liberius vacet rebus diuinis & contemplationi veritatis, a qua contemplatione vitia carnalia multum retrahunt. Potest etiā fieri propter amorem dei; & sic est actus excellentissimus virtutis; puta se abstinere a delectationibus carnalibus non necessarijs propter deum.

SECVNDO sciendum est, ꝙ multi saltem detenti peccato luxurię tenent ꝙ virginitas non est virtus. Et ideo pro declaratione falsitatis eorum soluentur aliquę rationes, quas nituntur ꝙ ipsis accipere. Prima quælibet virtus potest reparari per penitentiam: sed virginitas non potest reparari; quia post corruptionem integritatis non potest plus haberi propositum seruandi integritatem. Respondetur quòd non oportet quòd quælibet virtus possit reparari per penitentiam; quia sunt aliquæ virtutes, quæ nullo modo possunt reparari: sed per pœnitentiam bene deletur macula ideſt ordinatio ad pœnam eternam; non oportet enim ꝙ quando quis detestatur peccata sua quòd si prius amiserit alij quam virtutem ꝙ per penitentiā eam recuperet. Secundo sic; virginitas opponitur illi præcepto; Crescite & multiplicamini *Errores opinio de virginitate.*

E camini: igitur non est virtus. Respondetur q illud præceptū fuit datum propter necessitatem naturæ: ideo deficiente illa necessitate humanę naturæ; cessauit illud præceptum: vel saltem pro illo tempore, in quo non est necessitas, nos non obligemur: licet semper obligemur ad illud præceptū, sed non pro semper, sed solum pro tempore necessitatis naturæ procreandę. Item illud quod recedit a medio virtutis non est virtus: sed virginitas est huiusmodi: quia iubet abstinere ab omnibus delectationibus venereis. Respōdetur q virginitas non recedit a medio virtutis; licet inclinet abstinere ab omnibus delectationibus venereis: sed hoc est secundum dictamen rectę rationis. Et dices da mihi ergo extrema istius virF rutis scilicet virginitatis. Respondetur q abundantia est indulgere delectationibus venereis corruptiuis integritatis sine necessitate: sed defectus est nullis indulgere cum necessitas iubeat. Item nulla virtute contingit male vti: sed virginitate contingit male vti. Nam si primi parentes ea vsi fuissent, male vsi fuissent: etiā si rex vteretur ea male vteretur. Respondetur (vt iam visum est) q illud propositum debet fieri secundum rectam rationem; alias esset vitium: ideo dico q illud propositum in primis parentibus vel rege: puta de seruāda integritate corporis non fuisset cum recta ratione. Et ex omnibus istis patet, quid sit dicendum ad rationes; procedunt enim ex æquiuocatione huius termini virginitas: probant enim bene quòd virginitas pro integritate corporis cor G rumpitur; sed non probant de alijs virginitate capta pro alijs: Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis; Virginitas est virtus moralis distincta ab alijs virtutibus: Quæ conclusio relinquit probata ex dictis in primo notabili.

An castitas sit pars temperantiæ.

QVAERITVR finaliter circa istum tertium: Vtrum castitas sit pars temperantiæ. Et arguitur primo quòd non: quia castitas videtur conuerti cum tē perantia: igitur. Arguitur secundo sic: Castitas pertinet ad corpus: igitur non est virtus: & per consequens non est pars tēperantiæ. In oppositum sunt fere omnes theologi. Pro cuius H declaratione.

PRIMO sciendum est, q castitas est propositum firmum reijciendi libidines turpes & inhonestas. Ex quo sequitur quòd cum illa possit fieri secundū rectam rationē, quòd ipsa est virtus: cuius extrema stant in nimis admittere illas libidines turpes & inhonestas, & in non admittendo tales libidines vel delectationes venereas. Ex quo sequitur quòd castitas est communis ad temperantiam in virginibus viduis & coniugatis; hoc est triplex est castitas scilicet virginalis, coniugalis, & vidualis. Sed dices, vtrum distingua tur a temperantia. Respondetur, ponendo talem propositionem: castitas distinguitur ab abstinentia. Patet; quia abstinentia est circa vsum ciborum & non

Quid sit castitas.

Instācia.

A & non circa delectationes venereas. Sed restat dubium, vtrū castitas distinguatur a pudicitia. Respondetur quòd pudicitia est in signis actuum maxime pudendorū, sicut sunt actus venerei, circa quos verecundamur: ita q pudicus significat illū qui maxime in signis actuū, maxime pudendorum moderationem habet: vt circa tactus, oscula, & verba: quæ tria maxime sunt pudenda. Sed dubium est, vtrum pudicitia distinguatur a castitate. Pro solutione dico, quòd triplex est pudicitia sicut triplex est castitas scilicet virginalis, coniugalis, & vidualis. Et si dicas: in virgine non potest esse moderatio istorum pudendorum: sed omnino reiectio. Dico q pudicitia in virgine & vidua est reiectio B istorum signorum, inquantum sunt signa pudēdorum: sed non inquantū sunt signa amicitiæ, & pacis. sed pudicitia coniugalis bene est moderatio istorum pudendorum, & non omnino reiectio. Sed castitas signat illum qui circa venerea secundum rationem moderantem se habet: & sic patet quòd differentia est inter castitatem & pudicitiam.

Dubium.

Dubium

Obiectio.

SECVNDO sciendum est, quòd difficultas est inter doctores quid per sobrietatem possimus intelligere, vt est species tē perantiæ. Pro cuius declaratione est aduertendum quòd sobrietas potest capi tripliciter. Vnomodo pro omni vsu vini, vel alterius potus regulati & temperati. Et isto modo non opponitur recte ebrietati. Et de ipsa ponitur talis propositio: sobrietas est virtus, patet quia sicut circa vsum ciborum temperatorū est virtus quæ vocatur abstinentia; ita circa potus temperatos est virtus quæ vocatur sobrietas. Aliomodo capit pro vsu vini regulati vel temperati, vel saltem non taliter cadens ex regula quòd reddat hominem impotem mentis: & sic sobrietas proprie opponitur ebrietati. Et istomodo etiam sobrietas est virtus: licet tamen cum ea stet intemperantia circa aliquos potus. Vnde quandocunq; aliqua virtus secum permittit plura vitia, tanto ipsa est imperfectior. Aliomodo capitur multum large: vt multi auctores videntur capere, puta pro omni vsu cibi vel potus mensurato & regulato. Et sic non esset proprie virtus distincta ab abstinentia quæ videtur esse circa cibos: immo esset com D mune ad sobrietatē, primomodo & secundomodo dictam, & ad abstinentiam quæ videtur esse circa cibos. Et est aduertendum quòd propriè sicut ebrietas non dicit quemcunq; vsum vini (vt alias visum est:) sed solum illū qui perturbat & impedit vsum rationis: ita sobrietas nō significat quēcunq; vsum vini etiam regulati: sed eum tantum qui habet temperamentum excellens: ita quòd sobrietas se habet in potu sicut abstinentia in cibo. Circa quòd mouetur tale dubium; vtrum abstinentia possit differri in casu extremę necessitatis. Pro solutione cuius est aduertendum, q aliquis dat operam alicui ex multiplici principio. Vnomodo ex lege diuina: & de ista nihil ad præsens. Aliomodo ex lege positiua

Quid sit sobrietas

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiua ecclesiastica: & de ista ponitur talis conclusio: Non põt rõnabiliter ab ecclesia, siue vniuersali, siue ꝑticulari, siue ꝓuin ciali lex aliqua dari de nõ viu p petuo alicuius cibi quia talis indicaret laqueos damnationis cõtra salutem hominum. Et per hoc soluitur dubium. Aliomodo aliquis dat operam alicui rei ex priuato & proprio proposito: & de isto talis ponitur cõclusio; Nullus potest habere ꝓpositum rectum de non perpetuo vsu alicuius cibi; & hoc supple includendo extremam necessitatem immo in extrema necessitate contra omnes istas leges particulares & proposita priuata, licet comedere carnes & alia cibaria: quod tamen videtur cõtra cartusienses; & per ista & illa quæ dicta sunt in primo notabili, patet quid sit dicendum ad quæstionem, Ideo ponitur.

CONCLVSIO. responsalis; Castitas quæ est pars temperantie continens sub se castitatem virginalẽ, castitatem coniugalem, & castitatem vidualem, est vere virtus; quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili. Et per ista patet quid sit dicendum ad totam materiam tertij ethicorum.

ETHICORVM
ARISTOTELIS.
LIBER QVARTVS.

DICAMVS deinceps de liberalitate. Videtur aũt esse circa pecunias medietas: laudatur enim liberalis non in bellicis: nec in quibus temperatus &c.

An liberalitas sit virtus moralis.

IRCA quartum librum Ethicorũ quæritꝫ primo: Vtrũ liberalitas sit virtus moralis. Et arguitur primo quòd non; quia actus vnius virtutis non impedit actum alterius virtutis: sed liberalitas impedit actum magnificentiæ: igitur. Secundo arguitur sic; virtus moralis dicitur esse circa passiones; sed liberalitas non est circa passiones; sed circa pecunias, quæ non sunt passiones; igitur. In oppositum est Arist. in tex. Pro cuius declaratione.

Quæ sit materia liberalitatis.

PRIMO sciendum est, ꝙ difficultas est apud aliquos doctores de materia liberalitatis. Pro cuius declaratione ponunt aliquæ propositiones. Prima liberalitas est circa pecunias; & hoc

hoc capiendo pecunias large vt se extẽditad propriam pecuniã & ad omne illud cuius dignitas nummismata mẽsuratur. Et si dicas doctrina potest dari libera liter; & tamen non mensuratur. numismate. Respondeo quòd doctos doctrinam non dat, sed labores suos: notum est quòd ali qui labores sunt alijs laboribus vtiliores dato quòd, non sint ita difficiles. ideo congruum est immo licet pro aliquibus laboribus magis assumere quàm pro alijs. Item bonum corporis humani non potest mensurari nũmismate: & tamen liberalitatis est siquis corpus suum exhibeat gratis. Dico quòd nullus libera liter dat corpus suum; sed bene vsum corporis. Vnde dare liberaliter, non est proprie nisi quod suũ est trãsferre in dñium alterius quantum ad rẽ ipsam aut ꝙtum ad vsum rei. Et est aduertendum ꝙ quando dr̃ quod liberalitas est circa pecunias, debet intelligi ranquam circa obiectum remotum: quia est circa dationes pecuniarum tanquam circa obiectum propinquum. Sed dices quid lucratur homo dando pecunias. Dico ꝙ lucratur pro bonis temporalibus bona virtutum. Et dices verum est, sed tamen debet se magis diligere quàm alium. Dico quòd verum est, modo dico ꝙ pro dando pecunias vbi oportet multum diligit se; quia dimittit bona temporalia pro bonis spiritualibus. Secũda propositio. liberalitas est virtus moralis. probatur; quia per eam inclinamur ad bene vtendum pecunijs; Notum est quia circa vsum pecuniarum possumus de ficere in superabundando & indeficiendo; ideo necesse est circa talem vsum habere aliquã virtutem, quæ inclinet nos ad moderate nos habere circa talem vsum. & hoc non est nisi liberalitas; igitur. Et si dicas: dico quod liberalitas non distinguitur a iustitia. Pro solutione ponitur talis propositio: Liberalitas est virtus moralis distincta a iustitia. Probatur; quia passiones diuersorum modorum & non operatorum & disperatorum sunt diuersę virtutes: sed sic est quòd circa pecunias proprias circa quas est liberalitas est alia passio quam circa pecunias alienas circa quas est iustitia; igitur.

Actꝰ quatuor liberalitatis.

SECVNDO sciendum, est ꝙ ipsius liberalitatis quatuor sunt actus, scilicet dare, consumere, accipere, & custodire: quorum duo scilicet dare & consumere sunt actus principaliores quia illi pertinẽt ad vsum pecuniarum. Ex quo sequitur ꝙ bene vti pecunijs est dare vel consumere pecuntas secundum ꝙ recta ratio dictat. Et dices quomodo fiet ista recta ratio. Respondetur ponendo aliquas regulas. Prima; dans debet dare secundum substantiam & facultatem; aliud enim decet regem: aliud cõmitem. Secunda regula respiciendum est cui datur; quia prauis aut vilibus non oportet dare; sed indigentibus aut amicis honestis, alijs dare prodigi est; malis dare est eos ad mala cõmouere. Tertia regula in datione requirit ꝙ det res bene possessa; quia alijs esset dare restituendum & non dandũ. Etiã requirit ꝙ illud quod dat

Quo debeat expensa pecuniæ.

sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

B fic conueniens ſtatui recipiẽtis: vt clerico libros: ruſtico aliudire quiritur etiam quòd illud quod datur non ſit nociuum illi cui datur: vt puta ebrio dare vnum. Sunt enim quædam nocitura pe tentibus quæ non licet dare: ſed negare beneficium eſt. Et nota quòd ad debite dandum requiritur tempus & locus: quædam enim palam decet dare, vt militaria dona; quædam in ſecreto quæ infirmitati ſuccurrũt: Requiritur etiam quòd cito detur: qui enim cito dat bis dat: proprium eſt benefacientibus cito facere. Debet etiam liberalis dare dele ctabiliter, dare humiliter, dare ſine formidine amiſſionis: Oportet etiam liberalem dare gratia boni ideſt propter finem boni: alias nõ eſſet actus liberalitatis. Ex omnibus iſtis poteſt clare

F oſtendi quòd ſicut dare & conſumere cum debitis circunſtantijs ſunt actus liberalitatis: ita etiã accipere & cuſtodire; quia cuius eſt dare & conſumere cũ debitis circunſtantijs, illius eſt accipere & cuſtodire. Sed dices: quomodo intelligis quòd dare & conſumere ſunt principaliores actus quàm cuſtodire & accipere. Dico quòd ſic, quia bonum rei vtilis magis eſt in vſu quàm in poſſeſſione. Etiam magis eſt virtutis benefacere quã bene pati: ergo magis virtutis eſt dare quàm accipere. Et nota quòd quando dicitur quòd benefacere eſt melius quàm bene pati: debet intelligi quo quo ad bona exteriora circa quæ eſt liberalitas, & non circa bona animæ: immo melius eſt bene pati quo ad bona interiora quàm benefacere. Ex omnibus iſtis patet quod ſit dicendum ad rationes. G

Vnde notum eſt quod dare vbi oportet non impedit actum magnificentiæ. Ad tertiam viſum eſt, quomodo ipſa eſt circa pecunias tanquam circa obiectũ remotum. Ideo ponitur.

CONCLVSIO reſpõſalis: Liberalitas eſt virtus moralis, ſpecialis, & a iuſtitia diſtincta: Quæ concluſio relinquitur probata in primo notabili.

QVI autẽ ſuperabundat prodigus, propter quod tyrãnos non nunc dicimus prodigos. Multitudine enim poſſeſſionis nõ videtur facile eſſe dationibus & expenſis ſuperabũ dare &c.

An prodigalitas ſit extremum liberalitatis. H

QVARITVR de extremis liberalitatis vtrũ prodigalitas ſit extremũ liberalitatis. Arguitur primo, q̃ non quia vel eſſet extremũ in ſuperabundando vel in deficiendo: ſed nullum iſtorum eſt dicendum: igitur non in dando: quia nullus in dando opponitur liberali: vt videtur dicere Ari. Arguit ſecundo ſic: Sicut illiberalitas eſt vitium in deficiendo; ita & prodigalitas: cum prodigus deficiat in accipiendo & cuſtodiendo. In oppoſitum eſt Ariſt. Pro cuius declaratione.

PRIMO ſciendum eſt, q̃ prodigalitas & illiberalitas ſunt extrema ipſius liberalitatis. Vnde prodigalitas eſt habitus, per quem quis contra rectam rationem circa pecunias excedit in dando vel conſumendo, vel deficit in

Quæ ſint extrema liberalitatis.

A cit in accepeione, vel cuſtodia. Ex quo patet q̃ prodigalitas dicitur eſſe vitium contra liberalitatem: quia dat occaſionẽ peccandi; puta dat occaſionem accipiendi vnde non oportet; quia qui dat vel conſumit vltra quàm oportet ſæpe cogitur accipe vnde non oportet. Item tales rationes, ſaltem quando ſunt circa illos quibus non oportet vt circa malos, ducunt alios ad male faciendum. Peccatur dando etiam non gratia cuius oportet vt dans propter plus accipere cupidus eſt: & propter mechari mechus, & ſi propter occidere iniuſtus. Peccatur etiam dando, quę non oportet: & ſimiliter dicatur de alijs circunſtantijs. *Dubium* Sed circa iſta eſt parum dubium: vtrum aliquis poſsit licit dare & dimittere omnes ſuas

B pecunias. Et videtur q̃ ſic, ſicut de apoſtolis, qui omnia dimiſerunt & Chriſtũ ſecuti ſunt: etiã de multis religioſis. Patet etiã de Socrate qui cum magnus eſſet philoſophus ſuas pecunias ſpiecit in mari. Patet etiam, quia contingit pecunijs male vti & cum ſolicitudine ſeruantur: etiã pecuniæ ſunt multis occaſio delectationũ inordinatarum: etiã difficillimum eſt ſemper bene ſe habere circa pecunias: igitur bonum eſt pecunias dimittere. In oppoſitum tamen arguitur: dimittere bona opportuna felicitati non eſt conſonum rationi: ſed pecuniæ ſunt huiuſmodi: igitur. Item ille actus non eſt conſonus rationi, qui tollit opoſitiones multarum virtutum; ſed dimittere omnes pecunias tollit a ſe liberalitatis: igitur. Reſpondetur ponendo talem concluſionem: circunſcripta fide non poteſt ratione humana conuinci q̃ dimiſſio totalis pecuniarum ſit bona. Et per hoc ſoluitur ratio de Apoſtolis: vnde nõ eſt certũ q̃ Apoſtoli omnia ſua dimiſerunt niſi ſecundum affectum: & ſic debet intelligi quando dicitur q̃ dimiſerunt omnia & ſecuti ſunt Chriſtum: debet intelligi quo ad affectum: vel omnia exceptis quæ requirebantur ad ſuſtentationem vitę. De Socrate dicitur q̃ non legitur q̃ omnes pecunias in mari proiecerit, ſed bene magnam partem: vel vt dicunt aliqui Socrates hoc fecit, vt induceret populum ad bonum, & tolleret ab eis errorem: quia tunc opinio populi ponebat felicitatem in diuitijs. Et ad rationes dicitur q̃ dimittere omnes pecunias eſt cadere in plura inconuenientia, quam habere pecunias: puta in ſollicitudines viuendi: in triſtitias famem & ſitim: tales enim triſtitię plures poſſunt trahere appetitum præter rationem, quàm delectationes. Vnde infirmi animi eſt non poſſe ſuſtinere pecunias, ideſt non poſſe bene vti pecunijs.

C

D

SECVNDO ſciendum eſt, quòd illiberalitas dicitur eſſe extremum liberalitatis; & eſt habitus quo quis contra rectam rationem deficit circa pecunias in dando & cõſumendo & ſuperabundando, in recipiendo, & cuſtodiendo. Siquis enim vltra neceſſaria & exigentiam ſtatus pecunias habuerit, & pauperibus non diſtribuerit vel amicis ediderit: cum liberalis qui oppoſitum facit, puta dat pauperibus & amicis amatur. Et eſt

Quid ſit illiberalitas.

E aduertendum, quòd deficimus per illiberalitatem in consumptione pecuniarum, sicut in defectu expensarum, sicut qui propter nimiam affectionem pecuniarum non sunt audaces exponere, neque pro se, neque pro alijs seruituribus. Deficimus et per illiberalitatem in excessu acceptionis: puta quando accipimus ab illis quibus oportet dare etiam debita propria: deficimus etiam in excessu custodiæ, & iste videtur esse principalis defectus & error, quia ad illum videntur sequi alij errores: puta non dare pecunias quibus oportet, vt parentibus indigentibus amicis, & magistris. Sed Dubiū. quæreret aliquis quod istorum vitiorum sit peius, vel prodigalitas, vel illiberalitas. Pro cuius declaratione supponitur, ꝙ F illiberalitas quandoque componitur cum prodigalitate: Nam multi prodigi accipiunt vnde non oportet, & hoc vt possint ad voluptatem magis consumere. Et dices quomodo est possibile, ꝙ prodigalitas componatur cum illiberalitate, cùm sint extrema virtutis. Respondetur ponendo talem regulam: In opere virtutis sunt multæ circunstantiæ, secundum quarum cuiuslibet excessum, vel defectum attenduntur extrema vitij: ideo ponitur talis propositio: Si extrema vitia fuerint secundum excessum, vel defectum eiusdem actus, & eiusdem circunstantiæ opponuntur, & tunc simul stare non possunt; si autem sint secùdum aliem, & aliam circunstantiam, non oportet, quòd componantur, sed possunt simul stare: qa tunc non opponuntur, sed solum virtuti. Istis positis ponitur talis propositio: Prodigus dicitur esse melior, quàm illiberalis: quia non dans: quibus oportet est peior quàm dās quibus non oportet; quia iste alicui prodest non autem alter. Et debet hoc intelligi de simplici prodigo; quia si intelligatur de prodigo misto, qui non solum dat quibus non oportet ratione dationis, & honestatis ipsius dationis; sed ratione alicuius alterius: vt quando quis dat meretricibus vt fornicetur, iste est prodigus, sed non simplex, sed mixtus cum alio vitio; & certe est peior quàm simplex illiberalis; ex quibus patet quid sit dicendum ad rationes. Ideo ponitur. G

CONCLVSIO responsalis; Illiberalitas est vitium peius prodigalitate: Quæ conclusio relinquitur probata ex dictis. H

VIDEBITVR autem vtique consequens esse, & de magnificentia pertransire. Videtur enim & hæc ipsa circa pecunias quædam virtus esse nō quemadmodum &c.

An magnificentia sit virtus moralis.

QVAERITVR: Vtrum magnificētia sit virtus moralis. Et arguitur primo quòd non; quia quilibet vtens ratione potest habere actus virtutis; sed pauper non potest habere actū magnificentiæ: igitur. Arguitur secundo sic: Non est in potestate nostra habere actum magnificentię: quia non est in potestate nostra habere pecunias quæ requirunt ad actum magnificentiæ: igitur In oppositum est philosophus in tex. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum est, ꝙ magnificentia est habitus inclinās ad magna opera, & magnos sumptus circa magis opera; vt circa constructionem turrium ciuitatum & ecclesiarum. Sed dices, non contingit circa ista opera errare; igitur circa ipsa non est virtus necessaria. Respōdetur ꝙ certe immo contingit errare. Notū est. n. ꝙ circa quęcunq; opera humana contingit peccare, pp excessum & pp defectū, sed opus magnificentiæ est opus humanum; ideo circa ipsum cōtingit errare. Primo in superabundando; vt si quis magnum opus incipiat vltra facultatem, quod non potest perficere. Secūdo in deficiendo: vt in paruis operibus, q̄ sunt paruæ vtilitatis aut inhonestatis, aut puæ honestatis magnos sumptus facere, vt qui histriones cibaret nuptialiter. Et sic patet ꝙ peccamus, iqū non fit quod honestū esset fieri: vel qa minus sit q̄ deberet: sicut multi qui cū magnum opus, & magnos sumptus fecerunt, pp paruū parcere pecunijs magnū opus perdunt. Sed dubiū est: Vtrum sit virtus distincta a liberalitate. Respondetur bī ꝙ sicut fortitudo generaliter, & cōiter capta se habet ad fortitudinē specialiter captā, & ad magnificentiā; ita illiberalitas se hēt ad liberalitatem specialiter dictam, & ad magnificentiam. Vnde sicut non decet quemlibet ire ad bellum: nec quemlibet esse virginem: ita nec decet quemlibet esse magnificum. Sed fiquis quærat quare ergo Aristotel. determinat de illis. Dico ꝙ hoc fecit ad doctrinam vulgi: vulgus enim, & quasi omnes maxime se habent immoderatæ ad pecunias, & honores, & vltra quàm oportet, & in illis maxime voluitur ciuilis cōmunicatio, propter quod voluit ostendere qualiter se habendum sit circa ea: & specialiter circa magna. C

Quid sit magnificētia.

Et nota pro maiori declaratione, quòd magnificentia potest capi dupliciter. Vnomodo pro habitu qui inclinat nos ad bene nos habendum circa magnos sumptus gratis faciendo: & sic est virtus distincta a liberalitate. Secundomodo accipitur pro habitu qui inclinat habentem ad debitæ se habendum circa ardua facta concernentia vtilitatem reipublicæ, & istomodo Christus bene habuit magnificentiam, licet forte non primomodo: quia non sequitur, ꝙ Christus vnquā fecerit magnos sumptus, & notum est ꝙ habuit excellētissimas operationes porrantes vtilitatem ad rempubl. D

Dubium

Est tamen notandum, quòd non quælibet volitio magni, & difficilis est magnificentia: vt patet de aliquibus iustis qui faciunt actus magnos, & heroicos aliarum virtutum. Dico ergo quòd solum opera magna, & difficilia, quæ pertinent ad aliquam administrationem grauem publicam, & honorabilem pertinent ad magnificentiā. Et nota quòd ego appello publicas

Universidad de Deusto
Biblioteca

E administrationes pontificatum, cardinalatum, episcopatum, imperium, regnum, ducatum, communicatum, præfecturam, legationem, & omnia huiusmodi.

Quæ sint extrema magnificentiæ.

SECVNDO sciendum est, quòd ipsius magnificentię, primo modo capte duo sunt extrema vitia, scilicet parificentia & vanosia. Vnde parificentia est habitus inclinãs ad non faciendã magna, quæ oportet facere attentis circunstantijs vel ad ea facienda minora: vel cum minoribus expensis: aut tardius quã oportet. Et sic patet quòd parificus dicitur errare quadruplicitet. Primo quãdo non facit magna q̃ oportet facere: vel ga facit minora q̃ debeat facere: vel quia facit cũ minoribus expẽsis: vel quia nimis expectat ad faciẽdum. Sed vanosia est habitus in-

F clinans ad faciendum magna, q̃ non oportet attentis circunstantijs: vel ad facere maiora quàm oportet. Ex quo sequitur, quòd tam parificentia, quàm vanosia sunt habitus inclinantes præter, vel cõtra iudicium rationis: ideo sunt vitiosi.

Dubium

Sed dubium est, quod istorum vitiorum est Petrus. Pro cuius solutione supponitur quòd eodem modo dicatur de vanoso & parifico sicut de prodigo & illiberali. Dictum est enim, quòd illiberalis simplex est peior, quàm prodigus, sed compositus prodigus potest esse peior simplici illiberali: ita dico quòd simplex parificus est peior simplici vanoso. Ideo est aduertendum, quòd duplex est vanosus, scilicet simplex & cõpositus, seu mixtus. Vnde vanosia cõponitur quandoque cum parificentia: & de

G vanoso sic composito dicit Aristot. quòd iste vbi oportet multa consumere pauca consumit: & vbi pauca multa: & iste est simpliciter peior, quàm simplex vanosus, vel simplex parificus: nisi ille parificus esset omnino illiberalis. Vnde vanosus compositus nihil boni videtur intendere: non in expensis multis intendit honestatem operis, vel decentiam; quia tunc plura exponeret: nec intendit ad bonum finem, & honestum parcere pecuniis: quia tunc magis parceret ei vbi non oportet multa expendere, quàm vbi oportet. Vanosus simplex potest intendere ad honestatem, credens in omni tempore suo esse magnitudinem operis, & multitudinem pecuniarum decem. Et nota de vanoso, quòd aliquis potest dupliciter excedere circa materiam magnificentiæ.

H

Vnomodo ex solo affectu magis faciendi, & tunc erit ibi simplex, & vera vanosia. Aliomodo gratia alicuius alterius veputa lucri, luxuriæ, vani honoris, aut alicuius turpis dilectionis, aut fraudandi gratia; & tunc ibi non esset simpliciter vanosia: sed aliud vitium maius, secundum exigentiam finis principaliter intenti: licet tamen posset dici vanosia ex consequenti sicut dicit Aristot. quòd siquis gratia lucri mechatur, nõ dicitur luxuriosus: sed magis auarus, vel iniustus. Et de isto vanoso nulli est dubium quin sit peior simplici parifico. Et sic potest satis patere, quòd pauper non potest esse parificus; quia si parua exponat hoc est secundum eius decentiam: parvos

A uos enim parua decent: ideo diuites sunt parifici: quod potest contingere dupliciter: Primo: quia circa pecunias tantam affectionem habent quòd sunt illiberales, & in magnis, & in paruis: & isti sunt multum mali. Secundo: quia licet satis bene se habeant in minoribus, & mediocribus, in magnis tamen deficiunt. Vnde parificus quandoque nihil facit eius, quod oportet: sed ab opere toto desistit propter hoc, quòd abhorret expensas: & si quid facit eius, quod oportet, tamen non facit semper totum, quod oportet, sed minus. Et sic patet quid sit dicendum ad rationes. Ideo ponitur.

C

In oppositum est Arist. in tex. & etiã omnes qui de virtutibus locuti sunt. Pro cuius solutione.

SCIENDVM est primo, quòd Seneca dicit omnem virtutem, quæ firmat animum in opere bono circa difficilia, esse magnanimitatem: & capiendo sic magnanimitatem non esset virtus specialis ab alijs. Vnde capiendo magnanimitatem isto modo non est aliud quàm habitus inclinans habentem ad bene se habendũ circa difficilia quæcunque etiam sint illa difficilia. Sed quia Aristo. distinguit magnanimitatem ab alijs: & dicit quòd est virtus specialis distincta ab alijs: ideo videndũ est quid sit magnanimitas. Vnde magnanimitas non est nisi habitus inclinans ad moderãdum passiones appetitus circa honores & honorationes.

D

Quid sit magnanimitas.

Et dicunt aliqui quòd est solum circa magnos honores & magnas honorificationes. Ex quo sequitur, quòd magnanimitas est virtus moralis: quia est circa honorationes & honores, circa quæ contingit excedere & deficere: ideo congruum est habere habitum inclinantem ad medio modo se habendum, & ille vocatur magnanimitas. Vnde notum est quòd honores sunt appetendi secundum rectam rationem: notum est quòd virtus est habitus electiuus in mediocritate cõsistens secundũ quòd recta ratio dictauit. Bit tamẽ aduertẽdum q̃ quos honores nocẽt hominibus & sic nõ sunt appetẽdi. Vlterius est aduertẽdũ q̃ inter bona exteriora hooor vt esse maximũ bonorũ: ideo vt q̃ de-

I Magnanimitas aũt circa magna quidem & ex nomine videtur esse. Circa qualia autem est primum accipiamus: differt autem nihil habitum, vel eum qui secundum habitum intendere &c.

An magnanimitas sit virtus.

QVAERITVR Verum magnanimitas sit virtus moralis. Et arguitur primo quòd non: quia dispositio corporalis non est virtus: sed magnanimitas est virtus corporalis: igitur. Item nullus virtuosus debet habere conditiones oppositas ipsi felici: sed magnanimus habet conditiones ei oppositas: igitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B fectus appetendi honores dicatur esse malus & vituperabilis. Ex quo sequitur q̄ si quis cognoscat se esse dignum & idoneum ad aliquod bonum occupandū: in quo posit multas operationes virtuosas exercere & multum prodesse populo vel communitati alicui, quod si non acceptet deficit: & videtur vitiose agere. Et etiam notum est quòd contingit excedere in occupando beneficium, vtputa quando nihil vel parum vtilitatis potest conferre populo.

Quid sit opus magnanimi.

SECVNDO sciendum est, quòd magnanimi est dignificare se magnis honoribus existentis digni: cui bus honoribus nullus dicitur esse dignus nisi bonus & virtutibus plenus: ideo magnanimitas videtur præsupponere alias virtutes: ideo potest dici virtus communis præsuppositione; quia videtur quòd nullus posit esse dignus magnis honoribus nisi propter virtutes: Vel potest dici q̄ est communis, sicut Seneca capiebat magnanimitatē: vt ia visum est. Ex quo sequitur q̄ magnanimus non appetit honores propter se: sed gratia virtutum, honorabilius posit in excellentes operationes virtutum. Vlterius supponitur quòd tres sunt proprietates ipsius magnanimi, scilicet motus lentus, vox grauis, locutio stabilis. Et si dicat aliquis; ista sunt operationes corporales; ergo non debent attribui virtuti. Respondetur q̄ potentiæ superiores animæ cum fuerint perfectæ per virtutes sibi debitas habent regulare potentias inferiores; ideo operationes corporales virtuti attribuūtur: quia regulari possunt per virtutes. Aduerte vlterius quòd magnanimus de bonis fortunæ gaudet, & de malis tristatur: sed non intense, sed remisse: quia parum reputat omnia bona exteriora in ordine ad virtutes quæ sibi semper manent saluæ: & per hoc videtur magnanimus differre a superbo; quia magnanimus dignificat se ex virtute, eo modo quo recta ratio dictat. Sed superbus non se dignificat & existimat se excellere alios ex virtute: & inde est quòd tales sunt iniuriatores, nec possunt moderate ferre prosperas fortunas & contemnunt alios qui virtuosiores sunt nec operantur secundum virtutem. Vnde magnanimi sunt despectores bonorum exteriorum; vbi supple rerentio, acquisitio vel affectus oppugnat bonis operibus virtutum: sunt etiam contemptiui adulationū & timorum & omnium quæ a veritate possunt bene se ducere; quia magis volunt esse boni, quàm videri digni honoribus, quàm honorari: sed nō sunt tamen contemptiui hominum nisi malorum & paruorum: superbi econtra ad adipiscendos honores contēnunt virtutes, deum, & homines specialiter bonos & amplexantur adulatores; quia magis volunt videri esse magni, quàm vere esse magni & honorari, quàm esse digni honoribus. Etiam magnanimi volunt extolli in operibus virtuosis: & superbi in honoribus. Etiam magnanimi volunt excellere ex meritis: & superbi sine meritis. Et aduerte quòd sicut iuue-

Obiectio.

A iuuenis non totaliter depraua-tus retrahit se a turpitudine propter verecundiam: ita magnanimus reddit se tardum ad operationes minoris honestatis, vt operetur excellentiores: ideo cū beneficiare sit melius, quàm beneficiari; quando magnanimus beneficiatur, statim beneficiat: vt non excedatur in opere virtuoso. Et ex istis & dictis in primo notabili, patet quid sit dicendum ad rationes. Ad secundam dico primo, q̄ magnanimus non est superbus, vt visum est. Vnde superbus dignificat se propter fortunam & magnanimus propter virtutem. Et si dicas q̄ Ari. dicit, q̄ magnanimi sunt despectores aliorum, Dico q̄ non dicit, sed quod bene videntur esse despectores. Dico etiam q̄ magnanimus iuste contemnit, & illud non est contra humilitatem; quia conuenit alium qui magis se dignificat, quàm oportet: contemnit quidem idest minus existimat: & sic patet q̄ magnanimitas, non est contra humilitate; non est enim humilitatis, quòd homo de se minus existimet, vel minus dignificet: quàm sit dignus. Sed humilitatis est, quòd homo non plus dignificet se, quàm sit dignus dignificari. Dico vlterius quòd magnanimus non verecundatur ex turpi actu: sed quia ipse scit maiorem dignitatem in beneficiando, quàm in beneficiari: ideo recusat beneficiari & magis cupit beneficiare: & ideo dico q̄ magnanimus frequentius memoratur de illis, qui bona fecerunt, quàm de aliis qui bona ceperunt. Dico vlterius, q̄ magnanimus in rebus arduis & sibi commissis est diligentissimus: sed in rebus paruis quas multi minores possunt recte facere est tardus. Dico vlterius, q̄ quandoq; me moratur de malis præteritis, vt valeant cautę futura & non vt vindicent. Dico etiam q̄ non multum curant laudari sed bene curant q̄ sint digni laudari. Dico ulterius q̄ non multum loquuntur de hominibus in communi sermone: licet si emineat aliquæ gratuis administratio hoc non refugiant. Et illud non est contra eutrapeliam cum nullum in cō municate humana ledant. Dico etiam q̄ non odiunt quæ amanda sunt sed quæ odienda sunt; vt vitia hominum & homines secundum q̄ vitiosi sunt & hoc est bonum. Ideo ponitur.

C

CONCLVSIO responsalis. Magnanimitas est virtus species distincta ab aliis: q̄ conclusio retinquit ꝓbata ex dictis.

D

DEFICIENS autem pusillanimis: superabundās chaunus: non mali quidem igitur videntur esse, neque iniusti: non.n. malefactores sunt &c.

An actus chaunotis sit extremum magnanimitate.

QVAERITVR Vtrum chaunotes sit extremum magnanimitatis. Et arguitur primo q̄ non: quia conuenit cum magnanimitate; quia chaunus appetit honores magnos sicut magnanimus: igitur. Arguitur secundo: Appetere bonū nō vt esse malum: sed chaunus vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

appetere bonũ: quia appetit honores qui sunt maximum bonum inter bona exteriora. In oppositum est Arist. in textu. Pro cuius solutione.

Quæ sint extrema magnanimitatis.

PRIMO sciendum est, ꝙ chaunotes & pusillanimitas sũt extrema ipsius magnanimitatis: ideo sunt extrema vitia. Vnde chaunotes est habitus inclinãs ad defectum bonorum ipsorũ. Et est aduertendum ꝙ sub chaunote continetur ambitio & præsumptio. Vnde ambitiosus est circa honores, sic videlicet ꝙ ille qui appetit honores pluriquã oportet vel aliter, quàm oportet: vt puta si appetamus honores magis, quam opera virtutũ talis vocatur ambitiosus, vnde ambitiosus appetit dignificari non propter virtutes, sed propter honores exteriores. Sed præsumptuosus est circa actus F & opera sic valet ꝙ ille dicitur præsumptuosus qui opera vltra suam facultatem assumit: vt si medicus nondum expertus medicinam regi sine consilio aliorũ præsumeret dare. Et possent dari multa exempla: ita valet, quòd ambitiosus qui assuma dignitates vel officia quibus non est dignus: non tamen vult dignificari illis dignitatibus vel officijs, propter honores exteriores simpliciter: sed propter excellentiores operationes. Sed dices quomodo potest illud fieri ꝙ sub chaunote contineantur duo vitia: & tamen sub pusillanimitate continetur solum vnum, dico ꝙ certe sicut sub chaunote continentur duo vitia: ita sub pusillanimitate quorum vnum opponitur ambitiositati: vt puta defectus in honoribus: vt si quis minus appetat honores, quàm oporteat: & secundum quòd opponitur præsumptuositati: vt si quis: ad officium aliquod honorabile exercendum vbi posset excellentes operationes virtutum exercere: & habet sufficientiam in scientia amicis & pecunijs ad hoc requisitis & habeat animũ pigrum in illis, dicitur vitiosus & opponitur præsumptuoso. Et aduerte quòd iste non est ita malus, sicut chaunus sibi oppositus: quia chaunus sibi oppositus tendit ad superbiam, inuidiam, diligit adulatores, subuertit ordinem morum & naturæ, præferens honores virtutibus. Dicunt tamen aliqui quòd chaunus qui est præsumptuosus simplex, idest qui ambitione caret non est ita malus, sicut pusillanimus sibi oppositus: quia talis non solum priuat se honoribus exterioribus: sed etiam illius quæ posset & tenetur exercere; præsumptuosus solum peccat; quia nititur ad illa, quæ excedunt facultatem suam, qui tamen non sunt quærendi nisi propter virtutes.

Inflatio.

SECVNDO sciendum est, quòd difficultas est inter doctores vtrum philotimia sit virtus: & si sit, vtrum sit virtus distincta a magnanimitate. Pro cuius solutione est aduertendum ꝙ dicitur communiter, ꝙ philotimia, est habitus inclinans ad moderatè, & debitè se habendum circa paruos honores; & sic philotimia dicitur esse virtus circa honores paruos, & magnanimitas circa magnos honores: & sic diceretur quòd magnanimitas, & philo-

Philotimia an sit virtꝰ, & a magnanimitate distincta.

G

H

I

Philotimia non essent proprie diuersæ virtutes: sed quasi diuersi modi eiusdem virtutis: ꝙ quam.n. virtutem homo parui status operatur circa minores honores sicut oportet, per eandem virtutem homo constitutus suis meritis exigentibus in maioribus dignitatibus operatur circa maiores honores sicut oportet. Et est aduertẽdum, ꝙ sicut ipsius magnanimitatis, q̃ est circa magnos honores sunt duo extrema, ita ipsius philotimiæ duo sunt extrema, licet nomina non sint ipsis impositaq̃ illud, quod est in deficiendo cõmuniter vocatur aphilotimia ab a, quod est sine quasi non amatiuus honoris ita ꝙ aphilotimus dr, qui præter rationẽ & deficit ab appetitu rõnis in pariꝫ honoribus: tñ extremum aliud vocamus qñdoq; nomine virtutis. f. philotimia: ideo dicit Arist. ꝙ philotimum qñq; virtuperamus: & hoc est capiendo philotimiam pro extremo in abundãdo in appetitu paruorũ honorum. Est tñ aduertendum ꝙ philotimia, non solũ est circa paruos honores: sed & circa mediocres. Et Arist. non nominauit eam: licet bene fecerit mẽtionem, ꝙ in talibus honoribus erat superabũdantia defectus, & medietas. Et sic patet quid sit dicendũ ad rationes. Vnde, ꝙ chaunus appetat honores: hoc non est ẽm rationẽ rectã. Vnde nota, ꝙ appetitus honoris ordinatus potest nos incitare ad virtutes: sed inordinatus nõ incitat nos ad virtutes: sed magis ad oppositũ: Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Chaunotes est extremũ magnanimitatis: & pusillanimitas alterũ extremum: quæ cõclusio relinquitur probata in 1. notab.

MANSVETVDO autem est quædam medietas circa iras, innominato autem existente medio &c.

An mansuetudo sit virtus.

QVAERITVR vtrũ mansuetudo sit virtus moralis.

Sco. in dist. 14. non adumbratus.

Arguitur primo, ꝙ non quia ipsa esset virtus circa iras: sed hoc est falsum, q̃a circa iras nõ est virtus. Arguitur secundo sic, Ira impedit animum, & rationẽ: ergo circa ipsam non est virtus. In oppositũ est Arist. in textu. Pro cuius solutione.

Differentia inter irascibile, & concupiscibile.

PRIMO sciendum est, ꝙ differẽtia ẽ inter cõcupiscibile, & irascibile. Vnde illud dicitur concupiscibile, quod ex se natũ est esse conueniens, vel disconueniens: ita ꝙ nullo alio posito circa ipsum natus est sequi actꝰ delectandi, vel tristandi, seu pro sequendi, vel fugiendi: & tale nõ respicit irascibile. Vñ actus irascibilis est irasci: quod nihil est aliud, q̃ appetere vindictam propter apparentẽ paruipensionem: ita ꝙ offendens est obiectum talis actus: non quidẽ offendens, quod ex se sit disconueniens concupiscibili, sed quia impedit illud, quod est primo conueniens appetitui eius gustatiuo: & circa illud irascibilis haberet quoddam nolle: non quidem proprie refugientis, sicut concupiscibilis mala refugit: sed magis respuentis siue repellentis: ideo non solum cõcupiscit amouere illud impediẽs, sed

E sed etiam punire. Vnde quãdo obiectum non punitum est præsens, semper irasci est cum tristitia: sed quando punitur est cũ delectatione: ideo dicebat Arist. ꝙ ira viri est quasi mel. Vnde irati non punientes tristãtur: ideo punire est ipsis delectabile: Vnde non sequitur ira nisi vbi non est spes vindictæ. Vnde si rex faceret pauperi iniuriã vir ille tunc bene tristare tur, & odiret regem: sed nõ iracesceretur, quia non sperat vindictam. Et quia circa talia contingit excedere, & deficere, congruum est habere virtutem, q̃ inclinet appetitum ad moderate, & bene se habendum circa iras: & talis non est nisi mãsuetudo. Est tamen dubiũ, vtrum clemẽtia distinguatur a mãsuetudine. Dicunt aliqui, ꝙ sic: & dicunt, ꝙ mansuetudo est moderatiua passionis interioris: clemẽtia vero moderatiua punitionis: dicunt ẽt, ꝙ clementia est solum superioris: & mansuetudo circa iras quascũq;, & maxime circa personas æquales adinuicem conuenientes. Aliter dicunt aliqui, & melius, ꝙ clementia differt a mansuetudine in hoc, quòd clementia est moderatiua iræ, & punitionis superioris aduersus inferiores. Sed mansuetudo est moderantia eorũdem vniuersaliter apud omnes. Ex quo potest sequi, ꝙ non omnis datio veniæ, qua scilicet superior absoluit inferiorem a pœna debita secundum leges pro delicto est clementia: quia talis datio veniæ non est conformis rationi rectæ. Patet: quia ille cui fit talis venia, interdum efficitur deterior. Etiã respubli. quandoq; magna detrimenta patitur propter datio nem veniæ. etiam in datione veniæ remittitur quandoq; satisfactio debita parti, quod ad iustitiã pertinet. Vnde Seneca: in iniurijs alienis facile indulgemus, in nostris sumus implacabiles: sed datio veniæ sine remissio pœnæ a superiore potestatem habente, secundum quod est auctor legum conformiter ad dictamen rectum, est opus clementiæ strictæ capiæ.

Quo differt clementia a mansuetudine.

F

Vnde nota, quòd omnis, qui committit causam in proximũ secundum legẽ est punẽdus duplici pœna. Vna quidẽ ad proximum cui sic nocumẽtum intulit. Alia est ad custodẽ legis ꝙ offendus est per huiusmodi trãsgressionem legis: & illa pœna a criminosis solet repeti, & proprie ex clementia in remissione torali, vel partiali dummodo talis remissio fiat conformiter ad dictamen rectæ rationis.

G

H

Quasi sit extrema mansuetudinis.

Secvndo sciendum est, quòd extrema mansuetudinis dicuntur esse irascibilitas, & iniracibilitas. Irascibilitas in superabundando: & iniracibilitas in deficiendo. Vnde notum est, quòd contingit deficere in non irascendo: quia irasci quandoque est bonum: ergo tunc non iratci est malum. Et nota, quòd aliqui extremum in superabundando: puta irascibilitatem vocant iracundiam ita, quòd iracundia nominat excessum iræ: & iste excessus fit per hoc, quòd in ira peruertitur ordo rationis. Vnde peruertitur ordo rationis in appetitu vindictæ multipliciter. Primo, quando appetitur via-

Qualiter peruertitur ordo rationis.

A vindicta de re, de qua non est appetenda: sicut cum appetitur vindicta de opere virtutis sicut Iudei de operib⁹ virtuosis Christi. Secundo appetitur vindicta contra ordinem rationis: quando appetitur a persona, a qua non debet appeti: licet factum sit punibile: vt si filius appeteret vindicta patris. Tertio quando appetitur propter malum finem: puta propter vltionem, & non propter emendationem. Quarto, quando qui vult vindicare, & tamen ei non est commissa auctoritas. Quinto, quando exceditur in pœna: puta quando datur maior pœna, quam vindicta exigat. Potest etiam fieri excessus secundum circumstantias loci, & temporis. Et nota, quòd vt dicit Aristo. in textu: nullus est, qui posit diu irasci, & intensissime: quia si quis iracceretur intensissime, vel cito cessabit ira, vel destruetur iratus. Vnde ipsius iræ superabundantis sunt tres species, scilicet actus, amaritudo, & acerbitas illorum, qui superabundandum irascuntur.

B

Tres species iracundiæ.

Quidam sunt acuti, qui velociter irascuntur, in quibus non oportet, & magis, quam oportet, & parum custodiunt iram, idest non opprimunt neq; occultant iram. Et isti vocãtur acrocholi, idest acuti, & vehementes: & communiter tales sunt cõplexionis cholericæ. Alij sunt amari, in quibus ira cum difficultate soluitur, tamen soluitur sine punctione: & isti occultant iram intra se, & ab ea non discedunt, donec puniantur, & punitione facta quietantur: & quandiu punitio non est facta sunt sibi graues a molesti, & amicis: & quia occultãt, ideo nullus mitigat eos. Alij sunt excessiui, quorum ira non soluitur sine punctione: & tales dicimus acerbos sine difficiles.

C

Dubium

Sed adhuc restat vnum dubium de mansuetudine: vtrum virtus mãsuetudinis sit melior in cholerico, quam in flegmatico. Respondetur breuiter, ꝙ ipsa virtus in vtroq; est æque bona si sit in vtroq; extremum possibilis perfecta: , atet nam omnes concedunt, & ita est, ꝙ voluntas regi non potest ad male aut etiam ad minus bene agendum per quancunq; passionem, vel inclinationem naturalem corporalẽ & hoc habet ex dñio: aut quia est potentia absoluta ab organis, & dispositionibus corporalibus: aut quia est grãdus superioris, quam ille potentiæ inferiores: Hoc suppositio notum est, quòd voluntas tam in cholerico, quam in flegmatico, & in quolibet potente vti ratione quacunq; dispositione corporali fuerit dispositus potest ad extremum bene eligere, & æque bene in vno sicut in alio. Et sic in vtroq; poterit virtus generari ita perfecta. Concedendum est tamen, quòd ante generationem virtutis difficilius est eligere ipsi iracundo: quia in ipso appetitus sensitiuus magis adhæretur rectæ rationi. Vnde licet voluntas non necessitetur, neq; cogitur per appetitum sensitiuum: tamẽ propter quandam affectionẽ naturalem quam voluntas habet ad appetitu sensitiuũ sicut dñs ad subditum ipsa alicitur ad illud, in quod transit appetitus sensitiuus

D

tinus; & tūc dr̄ duci appetitu sēsitiuo. Et sic patet quid sit dicēdum ad rationes. Notum est, q̄ circa iras possumus errare, & in deficiendo, & in superabundando: ideo necesse est circa ipsas esse aliquā virtutē, quæ est mansuetudo. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis. Mansuetudo est virtus moralis, & specialis ab alijs distincta. Quę conclusio relinquitur probata in primo notabili.

IN colloquijs aūt, & cōuiuere, & sermonibus, & rebus cōicare: hi quidem placidi videntur esse omnia ad delectationem laudantes &c.

An affabilitas sit virtus.

QVAERITVR vtrum affabilitas sit virtus moralis? Et arguitur primo, quòd nō: quia nō videtur qualiter distinguat ab alijs virtutibus: ergo. Arguitur secundo: Affabilitas videtur esse circa delectabilia: sed illud videtur esse commune omni virturi: igitur. In oppositū est Aristo. in tex. Pro cuius solutione.

Innata hoī affabilitas.

PRIMO sciendum, q̄ ad vitam humanam vtilis est, immo necessaria cōmunicatio: natura enim, quæ nihil facit frustra, dedit solis hominibus præter cætera animalia sermonem, vt per ipsum significēt alijs nocium, iustum, & iniustum. Notum est, q̄ homo pluribus indiget ad vitam seruandā, adhuc pluribus ad eam bene ducendam, quæ natura perficere non potest: sed vt perficiant, indigent artibus humanis, & diligentia: & vnus omnes habere non potest, quamuis multiplicibus artibus indigeat: Magnum enim est homini si sit bonus textor, bonus ædificator, & sic de alijs: sine quibus indigentia hominum repelli non potsit. Oportet ergo, q̄ sit tanta hominum cōmunicatio, q̄ indigentiæ hominū adinuicem supleantur. Ideo dicit Aristo. 1. Politic. q̄ hō natura animal ciuile est: & qui est in ciuilis propter naturā, & non propter fortunam, aut prauus est, aut melior, quā homo. Vlterius est aduertendum, quòd sermones possunt tripliciter considerari. Vno modo secundum, q̄ deseruiunt ad actus serioſos: & sic circa ipsos est affabilitas. Vnde illi actus sunt serioſi, qui nō ordinantur ad solacia iocosa nec ad manifestationem propriæ perfectionis, sed ad aliquid vtile nobis aut alijs procurandum, vel prosequendum, vel contrarium fugiēdum. Vnde contingit verbis, & gestu ad alium, aliquando decēter, & delectabiliter se habere: aliquando rudū, litigioſe, & indelectabiliter: licet nō mutentur serioſi actus. Secundo possunt considerari, secundum q̄ deseruiunt ad manifestationē alicuius interioris perfectionis nostræ latentis: & sic circa ipsos est virtus, quę vocatur veritas. Tertio, secundum quòd deseruiunt ad ludos & solacia: & sic circa ipsos est eutrabelia. Et nota, quod quando dr̄, q̄ affabilitas est circa actus curioſos, non debet intelligi tanquā circa propriū obiectū: quia illi actus sunt etiā aliarum virtutum, sed est circa sermones

A sermones, & gesta, quibus vtimur in huiusmodi actib⁹ curioſis ad decentur, & delectabiliter communicandum.

Discholia quid, & eius q̄ positum.

SECVNDO sciendum, q̄ dischola siue proteruia est, qua cum viuentibus ad omnia, vel plurima contrariamur; & contemnimus omnes. Vnde dischola reddit hominem litigoſum: tollit pacem, & amicitiam, quæ tenet homines in communi cōgregatione: auertit naturalem appetitum hominis quē habet homo ad cōionem. Ex quo sequitur, quòd dischola est praua & contra bonos mores. Et aduerte, q̄ placitas videtur esse sibi contraria: quia placitas est qua quis ita vult omnibus placere, & nulla contristare: quia nulla aliorum dicta contemnit, sed etiā omnia si turpia sint, & falsa cōmendat, & approbat: est tñ infectiua cōicationis. Quod patet: quia vitium conuiuentiū inde augetur: & etiā malorū per eā participes videmur esse. Ex oībus patet, q̄ in cōicatione humana circa sermones, & gestus ad serioſos actus indigemus virtute morali dirigente, siue inclinante nos ad medium ſm rectam rationē. Vnde circa tales sermones, & gestus contingit excedere: & deficere tam in delectādo, q̄ tristādo: ideo cōgruū est habere virtutē dirigentē ad mediū. Et aduerte, q̄ ista virtus multis modis noīat. Aliqñ noīat amicitiā: nā amici adinuicē delectantur, & conuiunt, & gaudent: aliqui vocant eā socialitatē, vt Homerus, qui maledictum dixit hoiem insociabilem, i. discholum, & societatis turbatorē. Vocata etiam fuit vrbanitas ad differentiā rusticitatis: quia viuentes in vrbe magis solēt conuiuere, & colloqui gratioſe, q̄ rurales. Et eadem ratione vocata fuit curialitas: nā qui in curijs viuunt præ exteris sciunt gratioſe conuiuere. Et antiquitus vocata est facetia: & habētes eā faceti sunt vocati. Et est idē facetia, & eloquētia, vel decentia, vel suauitas in verbis. Et ex omnibus istis patet, q̄ affabilitas est virtus moralis circa sermones, & gestus ad serioſos actus: & per ista sufficiēter soluuntur rōnes. Vnde licet oēs virtutes morales requirant ad perfectā cōicationem: hoc est tñ ſm diuersos actus, & diuersa obiecta. Et licet ista virtus locū habeat in oī cōicatione: ipsa tñ non respicit ad substantiā actuum nostrorū serioſorū, neq; principales circunstantias ipsorum: sed solum sermones, & gestus, quibus vtimur in exercitio singulorum nostrorum actuum serioſorum. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Affabilitas, quæ multis aliis nominibus nominatur, est virtus moralis specialis ab aliis distincta: Quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili.

DE veridicis aūt, & falsidicis dicamus similiter, & in sermonibus, & in operationibus, & fictione: videtur vtiq; iactator simulatiuus gloriosorum esse, & non existentium, & maiorum, quam existunt &c.

An veritas sit virtus moralis.

QVAERITVR vtrū veri

tas sit virtus moralis. Arguit primo, quòd nō, quia virtus moralis non est in intellectu: sed in voluntate: sed voluntas est in intellectu: igit. Arguitur secūdo sic: Ironia, quę veritati opponit non est vitium: ergo veritas nō est virtus. Antecedens probat per Arist. in tex. In oppositū est per Arist. in tex. Pro solutione.

Veritas multiplicatur.

PRIMO sciēdum est, quòd veritas capit multipliciter. Vno modo, vt est passio entis, vnde veritas, vt est passio entis, nō vr dicere nisi verā entitatē rei. Et sic certe quodlibet ens est verū, vt alias visum est: qa omne ens est vere productū, & vere habet suā entitatē. Secūdo, vt est adęquatio sermonis ad rē significatā: quemadmodū aliqua propō dr esse vera: & sic nō capit hic.

Aliomodo capit, vt est habitus inclinans nos ad sermones veros designatiuos nostrarum cōditionū, put recta ratio dictat, ita qp veritas nō est circa quoscunq; sermones: sed circa sermones, sm quod sunt designatiui nostrę dispōnis in humanis bonis, vtputa in nobilitate amicorū: in abūdantia diuitiarū, vel virtutū, & sciarum. Et aduerte, quòd eius extrema sunt duo, s. iactantia, & ironia. Vnde iactātia cōsistit in significādo nobis gloriosa, quę nō insunt, vel maiora, q̄ sint. Sed ironia cōsistit in deficiendo circa prędicta ab eo quod recta rō nō dictat. Ex quo sequit, qp iactantia est vitium in excedendo: & ironia in deficiēdo circa prædicta. Sed dices vr qp iactantia, & ironia sint mēdacia. Rīdetur, quòd verū est. Vnde signando gloriosa de se, quæ non sunt: vel maiora, q̄ nō sunt, est mendaciū, quod vocat iactātia: & sm delectum negādo nō esse, quæ insunt, vel faciēdo minora, q̄ sint: & tale mendacium vocat ironia. Et aduerte, quòd iactantia multū displicet audiētibus: ideo est vitiū peius, quàm sit ironia. Notandū tn quòd dicunt aliqui, quòd ironia non opponit virtuti, nec veritati, nec cuiuscūq; virtutis: immo frequētissime valet ad veritatē cognoscendā, & mores deprehendendos. Sed pro concordia est notandū, quòd duplex vr esse ironia, s. verborū, & siārum. Vnde ironia verborū est, q̄ licet aliud dicat, q̄ sentit, non tn simulat, vt cū dico ironice, tu bene agis: ego dico, te bene agere, & aliud sentio. Cte male agere, sed non aliud simulo: quia pp modum proferendi omnes audientes iudicant me sentire, quòd ille male agit: & talis ironia proprie non est vitium ipsius veritatis. Sed ironia sententiarū est totius volūtatis fixio, qua quis vnum sentit, & aliud simulat: & istius multæ sunt species: vna dr antiphrasis, cum negamus facere, quod maxime facimus: alia est, qū ea, quæ volum⁹ videri in nobis in aduersariis esse concedimus: & multas alias species enumerant Doctores. Sed istis modis non capitur ironia, cum dicitur, quòd est extremum veritatis sed aliter visum est.

Quid sit iactantia, & quid ironia.

De defectu, & excessu ludorum.

SECVNDO sciendum est, quòd circa ludos, & iocos potest esse defectus, & excessus: ió indigemus virtute, quæ inclinet ad moderate nos habendū circa ludos. Vnde quilibet potest experiri, & per longā, & continuam operationē corporis mēbra

abra laxantur, & sensus per longam vigiliā indigent somno: ita etiam per longam, & studiosam attentionē interiorē virtutes interiores animales laxantur, pp quod in eis requies est necessaria: & illa quies nō potest fieri, nisi per ludos: non enim potest fieri per somnum: quia in vehementer studentibus (vt in pluribus) non inuenitur somnium mo parum dormiunt: non pōt etiā fieri cessando ab operibus exterioribus: quia tunc intellectus magis laborat: ideo fit circa ludos. Vnde mens interior maxime vacat circa ludos: pp quod ludi sunt vtiles hominī. Ex quo sequitur, quòd aliqñ cōtingit prauē deficere circa ludos: sicut qui volunt esse quasi tristes sine solatio, non est facile cū talibus conuersari. Etiam cōtingit excessus, qui malus est. Etia circa ludos qnq; cadit error propter circunstantias, vt si turpia verba, & illicita intermisceātur: congruū est ergo circa talia esse virtuteū, & illa vocatur eutrapelia ab eu, quod est bonū: & trepo trepas, quod est verto Vertis: quasi ad iocunditatē conuiuentiū bene vertēs facta, & dicta ipsorū. Vnde nota, quòd ludus potest fieri de ratione medicinæ: & sic potest bene fieri: vel ad recreationē vitæ, & requiem, & sic potest esse opus virtutis: quia omne opus voluntarium, necessariū ad bene esse humanæ vitæ pōt esse opus virtutis: sed ludus factus illis modis est huiusmodi: ergo. Aliomodo potest fieri ratione concupiscentiæ, & ppter lasciuiā, & dissolutionē: & istis modis non potest esse opus virtutis. Sed adhuc est dubium, in quo cōsistit ista virtus: Vtrum in actibus ludi, vel in verbis circa ludū. Dico nihil asserendo, quòd in collocutione circa ludū. Vnde ista virtus est circa ludos tanquam circa materiam. Vnde collocutio consona rationi in audiendo, dicendo qualia oportet, & vt oportet, quæ est circa ludos, dicitur esse actus exterior eutrapelix. Et nota, quòd extrema ipsius sunt duo homolochus, & aggrestis. Vnde homolochi videntur esse illi, qui superabundant in derisione aliorum: qui etiam sunt onerosi, & non sunt gratiosi in conspectu assistentium: & isti magis studentad prouocandum risum, quàm verba decora, quæ decent hominē bonum. Sed aggrestes, seu siluestres homines sunt, qui deficiunt in duobus, scilicet in iudicando, & audiendo: puta qui nihil risū dicūt: & etiam sunt molesti contra illos, qui aliquid tale dicunt. Et sic patet quid sit dicendum ad rationes. Ad secundā tamen dicitur, quòd ironia quandoq; consistit in minus dicendo non excludendo maius: vt si vir habens magnos amicos dicat aliquos habeo amicos: & sic non est mendacium. Et per hoc soluuntur multæ auctoritates: Ideo ponitur.

Quid sit Eutrapelia.

Dubium

CONCLVSIO responsalis: Veritas est virtus moralis circa sermones: Quæ conclusio relinquitur probata in 1. notab.

ETHI-

ETHICORVM ARISTOTELIS.

LIBER QVINTVS.

DE iustitia autem & iniustitia intendédum. Et circa quales sunt existétes operationes, & qualis medietas est iustitia, & iustum, quorũ mediũ intẽtio nobis sit circa eandem methodum &c.

An iustitia sit virtus.

IRCA istũ quintũ quæritur. Verũ iustitia sit virtus moralis? Arguit primo, ꝙ non: q̃ omnis virtus moralis est moderatiua passionum: sed iustitia non est huiusmodi: igitur. Arguitur secundo: Virtus moderatiua passionũ debet poni in appetitu sensitiuo: sed iustitia non sic ponitur: igitur. In oppositũ est Ari. in tex. Pro cuius solut.

Virtutis moralis munus.

PRIMO sciendũ est, ꝙ quælibet virtus moralis prius habet moderare passiones, q̃ regulare operationes: quia q̃n passiones natæ sunt obuiare operi alicuius virtutis oportet prius vincere passiones, quàm opus possit virtuose. i. delectabiliter, & firme exerceri: sed operi iustitiæ sunt aliquæ passiones, q̃ natę sunt sibi obuiare: igit̃ oportet primo moderare illas passiones, quàm regulare opus: Vt ꝙ exemplo, volo, ꝙ fit sortes indigens: ille ſm rectam rationẽ iudicat non accipere pecuniam alienã, & reddere iam acceptã: & ꝙꝙ indigentiam concupiscit accipere pecuniã alienã, & non reddere iam acceptã. Vnde non vꝝ ꝙ talis possit delectabiliter opus illud elicere: nisi illa cõcupiscẽtia fit prius moderata, vel expulsa. Vnde maxima pars diuersitatis iustitiæ dꝝ esse odium & amicitia: vnde videbis iudicem iudicare ſm amorẽ, odiũ, vel ſm q̃ commoda sunt annexa. Vnde Tullius, Nemo. n. esse iustus potest, qui mortẽ, qui dolorem, qui exilium, qui egestatẽ timet. Et ex istis vꝝ primo, ꝙ iustitia primo respiciat passiones: quod potest adhuc probari: q̃ artes, & virtutes sunt circa difficilia: sed difficilius est moderare passiones, q̃ regulare operationes. Et aduerte, ꝙ facilius est regulare passiones, quæ sunt ad ipsum: quàm passiones, quæ sunt ad alterum, sicut est iustitia: quę ideo dꝝ præclarissima virtutũ q̃ habet moderare passiones, quæ sunt ad alterũ, quæ difficiles sunt ad moderandum. Et de hoc magis postea videbimus.

Vnde

A Vnde difficultas in opere virtutis est in statuendo sibi bonum finẽ, quod aliquando impeditur propter passiones. Secundo inueniendo modũ, & media quib⁹ talis finis possit cõgrue acgri.

Iustitia quotuplex, & quemplex alter.

SECVNDO sciendũ est, ꝙ iustitia capitur dupliciter. Vno modo Large: & sic dicitur, quòd iustitia est rectitudo propter se seruata. Et sic dico, quòd quælibet virtus potest dici iustitia, quia quælibet virtus est rectitudo supple habitualis propter se seruata, & amata: & hoc vt ly ꝙ pter dicit circunstantiã causæ formalis. Aliomodo capitur specialiter: & sic est habitus inclinans habentẽ ad bene se habendum circa alterũ. Et ista est duplex. ſ. legalis, & particularis. Legalis est habitus inclinãs habentem ad bene se habendum circa cõmunitatẽ ad reddendũ cõmunitati illud, quod suũ est, secundũ illam legem, secundũ quam reddens obligatur. Alia est particularis inclinans hominem ad reddendũ quod suũ est.

Sc. in 4. d. 46. q. 1. hæc pulchre declarat.

B Et est duplex, scilicet inclinans, vel determinans ad reddendũ alteri vel quasi alteri, quod suũ est. Et sic bene est in Deo: quia voluntas sua determinatur ad reddendum, vel ad volendum, quod decet suã voluntatẽ. Alia est simpliciter ad alterum: & est duplex. ſ. commutatiua, & distributiua: Cõmutatiua est duplex, scilicet punitiua, quę respicit correspondentiã pœnæ ad culpã. Alia est ꝓmiatiua, quæ respicit correspondentiã ꝓmij ad meritũ. Sed distributiua, est quæ inclinant ad reddendũ vnicuiq; ſm gradus suæ perfectionis. Et per hoc patet quid sit dicendũ ad rationes. Ideo ponitur.

C CONCLVSIO responsalis. Iustitia est virtus moralis. Quæ cõclusio relinquitur probata ex dictis.

VIDEMVS vtiq; omnes talem habitum volentes dicere iustitiam, a quo operatiui iustorum sunt &c.

An iustitia vulgata diffinitio sit bona.

QVAERITVR vtrum diffinitio iustitiæ, quæ communiter datur: Iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suũ vnicuique tribuens, sit bona. Arguit̃ primo, ꝙ non: quia virtutes nõ sunt perpetuę: igitur iustitia nõ est constans, & perpetua voluntas. Secũdo arguitur sic: iustitia D est habitus voluntatis: ergo nõ est ipsa voluntate. In oppositũ est cõmunis opinio. Pro cuius solutione.

Differẽtia inter ius, iustum, legẽ, iustitiam, & iustificationem.

PRIMO sciendum, ꝙ differentia est inter ius, iustum, legẽ, iustitiam, & iustificationem. Nã ius est præceptũ domini, vel ordinatio circa subditos, & ea quæ possunt cadere sub potestate subditorum. Et quia ille dies potest esse triplex: puta Deus vt in iure diuino natura, vt in iure naturali: hõ vt in iure humano. Sed dices: inter quos debet esse ius? Respõdetur primo, ꝙ inter pares nullum potest esse ius: nõ par in parẽ nullũ ius potest imituere: Et si dicas contra: quia dominus aliquando, vt rex subditis obligat̃. Dico, ꝙ hoc solũ est ex ordine domini superioris, scilicet Dei, vel naturæ. Sed iustum est, quòd vnicuique secũ-

E dum præceptum domini, vel ordinationem concessum est: vt dominus ordinauerit aliqua esse cõmunia iustũ est illa esse cõmunia: & iniustum est illa esse priuata, & econuerso. Et scriptura, vel mẽtalis hoc manifestans dicitur esse lex. Iustitia est duplex, scilicet pertinens ad dominum, quæ inclinat dominum ad præcipiendum ea, quę pdęs se possunt subditis, vel inhibendũ, quæ obesse possunt. Sed pertinens ad subditum est, quæ inclinat subditum a. obseruandũ ordinationem domini: Sed iustificatio est operatio proueniens a iustitia. Est tamen aduertendũ ꝙ sæpe pro vno alio vtimur: vt iustitia pro iusto. Notum est tamen quòd iustitia domini præ
F cedit ius, & iustum, & est causa ipsorum, & ius præcedit iustũ, & est causa eius. Dominus enim per iustitiam suam ordinat subditis, quod bonum est: & regẽs discipulis, & discipuli, & subditi secundum iustitiam obediũt, & faciunt quando respectu suorũ superiorum faciunt, quæ fienda sunt: & operantur, quæ operanda sunt.

SECVNDO sciendum, ꝙ ipsius iustitiæ, & communiter cuiuslibet virtutis duo sunt actꝰ *Cuilibet virtutis duo actus.* s interior, qui elicit ab ipsa virtute, & exterior ad quem est illa electio. Electio enim semper in aliud opus tẽdit. Vnde interior iustitiæ est velle iustũ: sed actus exterior proprie dicitur iustificatio. Sed restat vna difficultas: vtrum difficultas eliciendi actũ faciat actum meliorem? Et videtur, ꝙ sic: quia tunc ille actus magis tendit ad virtutẽ: quia ad magis difficile, circa quod est virtus. Pro solutione est ad- G uertendum, quòd si difficultas proueniat ex parte ipsius operis, tunc illud opus, quod est maioris difficultatis est melius. Si aũt proueniat aliunde, puta ex malo habitu non oportet; quia tũc sequeretur, ꝙ incontinens virtuosius operaretur, q̃ cõtinens: quia ꝑ malũ habitum, quẽ habet difficiliori modo elicit actũ, q̃ continens. Vnde actus dr̃ habere difficultatẽ dupliciter. Vno modo ratione operis: & tũc dicunt Doct. ꝙ actus conformis ratiõi rectæ est difficilior, & virtuosior sltẽ melior. Aliomodo habet difficultatẽ ex aliqua conditione, vel circunstantia persoH næ: vel propter aliquod superueniens: vt puta ꝑ habitũ malum: & tunc dubitant Docto. an actus difficilior sit melior. Dicunt aliqui, ꝙ non: alij tenent oppositum. Aduerte insuper, ꝙ si homo, qui parua difficultatẽ habet in actu, faciat actũ in loco, vnde maius bonum inde veniat: vt sustinere mortẽ ꝑ Deũ cora malis, vt mali conuertant, vel pœnam suscipiant: talis magis meretur, licet cũ minori difficultate operet. Sequitur ergo, ꝙ ista consequentia non valet, ille cũ maiori difficultate opera tur: ergo virtuosiꝰ operatur; qa oportet ꝙ illud proueniat ex natura actus: & ꝙ multæ aliæ circunstãtiæ seruentur. Et per hoc potest solui alia qõ: Vtrũ alius *Quæstio* magis mereatur, si pro alijs ita intẽse oret sicut si pro se? Solutio Respõdetur breuiter, ꝙ sic quia plura bona facit. s. fili, & alijs: quia talis tantũ meretur pro se sicut si pro se solo oraret: & etiã meretur pro alijs. Et ex istis patet

A tet quid sit dicendũ ad qõnem. Vnde illa diffinitio iustitiæ vr̃ esse diffinitio iustitiæ increatæ, & non creatæ: ideo aliter vr̃ dicere Arist. in textu, quòd iustitia est habitus operatiuus iustorum, & a quo operantur iusti. Et illa vr̃ esse bona, cũ ibi ponatur genus actus tam interior, q̃ exterior, & obiectũ, cũ dr̃ a quo fiunt operatiui iustorũ. Nota, ꝙ ipsius iuris tria sunt præcepta. s. honeste viuere, alterum non ledere, ius suũ cuiq; reddere: hęc aũt oĩa sunt iusta post præcepta iuris, & ea seruare est iustitiam facere. Ideo ponitur.

CONCLVSIO respõsalis: Diffinitio iustitiæ, quæ communiter datur, est sufficiens: Quæ cõclusio relinquitur probata.

QVAERIMVS autẽ
B eam, quę in parte virtutis iustitiam. Est. n. quædam: vt dicimus. Similiter autem & de iustitia, quæ secundũ partẽ &c.

An detur iustitia particularis.

QVAERITVR vtrũ prẽter iustitiam legalem necesse sit ponere iustitiam particularem. Arguitur primo, quòd nõ: quia iustitia legalis vr̃ esse oĩs virtus, & continere oẽm virtutẽ: igitur non distinguitur a iustitia particulari. Secundo sic arguit Arist. diffiniens iustitiã nõ vr̃ ponere duas diffinitiones: vnã pro iustitia legali: & aliã pro iustitia particulari: igitur. In oppositũ est Ari. in tex. pro cuius solutione.

SCIENDVM est primo, *Quotuplex virtus sit* quòd quælibet virtus põt nomẽ iustitiæ accipere pro quanto ipsa est alterũ, nõ quidẽ ad alterũ: C quia ad vxorẽ, vel filios, vel amicos: quia oĩa ita reputant vt nostra. Sed ad alterũ: quia ad alienos nulla affinitate coniũctos. *Aliter virtus ordinata ad alios.*

Vnde est notandũ, quòd aliqua virtus põt esse ad alienos dupliciter. s. procuratiue: aliomodo vsiue. Procuratiue, siue finaliter, quod idẽ est: quia dirigit opus suum ad alienũ bonũ procurandum, saluandum, & augẽdum. Et sic penes istum modũ ad alienos no sumit aliqua virtus specialis: ideo non sumitur iustitia, quæ sit aliqua virtus specialis. Quod probatur: quia a proprietate, quæ cõuenit oi virtuti non sumit aliqua spãlis virtꝰ: sed operari ad bonum alterius augendũ, conseruandũ, & procurandũ conuenit omni virtuti: quia omni virtuti conD nit operari ad cõe bonũ: sed operando ad cõe bonũ operatur ad alios inquantũ non sunt ex nobis nec nostris: sed etiam ex alienis. Vnde ẽm hoc, ꝙ est operari ad cõe bonũ augẽdũ, cõseruandũ, & procurandũ, sumit legalis iustitia, q̃ est vera virtꝰ: ideo nõ est distincta ab aliis: sed dr̃ tota virtus: quia quælibet virtus potest dici iustitia legalis in quantum inclinat ad bonũ cõe augendũ, procurandum, vel seruandum. Aliomodo virtus dr̃ esse circa alterum vsiue: quia opere sui vtitur bono alieno sibi, vel alijs procurando: & sic circa alterum est vera virtus specialis, quę inclinat ad vtẽdum, vel non vtendum bonis alienis, secundũ ꝙ nõ oportet. Et qa circa talia cõtingit esse excessus, & defectus vituperabiles: iõ congruũ est, vt sit illa

E virtus, quæ inclinet nos ad medium, & illa vocatur iustitia particularis. Exemplum de excessu: vt si quis bona alterius inuito domino velit vsurpare nulli faciens illi de suis bonis recõpensationem. Exẽplum de defectu: vt vituperium est, & seruile pati iniuriam potenti eã bene repellere, tt, q̃ ista iustitia particularis sit virtus distincta ab aliis, Patet: quia contingit peccare contra eam nõ peccando contra alias, etiã cõtingit peccare cõtra alias nõ peccãdo contra ipsam: igitur. Exemplũ: vt si quis rapuerit alienũ inuito domino, & præter legem ipsa vitu- F peratur, & dicitur iniustus, & per iudicem cogitur ad restituẽdum tanquã male acceptum. Et notum est, q̃ istud peccatũ nõ est contra fortitudinem, quæ est circa pericula bellica: nec contra temperantiam. Et si dicas, quomodo distinguetur ista iustitia particularis a iustitia legali. Dico, q̃ sicut aliæ virtutes se habent ad iustitiã legalem: ita ista iustitia particularis. Notum est, quod est alia ratio specialis ipsius iustitiæ particularis: & legalis: nam alia est ratio essendi ad alterum procurando ei bonum, & vtẽdo bono eius, quod inuenitur in iustitia particulari.

Si iustitia sit pẽclarissima virtus.

SECVNDO sciendum est, q̃ incidit alia difficultas: Vtrũ iustitia est præclarissima virtutum. Pro cuius solutione est aduertendũ, q̃ vt dicit Aristo. in tex. Illa virtus dicitur maxime perfecta, qua habens virtuose se habet ad se, & ad alterũ. Vnde difficultas potest intelligi de iustitia eam legali, quàm particulari. Et de iustitia legali ponitur talis propositio: iustitia legalis est præclarissima virtutũ. Primo, quia videtur se habere ad alias virtutes, sicut totum ad partes: modo: totum est perfectius suis partibus. Sed dubium est: Vtrum habens tantum vnã virtutem specialem dicatur simpliciter virtuosus. Pro cuius declaratione supponitur, q̃ virtus specialis potest capi dupliciter. Vnomodo prout existit sine aliis: & sic dico, q̃ nõ est possibile, vel saltem est multum difficile hominem bene se habere, & firme per vnam virtutem: quia nõ potest passiones aliarũ virtutũ tẽperare. Etiam in proprio actu impeditur passionibus aliarũ virtutum. Aliomodo prout connexa est cum alijs virtutibus. Et sic certe dico, q̃ ipsa est tunc perfectior: quia tunc magis potest in actum suum, q̃ H ante: ideo habet actum suũ magis intensum, cum non impeditur per passiones aliarũ virtutum. Dico vlterius, q̃ iustitia legalis est perfectior: qa inclinat habentem ad bene se habendũ ad se, & ad alterum, quod difficile est: ideo dicitur præclarissima. Sed de iustitia particulari dubium est: dicũt enim aliqui, quòd fortitudo est perfectissima: quia est in actum difficiliorem. Etiam potest regulare fortiorem impetum: alij dicunt oppositum propter cõsiderationes quas facit Ari. in tertio Topicorum: nam melius est, quod bonum in omni tẽpore, quàm quòd est bonum in aliquo tempore. Pro concordia tamen est aduertendum, quòd vna virtus potest dici melior alia dupliciter. Vnomodo secundum seipsam

A psam, & sic vt, q̃ fortitudo dicat esse melior, q̃ iustitia: Aliomodo inordine ad alia, in quibus ipsa prodest nobis, & alijs: & sic iustitia dicitur esse perfectior. Et per ista, & illa, quæ dicta sunt in primo notabili: patet quid sit dicendũ ad rõnes: nota est, q̃ iustitia legalis nõ ẽ virtus distincta ab alijs: dixerũt tamen aliqui, q̃ immo erat: & dicebant, q̃ illa virtus per quã quis inclinabatur ad bñ se hãdum circa bonum cõmune seu circa bonum communitatis, erat iustitiæ legalis, quod falsum est: quia hoc per iustitiam particularem fit: Ideo ponitur.

CONCLVSIO respõsalis: Licet iustitia legalis vna virtus specialis esse non videatur iusti tia: tamen particularis vna virtus specialis ab alijs distincta es B se dicitur: Quæ conclusio relinquitur probata in notabilibus.

EIVS aũt secundũ partẽ iustitiæ, & secundũ ipsam iusti: quidẽ vna est species, quæ in distributionibus honoris, vel pecuniarum, vel aliorum quæcunq; partibilia cõmunicantibus vrbanitate, in his enim, & inæquale est habere, & æquale alterũ ab altera &c.

An iustitia distributiua, & commutatiua differant specie.

QVARITVR Vtrum iustitia distributiua, & communicatiua sint diuersæ species. Arguitur primo, quòd non: quia non videntur differre nisi sicut multum, & vnum: igitur. Arguitur secũdo sic, Iustitia habet seruare bona: cõmuniter ergo nõ C debet distribuere, & per consequens nulla videtur esse iustitia distributiua. In oppositum est Aristoteles in textu. Pro cuius declaratione.

PRIMO iciẽdum est, quòd de hac quæstione multæ fuerũt opiniones: sed omnibus relictis videtur probabiliter dici, quod iustitia distributiua, & commutatiua non sunt diuersæ species iustitiæ particularis: quia appetit secundum eãdem rationem, & eundem motum afficitur circa distribuibilia, & commutatiua. Et si dicas cõtra: quia princeps iniuste distribuens magis peccat, quàm iniuste commutans. Respondetur, quòd licet magis peccet, quia infidelis est toti communitati, & illis in speciali, quibus distribuit: non tñ ex tali motiuo peccat plus vnus D q̃ alter: sed ambo peccant ex affectione applicandi, vel retinendi sibi aut suis, quod debitum est alij, vel alijs. Vnde licet aliter peccent fur, & raptor; tamẽ contra eandem virtutem peccant: & non oportet, quòd si peccata sint plura, q̃ virtutes sint plures. Et si iterum dicas, distribuere solum pertinet ad principem. Respondetur, quòd illud est falsum: immo singulares personæ aliquando intenig distribuunt: sicut aliqui mercatores, qui pecuniam suam simul exponunt, & postea aliquod lucrum distribuunt. Et si dicas: quomodo ergo diuiditur iustitia in distributiuam, & cõmutatiuam. Respondetur, quod omnes illæ diuisiones iustitiæ sunt secundum diuersos modos æquandi lucrũ damno, vel dam

B nũ lucro. Punitiua enim æquat damnum lucro. Præmiatiua econuerſo. Diſtributiua æquat ſecundum proportionem geometricam, & commutatiua ſecundum arithmeticam. Et aduerte, quòd iuſtitia non ſaluat bona communia niſi, vt eis poſſint vti illi de communitate, & diſtribui illis: qui pro cõmuni laborauerunt: aliter nulli vellẽt laborare pro communitate.

SECVNDO ſciendum eſt, q̃ difficultas eſt: ex parte cuius ſumitur diſtinctio iuſtitiæ partis particularis ab alijs virtutibus. Reſpondetur per aliquas propoſitiones. Prima diſtinctio: neq; vnitas virtutum ſumitur ex vnitate, vel diſtinctione obiectorũ exteriorum conſideratorum ſecundum ſuas ſubſtantias, & rationes proprias: quia temperan

F tia eſt circa mulieres, circa pulmenta, circa vina, quæ ſunt genere diſtincta, ſimiliter iuſtitia particularis circa oues, boues: & ſic de alijs: & tamen temperãtia eſt vna virtus, & etiam iuſtitia particularis. Secunda propoſitio. Diſtinctio virtutum vel vnitas non eſt ſumenda ex diſtinctione operationum ſimpliciũ ſecundum ſuas ſubſtantias: quia eadem operatio ſecundum ſubſtantiam poteſt eſſe diuerſarum virtutum: vt ire ad eccleſiam ad inimicos repellendos, erit fortitudinis: & ad fugiẽdas carnales delectationes temperantiæ. Tertia propoſitio, probabile eſt virtutes ſumere ſuam diſtinctionem, vel vnitatem ex vnitate, vel diſtinctione paſſionũ. Patet: quia virtus nõ vt propter aliud in appetitu, q̃ q̃ appetitus ſubijceratur rationi

Propoſitiones ad ſum euidentes.

& prõpte, & delectabiliter obe G dit ei: vnde magis trahitur, qui magis paſſionatur: Ideo virtutes non videntur poni communiter in appetitu niſi ad moderandum paſſiones; vt fortitudo ad moderandum timores: ad iuſtitia ad moderãdum affectiones. Et ſi dicas ſequeretur, q̃ iuſtitia particularis non eſſet vna virtus: quia eſt circa multas paſſiones: puta amorem, odium: Vnde amor, & odiũ peruertunt iudicium. Similiter ira, & timor delectabile, triſte affectio lucri. Reſpondetur, q̃ iuſtitia non reſpicit principaliter, & directe niſi vnam paſſionem: ſcilicet affectionem quam habemus ad noſipſos, & ad affines noſtros in habitudine ad extraneos: per hanc enim inclinamur ad applicandum nobis, & noſtris bona alienas H & hanc moderat iuſtitia, quæ non permittit accipere rem alienam niſi ſicut de iure eſt accipienda: verum eſt tamen, quòd aliæ paſſiones poſſunt nos diſponere ad hoc, quòd illa paſſio inſurgat. Et per hoc patet quid ſit dicendum ad rationes: dictum eſt enim quomodo virtutes non diſtinguntur principaliter niſi ex parte paſſionum. Multi tamen dicunt, quòd ex parte obiectorum, quod videtur eſſe multum probabile. Ideo ponitur.

Obiectio.

CONCLVSIO reſponſalis: Iuſtitia particularis, & etiam legalis eſt præclariſſima virtutum; & iuſtitia diſtributiua, commutatiua duæ ſpecies iuſtitiæ non videntur eſſe: vt probatum eſt in primo notabili.

Mæ-

A *Mechans propter lucrum auarus an luxurioſus dicendus.*

QVAERITVR vtrum mechans propter lucrum ſic auarus, vel luxurioſus. Arguitur primo, quòd ſit luxurioſus: quia luxuria eſt illud, quod primo ibi committitur: ergo talis eſt luxurioſus. Arguitur ſecundo ſic, Talis primo vult luxuriari: igitur. In oppoſitum videntur eſſe morales.

PRIMO ſciendum, q̃ aliquis poteſt duplex luxuriari. ſ. propter delectationẽ tactus: & talis dicitur luxurioſus. Aliomodo propter lucrum, & non propter delectationẽ tactus, & ſic ille dicitur auarus, licet tñ

B ille accẽſſorie peccet ſecundũ luxuriam. Supponitur vterius, q̃ cuiuſlibet virtutis duplices ſunt operationes. ſ. interiores, quæ dicuntur operationes principaliores: & exteriores, q̃ ſunt minus principales. Tunc ponitur talis concluſio: Ille ſic mechans præciſe propter lucrũ, dicitur eſſe auarus. Patet: q̃a ille eſt principaliter auarus, cuius electiones finales ſpectãt per ſe ad auaritiam, & non ad luxuriam: ſed tales operationes ſunt huius: quia poſitum eſt, q̃ iſte mechatur propter lucrum. vnde ſi velim⁹ cognoſcere quaſliter operationes ſint vitioſæ, vi deamus ad quid ſunt affectiones noſtræ: ſi ad delectationes tactus ſunt operationes luxurioſę: ſi ad lucrũ, ſunt operationes auaritiæ: vſi virtutes inclinãt ad operationes cõſonas rectę rationi: vitia ad vitia, & ad paſſiones ſuas ſm appetitu ſenſitiuum: ideo nos indigemus

Poteſt dupliciter luxuriã.

virtutibus propter duo. ſ. ad mo C derandũ paſſiones, & ad præſeruandum appetitum ab impetu paſſionum. Et nota, quòd iſte modus vt eſſe modus Buridani & aliquorũ aliorum, qui dicũt, quòd actus, & habitus ſpecificãtur fine. Dicunt tñ aliqui aliter, puta illi, qui dicũt, quòd circunſtantiæ ſunt partes obiectorum: dicunt. n. quòd habitus, & actus ſpecificant ſine inadæquate, licet nõ adæquate. Et iſti dicit duo. Primo, quòd nõ oportet, quòd vbicunq; eſt idẽ finis, q̃ ibi ſit idem hũus: ſed bñ vbicunq; eſt alius, & alius finis, ibi eſt alius, & alius habitus ſecundũ ſpeciẽ: maxime de actibus, vel habitibus per ſe bonis, vel per ſe malis: cuiuſmodi ſunt actus voluntatis: & iõ dicerent, D quòd ille, qui vult fornicari p̃p lucrum non eſt ſimpliciter auarus, nec luxurioſus, ſed mixtus. Et ſimiliter dicatur de alijs: & hoc magis alias videbitur. Aduerte vlterius, quòd virtus nõ ſolum tollit, vel reprimit inclinationem vitioſam, ſed ponit habitum poſitiuum contrarium inclinationi: ideo per temperantiam non ſolum non volumus mechari, ſed etiam volumus non mechari: ideo qualitercunque homo mechetur ſemper peccat contra temperantiam: ideo in illo caſu eſt contra temperantiam.

SECVNDO ſciendum, *An cum iuſtitia ſtet lucrum.* quòd talis inſurgit difficultas: Vtrum cum iuſtitia poſſit eſſe lucrum? Et videtur, quòd ſic: quia iuſta commutatio aliquando eſt cum lucro. Pro ſolutione eſt aduertendũ, q̃ lucrũ dr̃ omne illud quo aliquis per

Universidad de Deusto
Biblioteca

E aliquam operationem habet plus in bono, vel minus in malo, quã ante haberet. Sed damnum dicitur quo aliquis per aliquam actionem minus habet in bono, & plus in malo. Et aduerte, quòd aliquando malũ incomparatione dicitur bonũ: puta minus malum in comparatione ad maius malum. Aduerte etiam, quòd damnum, & lucrum secundum, quòd pertinent ad iustitiam non solum accipiuntur secundum rei veritatem, sed etiam secundum existimationem. Vlterius est aduertẽdum, quòd distributiones, & commutationes sunt, duplices, scilicet voluntariæ, & inuoluntariæ: Voluntariæ, quando vtriq; parti placet fieri commutatio: & eriam modus commutandi cum alijs circunstantijs, & non fraude occulta. Inuoluntariæ dicũtur per contrarium. Et aduerte, quòd in voluntarijs commutationibus, nullum accidit lucrum aut damnum contra iustitiam: dũmodo nullus ponat in precium cuius non est dominus, quod dicitur propter vsuras: & quòd illarum lex permittat fieri permutationem: quia non licet viros commutare suas vxores. Et istis obseruatis si lucrum, & dãnum accidant non est cõtra iustitiam: immo tunc est vera mercatura secundum, quòd vtraq; pars accipit, quod magis est vtile sibi. Aduerte vltra, quod cõmutationes propriæ non possunt fieri cum pueris aut furiis: quia circunstantiæ requisitę nõ possunt ipsis euidenter ostendi: ideo cum ipsis non possunt fieri commutationes voluntariæ: nisi vocato tutore si habuerint, qui sit tãquam possessor eorum, & pro eis volens. Et si dicas aliquando cognoscuntur illæ circunstantiæ, & commutationes sunt voluntariæ: & tamẽ accidit damnum contra iustitiam: vt si tu dares procuratori meo vnum par caligarum, & ipse notis oibus circũstãtijs, pp quas dabit tibi pro decem, de quo posset habere viginti, videtur esse ibi iniusta commutatio. Ridetur, quòd procurator meus est iniustus: quia capit lucrum de meo me inuito: alter etiam fraudulenter agit, & iniuste pro quanto procurat iniustum mihi fieri. Et per ista, & ea, quæ dicta sunt in primo notabili: patet quid sit dicendum ad rõnes. Vnde nota, q licet actus per se boni, vel mali speci ficentur fine siue adæquate, siue inadæquate, vt visum est: tñ actus, q nõ sunt per se boni, vel mali, sicut actus exteriores non specificãtur fine, nec totaliter, nec partialiter. Nã ambulatio ad ecclesiam propter Deum est eiusdem speciei cum ambulatione ad ecclesiã propter vanã gloriã. Patet, quia eadẽ ambulatio continuatiua potest primo fieri pp Deum, & postea propter vanã gloriã. Vnde finis bonus de malo actu aliqñ facit bonũ, & aliqñ nõ. Exẽplũ primi: vt si in primo ambulationis vadam pp vanã gloriã: & postmutẽ illã circũstantiã: puta quia vadã pp Deũ: illa circũstantia facit de actu malo bonũ. Exẽplum secundi: vt si vadam ad ecclesiam loco rpe, & aliquibus finibus indebitis propter solam mutationem finis actus non erit bonus. Etiam finis malus, facit malum actum de bono, & aliquando non; vt si ego vadam ad ecclesiam propter vanam gloriam & mutem in aliam circunstantiam malam, puta propter auaritiam propter hoc non mutabitur actus bonus in malum: & hoc est quod dicitur communiter q idem actus exterior potest esse bonus & malus successiuæ. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Quod mechans propter lucrum dicitur esse auarus: licet etiam dicatur luxuriosus; vt patet in primo notabili.

Quid sentendum de commutationibus, & distributionibus inuoluntarijs.

QVAERITVR sine argumentis quid dicendum est de cõmutationibus & distributionibus inuoluntarijs. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum est, q plus debito & minus debito in commutationibus inuoluntarijs sunt lucrum & dãnum iniusta. Et si dicas si sit aliquis qui distribuat pecuniam Platoni debitam & forti: tamen secundum minus debito, & tamen inde nullum lucrum accipiat, quid iuris? Respondetur q sit distribuens hoc faciat, & non per ignorantiã, hoc erit propter esse affinem magis vni, quam alteri: quod autem affini nostro acquirimus in ordine ad extraneos tanquam nobisipsis acquisiuisse reputamus. Vnde omnes illum accusant de iniusto qui in bonis cõmutandis vel distribuendis capit plus debito vel affini: & minus debito relinquit alteri ipso inuito. Ex quo sequitur q plus debito & minus debito sunt iniusta: & hoc ex parte facientis, & patientis ideſt recipientis: & ita in operatione iusta sunt duo iusta: Vnum ex parte facientis: alterum ex parte patientis, quorũ nullum est plus debito neq; minus debito. Et aduerte q quandoque quilibet commutantium potest esse faciens, & etiam quãdoq; patiẽs: vt si aliquis tribuat alteri donum & alius tribuat illi seculares tunc vterq; est faciens & patiens. Ex quo sequitur q illud quod neq; plus est neq; minus est medium pluris & minoris in his in quibus natum est esse plus & minus: & sic patet q vtrunq; istorum, puta facientis & recipientis est mediũ duorum iniustorũ scilicet plus debito & minus. Et siquis instet quomodo est quòd duorum extremorum sunt plura media. Respondetur quòd non est inconueniens in duobus subiectis inuenire duo fusca quorum quodlibet est medium albi & nigri: similiter respectu distribuentis possunt esse duo extrema & etiã respectu recipientis.

SECVNDO sciendum est, quòd circa textum incidit talis difficultas; vtrum iustitia distributiua & commutatiua habeant idem medium. Pro cuius declaratione est aduertendum quòd illorum quæ distribuuntur quædam solum distribuuntur per modum puri & liberalis doni quæ scilicet distributo posset sibi iuste retinere & cir-

An iustitia commutatiua, & distributiua habeant idem medium.

& circa istum modum iustitia non habet locum neq; iniustitia; sed liberalitas. Alia sunt quæ sunt digna distribui; sed non omnibus sed certis personis; vt beneficia: & de istis dicitur quòd distributor iuste distribuit si iustis & dignis, siue idonnis: iniuste si indignis, siue illi sint de affinitate, siue non; vnde indistributione beneficiorum non debet respici genus vel ordo affinitatis, & naturæ: sed genus idoneitatis: Et si dicas contra; quia si detur beneficium indigno, nulli fit iniuria: igitur. Respondetur quòd licet talis nulli personę speciali faciat iniuriam, tamē communitati facit iniuriam, & ideo de iniuria potest contra eum agere; communitas. Alia sunt quæ sunt etiam debita distribui certis personis: vt bona communia alicui us communitatis: & ista propriè pertinent ad iustitiam & iniustitiam. Ex aduerte quòd distributor fit iniustus tribus modis. Primo si retineat sibi illud quod distribuere tenetur. Secundo si tantum distribuit nō tamen quibus debitum est distribuere: Tertio si totum distribuat qui huius debitum est distribuere: tamen vni plus debito & alteri minus debito. Vnde sicut se habent illi, quibus debet fieri distributio, in quantitate meritorum: ita se debet habere distributor illis quibus distribuuntur in quantitate precij: & hoc secundum actum secundum quem sunt meliores: vt militi non secundum bonitatem moris: sed secundum bonitatem militiæ, ideſt si militibus debeat fieri distributio ratione militiæ non debet aspici bonitas moris, sed bonitas militiæ. Et si ita nō fiant distributiones erunt pugnæ, & accusationes propter iniustitiam; puta si æquales inæqualia: vel inæqua les æqualia habeant. Ex quo sequitur q differentia est inter medium iustitiæ distributiuæ & commutatiuę. Nam medium iustitiæ distributiuę attenditur pœnes merita personarum. Sed medium iustitiæ commutatiuæ pœnes æqualitatem rerum: differunt etiam, quia medium iustitiæ commutatiue attenditur secundum proportionem geometricam. Vnde in proportione arithmetica seruatur æqualitas excessus; sed in proportio geometrica, seruatur æqualitas proportionis. Ex omnibus istis sequitur.

F

CONCLVSIO responsalis: Commutationes voluntariæ & inuoluntariæ differunt in pluribus: vt visum est in primo notabili.

DETERMINATIS autē his manifestum, quoniam iusta operatio medium est eius, quod est iniustum facere, & iniustum pati; hoc quidem, n. plus habere: hoc autem minus est; iustitia autem medietas est non secundum eundem modū pdictis virtutibus &c.

Iustitia est medium duarum malitiarum.

QVAERITVR Vtrum iustitia sit medium duarum militiarum. Et arguitur quòd sic: quia virtus stat in medio duarum

A rum militiarum: igitur. Arguitur secundo sic: Iustitia videtur esse medium inter magis debitum & minus debitum; ergo. In oppositum videntur esse multi morales. Pro cuius solutione.

Propositiones mentis ex placitis.

PRIMO sciendum est, q pro declaratione ponuntur aliquæ propositiones. Prima: iustitia est medium inter habitus contrarios. Patet: quia ex operationibus generatur habitus: & ex talibus operationibus generatur talis habitus: ideo ex operationibus extremis generantur habitus extremi, & ex mediis medius: modo iustitia est habitus ex operationibus mediis inter operationes oppositas: igitur. Vnde ex iustis operationibus generatur iustitia, & ex iniustus quę sunt duę. scilicet

B plus accipere de debito & minus dare de debito generatur habitus iniustus; modo notum est q ex talibus vel talibus operationibus generantur tales vel tales habitus inclinantes ad consimiles operationes: igitur. Vnde ex hoc quod est plus accipere sibi, & minus alteri tribuere generatur vnus habitus qui inclinat ad magis sibi accipiendū & minus alteri dandum. Et ex hoc quod est minus dare sibi & plus alteri de debito, generatur vnus habitus inclinans ad minus sibi accipiendum, & alteri plus tribendum. Et notum est q alle habitus opponitur extremè ip si iustitiæ: & inter istos habitus dicitur esse iustitia quæ inclinat ad operationes mēdias inter operationes ad quas inclinat illi habitus. Sed æqualiter de debito affinibus, quàm extra neis dicitur esse iustus. Secun- C da propositio, ambo illi habitus sunt quædam vitia seu malitiæ; quod potest ostendi per pasiones. Non potest esse nimia affectio ad bona aliena. Etiam contingit habere nimis remissam affectionem ad illa bona extranea. Vnde multa inconuenientia possunt ex hoc accidere, puta defectus substantiæ, & etiam dare occasionem iniustificandi: notum est enim q circa affectiones bonorū aliorum possumus deficere & in superabundando & in deficiendo. Et nota q dicunt aliqui q extremum iustitiæ in superabundando vocatur iniustitia; sed in deficiendo non habet nomen impositum, eo q in paucissimis inuenitur. Tertia propositio: medium iustitiæ sumendum est secundum rationem, & non quo ad nos. Quod probatur per cōmunem diffinitionem virtutis: patet etiam: quia aliquando pro vno sexterio frumenti habebis decem calceos: & aliquādo nō: igitur non sumitur medium quo ad nos quia semper idem maneret. Item notum est, q in iustitia oportet primo existimare valorē rerum commutandarū & rerū distribuendarum & meritorum pro quibus distributio est facienda. Sed ista existimatio non fit secundum naturam rerum; sed quo ad nos & indigē tiam humanam. Et nota q medium iustitiæ attēditur ſm q ipsa est ad alterū distributiua vel commutatiua bonorum: quod medium attendit ſm æqualitatem valoris rerum vel secundum proportionem valoris rerum ad valorem meritorum.

SECVN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si iustũ, & æqua le contra passũ sint idem.

B SECVNDO sciendum, est quòd difficultas est: vtrum iustũ & æquale contra passum sint idẽ. Pro cuius declaratione supponitur ꝙ in proposito per pati nihil aliud intelligimus quàm recipere dãnum vel lucrum. Et per facere intelligimus inferre dãnum vel lucrum. Tũc dicitur ꝙ æquale contrapassum potest intelligi dupliciter. Vnomodo comparando passionem ad passionem: vt quantum aliquis recipiat lucri vel dãni tantum alter recipiat. Aliomodo comparando passionem vnius in lucro ad passionem eius in damno: vt ꝙ quantum damnum recipit tãtum lucrum recipiat: vnde in distributionibus duplex habitudo est considerandа scilicet communitatis ad illos quibus debet fieri distributio: & secundũ istam propriæ est commutatio:
F quia communitas non tribuit nisi quia ab his accepit. Alia est eorum in quos debet fieri distributio adinuicem & ibi propriè est distributio: sed etiam bene secundum istam contrapassum nõ habet locum; quia contrapassum supponit ante factum vel ante passum: modo nullus in alterũ ante egit vel ab altero passus est: ideo tunc ponitur talis propositio: contrapassum non habet locum in iustitia distributiua. Pro iustitia commutatiua ponuntur aliquæ conclusiones.

De iustitia commutatiua.

Prima: iustũ nõ semper sit æquale contrapassum ad æqualitatẽ quantitatis rerum patet in voluntarijs: quia, percutiens principẽ vel primo alterũ percutiens, nõ debet solum percuti æquali percussione, neq; æqualiter puniri, nec furtiuę rem tuа accipens, debereã restituere solum, sed vltra
G puniri. Patet etiam: quia æqualitas quantitatis non potest obseruari inter ea quæ nõ sunt ſm quantitatẽ cõmensurabilia. Sed iustũ inuenit vbi commutabilia nõ sunt cõmensurabilia ſm quãtitatẽ: vt si grauarũ actiones dẽ tur pro pecunia data. Alia cõclusio iustum aliqñ sit per ꝙa le cõtrapassum, sed raro est: ista cõclusio ꝓ euidẽter ꝓbari si cõsideremus singulas ſpẽs cõmutationum. Vnde Ari. enumerat multas ſpẽs commutationis voluntarię. ſ. venditionem, emptionẽ, mutuationẽ, fideiusionem, vsum depositionẽ, conductionẽ &c. Tertia cõclusio, iustũ sit ꝙ æquale contrapassum æqualitate proportionis ad aliqua mensurã ſm ꝙ existimari potest valor rerum commutabilium: patet quia in talibus non oportet vnum doliũ vini dare pro vno
H pare sotularium: oportet ergo existimare quantum dolium vini valet & calciamenta, & tunc commutare proportionabiliter adinuicẽ: & hæc vocatur æqualitas proportionis ad mensurã valoris. Est aduertendum ꝙ valor rerum attendit ſm indigẽtiã humanam: vt possibile est ꝙ dans decem libras est multum dines & indiget honore: ideo vn⁹ honor est sibi melior, quàm sint decem libre. Et ex istis & dictis in primo notabili, patet qd dicendum ad rationes. Sed pro commutationibus inuoluntarijs est notandum ꝙ qui alterũ præter eius voluntatẽ dãnificat ipse dupliciter iniustificat. ſ. illum & in communitatẽ. Primo quia ille est pars cõitatis. Secõ: qa cõtra legẽ cõitatis facit. Tertio: qa dat

A dat malum exemplum. Quantũ ad primam iniustificationem, oportet existimare nocumentum quod ille passus est ad lucrum tanti valoris restituere. Non. n. sufficit, quod tantum dãnum patiatur: vnde si quis combusserit domum meam non esset mihi facta sufficiens recompensatio, quòd domus sua combureretur: quia nihil lucri inde haberem. Et sic patet quòd æquale contra passum debet attendi comparando passionem in lucro ad passionem in damno, & non comparando passionẽ ad passionem. Sed etiam quantum ad secundam iniustificationem: oportet etiam nocumentum existimare: magis enim nocuit si principem percussit, quàm si alium: & si liberum quàm seruum: & si publicæ magis quàm occultæ: quanto enim lædit maiorem, vel nobiliorem partem communitatis, tanto maius nocumentum inuliæ commuuitati. Ideo ponitur.

B CONCLVSIO resp̃alis: Iustitia est habitus moralis inter duo extrema, vitiosa. Quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili.

OPORTET omnia igitur vno commensurari, quòd quẽ admodum dictum est prius; hoc autem secundum veritatem quædam indigentia, quod omnia continet &c.

An omnia commensurabilia eadem mensura mensurentur.

QVAERITVR. Verum oĩa commensurabilia sint eadẽ mẽ-

C sura commensurabilia. Et videt quòd non: quia non omnia cõmensurabilia sunt eiusdem generis: igitur. Arguitur secundo sic: Commensurabilia secũdum legem prohiberi non possunt: igitur. In oppositum est Aris. in tex. Pro cuius solutione.

Cõmensurabilia dupliciter, & duplicia.

PRIMO sciendũ est, quòd commensurabilia possunt considerari dupliciter. Vnomodo secundum suas substantias: & sic non sunt commensurabilia: quia omnia commutabilia per reduplicationem alterius, vel remotionem possunt adæquari: sed sic est, quod secundum substantiam adæquari non possunt igitur Consequentia patet de boue & asino. Et si dicas, deus est mẽsura omnium; igitur. Dico ꝙ potest intelligi dupliciter. Vnomodo quod habeant tm de entitate quantũ deus dat eis: & sic
D concedo. Aliomodo potest intelligi, quod deus sit mensura secudum quam commensurabilia possunt adæquari adinuicem: & sic dico quod nõ. Vlterius est aduertendum, quod commensurabilia ſm quod veniũt in vsum humanum sunt duplicia. Aliqua sunt, q̃ iustæ commutari nõ possunt, eo quod eorum commutatio esset contra leges, aut contra bonos mores: vt si quis commutaret alteri vxorem suam. Vnde aliqua dicũtur non commutari dupliciter. Vnomodo ꝙa sunt secundum legem prohibita. Secũdo quia ſm conditionem naturæ suæ commutari non possunt vt bouem pro vita corporali. Nullus enim est qui pro bobus, vel ouibus vitam corporalem amittere velit, vel bona corporalia pro bonis animæ quæ non possunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

E possunt se attingere in bonitate. Alia sunt, quæ iustè commutari possunt; & omnium istorum est vna mensura. Notum est enim quod si commutationes fieri non possent, quod natura non posset bene saluari. Patet: quia in vna patria est tantum bladum, in alia tantum vinum, sine quibus natura nō posset bene esse: ideo congruum est tales commutationes fieri. Sed dubium est; Vtrum si sortes dat rem suam vxorem ipsa volente pro decem libris ad mechandum quis damnificatur aut lucratur? Respondetur quod quilibet damnificatur secundum animam; quia quilibet peccat, sed quantum ad bona exteriora quilibet lucraretur, quia plus debito habet; quia quilibet habet, quod habere nō debet: ideo habet plus debito. Dico etiam quod damnificat Rempublicā pro quanto dant alijs occasionem male faciendi. Nota etiam quod aliquo modo damnum vnius potest adæquari damno alterius: licet damnum non possit lucro æquari. Nota vlterius, quod quando dicitur quod lucrum damno non potest æquari, debet intelligi maxime de damno communitatis: quia de damno facto personæ particulari, vel singulari potest; vt si pauper homo percutiatur modicum: & detur sibi in restitutionem pecunia aliqua: forte lucrum poterit esse æquatum damno, vel forte poterit excedere. Et si dicas: quid faciendum est vbi lucrū non pōt adæquari damno. Dico q pœna erit apponenda ſm q erit possibile. ſm exigentiam nocumenti.

F

Dubium

Obiectio.

G

SECVNDO sciendum, q restat alia difficultas; Vtrum indigentia humanæ naturę sit mēsura commutabilium. Pro cuius declaratione est aduertendum quòd indigentia humana est mensura rerum commutabilium. Patet: quia commutationes non fiunt nisi propter supplementum indigētiæ humanæ vt potest poni exemplum de illo qui indiget blado: & de illo qui indiget vino. Patet etiam: quia commutationes non æstimantur secundum valorem rerum, sed indigentiam hominū: quia alias musca magis valeret, quàm modiū vini: videmus etiā quòd illo tempore quo vina deficiunt, quia magis indigemus ipsis: ideo ipsa fiunt cariora. Et si dicas: si hoc esset verum, sequeretur quòd pauper homo magis deberet emere bladū, quàm diues. Patet: quia pauperes magis indigent quàm diuites. Rādetur quòd indigētia illius, vel istius hominis nō mensurat valorem commutabilium; sed indigentia communis eorum, qui inter se commutare possunt. Et si dicas: multa sunt nobis cara, quibus parum indigemus quibus diuites vtuntur: non in eorum indigentijs, sed superabundantijs voluptatum. Pro cuius solutione est aduertendum, quod diuites, & pauperes dupliciter accipiuntur. Vnomodo secundum habere multum de bonis fortunæ aut modicum: & sic eos accipit vulgus. Alomodo ſm sufficientiam, & non sufficientiam, & sic capiuntur veræ diuitiæ, & veræ paupertates.

De indigentia humana natura.

Obiectio.

Nota de diuitibus & pauperibus.

Vnde

A Vnde vtriq; primi sunt indigentes: pauperes .n. concupiscunt pp indigentiam: secundi propter delectationes: in secundis vero inuenitur vera paupertas. Nam diuites non indigent, sed pauperes; diuites concupiscunt propter delectationes non necessarias, pauperes propter indigentiam. Et ideo nota quòd nō solum indigētia necessariorum mensurat apud ægenos commutabilia: sed etiam indigentia excessus apud diuites. Ex quo sequitur quòd indigentia humana mensurat commutabilia nō ſm æquationem quantitatis, sed secūdum similitudinem proportionis. Nam secundum, quòd plus, vel minus indigemus secūdum hoc res est possibilis, vel minoris valoris. Vnde mensura secundum æquationem quantitatem est, cum mensura potest æquari mensurato per sui replicationem: & sic vnitas est mensura numeri. Ex omnibus istis patet quid sit dicendum ad rationes. Vnde licet commutabilia secundum suas proprias rationes non sunt eiusdem generis; tñ ſm q cadunt in vsum humanum, ipsa conueniunt in eadem ratione. ſ. q vtilia, vel quia satisfacientia indigentiæ humanæ. Ideo ponitur.

Obiectio.

GONCLVSIO responsalis: Omnia cōmutabilia sunt cōmensurabilia eadem mensura. Quæ conclusio reliquitur probata in primo notabili.

SECVNDVM veritatem quidem igitur impossibile tantum differentia commensura-

ta fieri: ad opus aut conuenit sufficienter; vnum vtique aliquid oportet esse: hoc autem ex suppositione propter, quod & numisma vocatur &c.

C

An commutabilia numismate sint æquanda.

H

QVÆRITVR Vtrum commutabilia possint numismate mensurari? Et arguitur primo quod non: quia indigentia commutabilium dicitur esse mēsura: ergo non numisma. Secundo arguitur sic; Illud quod est mensura comutabilium, videtur esse institutum secundum naturam, sed numisma non est huiusmodi: igitur. In oppositū est philosophus in textu. Procuius solutione.

D

PRIMO sciendum, quod numisma dicitur esse necessariū ad communicationem & sustentationem hominum: patet multis modis. Primo ex parte loci; vnde difficile esset semper portare, & ducere bladum pro vino: quia sumptus nimis magni essent: ideo oportet portare aliquod portabile, & magni valoris, sicut sunt numismata. Secundo ex parte temporis; nā in isto anno habeo satis vini, & non possum seruare: ideo oportet, q commutem contra aliquid quod sit multū seruabile. Tertio patet ex multiplici indigentia; nam si pauper laborauerit: oportet aliquid ipsum habere, & indiget pane, carne, sale, & sic de alijs; & diues nō habet, ideo necesse est quòd habeat

Numisma, ad sustentationē hominum aptum.

habeat aliquid quod sit diuisibile in illa parua vt est numisma. Et aduerte quòd valor pecuniæ attenditur, seu mensuratur indigentia humana. Dicunt tamẽ aliqui quòd principes imponũt numismati valorem & secundũ valorem sibi impositum, commutabilia mensurantur. Tamẽ istud non videtur verum: quia posito quòd nulla essent numismata & rex faceret obolum, nõ posset facere quòd commutaretur contra pintam vini: potest tamen bene nominare, sed non sic valorem imponere. Est tamẽ aduertendum quòd iam aliqua currente moneta; si rex aliam fabricaret, posset in ordine ad præcedentem precium imponere. Et dico quòd si secundum relationem ad humanam indigentiam non tantum valeat, peccabit rex & iniustæ super cõmunem populum lucraretur. Vnde notum est quòd numisma non est circa mensura venalium, nisi secundum relationem ipsius, & illorum ad humanam indigẽtiam. Et ideo si rex faceret numisma valere vltra indigentiã humanam, peccaret: nisi forte propter commune bellum vel aliquam aliam necessitatem cõmunem excusaretur a peccato; Oportet enim quòd valor pecuniæ indigentiæ humanæ mensuretur. Et licet forte nos non indigeamus ad nostras necessitates auro vel argento: tamen diuites indigent ad excessus suos: & ad apparatus suos exteriores. Vnde cum valor pecuniæ mensuratus fuerit secundũ proportionem ad humanam indigentiam, omnia commutabilia poterunt appreciari secundũ proportionem ad pecuniam. Et sic patet q̃ licet sit vna principalis mensura commutabilium scilicet humana indigentia: tamen non est inconueniens esse mediantibus quæ mensurata per primã poterit reliqua mensurare.

SECVNDO sciendum; q̃ restat vna difficultas vtrum ius politicum differat a iure dominatiuo, paterno & vxorio. *Differentia inter ius politicum, & ius dominatiuum*

Pro cuius solutione est aduertẽdum quòd ius politicum est ius seruandi debitum ordinem inter ciues. Vnde ciues sunt qui sub eodem principatu sunt cõmorantes: vtputa in viuendo, acquirendo, & possidendo. sed ius dominatiuum est ius seruãdi debitum ordinem inter dominum & seruum; ita quod sicut seruus requirit bonum domino, & procurat; ita econuerso oportet q̃ dominus seruum custodiat, & defendat. Ius vero paternum est ius seruandi debitum ordinem inter parentem & prolem. Vñ ius est, quod pater præbeat nutrimentum & doctrinam filio, & econuerso filius patri reddat honorem, reuerentiam, & obseruantiam. Sed ius vxoriũ, est ius seruandi debitum ordinem inter virum & vxorem. Vnde ius est, quod sicut vir præbet honorem vxori; quia vxor propter virũ honoratur, sic mulier reddat viro debitum famulatum. Sit fic patet dria inter ius politicũ, seu ciuile & alia; quia ius politicum est inter partes ciuitatis, & inter ciues. Alia sunt inter partes domus. Vnde proprie partes domus sunt, seruus, maritus, vxor, filius, pater &c. Etiam ius politicum est inter personas diuisas improprie, & vsu bonorũ; sed alia sunt inter personas coniunctas in vtrorumq; istorum: seruus est tanquam possessio domini: filius sicut pars patris: vxor vero est viro coniuncta. Item iustum politicum est inter æquales personas quo ad dominari, sed non alia iusta. Vnde patersfamilias naturaliter principiatur seruo, vxori, & liberis. Etiam iustum politicum ordinatur ad sufficientiam vitæ alia ad sustentationem & cõseruationem vitæ humanæ.

Est tamen aduertendum quòd quantum ad omnia bona diuisa quæ habent parte, filius, vxor, seruus, est ius politicum: & possunt adinuicem habere legitimas actiones & recurrere adinuicem politicæ: quia vt sic non se habent sicut dominus & seruus, vel pater & filius, sed per modum ciuium. Sed quantum ad bona quæ habent vt coniuncta non est inter eos iustum politicum. Et istud probat Arist. quia non est iustum politicum ad quod non est iniustum: sed inter ista non est iniustum: quia omnia sunt tanquam partes possessionis partis. Etiam ad illos non est iustum vel iniustum simpliciter, ad quos non fertur lex: sed ad ista non fertur lex. Vnde per nullam legem pater punitur a principibus vel legibus, si percusserit filium saltem antequam fit adultus; & ita de domino & seruo. Et ex omnibus istis patet quid sit dicendum ad rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Numisma est mensura saltem minus principalis rerum commutabilium. Quæ conclusio relinquitur probata in 1. arti.

POLITICI autem iusti: hoc quidem naturale est, hoc autem legale. Naturale quidem quod vbiq; habet eandẽ potentiam, & non videri, vel non &c.

An detur iustum naturale.

QVAERITVR Vtrum sit aliquod iustum naturale. Arguitur primo quòd non: quia nulla est iustitia naturaliter: cum omnis iustitia sit virtus moralis quæ per consuetudinem acquiritur. Arguitur secundo sic: Communicationes hominũ nõ sunt naturales: ergo iura non sunt naturalia. In oppositum est Arist. in tex. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum, quòd homines possunt triplices habere dominos: puta deum naturam, & principem respectu dei: homines dicunt habere iura diuina. Vnde omnia quæ continentur in sacra pagina, quæ non cognoscuntur cognitis terminis; vel quæ non deducunt ex illis principijs, vel quæ non sunt statim consona illis principijs dicuntur esse de iure diuino. Sed iura naturalia sunt ipsa principia practica, quibus assentimus cognitis terminis ex naturali inclinatione intellectus vel conclusionis deducte ex ipsis. Et aduerte q̃ prima principia propriæ dicuntur iura naturæ: & secunda. i. conclusiones dicuntur iura gentium: ita q̃ iura gentium vel ius gentium nõ est nisi conclusio deducta ex principijs practicis. Et ambo possunt dici iura naturæ: & dicunt

Homines possunt esse triplices habere dominos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E iura naturæ: quia anima rationalis ex vi naturæ suæ determinatur ad ea; licet differenter: a prima sine ratiocinatione, a secunda per ratiocinationem. Alter tamen aliqui vocant ius naturale: & dicunt quòd ordinationes & præcepta instituta circa vitam humanam, consona tamen rationi vocantur iura naturæ; sicut coniunctio maris & fœminæ, procreatio liberorum, vis illate repulsio. Dicunt vlterius quòd super ista ratio apponit nobiliores ordinationes per rationem; & tales vocantur ius gentium; quia ratiocinatio propria est hominibus; Aliter adhuc dicunt aliqui; & dicunt quòd quædam expediunt omni ciuitati bene se habenti; & obseruationes vocantur iura naturæ, quæ congruunt ciuitati defectuosæ, quæ aliis sibi non conF ueniunt; & in obseruatione ipsorum inuenitur iustum legale. Quædam sunt quæ indifferenter conueniunt ciuitati; & si ad alteram partem per principem; vel consuetudinem determinentur tunc etiam vocatur iustum legale vel ciuile. alia tamen & alia ratione; vt alias visum est. Alia sunt iura legalia vel ciuilia, & alia ratione dicr legalia, & alia ratione ciuilia. Legalia; quia a lege posita sunt, & non habent vim a natura. sed dicuntur ciuilia; quia sunt alia & alia in alia & alia ciuitate. Et aduerte vlterius quòd accipiendo naturale large, omnia iura possunt dici naturalia. Primo aliqua sunt naturalia: quia intellectus assentit eis cognitis terminis ex naturali inclinatione. Secundo; quia deducuntur ex ipsis, sicut conclusiones. Tertio; quia oriG untur ex eis; non tamen tanquam conclusiones, sed tanquam determinationes voluntariæ conclusionum.

SECVNDO sciendum, quòd incidit alia difficultas; vtrum iustum politicum bene diuidatur in iustum naturale, & iustum legale. Pro cuius solutione supponitur, quòd secundum communem impositionem vocum ciuile, & politicum idem important: ideo quicquid dicetur de vno dicendum est de alio. Et aduerte quòd iustum ciuile capitur tripliciter, scilicet proprie communiter & communissime. Communissime est omne illud, quod legislatores commune bonum respicientes præcipiunt, vel exortatur & sic omne iustum quod est opus voluntatis dicetur iustum politicum vel iustum ciuile. Sed iuH stum politicum communiter captum est quod respicit bonum ciuitatis; ideo distinguitur contra ius paternum vxorium dominatiuũ. Sed propriè est, quòd attenditur pœnes præcepta, seu statuta vel consuetudines alicui ius specialis politicæ vel ciuitatis: vt puta quòd fur sic punia tur. Dicunt etiam quòd ius naturale tripliciter accipitur, scilicet proprie communiter & communissime. Communiter est omne ius quod ex se vim habet ante omnem legis positionem, quod scilicet ex vi naturæ vel morum. Et de isto dicit Tullius quòd istud ius est quòd opinio genuit: sed quædam vis in natura ingererit. Sed proprie est instinctus quidam naturalis quo sine vsu rationis homines diri-

Diuisio iusti politici in naturale, & legale.

A diriguntur in finem suum, vel oẽ illud cui intellectus practicus sine ratiocinatione apprehensis terminis assentit. Et legistæ contra istud ius naturale distinguunt ius positiuum, & vocant ius positiuum omne illud, quod est contra instinctum aut principia practica naturaliter concessa aut quod concludi ex dictis principijs per inquisitionem ratiocinatiuam; vel q̃ tanquam eis prꝛconsonum præcipitur: & hoc est melius, quam illud qđ ex talibus principijs concluditur: quia illud vocatur etiam ius naturale vel ius gentium, vt iam visum est. Et istud puta positiuum aliqui legistæ diuidunt in ius gentiũ & ciuile. Gentium omne quod recta ratio iubet quod dicunt idem apud omnes. Ciuile quod specialibus consuetudinibus, ne B cessitatibus, vtilitatibus introducitur. Sed cõmunissime est omne ius recte positum, siue sit innatum siue innaris consonum. Et per ista patet quid sit dicendum ad difficultatem. Vnde si iustum politicum acciperetur communissime, membra diuisionis coinciderent cum diuiso: sed si capiatur propriè vel communiter notum est quòd illa diuisio est bona; & quid sit dicendum potest satis videri in primo notabili. Vnde iustitia potest dici naturalis: quia conueniens humanę naturæ: sed non quia sit generata in nobis per naturam. Ad secundam dicitur q̃ humanæ communicationes sunt naturales quo ad inclinationem; sed perficiuntur per voluntatem & assuefactionem. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis; Ponendum est ius naturale distinctum a iure diuino & politico: Quæ conclusio relinquitur probata in primo articulo. C

EXISTENTIBVS autem iustis, & iniustis dictis, iniustum facit quidem, & iustum operatur: quando volens quis ipsa operatur; quando autem nolens, neq; iniustum facit, neq; operatur iustum &c.

An omnis iniustificans sit iniustus.

QVAERITVR Vtrum omnis iniustificans sit iniustus. Arguitur primo q̃ sic: quia omnis iustificans est iustus; ergo. Arguitur secũdo sic: Quicunq; facit iniustum volens est iniD justus: sed omnis iniustificans est huiusmodi; ergo. In oppositum est Ari. in tex. Pro cuius solutione.

PRIMO sciendum est, quòd omne iniustum est alteri nocumentum inferre. Et nocumẽtũ potest inferri, vel ex ignorantia, vel passione, vel electione. Et si ex ignorantia: hoc est dupliciter: vel ex ignorãtia vincibili vel inuincibili. Si vincibili, vel hoc est ex ignorantia crassa vel affectata. Et secundũ hoc satis patet quid sit dicendum. Vnde si nocumentũ ex ignorantia affectata inferatur, iam reducitur ad nocumentum est passione vel electione: & istud est peius, quàm nocumentum quod infert ex ignorãtia crassa. Si ex passione, hoc est dupliciter, aut

Quid sit iniustũ.

E ex passione naturali, vel humana, seu necessaria, aut ex passione habituali. Et dicitur passio habitualis, quæ ab habitu prauo innascitur; secundum quam homo statim obiecto præsente propter habitum inclinantē patur repentinè, diuturnè, vehementer, aut breuiter extra modum, & exigentiam obiecti, & naturæ. Et tale nocumentum reducitur ad nocumentum ex electione & habitū. Sed passio naturalis dicitur quæcunq; non propter habitū, sed ex sensibilibus naturaliter infertur: vt timor, spes, gaudiū, & sic de alijs humana, siue necessaria dicitur, quæ in ipsa natura hominis necessario habet originem: vt sitis, fames, infirmitas, aut huiusmodi. Et est aduertendum, quòd istas passiones humanas distinguimus contra naturales: non quòd non sint naturales: sed qa sic loqui videtur Arist. Et aduerte quòd istarum passionum quædam sunt ita vehementes, quòd natæ sunt mouere constantem virum: vt timor mortis, extrema fames. Aliæ sunt debiles, q̄ non mouent constantem virum ad peccandum. Similiter electio est quandoque ex habitu firmato, & quandoque ex dispositione ad habitum. Et ex ipsis possunt haberi sex gradus nocumēti. Primus ex ignorantia inuincibili, Secundus ex ignorantia crassa. Tertius ex humana, vel naturali passione cadente in cōstantem virum. Quartus ex debili passione naturali, vel humana. Quintus ex electione secundum dispositionem. Sextus ex electione secundum habitum de nocumento illato per ignorantiam affectatam: dictum est quo G modo reducitur ad nocumentū illatū ex passione, vel electione.

SECVNDO sciendum est, quòd restat alia difficultas: Vtrū *Inuſtificare, & vim inferre ad idem.* inferre nocumentum, & inusticare conuertantur adinuicem. Respondetur breuiter, quòd licet ista sint idem: non tamen cōuertibiliter: nam licet omne inusticare sit nocumentum inferre: non tamen econtra. Vnde latroni qui suspenditur, infertur nocumentum: non tamen sibi infertur iniustum. Similiter licet mare mercatoribus nocumentum inferat, non tamen iniusticat: neq; tale nocumentum dicitur esse iniustum, sed infortuitum: Ideo mercator solum de sola fortuna conqueri debet: Agit enim ibi mare tāquam res inanimata, sicut agens per ignorantiam inuincibilem quod non H dicitur, neque bene, neque male agere. Item si miles iniustè obsideretur in castro suo: operare tur enim secundum iustitiam si ad defensionem castri emitteret sagittam in medio inimicorum, vbi forte pater suus captiuatus interficeretur illi, portat nocumentum: & tamen non iniustæ. Ex quo sequitur, quòd iniusticare non est nocumentum inferre, sed est contra rationem nocumentum inferre. Sed dices, V- *Obiectio.* trum ille qui per ignorantiam crassam infert nocumentum dicatur iniusticare. Dico quòd dicitur iniusticare priuatiuè: quia nullum actum positiuum habet supra nocumentum: ideo dicitur iusticare priuatiuè, & tale peccatum dicitur esse dignū venia; non autem illud quod fit propter debilem passionem. Et sic pa-

A sic patet q̄ iniusticans ex electione vel leui passione dicitur esse iniustus; sed ille qui operatur ex grauis passione non dicitur esse iniustus: Et per ista patet quid sit dicendum ad rationes. Vnde iniusticās peccat cōtra iustitiam: sed nō tamen propter hoc sequitur q̄ hoc fiat per iniustitiam. Notum est enim q̄ aliquis potest non esse iustus, qui tamen non est iniustus. Vnde sicut iustitia est habitus ita iniustitia. Vnde habitus est propinqua dispositio ad actum: & ideo potest dici q̄ iniusticare non est proprius actus iniustitiæ: sed iniusticare ex electione: Ideo ponitur.

CONCLVSIO respondalis iniusticans ex electione vel leui passione dicitur nocumentum inferre & iniustus.

B

NEVTRVM enim verè est volentem iniustum pati vel non, sed inuoluntariū omne; quemadmodum, & in iustum facere omne voluntarium &c.

An voluntariè patiens patiatur iniustè.

QVARITVR Vtrum aliquis volens patiatur iniustum, seu vtrum volens iustè patiatur, ideſt volens sibi euenire, vtrum iniustè per illud patiatur. Arguitur primo quòd sic: quia volens antecedens vult consequens: sed per consequens iniustæ patitur: vt patet de volente potare excessiue ad quod sequitur ebrietas: per quam iniustè patitur: igitur. Arguitur secundo: Contractus vsurarius C est iniustus & vnus iniuste pati tur; & tamen est voluntarius; igi tur. In oppositum est Ari. in tex. quia voluntarium & inuoluntarium sunt opposita: similiter iniustum facere & iniustum pati: sed iniustum facere est voluntarium: ergo iniustum pati est inuoluntarium: per illam regulam topicam; Si oppositū in opposito: & propositum in proposito. Pro declaratione.

PRIMO sciendū est, quòd quatuor modis aliquis dicitur iniuste pati volens. Primo quā do voluntate tacita vult illud euenire: vt puta si Petrus vel le quòd suos vicinus furaretur sibi æquum vt postea faceret ipsum capi; si vicinus caperet equum sorti, sortes iniuste pateretur volens; & quòd iniu- D stæ patet: quia ille a iustitia posset iustæ capi, & puniri: quia voluntas tacita non dat licentiam accipiendi illud. Secundus casus: si voluntas non fit integra, ideſt non cadens supra totam actionem. Exemplum de martyribus, qui volebant pati pro Christo: nolebant tamen pati ab illo ne ille damnaretur finaliter: & sic quamuis volebant pati, tamen iniuste patiebantur. Tertio quā do voluntati absolutę permixta est voliti conditionata: vt qui mutuat nollet soluere extra sortem: si posset; sed quia indiget plus vult incurrere illud dā num, quam q̄ non habeat: licet ille velit dare: tamen iniuste ab eo accipitur. Quarto quando voluntas est ligata: sicut est in pueris si enim puer vellet vendere totum suum, & aliter ac-

Quot modis dicatur aliquis iniuste pati volens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B ciperet: iste puer iniustè damnatur: & tamen volens: similiter dicerctur de infirmis qui petunt semper nociua eorum: si il le qui debet gubernare det sibi quod petit: nec infirmus iniustè patitur & volens: quia ipse vult illud accipere &c. Et si dicas, ergo sequitur, quòd existens in passione temperantiæ dans alicui amasiæ suæ quod iniustæ patieretur. Dico quòd non est simile qui iste peteret non ligari: Nam peteret impetui passionis resistere: Et sic diceretur de male habituato, qui patitur: quia iste peteret non habituari. Ideo proprie iste quartus casus debet intelligi de illis, in quibus voluntas est ligata non ex culpa.

SECVNDO sciendum est, quòd aliter loquitur Arist. hic de voluntario & in tertio. Nam in tertio vocat illud esse voluntarium cuius voluntas est aliquo modo causa: Sed hic vocat voluntarium illud, quod voluntate expressa integra simplici, & libera est volitum: & econtra loquitur de inuoluntario: quia hic vocat voluntarium, quod licet voluntas velit: tamen illa voluntas non est expressa integra, vel simplex, vel libera sed in tertio vocat inuoluntarium, quod nullomodo est volitum, sicut est purum violentū, vel illud, quod est ignorantia invincibili ignoratum. Sed dubium est: Vtrum prodigus possit repetere rem suam male expositam; Dico quòd non: quia quilibet potest dare rem suā pro nihilo si velit. Vnde qui patitur damnum vel voluntate expressa non ligata, vel integra, vel simplici voluntariæ vult, & tūc C non pariter iniustum volens. Item nullus patitur iniustum, qui non habet minus debito: sed iste non habet minus debito: quia licet iste voluerit secundum primum iudicium: tamen est compos mentis, & non habet voluntatem ligatam. Similiter nullus vult se alienare à re sua: nisi propter habere, quod sibi placeat, aut honoris, aut delectationis: & sic secūdum suam existimationem non damnificatur, sed lucratur: igitur iste non patitur iniustum. Commutabilia enim sunt appreciāda secundum existimationem commutantium iuxta eorum indigentias: non solum indigentias necessariorum: sed etiam superfluorum. Nota tamen, quòd aliqua sunt homini, quæ homo non potest commutare: puta vitam, vxorem, filios: quia istomodo iniustum faceret legibus, & communitati: ideo in istis non potest alteri auctoritatē dare damnificandi ipsum in talibus, & sic patet quid sit dicendum ad quæstionem, & ad rationes. Ideo ponitur.

F *Arist. aliter hic, & in tertio loquitur de voluntario.*

H

CONCLVSIO responsalis: Nullus volens voluntate expressa integra simplici libera patitur iniustum: & hoc volebat habere Aristot.

An iudex debeat iudicare secundum allegata secus falsis aliter constare.

QVAERITVR Vtrum iudex debeat iudicare secundum allegata, & probata, vbi scit oppositum. Et arguitur primo.

A mo, quòd sic: quia iudex debet iudicare secundum illam notitiam, quam habet vt iudex: sed vt iudex non habet notitiā nisi secundum allegata & probata: igitur. Secundò sic: Quia iudex debet facere, quod est cognitum: lege: sed cognitum est lege condemnare ad mortem virum innocentem si fuerit conuictus: igitur. In oppositum arguitur: quia melius est scandalum nasci, quàm quòd veritas relinquatur: igitur. Pro declaratione.

PRIMO sciendum est, ꝙ iudex potest scire oppositum illius, quod per testes probatur duplicitер primomodo quadam suspitione, & præsumptione, & tunc dic, quod ista non sufficit ad iudicandum contra testes neque ad non iudicandum.

Iudex pōt scire oppositum illius, quod per testes probatur duplicitер.

B Patet: quia noticia non sufficit in iudice, quæ non sufficit in teste; sed in teste non sufficit, ꝙ sciat quadam præsumptione, vel suspitione, vel opinione: igitur nec illud sufficit in iudice. Secundomodo potest scire noticia certitudinali: puta quia vidit vel audiuit &c. Et tunc dico, quòd contra illam nunquam iudicare debet quanuis oppositū per testes probatur. Dicit enim saluator, non sequeris turbam ad faciendum malum, nec pluri morum acquiescas sententiæ in iudicio. Item melius est homini pro veritate supplicium pati, quàm pro adulatione beneficiū accipere. Et si petas quid iudex in hoc casu facere debet. Dico primo ꝙ non debet committere alteri illam causam: quia ita bene peccaret ac si iudicaret. omnis enim actus, siue bonus siue malus magis imputatur principienti, quàm obedienti; sed iudici est illicitum condemnare innocentem; igitur. Secundo dico, quod si iste iudex habeat superiorem, bonum est, ꝙ causam remittat superiori; cūm tamen tali scientia, quam habet de illa causa: & si cogatur à superiore, iudicet secundum veritatem; si autem non habeat superiorem, iudicet secundum veritatem, & grauiter puniat testes tales.

Quis magis peccat iudex corruptꝰ, an D *pars eū corrūpēs*

SECVNDO sciendum est, quòd circa istam materiam incidit vna difficultas communis, vtrum iudex corruptus ferens sententiam magis peccet, quàm pars corrumpens. Pro declaratione est aduertendum, quod iudicium humanum cōtrer quatuor modis subuertitur, s. timore cupiditate, odio & amore. In duobus primis iudex dr corrūpi per partem: in alijs duobus iudex non corrumpi per partem, sed per se ipsum: ideo quæstio proprie debet accipi in duobus primis modis. Et aduerte tamen, quod iudex cupiditate corruptus magis peccat, quàm corruptus timore; patet quia duorum peccatorum eiusdem generis illud, quod est magis voluntarium est peius; sed illud, quod fit per cupiditatem est magis voluntarium: igitur etiam peccatum ex industria est maius, quàm peccatum ex passione. Tunc potest respondeti ad quæstionem, quod pars corrumpens incutiendo timorem magis peccat, quàm iudex corruptus. Patet; quia quando sunt duo concurrentia ad vnum malum, ille magis

E peccat cuius voluntas prævalet, & cuius voluntatem alter sequitur, sed sic est in casu: igitur. Secundo dico, q̃ iudex corruptus per cupiditatem magis peccat, quàm pars corrumpens: Probatur: quia quãdo sunt duo concurrentes ad vnum peccatum ille magis peccat quia sua mala voluntate potest subuertere leges & iura, quàm ille qui non potest subuertere, sed iudex qui habet auctoritatem potest hoc facere alter non igit. Itẽ in genere peccati maius est peccatum vendere rem non suam, quàm emere rem non suam. Nã vendere rem non suam est totaliter contra naturam venditionis: sed emere non suum non est sic naturam emptionis: quia semper emimus quæ nostra non
F sunt: sed iudex corruptus per cupiditatem vendit rem nõ suam; quia partem alterius partis. Ex quo sequitur q̃ maius peccatũ est Giezia idest venditio specialium, quàm simonia id est emptio earum: quia giezia vendit non sua, & simoniacus emit nõ sua. Ex istis sequitur q̃ quando duo concurrunt ad vnum peccatũ ille magis peccat cuius opus est magis voluntarium. Et sic patet quid sit dicendum ad istam quæstionem & ad rationes quæ stionis. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis. Iudex certitudinaliter sciẽs oppositum illorum, quæ testes adducunt, non debet iudicare secundũ allegata, & ꝓbata. Quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili.

DE epijcia vero, & epijciæ qualiter hæc habent: epijcia quidem ad iustitiam. Epijces autem ad iustum proximum est dicere, neq; enim vt idem simpliciter, neque vt alterum genere videtur intẽdentibus &c. G

Epycia an sit virtus.

QVAERITVR Vtrum epijcia sit virtus. Et arguitur primo non: Quia omnem virtutem quilibet volens operari potest habere: sed soli iudices possunt habere epijciam: quia solum illi habent interpretari leges; igitur. Secundo arguitur: nulla virtus opponitur alteri virtuti: sed epijcia opponitur iustitiæ: quia videtur facere aliquid contra iustitiam. In oppositum est Aristoteles in hoc quinto. M Pro declaratione.

PRIMO sciendum, quòd quia circunstantiæ singulares cadentes circa actus humanos sunt quasi infinitæ: ideo legislatores non tenẽtur neq; possunt condendo lege respicere ad omnes istas circunstantia, sed ferum leges communiter aspicien do ad aliquas circunstantias communiores. Est tamen aduertendum quòd dato quòd leges sint vniuersaliter latæ, tamẽ vniuersaliter non sunt tenendæ; nec etiã ferens leges intendit q̃ vniuersaliter teneant: sed solum qñ cunq; nõ emergit casus exigens exceptionem legis: quandoq; immo vt in plurimum iustum est operari ſm legem scriptam: & aliquando licet raro esset iustum, immo quandoq; oportet operari præter legem, & aliquando cõtra legem scriptam.

Et ad

A *Epycia quid.* Et ad videndum quid sit epijcia est notandum, quòd duplicia sunt iusta: quædam sunt scripta, quę scriptura sunt determinata: quędam sunt nõ scripta. Et ista sunt duplicia: quædam sunt communia, quæ quasi omnibus sunt nota: vt quòd oportet bene facere benefaciẽtibus. Alia sunt particularia, quę sunt prætermissiones seu exceptiones iustorum communium: & circa ista iusta est epijcia: ita, quòd epijcia est habitus inclinans hominẽ ad recte se habendum circa exceptiones iustarum causarũ: et dico, quòd est virtus: quia omnis habitus electiuus dirigens habentẽ circa illa, quibus contingit bene, & male vti est habitus virtuosus: sed epijxia est huiusmodi: igitur. Vnde epijcia inclinat
B circa directionem legis scriptę, qua contingit bene, & male vti tam secundum excessum, minus insistendo legi scriptę, quã circa defectum, puta nimis recedendo a lege scripta: bene ergo vti circa determinationem legis scriptæ indiget virtute: & illa vocatur epijcia.

SECVNDO sciendum, q̃ epijxia non est solum interpretari legem, sed solum in legislatore ad quem hoc spectat. Vnde lex debet interpretari quando propter duplicitatem verborum est dubia sententia: & determinare, in qua sententia debet intelligi, spectat ad legislatorem: & hoc solum spectat ad legislatorem. Sed si lex indeterminata sententia fuerit intellecta, tunc cuis potest iudicare, quòd talis casus sub tali lege non comprehenditur: & quòd intentio legislatoris non erat C talem casum per talem legem terminare: etiam potest fieri iudicium de augmento, & diminutione delictis: & ita positione legis diminuere, vel augmentare: & istud non est interpretari legem, sed est vti lege secundum intentionem legislatoris.

Et aduerte, quòd si aliquis casus accideri; secundum legem, bonum est, quòd si sit inferior iudex, quòd habeat recursum ad condentem legis: sed si conditor legis non sit, tunc iudex inferior potest interpretari legem dubiam, & illum sensum accipere, qui videtur sibi magis rationabilis: non tamen, quòd interpretatio legis à iudice inferiori multum differt ab interpretatione legis a iudice superiori; quia interpretatio a iudice superiori dat vigorem illi D sensui, sed non a iudice inferiori, sed solũ suę sententiæ, &c. Ex quo sequitur, quòd si secundum epijciam iudicetur dari minor pœna, quàm lex dicet, hoc tamen non est contra legem: quia hoc sit secundum rectam rationem. Est tamen aduertendum, quòd differentia est inter iustum legale scriptũ, & iustum simpliciter: quia iustum legale scriptum non est iustum formaliter: sed solum materialiter, & per accidens: immo contingit ipsum esse iustum, & aliquando non. Sed iustum simpliciter stat in opere interiori. Ex quo sequitur, quòd iustum epijcię est melius iusto legali prædicto modo: et sic quid sit dicendum ad rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis

lis. Epijcia est virtus moralis. Quę conclusio relinquitur probata in primo notabili.

An Epijcia iuris naturale regulare possit sicut ius legale.

QVAERITVR vtrũ epijcia possit esse habitus dirigens ius naturale sicut ius legale. Et arguitur primo, quòd sic: quia ius naturale indiget directione: quia alias omnes essemus æquales libertatis, quod non bonum esset. Secundo sic arguitur: Videmus monstra accidere: ergo in natura sunt defectꝰ: & per consequens indiget directione. In oppositum videtur esse cõmunis opinio doctorũ.

Ius naturale dupliciter.

PRIMO sciendum, quod natura proprie nõ dicitur peccare in suis operationibus: qa si mõstra eueniẽt, hoc nõ ꝙ nit a natura, sed ab impedimẽtis cõtingẽtibus. Notũ est enim ꝙ natura facit de possibilibus, qđ melius est: igit nõ dr pecca re: quia sp operat, ſm ꝙ melioꝰ põt operari. Est tã aduertendum, ꝙ ius naturale põt accipi dupliciter. Vno modo, put cõsonat operi naturæ ſm oẽm casum cõtingentẽ: & sic nõ põt determinari lege quia infiniti casus pp diuersa impedimẽta cõtingere possunt, in quibus ẽt natura operat, ſm ꝙ melius est: iõ ibi non põt esse determinatio. Aliomodo accipit iusũ naturale, put cõsonat operi communi naturæ. Vñ opus cõe naturæ est opus, in quo natura nõ est impedita: & tale iustum potest bene comprehendi lege: & tale iustum sic acceptum non est semper iustum, neq; tenendum. Natura enim nõ sem per obseruat in opere suo regulam cõem: immo illã modificat si impedimenta corrigãt: vt sem per faciat de possibilibus, qđ melius est. Vnde natura ſm regulam cõmunẽ facit quinq; digitos in vna manu: tũ ſm impedimenta prouenientia qnq; facit quatuor, qnq; sex, secundum quòd melius est. Vnde licet ſm regulam communẽ iusti recedendum est vnicuiq;, quod suũ est: tamen secundũ casum contingentẽ quandoq; non est recedendus gladius. Et sic patet, ꝙ si capiatur iustũ materiale primomodo est semper iustum, & omne sibi contrarium iniustũ. propter quod in ipso nulla est directio. Sed capiendum secundomodo indiget quandoq; correctione propter casus repugnantes regulæ communi, &c.

Si tuetur ius naturale omnes homines debeant esse æquales libertatis.

SECVNDO sciendum, ꝙ circa dicta incidunt aliquæ difficultates. Prima, Vtrum secundũ ius naturale omnes homines debeant esse æquales libertatis. Pro solutione est aduertendũ, ꝙ si oẽs homines secundum virtutẽ viuere vellent, certe non video qn non essent æquales libertatis: sed propter peccata multorum oportuit illud ius moderare constituẽdo aliquos superiores, vt defectus haberent corrigere: & regi cõcessa est superioritas sibi a cõmuni auctoritate ciuium: & sibi non licet lædere quemquam nisi delinquentem: & sic omnes sunt æque liberi sicut rex, nisi per peccatum libertatẽ eorum perdant. Vnde dato etiam quòd omnes essent æquales virtutis

tutis, & similes in anima, adhuc non esset omnibus concessa æqualis libertas, quia non essent similes in corpore: ideo ad hoc, quòd sint æquales libertatis oportet, quòd sint æquales, & in corpore, & in anima: quod tamen natura non facit, &c. Et ideo dicit Arist. quod alii qui sunt naturaliter serui, aliqui liberi secundum differentias in corpore, & differentias in anima. Secunda difficultas, Vtrum de iure naturali omnia debeant esse communia. Dico, quòd multi diuersimode exponunt istud tamen pro nunc dico, licet terra, animalia, & cætera essent communia ante eorũ appropriationem: sed postquã sunt appropriata, de iure naturali est, quòd omnia maneant appropriata. Vel potest dici, ꝙ omnia sunt communia iure naturali, si quilibet vellet viuere secundum quod oportet: ideo quando dicitur, quòd omnia sunt communia de iure naturali, debet intelligi conditionaliter, puta si omnes virtuose viuere vellent. Tertia difficultas, Vtrum in legislatore possit esse defectus. Dico proprie, ꝙ non: quia facit de possibilibus, quod melius est: nec intendit ponendo legem, quòd ipsa semper obseruetur secundum sententiam verborum, ideſt secundum ꝙ verba sonant: sed quòd casu exigente modificetur, vel non teneatur. Et per hoc patet, quòd etiam in lege non est defectus, si intelligatur secundum intentionem legislatoris, & secundũ, quòd verba sonãt. Et sic patet quid sit dicendum ad rationes, Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsilis: Epijcia non potest esse habitus dirigens ius naturale sicut ius legale. Quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili.

VTRVM autem contingat sibiipsi iniustum facere vel non manifestum est ex his, quæ dicta sunt: quædam quidem enim sunt iustorum secundum omnem virtutem a lege ordinata: puta non iubet seipsum interficere lex: quæ autem non iubet, prohibet, &c.

An quis sibimet iniuste agere possit.

QVAERITVR vtrum aliquis possit sibi iniustum facere? Et arguitur, quòd sic: quia aliquis potest facere sibi cõtra prohibitionẽ legis: vt puta interficiendo se: igit Secundo arguitur: Ille iniustificat sibi, qui volens infert sibi nocumentum, sed multi sunt talesiv patet de illis, qui disperant, &c.

In oppositum est Arist. in textu. Pro declaratione.

Nemo potest sibi vt si iniustũ facere.

PRIMO sciendum, quòd mẽs Arist. est, ꝙ nullus homo potest sibiipsi iniustum facere. Patet: quia nullus homo patitur iniustum volens: sed qui seipsum damnificat, vult illud damnũ recipere: ergo nõ patit iniustũ: & ꝙ cõsequẽs nõ facit sibiipsi iniustum. Itẽ iniustum facere ẽ plus sibi accipere de lucro vel minus de damno: & iniustũ pati est minus habere in lucro, vel plus in damno: si ergo aliquis faceret sibiipsi iniustum

plus

plus acciperet de lucro, & minus de damno quod falsum est. Exemplum potest dari: vt si iniurius ab alio tantum noceat iniurio quantum iniurior sibi nocet: non iustificatus sed iniurior iniustificat in quantum primo aggressus est iniuriam: sed si vterque simul aggressi sunt, tūc neuter iniustificat alium, sed ambo iniustum tamen fecerunt ciuitati, vel principi, & compelluntur ad emendam. Item non videtur secundum quam speciem iustificationis aliquis damnum faciat sibiipsi. Contra: aliquis suæ mulieri iniustum potest facere: ergo sibiipsi. Antecedēs patet: quia si quis crederet de muliere propria aliam habere, iam mecharetur: igitur. Dico primo, q̄ ille iniustificat quia eligit alteri nocere licet non mechetur: mores enim magis inducuntur electione, quam operationibus: imo dico, quòd nullum opus exeat electio, erit peccatū. Et si argumentum videtur cui iniustū fecerit. Dico, quod vel ciuitati, cuius legem frangere voluit, vel illi cuius thorū credidit violare: sibi ante non iniustum fecit. Et si dicas nullus damnū ex hoc recipit. igitur. Dico, q̄ licet aliquem iniustum alteri facere: tamen alter iniustum non recipiet: potest enim esse iniusta actio sine iniusta passione: igitur.

Quid sit iniustum facere, an pati.

SECVNDO sciendum, q̄ adhuc incidit vna difficultas: vtrum iniustum facere sit peius quam iniustum pati. Vnde primo est difficultas: vtrum iniustū pati sit malum? Ad quod dico quod, & iniustū facere, & iniustum pati sunt duo mala. Patet: quia ambo recedunt a medio iustitiæ. Medium enim iustitiæ, est non habere plus de debito neque minus, sed iniustum pati, est minus habere de debito: igitur recedit a medio iustitiæ: & per consequens est malum: Non tamen, quòd comparamus iniustū facere facienti, & iniustum pati patienti: ita, quòd quæstio est ista: Vtrū iniustum facere sit peius patienti, quàm iniustum pati patienti: Ideo videndum est quod illorum est maius malū. Et breuiter dico, quòd iniustū facere est peius. Patet: quia quādo aliqua duo sic se habent, q̄ vnum sit cum malitia, & aliud non: quod sit cum malitia, peius est: sed iniustū facere est huiusmodi. Item illud dī esse maius malum, quod opponitur maiori bono: sed iniustum facere opponitur maiori bono, puta bono honesto: quia est vituperabile: sed iniustum pati opponitur boni delectabili, & vtili, vt notum est. Et si inferas: omne delectabile est bonum: sed iniustū facere est delectabile facienti: ergo est bonum. Negatur consequentia: sed oportet inferre, ergo est bonum, vel apparens bonum. Item illud dicitur esse peius homini, quod reddit ipsum simpliciter peiorem: sed malum facere, idest iniuste agere est huiusmodi: igitur. Iniustum aūt pati non reddit hominem simpliciter malum: quia non est voluntarium. Notum est, quòd in iustum facere aggrauat totaliter partem superiorem, & infetidat: sed iniustum pati solum in fetidat partem inferiorem: modo notum est, quòd inferi secundum partem superiorem est peius, quàm inferi secundum partem inferiorem, & sensitiuā. Aggrauat etiam quandoque partem superiorem, sed leuiter: vir enim iustus habet displicentiā de iniusta passione. Primo propter peccatum facientis quem vellet esse bonum. Secundo: quia per illud quandoque impeditur a bonis operationibus in sustinendo tamen decenter iniuriam virtuosè operatur, in quo multum delectatur: & magis quàm in aliis tristetur, saltem secundum partem superiorem. Et sic patet quid sit dicendum ad rationes. Vnde licet aliquis interficiat se vel desperet, nullum tamen illorum est iniustum facere: quia quodlibet illorum vult sibi inesse. Dico etiam (vt visum est) quòd qui seipsum interficit, dannificat communitatem inquantum est pars communitatis: quia violat leges communitatis, & vsurpat iurisdictionem principis: ideo licet non iniustificat sibi: tamen bene iniustificat ciuitati, & principi. Ideo ponitur.

CONCLVSIO respōdalis: Nullus pōt sibi ipsi iniustum facere: quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili.

ETHICORVM
ARISTOTELIS.
LIBER SEXTVS.

ANIMAE autem virtutes diuisimus: et has quidem esse moris dicimus, has aūt intellectus. De moralibus quidem igitur pertractauimus: de reliquis aūt, & de anima primum dicētes dicimus sic &c.

An omnis virtus sit mel moralis, mel intellectualis.

CIrca sextum librū Ethicorum, quæritur primo: Vtrum omnis virtus sit moralis, vel intellectualis? Arguitur primo, q̄ nō: quia aliquæ sunt virtutes naturales: vt habetur in sexto huius in fine. Secundo arguitur sic: virtus intellectualis ita bene acquirit ex consuetudine, sicut moralis: igitur. In oppositum est Ari. in primo, secundo, & in sexto. Pro cuius solutione.

Vnde dicuntur virtutes morales.

PRIMO sciendum quòd in hoc cōuenerunt omnes Doctores: q̄ omnes virtutes morales dicuntur morales a more: sed diuersificati sunt in significatione huiꝰ termini mos moris. Dixerunt aliqui, q̄ mos est idem, quòd consuetudo. Vnde consuetudo nō est nisi reiteratio actuū similium, ita q̄ est sensus: virtus moralis acquiritur ex more. i. ex

E ex consuetudine, quod idem est quòd ex frequentatione actuũ. Alij dixerunt, ꝙ mos idem est, ꝙ inclinatio naturalis, vel quasi naturalis ad aliquid operandum: & isti dicunt, quòd virtus moralis dicitur a more i. naturali inclinatione ad aliquid operandum. Et quia talis inclinatio propriè conuenit voluntati: ideo virtutes, quæ sunt in voluntate dicuntur morales, & non illæ, quæ sunt in intellectu: quia intellectui propriè conuenit iudicium de operationibus, & non inclinatio ad operandũ: sed iste modus non videtur esse de mẽte Arist. nam dicit in 2. huius, ꝙ virtutes acquiruntur in nobis per assuetudinem: ergo vt dicere, ꝙ mos sit idem, ꝙ assuetudo.

F Et si dicas: ergo virtutes intellectuales dicentur ita bene morales, sicut illæ, quæ sunt in voluntate. Patet, quia ita bene acquiruntur ex more, i. ex reiteratione actuũ, sicut illæ, quæ sunt in voluntate. Dico ad istud, ꝙ verum est: sed quia priores vsi erant istis nominibus: ideo placuit Arist. sic vti: vel quia volũtas ad acquirendum virtutem æget maiori exercitatione, q̃ intellectus: ideo omnis virtus humana dicitur esse intellectualis, vel moralis. Virtutes enim naturales non sunt propriè humanæ: quia tolum conueniunt pueris, & bestijs.

Differentia inter actus, & actus.

SECVNDO sciendum est, ꝙ actus, per quos acquiruntur virtutes intellectuales multum differunt ab actibus, per quos acquiruntur virtutes morales: nã omnes tales actus, per quos acquiritur virtutes intellectuales dicuntur esse assensus: vt ex assensibus maioris, & minoris G generantur intellectus: ex assensibus conclusionis scientia, & sic de alijs: vt alias visum est.

Et aduerte, ꝙ assensus aliqñ generantur in nobis ex notitijs simplicibus terminorum: sicut assensus principiorum. Aliquãdo ex assensibus præmissarum: vt scientia actualis: vel aliquando mediantibus experientijs, sicut videtur acquiri prudentia. Vnde dicit Arist. quod iuuenes bene fiunt geometrici: sed non prudentes: quia prudentia est singularium, quæ fiunt cognita ex experiẽtia, modo iuuenis caret experientia: & ideo non potest esse aliquis medicus bonus, aut nauigator bonus sine multis operationibus, ex quibus accipitur experientia. Vnde dicit Arist. in 2. Metaph. sicut consuetudo, & H dicit Commentator in prologo tertij Phys. Consuetudo est maxima causa impediens a rebus manifestis. Vnde quando aliquis fuerat assuetus ad aliquas actiones, licet noceant sibi erũt sibi faciles, & credet, quòd sint vtiles. Aduerte tamen quòd habitus, qui recipiuntur in intellectu multis alijs modis possunt acquiri. Illa tamen pro nunc nobis sufficient. Et nota, quòd licet prudentia non propriè sit virtus moralis: quia tamen est directiua virtutum moralium: ideo inter virtutes morales determinatur: & per illa patet qd sit dicendum ad rationes. Vnde illæ virtutes naturales non sunt morales: nec sunt intellectuales: nec etiam debent dici humanæ propriæ: quia pueris conueniunt, & bestijs, sicut dictum

A ctum est superius. Ad secundam patet quid sit dicendum in primo notabili. Ideo ponitur.

CONCLVSIO respõsalis: Diuisio, qua virtutes humanæ diuiduntur in morales, & intellectuales est sufficienter posita, vt patet.

CONTINGENTIS aũt aliter habere est aliquid, & factibile, & agibile. Alterum autem est factio, & actio: credimus autem de ipsis, & exterioribus rationibus: quare & cum ratione habitus actiuus alterum est &c.

An actio, & factio differant.

QVAERITVR secundo: Vtrum actio, & factio distinB guantur. Arguitur primo, quod non: quia idem est agens, & faciens: igitur. Secundo arguitur sic: Agibile, & factibile non distinguuntur. patet: quia eligibile, & agibile idem sunt: & tamen eligibile est factibile: sicut lectus est factibile, & eligibile.

In oppositũ est Arist. in text. Pro solutione.

Actio, & fact. multiplicitur.

PRIMO sciendum est, ꝙ actio, & factio quandoque capiuntur communiter pro omni operatione; & sic non distinguuntur: immo actio dicitur factio, & ecoutra. Aliomodo capiuntur specialiter: & sic dicitur, quòd actio est operatio iminens, seu quia manet in agente: vt intellectio, volitio. Sed factio, quæ transit in materiam extrinsecam: vt est ædificatio. Et si dicas: ergo sequitur, quòd aliquæ operationes virtutũ essent factiones: vt patet de fortitudine, quæ operatur circa inimicos: temperantia circa cibos: & tamen oppositum videntur dicere fere omnes morales. C

Pro solutione omnium istarum difficultatum est aduertendum, quòd actio principaliter dicitur esse electio, seu actus voluntatis, sic videlicet, quòd omnia operatio etiam quæ ab electione procedit, dicitur esse actio: & sic operationes exteriores inquantum dependent ab electione dicuntur actiones: sed factio dicitur principaliter operatio exterior, quæ aliquid facit extra mentem: & secundario omnis operatio ad huiusmodi operationem exteriorem ordinata dicitur esse factio: & secundum hoc ars, & prudentia distinguuntur: nam ars videtur attendi penes operatio D nem, secundum quam attenditur bonitas artis: sed bonitas artis attenditur penes operationem exteriorem: & bonitas prudentiæ attenditur penes electionem, & operationem interiorem. Et si dicas: ergo omnes operationes pertinentes ad artẽ debent dici factiones, & exteriores: quod falsum est: quia etiam multę operationes interiores: vt volitio, per quam vult fic disponere, & frui damnum videtur pertinere ad artem: igitur. Respondetur, quòd non est inconueniẽs eandem operationem esse actionem, & factionẽ: vt domificatio inquantum ordinatur ad rem ad extra, dicitur factio: sed inquantum ordinatur ad felicitatem humanam dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur esse actio. Et pro maiori declaratione istius.

An quid ordinetur operatio intellectus.

SECVNDO sciendum est, quòd operatio intellectus ordinata finaliter ad dirigendũ operationem exteriorem, vt ipsa, vel res operata sit in se bona dicitur pertinere ad artem & dicit factio, vel operatio factiua: sed omnis operatio intellectus finaliter ordinata ad dirigendũ electionem, vel volitionem, vt electio sit bona, & honesta dicitur esse actio. Et aduerte, quòd electio proprie est eorum, quæ sunt ad finẽ: sed ipsius finis est voluntas ra, quòd finis inquantum habet rationem finis dicitur volibilium: & ordinata in finem dicuntur eligibilium. Et nota, q̃ ipsiorum operabilium duplex est finis, scilicet communis: vt est ipsa felicitas humana: & sic omnia ordinata ad illum finem dicuntur esse eligibilia: Prudẽtia enim cõstituit sibi finem illum communem: ars vero finẽ particularẽ: sicut lectũ, domũ & sic dico, q̃ illa, q̃ ordinanẽ ad illũ finẽ particularẽ dñr tactibilia, vel eligibilia ſm q.d: vt illa, q̃ ordinantur ad hoc, vt domus sit firma dñr factibilia, vel eligibilia ſm q.d. Et aduerte, q̃ ars, & prudẽtia hũt habitus sibi oppositos: vt ſicut prudẽtia est habitus inclinans intellectũ ad dictãdum de medijs ordinatis ad rectũ finẽ: ita habitus eius oppositus, q̃ dr̃ bestialitas, vel imprudẽtia sicut dicit Sco. in 3. dist. 36. vel ſm alios dr̃ astutia: & inclinat intellectũ ad dictandũ de medijs ordinatis ad malũ finẽ: vel de medijs inordinatis, & malis ad bonum finẽ: sed habitus oppositus arti dr̃ atechnia: & est habitus inclinans intellectũ ad dictandũ de medijs ordinatis ad malũ ſm̃ particularẽ: vel de medijs inordinatis ad bonũ finẽ: vt habitus, q̃ inclinaret intellectum ad iudicandũ domũ fieri ex cinere, palea &c. Et per hoc patet quid sit dicendũ ad rõnes. Vñ non est inconueniẽs, q̃ idẽ sit agens, & faciens: non tñ pp hoc sequitur, q̃ actio, & factio sint idem. Ad secũdam dr̃, q̃ agibile, & factibile nõ sunt idẽ: nam agibile est iudicium, per quod iudicamus aliquid esse faciendum, vel fugiendũ quo ad operationes voluntatis: vel quæ dependent ex imperio voluntatis: sed factibile est assensus, vel iudicium, per quod iudicamus de operationibus transeuntibus in materiam extrinsecam. Ideo ponitur.

CONCLVSIO respondalis: Actio, & factio distinguuntur abinuicem. Quæ conclusio relinquitur probata ex dictis.

DE prudentia autem sic vtiq; assumamus, speculantes quos vtiq; dicimus prudẽtes: videtur autem prudentis esse posse bene cõsiliari circa ipsi bona, & conferentia, non secundum partem, &c.

An prudentia sit virtus.

QVAERITVR tertio, Vtrum prudẽtia sit virtus: Arguitur primo, quòd non: quia virtus sit conformiter ad dictamen rectum: sed prudentia non est huiusmodi: pater, quia est ipsum

A summet dictamen rectum. Secundo, illa quæ est regula virtutis non est proprie virtus: sed prudentia est huiusmodi: igitur. In oppositum est Arist. in hoc sexto. Pro solutione.

Duplex est prudẽtia.

PRIMO sciẽdum est, quòd duplex est prudentia, scilicet actualis, & habitualis. Actualis est dictamen seu operatio intellectus, per quam intellectus iudicat aliquid esse sic agendum sicut oportet: & ex talibus actibus frequenter reiteratis generatur habitus, qui vocat prudentia habitualis. Et aduerte, quòd prudentia proprie non est virtus moralis: sed est regula virtutum moralium: non quòd omnium virtutũ sit vna prudentia seu vna regula sicut dixerunt aliqui: quia quilibet virtus habet suam propriam

B prudentiam: & ideo si in aliquo doctore inueniatur, quòd

al

prudentia est virtus moralis debet glosari, idest est regula virtutis moralis. Sed dubium est: Vtrum virtus necessario requirat prudentiam actualem ad hoc, quòd dicatur virtus. Dicunt aliqui, quòd sic: sic videlicet, quòd nisi actualiter conformetur prudentiæ non dicetur virtus. Alij dicunt, quòd sufficit, quòd ille actus natus sit elici conformiter ad rectam rõnẽ. Et istud vr̃ haberi indistinctiõe praxis, ī qua dr̃, praxis est operatio alterius potentiæ, q̃ intellectus nata conformiter elici rationi rectæ, vt recta sit. Dicitur

Sent. in prolo. 1. sen. q. 3.

ibi nata ad denotandum, q̃ sufficit, quòd sit in potentia propinqua ad hoc, quòd eliciatur conformiter rectę rationi. Ex quo sequitur etiam, quòd siquis haberet istud dictamen, C quòd caste viuendum est, dato quòd non haberet volitionem conformem illi: nam prudentia dicitur recta ratio conformatiua bonæ operationis, vel regulatiua bonæ operationis, & non, quòd sit actualiter regulans, & conformans.

An artes sint virtutes.

SECVNDO sciendum est, quòd circa prædicta occurrunt aliquæ difficultates. Prima, Vtrum artes dicantur esse virtutes. Et videtur, quòd sic: quia virtus est, quæ habentem perficit. & eius opus bonum reddit: sed artes sunt huiusmodi: igitur. Vnde ipsius artis duplex est opus, scilicet interius, & exterius, quod natum est regulari ab opere interiori: ideo ars secundum actum interiorem reddit opus vere exterius bonum. Vnde est aduertendum, D quòd differentia est inter virtutem hominis, secũdum quòd homo: & virtutem intellectus, nam virtus hominis secundum quòd homo, est quæ reddit hominem bonum simpliciter: & sic istę artes non sunt virtutes hominis, secundum quòd homo. Notam est enim, quòd per artem domificatiuam homo non dicitur simpliciter bonus: quia multi sunt boni domifactores, & boni artifices, qui dicuntur mali homines: sed virtus intellectus est, quæ determinat intellectum ad melius opus, quod potest. Et sic certe dico, quòd artes bene dicuntur virtutes intellectus, sed non homines, secundum quòd homo: quia non faciunt hominem bonum simpliciter. Secunda dubitatio: Vtrum prudentia sit ha-

bitus verídicus. Et videtur, quòd non: quia per prudentiam contingit falsum dicere propter ignorantiam inuincibilem alicuius circunstantiæ: etiam contingit falsum dicere per habitum iudicâtem de his, quæ latent: sed prudentia quandoque iudicat de his, quæ latent. Patet: quia ipsa est circa singularia, quæ nos quandoque latent. Pro solutione est aduertendum, quòd difficultas est magna, ad quam dicunt aliqui, quòd quandocunque falsè iudicamus per intellectum, quòd illud iudicium non est ipsius prudentiæ: licet tamen propter ignorantiam inuincibilem excusetur a culpa. Aliter dicunt alij, quòd licet iudicium prudentiale quandoque decedat a vero propter ignorantiam inuincibilem aliquorum consistentium in facto: hoc non obstat quin prudentia sit habitus actiuus ipsius intellectus. Vnde sicut virtus naturæ non attenditur ad producendum peccatum: sed in faciendo de possibilibus, quod melius est attentis circunstantiis contingentibus. Similiter virtus nostri intellectus non attenditur in semper iudicando vere, quod est simpliciter melius, aut peius: sed in iudicando vere, quod est melius, aut peius, secundum quod est possibile secundum naturam subiectam, secundum quod cognoscere possumus. Et per ista, & alia dicta in alio notabili patet quid sit dicendum ad rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Prudentia est regina virtutum moralium, & non proprie dicitur virtus: Quæ conclusio relinquitur probata ex dictis.

An prudentia monastica, œconomica, & ciuilis sint vnus habitus.

QVAERITVR vtrum prudentia monastica, œconomica, & prudentia ciuilis sint vnus habitus, vel diuersi. Et arguitur, q̃ non sunt diuersi: quia virtus, quę est circa bonum proprium, & commune non dicitur: igitur nec prudentia. Secundo, illa, quæ dicuntur, vel ordinantur ad bonum commune videntur esse idem: sed istæ prudentiæ sunt ad bonum commune: igitur. In oppositum arguitur: quia sicut est de virtute boni viri, & ciuis studiosisita est de prudentia boni viri, & ciuis studiosi: sed eadem est virtus viri boni, & ciuis studiosi: vt probatur tertio Politicæ: ergo & prudentia eorum est eadem. Et pro solutione.

PRIMO sciendum est, q̃ prudentia monastica est dictamen, per quod intellectus dictat recte aliquod bonum homini conuenire, vel seruari: vt dictamen, per quod quis dictat, quòd bonum est sibi studere. Sed prudentia œconomica est dictamen, per quod quis recte dictat de bono domus. Sed ciuilis est, per quam quis recte dictat de bono ciuitatis, & communitatis: modo notum est, q̃ istæ diuersæ prudentiæ habent alia, & alia obiecta: ideo ista distinguuntur adinuicem. Sed bona hominis sunt triplicia, scilicet animæ, vt virtutes, & scientiæ

Quid sit prudentia monastica.

tiæ: corporis, vt delectatio, pulchritudo, sanitas: & exteriora, vt diuitiæ. Et inter ista solum bona animæ sunt bona secundum se: & alia non simpliciter bona: nisi inquantum referuntur ad bona animæ, & bonum virtutis. Ideo prudentia monastica consistit in hoc, quod est bene consiliari, & discernere ad acquirendum sibi virtutes, & recte ordinare bona corporis: & exteriora ad opus virtutis seu ad operandum bonũ virtutis: ideo dicit Arist. in nono huius, quòd in opprobrium vocamus illos amatores sui, qui sibiipsis plus tribuunt: & si recte tribuat nullos vocabit eum philacem, ideſt amatorem sui. Ex istis potest concedi, quòd prudentia monastica consistit in posse bene consiliari, & discernere ad acquirendum sibi virtutes, & opera virtutum, & in scire ordinare omnia, quæ sunt corporis, & exteriora ad operandum secundum virtutes. Habitus autem, quo quis scit bene consilia si ad acquirendum sibi bona corporis, vel bona exteriora absque reductione ipsorum in Virtutes animæ non est proprie prudentia, sed astutia, quæ est praua, & vituperabilis.

In quo cõ sistat virtutis interitus.

SECVNDO sciendum est, quòd virtus quo ad actum exterius maxime consistit in benefaciendo vicinis amicis, & toti patriæ. Vnde bene consiliari ad procurandum bona amicis & patriæ dicitur esse prudentia politica. Et quia quando aliis procuramus bona melius procuramus actum virtutis: ideo dixerunt aliqui, quòd istæ prudentiæ sunt vnus habitus: quod tamen non videtur verum. Vnde quia bona corporis exteriora sunt manifestiora bonis animæ: ideo multi in illis statuerunt eorum finem: & tales vocantur amatores sui.

Et nota vlterius, quòd quia prudens omnia, quæ sub eius consideratione cadũt, siue propria, siue communia ordinat ad bonum sibi proprium: videlicet ad felicitatem: prudens enim ad vtilitatem communem operatur: & quæcunque alia ipse agat, est vt occurrat bonum virtutis: ideo etiam dixerunt aliqui, quòd prudentia ciuilis, & œconomica reducuntur ad prudentiam monasticam. Et licet prudens ad diuersos, & multos fines operetur: hoc tamen est secundum reductionem ad vnum vltimatum finem: ideo dixerunt aliqui, quòd prudentia ad bonum commune domus, vel ciuitatis, & ad bonum proprium dirigens est vnum, & eadem: nihilominus tamen dicitur sicut prius, q̃ sunt diuersi propter hoc, quòd sunt diuersi actus: quia ad diuersa obiecta. Et sic patet quid sit dicendum ad rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Illæ tres prudentiæ sunt diuersæ sibiinuicem &c. Et nota, quòd adhuc est alia prudentia, quæ vocatur legispositiua: & est prudentia principis, vel legislatoris. Et politica est prudentia subditi, qua subditum dictat sic esse operandum: & legispositiua, qua princeps, vel legislator dictat subditos hoc facere, & hoc fugere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E NEQVE est prudentia vniuersalium solum: sed oportet, & singularia cognoscere: actiua enim: actio autem circa singularia, pp quod quidam non scientes quibusdam scientibus magis actiui &c.

An prudentia consistat circa singularia.

QVAERITVR vtrũ prudẽtia sit circa singularia. Et arguitur, q non: quia ita bene potest intellectus habere iudiciũ de vniuersalibus, sicut de singularibus: igitur. Item sicut scia est habitus cõclusionis demonstratiua: ita prudentia est habitus cõclusionis per ratiocinationẽ prudentialem concluſæ: sed cõclusio aliquãdo est vniuersalis: F igitur. In oppositũ vt esse Ari. Dicit.n. q actio est singularium: sed prudentia est habitus actiuus: igitur. Et adducit Arist. vnũ signũ: quia iuuenes possunt bene esse geometri: sed non prudẽtes propter defectum experientiæ, quæ est circa singularia, sicut prudentia. Item de eodem iudicat prudentia, ad quod inclinat moralis virtus: sed moralis virtus inclinat ad singularia: igitur &c.

Quid sapientia, prudentia esse circa singularia.

SCIENDVM est primo, q tota difficultas huius quæstionis est intelligere quid est potẽtiam, vel habitum, vel operationem esse circa singularia. Dico, q nihil aliud est, q q potentia, vel habitus, vel operatio respiciat determinatum singulare, & diuisum ab aliis singularibus, vel plura singularia determinata, & diuisa ab aliis quantumcunq; etiam fuerint eiusdem rationis: vt actus videndi quo video sortem est circa singulare: quia determinate fit ad sortem, sic, q non ad alium hominem. Sed potẽtiam, vel habitum, vel operationem esse circa vniuersale, vel vniuersalia nõ est aliud quàm q potentia, vel habitus, vel operatio respiciat non aliquod singulare diuisum, sed indifferenter plura: vt illud iudiciũ, quo intellectus iudicat hominem bene facere, vbi oportet &c. illud iudicium non magis determinate respicit sortem, quàm Platonem, sed quemlibet hominem indifferenter. Et si dicas, potentia, & habitus nõ magis inclinant ad aliquos actus, quàm ad suos consimiles: igitur quælibet potentia, & habitus erunt vniuersalium, & non singularium. Pro solutione est aduertendum, quòd potentia, & habitus possunt capi dupliciter. Vnomodo secũdum se: & sic dico, q potentia, & habitus secundum se considerata certe sunt vniuersaliũ. i. nõ magis sunt ad vnum actũ, q ad suum consimilem. Aliomodo possunt considerari ẽm suos actus: vnde potentiam, vel habitũ considerari ẽm suos actus, nihil aliud est dicere nisi vtrum actus eorum sint circa singularia, vel circa vniuersalia: & de hoc est dubiũ Ideo.

Propositio quam alibi q. posuit.

SECVNDO sciendum est, q difficultas est: Vtrum actus potentiarum, & habitus sint circa singularia, vel vniuersalia. Pro cuius declaratione est aduertendum, quòd potentiæ appetitiuæ: sicut est ipsius voluntatis duplex est actus: quidã est immanens, qui communiter vocatur elicitus. Alius est imperatus, qui est cõmuniter alterius potentiæ: puta potentiæ exterioris: licet tamen aliquis actus voluntatis posset esse imperatus: & de istis actibus exterioribus imperatis: dico quòd sunt circa singulare: nullus enim comedit actu, nisi hoc pomum, vel videt hunc lapidem: & sic proprie de istis intelligitur, qd dicitur, quòd actus, & operationes sunt singularium. Sed de actibus immanentibus, qui vocantur actus eliciti: dico, quòd insequuntur actus potentiæ cognitiuæ: ideo si actus potentiæ cognitiuæ non fuerit determinatus ad singulare, neq; actus potentiæ appetitiuæ ex quo sequitur, q cum cognitio nostra de agibilibus quandoque non descẽdit ad singulare: ideo possibile est, quòd volitio sit vniuersale. Nota tamẽ, quòd si ista volitio non descendit ad singulare, seu non determinetur ad singulare: certe non sequitur aliquis actus exterior: dicitur. n. 3. de Anima, quòd existimatio vniuersalis non manet. Ex quo sequitur, quòd potentia, & habitus quo ad actus interiores quandoque sunt vniuersalium, quandoque singulariũ: iustus enim per iustitiam non solum vult iustum huic, vel huic: sed omnibus. Similiter legislator p iustitiam legalem inclinatur ad ponendum leges vniuersaliter circa materias omnium virtutũ vt inde omnes boni fiant. Ex quo sequitur, q prudentia aliquando est circa vniuersalia, aliquando circa singularia: magis tamen est circa singularia. Prima pars patet: quia legislatiua est vna pars prudentiæ: & notum est, quòd ipsa est circa vniuersalia: leges enim non solum aspiciunt sortem, vel Platonem: sed omnes indifferenter. Secunda pars patet, quia quandoque iudicamus, quòd nocere huic est malum. Tertia pars patet: quia virtus est circa difficilia: sed difficilius est bene iudicare in particulari, quàm in vniuersali: ideo virtus est magis circa particularia, quàm circa vniuersalia: ergo similiter & prudẽtia &c. Et per ista patet quid sit dicendum ad quæstionem, & ad rationes, Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis; Prudentia dicitur esse circa singulare non sic præcise quin sit circa vniuersale: vt patet ex dictis.

OPORTET autẽ assũmere de eubulia quid est: vtrũ scientia quædam vel opinio: vel eustochia, vel aliud quoddam genus &c.

Eubulia, synesis, gnome, qua virtutes.

QVAERITVR Vtrum eubulia, synesis, gnomæ, sint virtutes a prudentia distinctæ? Arguitur primo, quòd nõ sunt virtutes: nam eubulia non est nisi operatio cõsiliatiua: igitur &c. Secundo, quòd non distinguantur a prudentia: quia habitus intellectuales, qui distinguuntur a prudentia non sunt nisi quatuor, scilicet intellectus, sciẽtia, sapientia, & ars: igitur.

In oppositum arguitur: quia habentem perficiunt &c. & nõ sunt prudentiæ, vt notum est:

igitur distinguuntur a prudentia. Pro cuius declaratione.

Quid sit eubulia, εὐβουλία.

PRIMO sciendum est, ꝙ eubulia est virtus intellectualis: & dicitur ab eu, quòd est bonum, & bolesis, quòd est consilium quasi virtus consiliativa. Vnde aduerte, quòd eubulia est habitus intellectualis inclinans ad rectè consiliandum ad optimum finem attingendum per optima media quando, & vbi, &c. Et nota, quòd in consilijs contingit quandoq; ad malum finem dare bonum consilium: & illud non pertinet ad eubuliam. Et nota, quòd sicut in speculatiuis ex falsis sequitur verum: ita in practicis per mala media contingit sortiri bonus finis. Vnde ad bonum consilium duæ conditiones requiruntur. Primo, quòd finis statutus sit bonus. Secundo requiritur inuentio mediorum honestorum. Et aduerte, quòd quandoque oportet longo tempore consiliari, ne interueniat ignorantia aliquando parum ne idonea attingendi finem transeat: ideo prudentia iubet quandoq; non vti eubulia, sed eustochia: vnde nota, quòd eustochia, & solertia se habent sicut superius, & inferius. Vnde solertia est promptitudo inueniendi medium in non prospecto tempore, siue sit in speculatiuis siue in practicis: sed eustochia est promptitudo inueniendi medium in agibilibus, & practicis tantum: & ista debent intelligi cum debitis circunstantijs: vt puta quanto tempore sit consiliandum vbi quibus: & sic de alijs circunstantijs: Et aduerte, ꝙ eubulia habet habitum sibi contrarium, scilicet cacobulia: qui est habitus inclinans ad grauе consiliandum.

Quid sit synesis.

SECVNDO sciendum est, ꝙ synesis præsupponit eubuliã. Nam synesis est habitus inclinans ad rectè iudicandum de medijs per eubuliam inuentis. Et aduerte, quòd quandoq; capimus pro eodem eusynesis, & synesis licet differant: sed asynesis est habitus proprie cõtrarius synesi. Sed gnomę est habitus inclinans ad rectè iudicandum de medijs inuentis per eubuliam pertinentibus ad iustum epijcies. Vnde gnomę se habet ad synesim sicut iustum epijcies ad iustum simpliciter, & vt epijcia ad iustitiam. Et aduerte, quòd quando gnoema sygnoma eugnoma accipiuntur pro eodem. Et nota, quòd prudentia totalis proprie non est vnus habitus, sed aggregatum ex tribus habitus habentibus ordinem adinuicem, scilicet ex eubulia synesi, & præceptiua, vel dictatiua magis: vt primo est eubulia, quæ inclinat ad consiliandum, & ad inuenięndum media, & postea synesis iudicat, quod illorum est honestius, & est alia pars, quæ dicit hoc esse sic faciendum: & aliqui istam vocant prudentiam præceptiuam. Sed proprie non debet dici præceptiua: qa istud præcipere, vel imperare proprie conuenit volũtati: quę post quàm media sunt inuenta, & iudicatum est, quod honestus, prudentia dicit esse faciendum, & voluntas imperat, idest vult efficaciter illud, quod prudentia dicit esse faciendum: vnde dato, quod media sunt inuenta, & sic

& sic dictat, quod istorum est honestius, adhuc non est dictatum, quod hoc sit faciendum: ideo oportet habere vnam partem prudentię ad dictandum illud, & sic patet, quod prudentia habet tres habitus, scilicet consiliatiuum, iudicatiuum, & dictatiuum seu executiuum: & iste non potest ita bene exprimi sicut alij, &c. Notum est enim, quod consilium parum valet sine iudicio, & iudicium parum sine executione, vel præceptis. Et per illa patet quia fit dicendum ad rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis; Eubulia, synesis, gnomę, sunt virtutes distinctę a prudentia.

An prudentia distinguatur à scientia morali.

QVAERITVR vtrum prudentia distinguatur a scientia morali. Arguitur, quòd non; quia sicut scientia moralis habetur de conclusione practica: ita & prudentia: igitur. Arguitur secundo sic, quia vel differunt ex eo, quòd prudentia est singularium, & scientia moralis est vniuersalium: sed hoc non quia (vt iam visum est) prudentia etiam est vniuersalium sicut singularium. In oppositum arguitur per Arist. qui distinguit scientiam a prudentia, dicens, quòd sunt duo habitus intellectuales. Pro cuius declaratione.

Ex quo præsumat distinctio habitus

PRIMO sciendum est, quòd difficultas huius quæstionis prouenit ex distinctione scientiæ artis, & prudentiæ. Dicunt aliqui, quòd scientia vt distinguitur contrà prudentiam & artem est vniuersalium, &, quæstio. vt prudentia, & ars singularium. Et dicunt isti, quòd si aliquæ propositiones vniuersales pertineant ad artem, vel ad prudentiam: hoc non est per modum conclusionum, sed principiorum, puta maioris, vel minoris ad concludendum conclusionem singularem: Et dicunt, quòd illa principia vniuersalia sunt per se nota, vel sunt probata per habitum scientificum: notum est enim, quòd ad concludendum singularem bene indigemus vniuersali sub qua sumitur minor: ideo dicunt, quòd vniuersales non pertinet ad artem, vel prudentiam conclusiue, sed solum præsuppositiue: & si sic dubia debet probari per habitum scientificum: ideo dicunt, quòd ars, & prudentia subalternatur habitui scientifico: & sic dicetur, quòd prudentia subalternatur scientię morali. Et sic dicerent, quòd habitus in nobis acquisitus ex doctrina librorum moralium non est prudentia: sed moralis scientia, quæ est habitus circa vniuersalia demonstratiue acquisitus. Et dicitur moralis: quia docet naturam, & conditiones operum moralium. Dicũt ergo resolutorie, quòd prudentia est singularium: & dicunt, quod illa, quæ secundum rationes singulares sunt variabilia, secundum rationes vniuersales non sunt variabilia. Et ideo dicuntur, quod non est in conueniens de eodem esse scientiam, & prudentiam sm tamen aliam, & aliam rõnem dñt etiã, ꝙ sufficit cognoscere illa, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

non cadunt sub opere nostro secundum rationes vniuersales: sed illa quæ subsunt operi nostro non sufficit cognoscere secundum rationes vniuersales: sed oportet descendere ad rationem singularem eorum. Et ista opinio videtur multas difficultates includere: ideo aliter dicunt aliqui. Pro cuius declaratione.

Prudentia, & scientia quomodo distinguantur.

SECVNDO sciendum est, quòd alij dicunt, quòd prudentia, & scientia non distinguuntur penes hoc, quod prudentia est singularium, & scientia est vniuersalium: quia notum est, quòd consilium, est prudentiæ: & tamen quandoq; consiliamur de vniuersali, vt quærens in tali casu quid debet facere homo: ideo etiam videtur quòd ex iudicio singulari statim tanquàm ex medio, & ratiocinationem consimilis potest haberi iudicium vniuersale: si per prudentiã iudices me nunc hoc debere facere, &c. iudicabis statim quem licet debere hoc facere positis eiusdem circũstantijs. Ex quo sequitur, quòd omnis lex siue decretalis quantuncunq; ponatur in casu singulari habet vim vniuersalis præcepti, & documenti. Et pro maiori declaratione dicũt illi, quòd eorum, quæ sunt, quædam sunt in potestate nostra fieri, vel non fieri, sic vel sic fieri, & illa dicuntur factibilia, vel agibilia: & iudicium de illis dicitur prudentia, vel ars. Alia sunt, quæ non sunt in potestate nostra fieri, vel non fieri, sic vel sic fieri. Et iudicium de illis dicitur speculatio: & dicunt, q̃ de istis agibilibus, vel factibilibus formantur duplices propositiones. Quædam sic se habent, quod ad eorum concessionem concedens non propter hoc mouetur ad operandum: & tales pertinent ad speculatiuam: vt si concedatur, quod figura distinguitur a re figurata non propter hoc concedẽs mouebitur ad aliquid operandum. Aliæ sunt, quę si concedantur concedens mouebitur ad aliquid operandum: & istæ pertinent ad artem, vel prudentiam: quæ si sint per se notę pertinebunt ad artem, vel prudentiam non tanquàm cõclusiones: sed per modum principiorum, vel concluduntur ex alijs propositionibus: & hoc dupliciter: vel ex propositionibus non pertinentibus ad artem neque ad prudentiam, sed meræ speculabilibus: & sic erunt conclusiones meræ speculatiuæ: & habitus eorum erit scientia, vel sapientia: vel concluduntur ex propositionibus pertinentibus ad artem, vel ad prudentiam, tunc pertinebunt ad artem, vel ad prudentiam per modum cõclusionum, & habitus eorum erit ars, vel prudentia siue sint singulares, siue vniuersales. Et per ista patet quid sit dicendũ. Ad rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis. Prudentia est habitus distinctus a scientia morali.

DE eo autem, quod est nihil esse magis operatiuos propter prudentiam bonorum, & iustorum, parum superius incipiendum sumentes principium, &c.

An

An detur virtus sine prudentia.

QVAERITVR Vtrum quis possit habere virtutem sine prudentia? Arguitur quòd sic; quia voluntas potest velle aliquid dato q̃ intellectus non dictauerit illud esse volendum: vt patet de lucifero qui voluit æqualitatem dei dato q̃ intellectus eius non dictasset: igitur. Secũdo arguitur sic: multi sunt virtuosi qui non habent prudẽtiam; igitur. In oppositũ est Ari. qui dicit q̃ virtus prudentialis ideſt moralis non potest haberi sine prudentia. Pro cuius declaratione.

Cuilibet potentiæ potest esse duplex virtus.

PRIMO sciendum est, q̃ cuiuslibet potentiæ potest esse duplex virtus scilicet naturalis & acquisita. Naturalis non est nisi naturalis inclinatio inexistens nobis a natura & insequés naturalem complexionem nostram; & ista potest esse bona & quædã mala; puta inclinans ad malos mores: multi enim a natiuitate inclinantur ad luxuriam: quidam ad latrocinium. Et Aduerte q̃ Ari. bonam inclinationem potentiæ cognitiuæ vocat dinoticam, ideſt industriã naturalem; & malã potest vocari habetudo. Et nota q̃ homo in organo potentiæ, habet spiritus mobiles & fluxibiles ad qđ dispomit caliditas & humiditas dicitur inuẽtiuus modorũ multitudinis ad quemcunq; finem voluerit. Et si organum fuerit bene receptiuum ad quod disponit frigiditas & siccitas organi, tunc bene erit iudicatiuꝰ: & sic erit bene dispositꝰ ad prudentiam si sit ad bonum. Et si sit ad malum erit dispositus ad astuciam: & si contrariæ fuerit dispositus vocatur hebes. Et potest vocari asinetus vel asinus propter defectũ iudicij. Et aduerte q̃ contingit aliquos esse rudes in consilio, profundos iudicio vel econtra secundum diuersitatem dispositionis naturalis in organis. Et de istis virtutibus non quæritur liber nostert quia istæ possunt esse sine prudentia: & semper ad vnum opus inclinant: ideo videndũ est de virtutibus acquisitis per frequentationem actuum quæ dicuntur virtutes morales. Pro cuius declaratione.

Virtutes morales semp ad optimum opus inclinant.

SECVNDO sciendum, est quòd virtutes morales semper ad optimum opus inclinant. Et de istis breuiter dicitur quòd non possunt acquiri perfectę sine prudentia. Acquirunt enim istæ virtutes ex consuetudine seu ex frequentatione actuum, & operationum. Pro cuius declaratione est aduertendum quòd operationes dupliciter possunt esse similes. Vnomodo secundum substantiam ipsarum: vt dare dare. Aliomodo secundum similitudinariam proportionem ad aliquam regulam: & sic operationes ex quibus generatur habitus possunt dici similes, sed non oportet quòd sint similes secundum substantiam: quia tunc inclinarent in tales actus & talis regula est recta ratio de agibilibus distribuens secundum exigentiam circunstantiarum: talis autem ratio recta prudentia est, vel opus prudentiæ: & sine tali non possunt generari iste

A ri istę virtutes morales: igitur: Virtus enim videtur semper ad operationes inclinare conformes rectæ rationi. Et aduerte, quòd aliquis dupliciter potest assuefieri in operationibus bonis & conformibus rationi recte: Vnomodo quòd non sibi sed alteri prudenti credat: & sic habitus qui sic generabitur in appetitu erit bonus; sed non perfectus simpliciter: quia cum deficeret doctor exterius non haberet quomodo posset bene operari. Secundo dicuntur conformes rationi rectæ: quia in ipsomet est: & tunc ex talibus generantur habitus perfecti.

Et quando dicitur quòd nullus potest assentire principijs practicis pertinentibus ad pruden

I tiam nisi per virtutes morales: & per consequens virtus moralis præcedit prudentiam. Dico quòd homo potest assentire illis sine virtute morali saltem perfecta: puta per bonam naturalem inclinationem: per assuefactionem doctrinalem a parentibus. Et sic patet quid sit dicendum ad rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Non est inconueniens voluntatem habere actum rectum sine prudentia actuali: & forte etiam sine habituali. Quæ conclusio potest sufficienter videri ex dictis.

SED & ratio sic dissoluet vtiq; qua disputat quis; quoniam separantur abinuicē virtutes; non enim idem optimè natus ad omnes: quare hanc quidem sciuit: hanc autem ne

B quaquam assumens erit &c.

An virtutes morales connexantur adinuicem.

QVAERITVR Vtrum virtutes morales sint connexæ adinuicem idest verum sic se habeant ꝙ vna non possit esse sine alia. Et arguitur ꝙ sic: primo quia hoc videtur dicere Ari. in hoc textu; & etiam Aug. Secundo arguitur sic: actus vnius virtutis non potest fieri nec perfecte fieri nisi mediante alia virtute coadiuuante: igitur. Patet. n. ꝙ si materia temperātiæ occurrat nō poterit homo circa illā habere actum prompte nisi mediante alia virtute: vt mediante fortitudine vel aliqua alia; igitur. In oppositum arguitur; aliquis potest esse naturaliter inclinatus ad actus vnius virtutis & nō ad aliū alteri⁹ virtutis: igit. Pro declaratione qōnis.

PRIMO sciendum est, ꝙ relictis multis opinionibus respondet cū Scō. ꝙ virtutis morales non sunt connexæ neq; quo ad sua genera q̄ sunt iustitia, fortitudo, & tēperantia: i. ꝙ nō oportet ꝙ illa genera, seu illæ virtutes sint cōnexæ adinuicē. Patet: quia nisi est ꝙ vna virtus non est perfectio totalis hois; sed solū partialis, alias sufficeret hō tantū vnā virtutem ad perfectā perfectionē hominis. Mō sic arguitur: quicunq; eiusdem perfectibilis sunt plures perfectiones partiales ꝑt illud perfectibile habere vnam illarum in summo: dato ꝙ aliam habeat in esse remisso:

Scō. in 3. d. 36.

Q. virtutes morales non sunt connexæ.

A missō: sed virtutes morales sunt huiusmodi: igitur. Et si dicas ergo sequitur, ꝙ qui haberet vnam virtutem in summo esset simpliciter moralis. Dico ꝙ non sequitur: sed bene esset simpliciter temperatus vel fortis vel aliquo genere vel specie virtutis bonus moraliter; sed non esset simpliciter bonus moraliter. Nullus enim potest dici simpliciter moralis nisi habeat omnes virtutes. Et si dicas: si virtutes non essent connexæ, sequeretur ꝙ virtuosus posset obliquari: idest deficere circa materiam alterius virtutis. Dico ꝙ habens temperantiam propter defectum fortitudinis potest deficere circa materiam fortitudinis: sed propter hoc temperantia nō erit minus perfecta: quia

B ipsa non habet dirigere hominem circa omnem materiam. Et si dicas sequitur ꝙ habens vnā virtutem non operatur delectabiliter circa materiam illius virtutis. Dico ꝙ habens vnam virtutem: vt puta temperantiam delectabiliter operatur circa materiam temperantiæ nisi de per accidens impediatur per materiam alterius virtutis: quia non est habituatus: ideo q̄ habens temperantiam delectabitur circa materiam temperantiæ: tamē poterit tristari circa materiam fortitudinis propter defectum ejus &c. Et quando dicitur ꝙ sunt sorores: dico quòd verum, etiam quia possunt se iuuare adinuicem: sed vna non est alia; neque vna essentialiter perficit alteram. Notum est enim ꝙ vna virtus iuuat aliam. Vnde si multæ materiæ virtutum simul con-

C currerent & homo solum vnā haberet certe non ita bene operaretur per illam sicut est haberet alias virtutes circa illas materias. Et forte per hoc soluuntur omnes auctoritates sonātes quòd sunt cōnexe debet sic intelligi quòd iuuant se adinuicē: & quòd vna sine alia non potest ita bene habere actum sui sicut cum alia &c.

SECVNDO sciendum est, quòd aliq̄ incidunt difficultates: prima vtrum prudentia & virtus moralis sint connexę adinuicem. Pro cuius declaratione dicunt aliqui ꝙ prudentia sic est connexa cum virtute: ꝙ si iudicium præcedit electionem ꝙ tunc non erit prudentia: sed oppositū dicit Scotus. Dicit enim ꝙ prudentia potest esse sine virtute & electione, & ꝙ aliquis

D potest dictare de medijs ad finē & etiam de ipso fine, dato ꝙ nō habeat actum virtutis moralis. Et dicit ꝙ prudentia non solū est mediorum ad finem: sed etiā ipsius finis: sic ꝙ ille habitus generatus ex dictaminibus fiat circa finem siue mediorum ad finem dicitur esse prudentia. Alia difficultas: vtrum omnium virtutum moralium sit vna prudentia. Respondetur breuiter quòd tot sunt prudentiæ specie differentes, quot sunt virtutes morales specie differentes: quælibet enim virtus moralis habet suam propriam prudentiam. Non est enim verisimile ꝙ omnia agibilia ab vno habitu respiciantur; sicut nec omnia factibilia ab vna arte. Notum est enim quòd aliquis potest esse bene affectatus circa ali

An prædicta, & moralis virtus ab intellectu superetur.

Dubia.

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

K qua agibilia & non circa alia: quo facto notum est quòd potest dictare de aliquibus agibilibus, & non de alijs, & habere prudentiam circa aliqua nō habendo circa alia: ergo non omnium agibilium est vna prudentia. Et si quis dicat: dicit Aristo. q̄ omnium agibilium, & omniū virtutum moralium est vna prudentia. Respondetur q̄ illa auctoritas quærit difficultatem vnitatis habitus. Sicut quæritur quomodo philosophia, vel logica est vnus habitus; ita etiam quomodo prudentia dicitur esse vnus habitus: & quia ista materia alias fuit tractata in principio philosophiæ, & in principio logicæ; ideo vide quomodo logica dicitur vna, & philosophia: ita etiam prudentia. Et sic patet, quid sit dicendum ad rationes.

CONCLVSIO respōsalis: Virtutes morales dicuntur esse connexæ adinuicem, idest dicuntur se innare adinuicem, & non quòd vna non possit esse sine alia. Quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili.

An sapientia sit nobilior prudentia.

QVAERITVR Vtrum sapientia sit nobilior quàm prudentia. Arguitur primo, quòd non: quia secundum prudentiā homo dicitur esse magis fœlix. Vnde dicit Aristot. in 7. politicę: quod homo est tam fœlix quantum est in eo virtus, & prudentia: igitur. Secundo arguitur sic: illa est melior sine qua nullum opus dicitur esse bonum: sed sine prudentia nullum opus nec ciuitatis, nec domus dicitur esse bonum: igitur. In oppositum est Arist. in isto sexto. Procuius declaratione.

PRIMO sciendum est, q̄ communiter dicitur, q̄ sapientia est intellectus, & scientia: & istud videtur dicere Arist. in text. Sed qualiter debēt intelligi multū diuersificatur docto. dnr. n. aliqui, q̄ sapientia est illa cognitio per quam cognoscitur ita esse, sicut per conclusionem significatur propter ita esse, sicut per præmissas significatur. Vnde assensus præmissarū demonstrationis dī intellectus, & assensus conclusionis dī scientia, & assensus per quem cognoscitur, q̄ ita esse per conclusionem est propter ita esse sicut significatur per præmissas vocatur sapientia: & sic sapiētia est intellectus, & scientia: non quidem formaliter, sed materialiter, & quasi præsuppositiuè. Et isti habent dicere q̄ sapiētia in omni processu demonstratiuè saltem speculatiuo, siue physico, siue in mathematico dicitē inueniri. Aliter dicunt alij, quòd ipsa metaphysica dicitur esse sapientia: & istud videtur habere Arist. in 1. metaph. Dicitur enim communiter q̄ sapientia est speculatio altissimarū causarum. s. Dei & ipsarum intelligentiarum in qua speculatione est fœlicitas nostra. Sed dubium est: quomodo erit intellectus & scientia. Dicunt q̄ erit intellectus inquantū ipse concedit principia sua, sine probatione. Et dī scientia inquātū habet viā ad arguendō de ipsis elenchis cōtra negantes ea. Elenchus. n. est syllogismus contradictorius. i. ducens ad methā redargu-

Qualiter sapia est intellect⁹.

A dargutionis. Et isti fundant se ēt in hoc q̄ dicit Arist q̄ sapientia est intellectus, & scientia honorabilissimorum in natura. Videtur ergo dicere, q̄ sapientia dicitur esse de honorabilibus in natura &c. Alij dicunt q̄ sapientia est assensus per quem aliquis assentit toti syllogismo demonstratiuo qui est vna rationalis vel conditionalis: ita valet q̄ ille assensus per quem assentit toti illi propositioni conditionali dicitur esse sapientia: & tunc sapientia est intellectus & scientia supple obiectiuæ idest habetur de illis de quibus habetur intellectus & scientia; quia de præmissis & conclusione. Sed pro maiori declaratione quæstionis.

SECVNDO sciendum est, quòd difficultas est inter doctores: Vtrum prudentia sit nobilior virtus, quàm sapientia. Potest tamen dici breuiter quòd si capiatur pro speculatione ipsius dei & intelligentiarum videtur q̄ sapientia sit nobilior: quia illam speculationem dixisset Ari. esse nostram felicitatem & propter eam alię virtutes quæruntē. Notum est enim quòd sapientia nō ordinatur ad prudentiam: neque ad virtutes morales cum finis eius proprie sit scire, & speculari: oportet ergo quod aliæ virtutes ordinentur ad ipsam. Notum est enim, quod speculatio qua deum speculamur est nobilior quàm illa qua intellectus aliquis operatur eorum, quæ subsunt sibi. Et nota quod Arist. posuisset duplicem fœlicitatem. s. politicam, quæ consistit in operibus prudentiæ. Aliam posuisset fœlicitatem simpliciter, quæ consistit in speculatione, & contemplatione dei: & iste est opus sapientiæ: & illa est nobilior prudētia. Et aduerte, quod licet prudentia sit magis necessaria ad bene operandum quàm sapientia: quia non posset esse virtus sine prudentia: vnde non propter hoc sequitur q̄ sit nobilior. Et si dicas: multi sunt qui dicunt delectationes sensuales, & pecunias esse meliores sapientia. Dico q̄ hoc dicūt, vel credunt propter imprudentiam, & maliciam moralem: & isti sunt qui credūt deum nihil esse, quàm ventrem suum, vel diuitias, vel honores, vel credunt bonitatem eius, & excellentiam in hoc consistere, quod vrtur nectare, & manna, & cibis delicatissimis: vel in hoc q̄ habent indefectibiles thesauros: vel q̄ plurimos habent seruitores: & certe si talia non dicerent ore, tamen talia dicunt habere in mente: propter quod videmus multos magis velle viuere in hac vita iuuenes, quàm in aliam vitam tranfire. Et per ista patet quid sit dicendum ad rationes. Ideo ponitur.

CONCLVSIO responsalis: Si sapientia accipiatur pro scientia q̄ est de honorabilissimis rebus quemadmodum capit Ari. in. 1. metaphy. ipsa est nobilior prudentia: Quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili.

Medium virtutis quod.

QVAERITVR Vtrum medium virtutis sit illud signum, ad quod intellectus operantis vniuersaliter respicit. Arguitur

C

D

tur primo ꝙ sic: qa omnis sciēs opus bene perficit, quando respicit ad medium: igitur. Secundo sic: quia boni artifices dāt operari cum ad medium dicunt respicere. In oppositum arguitur: quia medium virtutis non est terminus medietatum &c. quos esse dicimus inter mediū superabundantiæ, & defectus: sed signum de quo loquitur hic Arist. est talis terminus: igr &c. Pro solutione.

PRIMO sciendum, quòd in ista quæstione nos loquimur de signo directiuo operantis; & istud potest esse quadruplex. s. signum præcognitum, & signum quod est ipsa præcognitio, signū inquisitum, & ipsa inquisitio. Signum præcognitum est duplex, scilicet principale, seu vniuersale, & vltimatum: & est illud propter quod recte operans operatur; & istud est ipse deus, propter quod operans debet operari, & vocatur vltimus finis. Aliud est speciale alicui vel aliquibus. Præcognitum est lex, vel consuetudo secundum quā quis operatur: istud est notum aliquibus, puta qui non habent iudicare de lege, sed secundum legem; & ad legem respicientes iudicant signum, quod est cognitio finis: & vocatur principium practicum saltem virtualiter. Signum autem inquisitum est medium virtutis. Et dantur quatuor documenta, in secundo ad inueniendum tale medium: istud est difficile, rarum laudabile propter dignitatem, & bonum propter honestatem. Primum signum est ꝙ fugiat extremum virtuti magis oppositum: virtus enim magis ab vno extremo, quàm ab alio. Secundum est, quod qui vult inuenire medium virtutis fugiat illud vitium, ad quod est magis pronus. Et dico quod est magis pronus ad illud ad quod operandum maxime delectatur. Tertium documentum est, quod qui vult medium inuenire debet delectationem fugere. Quartum documentum est: quia quādo quis parum recedit, non vituperatur: sed qui multum recedit, vituperatur & ideo volens inuenire medium, oportet quandoque excedere, quandoque deficere propter, quæ medium faciliter inueniatur. Sed signum, quod est ipsa inquisitio est ipsa consiliatio, vel notitia inuentiua medium inquisiti. Ex omnibus istis dicitur, quòd signum ad quod præaspicit vniuersaliter omnis operans, dicitur esse finale bonum: & per consequens non est medium virtutis: quia illud est difficile inueniri. Notum est enim, quòd secundum exigentiam illius signi vniuersa opera habent, vel plus, quàm oportet, vel minus, quàm oportet, vel tantum quantum oportet, Et dicunt habere plus ꝙn habent vltra, quàm sit necessarium ad consequendum illum finem: & dicuntur habere minus, quando non haberent necessarium ad consequendum finē: & habent tantum quantum, quando habet omnia requisita ad consequendum finem; & non plura, nec pauciora: ita quòd medium est inuentum, quando non est addere nec minuere.

Signū directiuum quadruplex.

SECVN-

Medium virtutis è medium, quod est virtus.

A SECVNDO sciendum est, quòd medium virtutis est mediū quod est virtus: sic videlicet quòd operatio, quæ manet mouendo defectum & superabundantiam dicitur operatio virtuosa; & ideo propriè quando dicitur ꝙ virtus est in medio: debet sic intelligi, ꝙ illa operatio quæ manet si remoueatur superabundantia & defectus dicitur virtuosa. Et est aduertendū ꝙ aliter sumitur medium in virtutibus quæ sunt ad se, quàm in virtutibus quæ sunt ad alterum, sicut est iustitia. Nam in virtutibus quæ sunt ad se, sumitur medium rationis. Et dicitur mediū rationis: non ꝙ existat eius rationis: sed quia dictatum a ratione recta, sic ꝙ nō oportet ꝙ æqualiter distet ab extremis sicut est medium rei. Istud medium semper magis accedit ad vnum extremū, quàm ad aliud: Et debet iste accessus semper esse secundum rationem rectam: vt fortitudo ad audaciam: & tēperantia ad defectum; magis ad superebundantiam. Ratio enim recta dictat ꝙ fortis magis debet elongari a timiditate, quàm ab audacia: & temperatus a superabundantia, quàm a defectu: sed iustitia est medium rei nū quòd sit dictatum a ratione recta; sed quia tale medium distat æqualiter ab extremis.

Et est notandum ꝙ medium in istis vel sit secundum proportionem arithmeticam, sicut in commutatiua: vel secundum proportionem geometricam, sicut in iustitia distributiua. Et pro declaratione est notandum ꝙ differentia est inter proportionem & proportionabilitatē: ga proportio est habitudo vni ad alterum: sed proportionabilitas est habitudo duarum proportionum. Et dico ꝙ iustitia distributiua accipitur ꝓpriè secūdū proportionabilitatem geometricam; puta quando proportiones sunt æquales. Sed illud in quo extremum vnius proportionis distat ab extremo alterius proportionis, non est æquale: vt duo ad vnum est proportio dupla: etiam quatuor ad duo est proportio dupla: sed illud per quod illud extremum duo excedit, vnū non est æquale ad quatuor: ideo est ibi proportionabilitas geometrica: & secundum istam sit iustitia distributiua. Vnde per iustitiam distributiuam bona communitatis sic debent distribui quòd fit æqualis distributio pecuniæ ad pecuniam, æqualis personæ ad personam; & si persona ista sit vtilior in duplo, habeat in duplo de pecunia &c. Non tamen oportet quòd differentia extremorum sit æqualis vt notum est: quia plus datur vni, quàm alteri. Sed in proportionabilitate arithmetica proportiones sunt in æquales: sed differentiæ terminorū seu excessus sunt æquales; vt est proportionabilitas inter tria ad duo & quatuor ad tria: Notum est ꝙ illę proportiones sunt inęquales; quædam vocatur Sesquialtera, & alia Sesquiquarta; & tamen excessus est æqualis puta vnū: & secundum istam sit iustitia cōmutatiua, quæ respicit æqualitatē dati & accepti secundum valorem: & ita licet inter perso-

nas

B nas sit inæqualitas proportionis: non tamen debet esse inter terminos proportionum: sed debet esse æqualitas simpliciter dati & accepti quasi inter differentias terminorum. Et sic patet quid sit dicendum ad rationes quæstionis. Ideo ponitur. C

CONCLVSIO responsalis: Medium virtutis non est illud signum ad quod intellectus operantis vniuersaliter respicit. Quæ conclusio relinquitur probata in primo notabili.

FINIS.

VENETIIS,
Apud hæredes Melchioris Sessæ.
M D LXXI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca